

Brochet

IOAN. PETRI
MAFFEI,
BERGOMATIS,
E SOCIETATE
IESV,
HISTORIARVM
INDICARVM
LIBRI XVI.

Bibl. Jun.

484

SELECTARVM, ITEM, EX IN-
DIA EPISTOLARVM LIBRI IV.

*Accessit liber recentiorum Epistolarum, à Ioanne Hayo Dalgattierf
Scoto ex eadem Societate nunc primum excusus, cum
Indice accurato.*

DVOBVS TOMIS DISTRIBVTI

Omnia ab Auctore recognita & emendata.

In singula copiosus Index.



ANTVERPIÆ,

Ex Officina Martini Nutij, ad insigne dua-
rum Ciconiarum, Anno M. DC. V.



reb 776 646

~~Feb~~ b.

320

Feb
5519¹

PHILIPPO REGI

CATHOLICO.



Vperioribus annis, cūm ad componendas Lusitanix res Olisiponem ipse venisses, Catholice Rex, hortata me tua est Maiestas, vt inchoatā Henrici Regis nomine auunculi tui rerum Indicarum historiam pari alacritate studioque persequerer. Feci quod iusseras: totumque cōtextum narrationis, à primo nauigationum exordio, ad vsque Soceri tui Ioannis conomine tertij Regis obitum, pro mea tenuitate perduxī. Quo lōgius ne progrededer, annalium exinde series, vt in tantis & rerum moribus & locorum interuallis, partim intercisa partim etiam neglecta, prohibuit. Neque verò mihi diutius deliberandum fuit, cuiusnam opus hoc qualecunque, recepta iam consuetudine, destinarem. Debebat hoc tuis erga se meritis nostra Societas vniuersa. Id ipsum nominatim à me tua de me iudicia mea que summa in te pietas exigebant. Postremò res loquebatur ipsa, æquum esse, vt cuius in primis virtute opibusque Christiana res nititur, huic potissimum, explorati piis felicibusque maiorum suorum armis Oceani; aditarū, quæ auditæ non erant, gentiū; propagatæ vnā cum imperio in vltima loca rectæ in Deum fidei, si minus facunda splendidave; certè, quæ ad eius fieri potuit.

potuit, sincera atque accurata explicatio dicaretur.
Quæ me, Rex Optime & Maxime, perpulerunt
causæ, vti præ cæteris offerre tibi mearum lucubria-
tionum foetus auderem; eadem, opinor, Clemen-
tiam istam fastigio tam excelso parem adducent,
vt eos in lucem sub Augusti nominis tui præsi-
dio tutelaque prodiisse patiare. Quod reliquum
est, Maiestatem tuam Deus immortalis ad sui no-
minis gloriam & Ecclesiæ catholicæ firmamen-
tum quàm diutissimè tua tur
incolumem.

(. .)

COM-



COMPENDIOSVS

INDEX,

IN QVO, SI QVIS SCIRE

VELIT, QVID IN QVAQVE

PROVINCIA ORDINE CONTI-

GIT, INVENIET.



DE Abasini 24 & Baticala III. 118. 190. 343.
seq. 138. 147. & Batochina insula 142.
seq. 198. 241. 320. Bengala regno 23.
& seq. 22. & Britano insula 133. 140. 149. 204. 246.
seq. 324. & seq. 249. & seq.
462. & seq. 469. S. Blasii Aquatione. 30. 41.

Adeno regno 114. 192. 204. 229.
Adeno ppido 25. 69 & seq. 87. 128. Brasilia 43. & seq. 45. & seq. 47. et
144. & seq. 146. 176. & seq. 180. seq. 425. 427. & seq. 430. & seq. 460.
270. 310. & seq. 448. & seq. 462.
Aegypti 69. & seq. 98. & seq. 175. & Braua ciuitate 63. 79. & seq.
seq. 310. 448. 465. Casibus Africa populus 23. 74.
Aethiopia 10. & seq. 73. vide Abasii-
na & Congo. Carro 70. 99. 178.
Amboino insula 140. 142. Calecutio 34 & seq. 36. & seq. 39. &
America 460 & seq. seq. 49. & seq. 58. 61. & seq. 68. 70.
Atinonnu Arabia populus 415. & seq. 76. 82. 84. & seq. 108. & seq. 112. &
Anchedua insula 41. 49. 59. & seq. seq. 138. 146. 235. & seq. 237. 238. &
75. 77. & seq. 105. 124. seq. 259. & seq. 266. 269. 298. 305.
Anzlia 424. 317. 433.
Arabia Felice 27. 197. Camarano insula 145. 177. 179. 198.
310.
Armuzia 69. 87. & seq. 90. & seq. 94. Cambaia 98. & seq. 259. 264. 267.
96. & seq. 104. & seq. 118. 151. & seq. 295. 298. & seq. 310. 312. & seq.
seq. 151. & seq. 200. 23. 15. & seq. 317. 45. 366. 367. & seq. 387. 450.
218. & seq. 220. & seq. 223. & seq. 259. 262. & seq. 264. 319. 392. 402. Cananore 51. & seq. 53. & seq. 57. 73.
& seq. 404. & seq. 409. & seq. 411. 73. & seq. 84. & seq. 234. 242.
& seq. 416. 435. 448. 250. 263.
Baciano insula 225. Canari. insula 27. 205.
Bahareno insula 97. 215. & seq. 218. Castellani 20. & seq. 254. & seq.
221. 271. & seq. 275. & seq.
Banda insula 24. 134. 140. & seq. Catifa oppido 218. 409. & seq.
Ceilano insula 24. 78. & seq. 113. 187.
3 & seq.

INDEX IN

- & seq. 208. & seq. 359. 446. & seq. 36. 391. 395. & seq. 398. et seq. 436.
 Cheronejo antea 23. 70. 113. 205. et seq. 443. et seq. 445. et seq. 476.
 250. et seq.
 Cian. peregrino 24. Iaua maiore 24. 140. 249. et seq. 289.
 Cian. 100. & seq. 102. & seq. 111. Iaua minore 24. 140.
 140. 220. 261. 267. & seq. 295. 299. Laurentii insula, vide Madagascare,
 419. Lequiu 24. 69.
 Cocino 50 & seq. 58. & seq. 61. 63. & Lingua regno 149. et seq. 240.
 J. 65. & seq. 68. 73. 86. 111. 136. & Lusitania 71. et seq. 147. et seq. 327. et
 seq. 213. 234. 250. 263. 305. 377. 358. seq. 463. et seq. 472. et seq.
 360. 432. 475. & seq. Macazate 290. et seq. 339. et seq.
 Colano 51. et seq. 63. 73. et seq. 250. 344. Madagascare 379. 244.
 360. Magadaxo 41. 74.
 Concano 201. 228. Malata 23. 67. 114. et seq. 115. et seq.
 Conceptioni B. Mariae insula 57. 117. 128. et seq. 130. et seq. 136. 139. et
 Congi regno 9. et seq. 11. et seq. 126. seq. 148. et seq. 183. et seq. 187. et seq.
 138. 432. et seq. 190. et seq. 204. 211. et seq. 240. et
 Cori Primonorio 23. et seq. 78. 113. 119. seq. 245. et seq. 250. 259. 276. 284.
 138. 250. 253. 300. 343. 395. 437. 439. et seq. 443.
 Cotmandeli regno 53. 55. vide Melia. Maldiu insula 78. 138. et seq. 254. et
 pore. seq. 253. 425.
 Cranganore 53. 55. 68. Mafearo Amuzia oppido 89. 211.
 Curia Muria insula 59. 402. 450.
 Dabulo oppido 107. et seq. 118. 196. Maiana insula 198. 241. 320.
 220. 243. et seq. 388. Meea 53. 68. 71. 154. 175. 448. 450.
 Dio 99. 108. et seq. 111. et seq. 146. 151. Meliapore 53. et seq. 55. et seq. 227. et
 175. et seq. 211. et seq. 213. et seq. 218. seq. 361. et seq.
 et seq. 259. 261. et seq. 297. et seq. Melinde 25. 34. et seq. 41. 49. et seq. 52.
 301. et seq. 306. et seq. 312. et seq. 316. 63. 79. 263. 336.
 363. et seq. 367. et seq. 380. et seq. Memph. 25. 70.
 Giada Arabia urbe 175. 178. 179. 197. Molucu insula 24. 78. 140. et seq. 143.
 310. et seq. 204. et seq. 278. 225. et seq. 232.
 Goa 117. et seq. 120. et seq. 126. et seq. et seq. 253. et seq. 271. et seq. 289. et
 135. et seq. 144. 146. 151. et seq. 154. seq. 317. et seq. 357. 361. 433. et seq.
 181. et seq. 183. et seq. 196. 200. 219. 477. et seq.
 23. 244. 251. 261. 262. 292. et seq. Mombaza 33. et seq. 52. 63. et seq. 73.
 294. 298. 300. 308. 326. et seq. 36. 157. et seq. 223. 263.
 et seq. 343. 345. et seq. 347. et seq. 360. Moro 280. et seq. 282. et seq.
 et seq. 387. et seq. 391. et seq. 402. 420. Mosambico 23. 41. 49. 57. 197. 215. 329.
 et seq. 424. et seq. 435. 438. 444. et 401. 458. 471.
 seq. 450. 459. et seq. 470. 476. Narsinga 124. 151. 259. et seq. 418.
 Guinea 7. et seq. 37. 40. et seq.
 Hesperidibus insula 41. 43. 72. 208. Olisipone 3. 29. 42. et seq. 57. 63. 64. 72.
 Iaponia insula 24. et seq. 347. et seq. et seq. 263. 305. 316. 311. et seq. 334.
 349. et seq. 352. et seq. 354. et seq. 386. 390. 400. 436. 458.

HISTORIA S INDICAS:

- Onore** 113. & seq. 124.
Paceno, 128. 148. 192. & seq. 200. 204.
 229. & seq.
Panane 38 58. 86. & seq. 234.
Parani 78 327. & seq. 338. 359. 391.
 & se. 417. & se. 451. & se. 224. & se.
Pegu 23. 90. & seq. 223. & seq.
Persiae 87. & seq. 94. & seq. 112. &
 seq. 405. & seq. 414. & seq. 449. &
 seq.
Peru 44. 206.
Queimba insula 225. & seq.
Quexome 97. 224. 449.
Quiloa 25 31. & seq. 49. 53. 57. & seq.
 72. & seq. 196.
Roma 2. 147. & seq. 329. & seq. 437.
 463. & seq. 466. & seq. 476.
Sanga regno 301. & seq.
Siani regno 340. & seq.
Sinis 24. 52. 69. 155. & seq. 1010 libro
 sexto 231. & seq. 347. 437. & seq.
 441. & seq. 473. 475.
Sioni regno 114. & seq. 134. 144.
Socotra insula 53. 80. & seq. 87. 97.
 113. 127. 144. 316. 359.
Sofala 25. 31. 49. 74. & seq.
Somatra insula 24. 113. & seq. 128.
 136. 139. 148 192. & seq. 200.
 203. 229. & seq. 211. & seq.
Suez. in urbe 24 70. 99. 175. 270. 310.
 319. 448.
Sipano regno 339. & seq. 342. & seq.
Tanore 68. 4. 0. & seq. 423. & seq.
Tapchana 24. 78. & seq.
Ternate 142. 226. & seq. 232. vide
 Molucu.
Tertiu insulu 41. 117.
Tidori 142. 226. & seq. vide Molucis.
Zanzibare 41. 63.
Zesla 180. 321. & seq.

* 4

IN



IN HISTORIAS

INDICAS RERVM MEMO- RABILIVM INDEX.



- ABASSIA.** à Zeila tyranno vastatur, 320 in eam Patriarcha & Episcopi a summo Pontifice missi 463 & se. in ea D. Antonii cœnobio, 199.
- Abassini** Alexandrino Patriarche parent. 463 Christiani sunt 24 equis non videntur 322. à Romano Pontifice. dissidentes, 24. 463.
- Abassinorum** in religione errores confutantur 470. gaudiũ Lusitanorum aduentũ 198 monachi a Lusitanis quemodo excepti 199. rex fœdus cum Lusitanis inire expetit 138. eius ad Lusitaniam regem legatio 241. obsequium Papæ defertur ibid.
- Abdala** vide Antonius Fernãdus.
- Abdala** Camparis dynasta Malacæ præturam ambit 149. à Linguae rege obsessus ibid. & seq. à Lusitanis obsidione exemptus 150. Malacæ prætor ibid. falsis calumniis imperitus ibid. eius iniusta cædes ib. 183. laus 150.
- Abduti** Brachmarũ secta 36.
- Abrahamus** Aethiõrum tyrãnus 204. Somatræ totius imperiũ afficit 229. Pedirensẽ regulũ regno exigit, ibid. Arvanum regẽ 231. Darianũ dynastam evertit 229. Pacenũ urbem capit, ibid. arcem oppugnat, ibid. & seq. desertã capit 231. Lusitanis etiã formidabilis, ibid. eius bellicus apparatus 229. in parentem impietas, ibid. cum Georgio Britto pugna 204.
- Abrahamus** Farraci regis nomine Socotoræ arcis Præfectus interficitur 80 & seq.
- Abrahamus** Patriarcha cui è patria à Deo euocatus 1.
- Abrahamus** Putpratus classem ad Suezium adificat 310.
- Abrahamus** Quiloæ tyrannus 51. 53. 74 stipendiarius fœ. Lusitano 53. vectigal. veniens regno pulsus 72 eius primum vectigal qua pompa in Lusitania receptum 57. & seq. ex eo pyxis in vñm S. Eucharistia fabricata, ibid.
- Abuna** Ægyptius Antistes in Abassia Alexandria missus 470 eius in contemnendis Catholicis superbia ibid. & seq.
- Academiã** in Iapone 352.
- Acenum** oppidum 204. 229. 440 eius rex fœdus cum Lusitanis inire 114. in eos iniuriosus 152. à Patieco infestatur, ibid.

INDEX IN HIST. INDICAS.

- Adamas Abassia rex Abassinos qui ibid. eorum gaza qua 16.
 Catholicos vexat 472. & seq. in Aethiopia Hesperia quando
 Apostata & Apostolicae sedis prima Missa celebrata 7.
 hostis, ibid. à Turcis fusus & Aethna Siciliae mons 114.
 fugatus, ibid. Africae pars magna veteribus ig-
 nota 3
 Adenum Arabiae oppidum mu- Agacinum Goa vetus 388.
 nitissimum 25. 69. 87. 128. 144. Agacinum laue infulae oppidum 140
 176. 296. 320. qua fraude à Agazinum Cabaia oppidum va-
 Turcis captum & direptum 310 statur 268.
 & seq. a Lusitanis oppugnatum Agesymba praescis noti orbis ter-
 144. à Turcis 176 & seq. 270. minus 23.
 eius deditio à Lusitanis im- Agnes Gaspatis Berzei mater
 prudenter repudiata 178. & 400.
 se. descriptio 144. incolae olim Agrippae colunae Romae in om-
 Maddena gens 25. incolarum nium Deorum templo 36.
 ob Albuquerqueii adventum me- Aialus Boleifis Ternatis regis fi-
 tus 144. Rex qua conditione lius 232. 288. in arcem à Britto
 Lusitano stipendiarius 270. abductus 232. Ternatis rex
 fidem perfide violat, ibid. 1 u- 271. matri restituitur. 79 re-
 sitanos. aliquot captos inter- gno pulsus 280. in praelio contra
 ficit, ibid. à Turcis captus sus- Lusitanos occubuit 286. & fr.
 penditur 311. situs 25. 69. 144. Aitan rei bellicae apud Sinas
 Aegidius Annus Hesperiae Aethio- praepositus 165.
 piam primus detegit 6 & seq. Alcoceris portus à Lusitanis in-
 Aegidius Fernandus Catuallius census 320.
 Parauensis succurrit 451. eius Alexander Abassinotum rex 26.
 de Malabaribus victoria, ibi- Alexander VI. Papa 22. 71. limi-
 laus 452. tes navigationum inter Ca-
 Aegyptii Sultani opes unde 24. stellanos & Lusitanos definit
 Aegyptius Patriarcha schismaticus 465.
 Aegyptiorum literae quales 350.
 Acrius Caciles Ternatis rex 281 Alexandria Aegypti vrbs 24. 176.
 285. 317. Boleifis ex pellice fi- 465. eius Patriarchae Abassini
 lius 281. Goam vinculus defer- parent 465.
 tur 357. à rectore benignè sus- Alexius Ferreria Xaverii ad Si-
 ceptus, & in regnum restitutus, nas comes 440.
 ibid. eius mater praecipitatur Alexius Mengis Malacae venit
 281. cum Ternatenses regem 185. discordiam Lusitanorum
 auersantur 288. & seq. tollit ibid.
 Aethiopes Eoi qui 23. Hesperii Almanfor Tidoris rex 142. 226.
 * 5 & seq.

INDEX IN

- & seq. 237. & seq. ad deducendos ad Lusitanos naues mit-
 tum 147. Lusitanis arcem in suo
 regno ædificandi facultatem
 dat 226. pacem qua conditione
 à Lusitanis impetrat 253. ve-
 neno à Lusitanis sublatus 254
 eius filia Bolefii Ternatis regi
 nupta 226. in Lusitanos bene-
 uolentia ibid. ei à Lusitanis pa-
 ce violata bellum iniuste illa-
 tum 154.
- Almerinum Lusitanix oppidum
 360.
- Alodinus Mamudii Malacæ re-
 gis filius 130. bellum cum Al-
 buquerqueio suadet ibid. in Bin-
 ranum insulam fugit 133. 192.
 204 Bintani rex 191. Bintanum
 munit 204. 245. Geinalem ad
 Pacenum regnum occupan-
 dum iuuat 200. ad Malacæ re-
 gnum iterum aspirat 185. Ma-
 lacam infestat 190. 204. 231.
 270. Malacæ arcem per frau-
 dem occupare tentat 140. op-
 pugnat 186. pacem à Lusitanis
 fraudulenter petit ibid. impe-
 trat 170. Pagum oppidum mu-
 nit 191. à Panensi regulo opem
 contra Lusitanos implorat 246
 eius castra à Lusitanis expu-
 gnata 187. clades 192. exerci-
 tius à Lusitanis sulus & fuga-
 tus 240. capio Biurano fuga
 249. in Borellium insidit 151.
 mors 187. cum Lusitanis secunda
 prælia 231 pugna 192.
- Aloysius Lusitanus 313.
- Aloysius Mendius Societatis Je-
 su presbyter Parauanis præ-
 sectus 439. eius martyrium ibid.
- Alphonsus Albuquerqueus 184. 291.
 312. 344. Adenum venit 144.
 oppugnat ibid. apud Almeida
 à nauarchis falso accusatus 97
 Antonii Noronia mortem eg-
 gre fert 124. in Arabiam iube-
 tur proficisci 128. in eam ten-
 dens tempestate impeditur i-
 bid. ad Armuzianum bellum
 se parat 117. Armuziam clas-
 se petit 153. Armuziam ve-
 nit 90. & seq. obsidet 196. &
 seq. à suis desertis obsidionem
 soluere coactus 97. Armuzia-
 norum naues incendit 92. cum
 iis pacem qua conditione init
 93. & seq. arcem à se conditam
 deserit 95. Armuziam repetit
 105. Calaiatum veniens beni-
 gne suscipitur 88. capit, diripit,
 & incendit 104. Calecuta-
 nis iniuriam a suis factam ne-
 gligit 63 Calecutanum regnum
 vastat 62 Calecutum incendit
 112. ad Camaranum insulam
 venit 145. Cananorè venit 105.
 124. Cocinum 51. 136. Cocinitu-
 mulum sedat 124. cum Colanis
 fœdus init 62. Curiatum diripit
 & incendit 88. & seq. Goam ve-
 nit 137. 146 sibi deditam qua
 populo ingressus 118. & seq. Goam
 statum firmat 119. 121. Goam ab
 Idalcane obsessus 121. & seq.
 vrbe relicta in arcem fugit
 ibid. de arce deserenda con-
 sultat 127. eam deserit 122.
 Goam classe repetit 124. cap-
 tit 125. Goam D. Matix Virgi-
 nis templum extruxit 145.
 in

HISTORIAS INDICAS.

in Indiam missus 79. India
 prætor 112. inuidorum ca-
 lumniis petitus 134. Ismaëlis
 Persarum regis legatos qua
 pompa excepit 153. Magnus
 dictus 62. maiestatis ostenta-
 tor 128. Malacam petit 128.
 venit ibid. incēdit 129. oppu-
 gnat 131. & seq. expugnatam
 diripit 133. & seq. Malacæ sta-
 tum componit 134. Mascata-
 tum veniens benignè susce-
 ptus 89. expugnat, diripit, &
 incendit ibid. & seq. Naban-
 dem oppidum capit & incen-
 dit 105. nauis aliquot expu-
 gnat 128. Olisiponem redit
 64. Orfalanū ab incolis reli-
 ctum diripit 90. Persico & A-
 rabico oceano præfectus 81.
 87. ad Persici sinus ostia ten-
 dit *8. Quexomem insulam
 vastat 97. Socotoram venit 144.
 arci succurrit 97. vulnera-
 tur 112. Xoatena urbem in
 fidem suscipit 90.

Alphonſus Albuquerqueii ætatis an-
 ni 154. animi moderatio 250.
 contentio de prætura cum Al-
 meida 105. 111. consultatio
 cum suis de bello Goensi 119.
 crudelitas in Lusitanos apo-
 statas 138. curæ & sollicitudi-
 nes 127. acris denuntiatio
 ad Armuziæ regem 90. exe-
 quiæ & sepultura 134. & seq.
 expeditio Arabica 144. faci-
 nus crudele in nautas Armu-
 zienſes 96. laudabile 125. duo
 facinora gloriosa dudum co-
 gitata, morte impedita 154

laus ibid. legatio ad Cambaiz
 regem 151. ad Ismaëlem Per-
 sarum regem 155. ad Sionis
 regem 134. magnanimitas
 121. monita a Tritano Acu-
 nia neglecta 79. mors 154. mu-
 nera ad Ismaëlem Persarum re-
 gem 153. nauarchi & socii de
 eo queruntur 94. arcem Ar-
 muzianam delendam sua-
 dent, & quare ibid. libellum
 supplicem ei offerunt ibid. nau-
 fragium 136. 147. nauæ & fa-
 bri ad Armuzianos transfu-
 giunt 94. oratio ad crucem
 140. ad socios 95. periculum
 vitæ 97. 112. 122. 133. 136. 137
 pericula & incommoda varia
 ad Goam 122. & seq. pietas
 126. prælium cum Armuzianis
 nauale 91. & seq. respon-
 sum ad Armuziæ regis lega-
 tionem 93. ad Malacæ regis
 129. Persarum regis 94.
 Alphonſo Albuquerque Armuzia
 dedita 133. Crucis purpureæ
 signum in celo apparet 140.
 ad eum variæ diuersorum re-
 gum legationes 127. 134. 138.
 Ismaëlis Persarum regis 132.
 & seq.
 Alphonſus Albuquerqueii filius 154.
 D. Virginis templum Gox au-
 xit ibid. eius ætatis anni ibid.
 mors ibid.
 Alphonſus Alencastrins Iusta-
 niæ ad Papam legatus 424.
 Alphonſus Cyprianus Castella-
 nus in D. Thomæ Coloniam
 missus 392. 473.
 Alphonſus. Emmanuelis regis
 filius

INDEX IN

- filius Cardinalis 284. & seq. Alphonſus V. Luſitaniæ rex 62
 eius Eccleſiaſtica cõſtitutio- bellis implicirur ibid. claſſes
 nes, ibid. ad quærendas terras mittir,
 Alphonſus Ioannis I. Congi re- ibid. cum Æthiopicibus occi-
 gis filius 14. 432. baptizatur dus mercimonia inſtituit, ib.
 14. à patre exhæredatus, 15. caſtella in Guinea exſtruxit
 in gratiam redit 16. idola per 11 moritur, ibid. eius pater 6.
 totum regnum habere prohi- Alvarus Aconia Diēſi arci ſub-
 bet, ibid. Ambaſſem ingredi- ſidio miſſus 381. circa Diem
 tur 17. Rex ſalutatur 18. fra- aliquor Arabas naues expu-
 trem miraculoſè ſuperat, ibi. gnat, ibid.
 & ſeq. quot annos regnavit, Alvarus Britus à Mahometanis
 ibid. Hæricum filium Roman interfectus 259.
 mittit 138. eius in cõſeruanda Aluari Camignæ forte facinus
 & propaganda religione ar- 389.
 dor 14. & ſeq. 16. 126. ad po- Alvarus Caſtrius Ioānis Caſtrii
 pulum oratio 17. & ſeq. mors India prætoris filius 381. Diē-
 4. 7. ſi arci cū claſſe ſubſidio miſ-
 Alphonſus Lupius Coſta Luſita- ſus 380. eius fortitudo & fa-
 nus 88. cibus inſigne 389. vitæ peri-
 Alphonſus Lupius Societatis le- culum 381.
 ſu præbyter in ignota inſula Alvarus Dominicanus Ioannis
 fame perit 471. II. Luſitaniæ regis confeſſa-
 Alphonſus Menefius Baticalæ re- rius 20. in Ialophorum regnū
 gulum ad fidem redigit 190. mittitur, ibid.
 Alphonſus Mexias Goæ regius Aluari Gãræ virile facinus 389.
 quaſtor 142. magnos motus Alucan Mamudii Cambaiæ re-
 in India facit 244. & ſeq. eius gis tutor 309. Dux exercirus
 de Maſcarenia prætura con- contra Luſitanos, ibid. Luſi-
 ſultatio 242. in Maſcareniam tanos inſeſtat ibid. Diēſis ar-
 iniuriæ 250. & ſeq. cis obſidionem ſoluit 312.
 Alphonſus Noronia India Præ- Amacanum Sinarum emporiū
 tor 433. 459. venit 433. Soco- 147. 473.
 roræ arcis præfectus 80. Amangurium Iaponiæ vrbs 397.
 Alphonſus Paiua ad Æthiopiam 398. 436. 476. flammis euerſa
 & Indiam explorandam miſ- 397. eius bellum ciuile 445. in-
 ſus 25. eius mors, ibid. colæ Xauerium exhibilât 398.
 Alphonſus Perſona Malaceniſis eorum primus quomodo cõ-
 regius quaſtor 140. eius vir- uerſus 400. rex cum filiis in-
 tute Malaceniſis arx conſcrua- terfectus 46. regis in Xau-
 ta ibid. mors ibid. rium benignitas 399. ſitus 397
 in ea

HISTORIAS INDICAS.

- In ea Xauerius euangeliū ptę-
dieat ibid. & seq. 399. & seq.
- Amazones 301.
- Ambasse Congi vrbs regia 12. in
ea Lusitanus Legat⁹ quomo-
do exceptus ibid.
- Amboinus insula 141. & seq. 89.
361. à quo primū detecta 141. Lusitano stipendiaria 289.
- America 44 & seq.
- Americus Vesputius Brasiliā ex-
plorat, ibid.
- Amida Iaponiorum Deus 354.
- Amirianus Abassinus Adeni rex
144. 177. à Saraenis puer ca-
ptus 144. Adenum Lusitanis
dedit 178. reficit 179. fidē Lu-
sitanis fallit 180. eius ab Al-
buquereo postulata 144.
- Amis Armuziensis adolescēs in-
terficitur 97. ei⁹ in Albuquer-
cium ingratitude ibid.
- Ammoniz Arabiz Felicis po-
puli 315 primi à Mahomete
seducti ibid. Christianam fi-
dem experunt ibid. eorum o-
rigo antiquissima ibid.
- Amoci Nairum secta 37. quo-
modo se suaq⁹ deuouent ibid.
& seq.
- Ananazes palmę genus in Bra-
silia 45.
- Anathema nou contemnēdum
exemplum insigne 145. & seq.
- Anchasius iurū dieundo apud Si-
nas prępositus 165.
- Anchediua insula 41. 49. 61. 77.
& se. 105. 124. pisce abūdat 41.
eius situs 49. in ea arx edifica-
ta 73. ab Abdala oppugnata
77. & seq. destructa 78.
- Aneoninus Mōbazę rex inter-
fectus 197.
- Aneostan Ponde pro Idalcane
pręfectus 181. Caldetiā trās-
fugam benignē suscipit, ibid.
Ioannem Gomerium obrū-
cat ibid. Goam obsidet 183.
- Andreas Amaralius Lusitanus
Rhodiz militiz princeps 99.
eius cum Mammalucis prę-
lium nauale & victoria ib. 111.
- Andreas Fernandus Societatis
Iesu presbyter in Lusitaniam
ex India remissus 439.
- Andreas Ouiedus Castellanus
Societatis Iesu presbyter 463.
collegio Societatis Neapoli-
tano pręfectus ibid. Hierapo-
litanus Episcopus in Abassiz
ibid. Goam venit 471. Goa in
Abassiam missus 472. à Tur-
cis captus ibid. eius laus 463.
mors 472.
- Andreas Portuensis speculator
nauis Laurentii Almeidę 104.
honore & stipendiis auctus
ibid. eius forte facinus ibid.
- Andreas Vaseus Emmanuelis
Sofę nauis magister 454. 458.
- Angerus Iaponius 391. Malacam
ad Xauerium profectus ibid.
Coam à Xauerio missus ibid.
baptizatur ibid. Pauli nomē
accipit ibid. eius patria ibid.
395. vide Paulus Iaponius.
- Annibal Siciliam Italiae cōjun-
ctam ereditit 113.
- Annus Christi 1410. 5. 1470. 6.
1491. 11. 1497. 30. 1499. 41.
1500. 43. 1503. 63. 1505. 72.
1508. 98. 1509. 105. 1518. 189.
1520.

INDEX IN

1520. 197. 1521. 208. 1522. 227.
 1526. 240. 1535. 303. 1537. 285.
 1540 319. 1541. 320. 1542.
 336. 370. 1546. 360. 1549. 395.
 1551. 425. 1552. 442. 1553.
 439.
- Anta animal in Brasilia** 45.
- Antarctice plagæ frigora** 332.
- D. Antonius S. Pauli Eremitæ**
 tunica in celeberrimis ce-
 remoniis vsus 443. eius ce-
 nobia in Abassia 199. Saxa
 in Arabia vicus vnde dicta
 198.
- Antonius Abreus pontem Ma-**
 lacæ oppugnat 132 ad Mo-
 lucas insulas missus 134. Aga-
 einum, Amboinum, & ad Bā-
 dam insulam venit 140. fœ-
 dus cum Bandæ incolis in-
 it, ibid. Malacam redit 141. eius
 mors, ibidem.
- Antonius Abuleus scriba in Ba-**
 harenum missus 218.
- Antonius Blascus Castellanus**
 Societatis IESV presbyter in
 Brasiliam 460.
- Antonius Britus Baciantum in-**
 sulam vastat 225. Bintatum
 infeliciter oppugnat 226. Ma-
 lacam venit 204. Molucas in-
 sulas petit, ibidem. Tidorem
 venit 226. Tidoris regi in-
 fensus ibidem. in Ternati in-
 sula arcem struit, ibid. arcis
 præfectus, ibid. Boahatē Ter-
 natis regem cum fratribus in
 arcem atportat 232.
- Antonius Calderia** 455.
- Antonius Campensis** 88.
- Antonius Casalius Frânciscanus**
 384. in arce Diensi sacrificat
 ibid. Lusitanos ad prælium a-
 nimat ibid. iis in prælio cru-
 cem præfert 385. 389.
- Antonius Correa ad Baharenū**
 oppugnandum missus 216.
 oppugnat, ibid. & seq. Ar-
 muziam redit, & quo honore
 exceptus 218. Diensem arcem
 custodit 383. 385. Malacam
 comiteatu reficit 191. Pagum
 oppidum expugnat 192. in
 regnum Pegu missus 190. fœ-
 dus cum Pegustorum rege in-
 it, ibid. & seq. fœderis ceremo-
 niæ, ibid. eius in fœdere san-
 ciendo fallacia 191. magnani-
 mitas 217. cum Mocrino A-
 rabe pugna, ibid. & seq. de A-
 lodino victoria 192.
- Antonius Criminalis Parmensis**
 Societatis Iesu presbyter in
 Indiam venit 357. martyr ibi.
 424. Parauanis Christianis
 præpositus 392. 394. 417. eius
 laus 418. martyrium 419. se-
 pultura, ibid.
- Antonius Emmanuelis Congi**
 Regis patruis filius Christi-
 anus fit 11.
- Antonius Fernandus Lusitanus**
 exul Quiloæ a Caprale reli-
 ctus 77. ad Sabaium Deca-
 niorum tyrannum se confert
 ibid. fidem abjurat, ibid. Ab-
 dalam se vocat, ibid. Anche-
 diuam Lusitanorum arcem
 oppugnat 78. fugit, ibid.
- Antonius Fernandus** 261.
- Antonius Galuanus** 284 339.
- Molucarum præfectus** 284.
 Ma-

HISTORIAS INDICAS.

- Malacam venit ibid. qua letitia Ternati exceptus ibid. Tidorem expugnat 285. & seq. Ternatensem arcem auget 289. seminariū Ternati instituit, 291. librum de inuentoribus noui orbis conscripsit 356. eius laus 284. & seq. pater ibid. res præclaræ gestæ 289. & seq. sedulitas in propaganda religione 326. victoriæ 285 & seq. et Ternatis regnum offertur .88.
- Antonius Galuanus Macazoris incola Christianus fit 290 incolas suos conuertit ibid. legatus ad Lusitanos, ibid.**
- Antonius Galuanus Siligani rex 291.**
- Antoni^o Goan^o baptizatus 402.**
- Antonius Gomesius in Indiam missus 400.**
- Antonius Laurerius Franciscanus ad Bazainū rē Christianā egregiè administrat 436. in Socotora insula 81. Indiā petens naufragio factō capitur 113. ob sanctitatem & fidem seruatam dimissus Cocinum venit 136. eius laus, ibid.**
- Antonius Lemius Columbanæ arci succurrit 210.**
- Antonius Miranda Azeuedius ad Erythræa ostia obsidenda missus 253. aliquot naues capit 259. Armuziā venit, ibid. Goæ præfectus 260. Malabaricæ oræ 266. maritimæ rei ad Ceilanam 289. Calcutanam nauem expugnat 266. Cocinum venit, ibid. Pacenēsi arci serò succurrit 231 & seq. eius socii aliquot a Diensibus capti 259. victoriæ de Calcutanis 266.**
- Antonius Mota inuentæ Iaponiæ clarus 35.**
- Antonius Noronia Albuquerqueii sororis filius 118. successor Albuquerqueio in Indiæ Prætura designatus 123. duo castella ad Goam expugnat 118. eius laus 123. mors ibid.**
- Antonius Noronia Armuziæ subsidio missus 449. arcis præfectus, ibid. Peribecum Turcā fugientem insequitur, ibid.**
- Antonius Paiua ad Macazares missus 339. Sianium & Supanum reges conuertit & baptizat 341. eius cum Supano colloquia 339. & seq. cum Sianio familiaritas & colloquia 340. & seq.**
- Antonius Passianus Alanquerianus ad Pegusiorum regem legatus 190. & seq. 193. turri in obsidione Diensi præpositus 373. eam egregiè tutatus 377. ea subditis ignibus procidit 379. eius forte & egregium facinus 193. & seq.**
- Antonius Patiecus maritimæ rei ad Malacā præfectus 184. à Nonnio Vasæo captus 185. a Somatranis 192. eius cum Nonnio de Malacensis arcis præfectura simultas 185.**
- Antonius Pauli Iaponii famulus baptizatur 392.**
- Antonii Personæ fortitudo. 389.**

Anto-

I N D E X I N

- Antonius Petronius Francica-
nus 295.
- Antonius Pexorus Iaponiæ in-
uentæ celebris 357.
- Antonius Pireus Societatis Iesu
presbyter in Brasiliam missus
45.
- Antonius Quadrius Lusitanus
Societatis Iesu presbyter 473.
- Antonius Saldania è Lusitania
Goam venit 183. ad Cabaïam
vastadam missus 298. Gogam
oppidum euerit ibid.
- Antonius Sina a Sacta Fide Xa-
uerii ad Sinas comes 440 in
Goamõ seminario educatus,
ibidem
- Antonius Sosa Ciauli præfectus
366.
- Antonius Sylueria Agazinum
oppidum capit 265. in Bont-
bainam insulã se recipit, ibid.
ad Cambaiam vastadam mis-
sus 267. Ciaulum venit ibid.
Damanum oppidum capit
268. Diensis arcis præfectus
309. & seq. 368. eam contra
Turcã & Cambaianos egre-
giè tuetur 311. & seq. Mascã-
teniam capit 251. & seq. 267.
Raimelũ petit 267. captum di-
ripit 268. Sarratum incendit
267. eius imaginẽ præstantiũ
vitorum tabulis inserendam
Franciscus Gallix rex petit
315. contra obsidionẽ diligẽs
cura 309. & seq. ad suos ora-
tio 311 & seq.
- Antonius Syluius Calecutanæ
arcis subsidio missus 258.
- Antonius Veranus Portuensis
193. eius forte & insigne faci-
nus ibid.
- Aqua Iustrali miracula fiunt in
Iaponia 445.
- Ara Arabiæ Felicis vicus 197.
Soariũ ad eum naufragiũ 198.
D. Antonii Saxa appellatus,
& vnde ibid.
- Arabes Persas præfectos agre-
ferunt 218. mercatores è Ca-
lecutano regno migrant 68.
eorum naves a Lusitanis ea-
ptæ & incensæ 68.
- Arabia Felix 23. eius situs ibid.
- Arabs quidam in Molucis è Ca-
ciziorum ordine Christianus
fit 318. ex Mahometis stirpe
ortus ibidem.
- Arcl Porci oppidi dynasta 260.
à Lusitanis ad Calecutanos
deficit, ibid. eius vxor & soror
à Lusitanis captæ ibid.
- Argẽus Brasiliæ Annius 44 461
- Argenti sinã avidissimi 156. au-
ro præferunt ibid. vide Sinç.
- Argo nauis celebris 305.
- Arius Corica Antonii frater 217
eius cum Moerino Arabẽ pu-
gna ibid. mersus ibid.
- Armenius Patriarcha Nestoria-
nus 55.
- Armuzia insulã Geru vrbs 69.
87. & seq. 118. 151. 178. 200.
215. 224. 319. 392. 401. &
seq. 433. 448. à Lusitanis
obsessa 96. & seq. per octo
dies quassata ibid. his dedita
155. his stipendiaria 156. à Mo-
erino Arabe infestata 215. à
Toto rege incensa 223. à Tur-
cis diræpta 449.

HISTORIAS INDICAS.

- Armuzia** arx ab Albuquerque constructa 93. à Toro rege obfessa 211. & seq. 223. & seq. oppugnata ibid. arcis mania & tēplū à quo instaurata 263. luxus 404. motus & seditio 96. 131. 220. & seq. 224. obfidio soluta 97. opulencia 448. rex in Christianam fidem propēsus 411. & seq. Gasparem Berzeum quo honore profectus ibid. reges 10. exercati Goam missi 153. situs 69.
- Armuzienses** pacem à Lusitanis petunt 92. in patriam pace facta redeunt 224. & seq. eorum fames 97. cum Lusitanis navale praelium 222. & se. de iis querelę 210. in eos conspiratio 95. 220. detecta 96. metus ob Turcarum aduentū 448. ad regem iratę preces 96. apud Armuzienses ignominia nota qua 222.
- Aroezius** Ternatis regis tutor 271. Boahatem regem veneno tollit 273. ad Britum deducendū Tidorem venit 226. à Lusitanis abalienatus 273. & seq. ab iisdem captus & securi percussus 276. ad Maquienium insulā missus 257. Mariacum Tidoris insule caput captū incendit 272. Meneffo infensus 273. reginę & procerib⁹ odiosus 232. eius apud Lusitanos auctoritas 256. in Lusitanos & Castellanos cū Catabruno coniuratio 275. ei Tidorensis regis filia in matrimonium offertur 253.
- Arbomata** promontorium 23. 59. 197. 270. nunc Guardafu 23.
- Arquicum** Abassia oppidum 198. & seq. 469. eius Praefecti ad Soariū legatio 198. ei à Soario vexillus cruce insignitum missum ibid.
- Artianus** quidā res Indicas gręcę scripsit 38.
- Artinarium** promontorium 19. à quo detectum 6. Viride caput appellatur ibid.
- Atuanus** regulus ab Abrahamo Acenorum tyrāno regno pulsus 231. Georgio Albuquerque in expellēdo è Paceno Geinale praestō est 204. Lusitanis in Pacenensi arce obsessis serō succurrit. 231.
- Arx** ad Anchediūā 73. 78. ad Armuziam 94. 105. 153. 222. ad Calcutum 138. 146. 235. & seq. 240. ad Cananorem 73. 82. & seq. ad Ceilanum 187. & seq. 208. ad Cialēm 198. ad Ciaulum 219. 261. ad Cocinū. 61. 65. ad Colanum 344. ad Dium 303. ad Goam 118. 121. ad Malaeam 134. 140. 187. ad Maldiuas 195. ad Paenū 203. 230. ad Quiloā 71. ad Socotoram 80. 97. ad Sofalam 74. ad Ternatem 226.
- Asnafalagar** Abassinus rex 320. auxilium cōtra Turcas à Lusitanis petit ibid.
- Aspis** Arabiae vrbs à Lusitanis incensa ibid.
- Astrolabium** ad rei maritimę vsum à quibus translatum 8.
- Atax** Eunuchus Zeifadini I. armuzia

INDEX IN

- muzæ regis tutor 88. pacem cum Albuquerqueo init 93. & seq. eius ad Albuquerquei denunciationem responsum 91. aduersus eundem bellicus apparatus 90. cum eodem prælium nauale 91. & seq. pugna pro aquatione 97. ad eum pro pace legatio 92. in eum & Lusitanos insidiæ detectæ 95. exercitus 90. superbia & tyrannus 88. mors ibid. & seq.
- A**thanasius Frerius Goanus ciuis à Mâmdio Cambaia rege jugulatus 386.
- A**riua Amboini insule oppidum 289. Christiana sacra suscipit ibidem.
- A**tlantis radices navigationis terminus olim Hispanis 4. 5.
- A**ualites Africae emporium 180. à Lusitanis deletum, ibid. hodie Zeila, ibidem.
- A**uaritiæ malum 288.
- A**utololæ Guineæ populi, 22.
- A**zedecan vide Zusalarius.
- B.
- B**abylon vrbs nunc Cairum 71. eius situs, ibidem.
- B**aeanoris fluminis ostia à Lusitanis expugnata 242. & seq.
- B**acianum Moluca insula 225. ab Antonio Britto vastata, ibi. eius rex a Galuano ad singulare certamen prouocatur 288. Lusitanis fauet 271. cum iis bellum gerit 288. pacem init, ibid. ab ea Lusitani arcem sui 254.
- B**actianus regulus, ibid. Christianus fit 477.
- B**adagæ Narsingæ populi 418. Remanaearem Parauanæ vicum inuadunt, ibi. & seq. Antonium Criminalem è Societate Iesu interficiunt 419.
- B**aduini Arabiæ populi 175.
- B**adurius Sultanus Cambaia rex 298. 363. bellis implicitus 298. & seq. Citorem urbem obsidet 302. expugnat 303. à Lusitanis interfectus 306. & seq. pacem petit 301. iis Bazainum donat, ibid. arcem ad Diuonstruendi qua conditione facultatem dedit 303. in eos Calecuti regem ineitat 306. ad Mâdoum bis profligatus Diuonstru fugit 303. Nonnium prætorem inuisit 306. à Solimano Turea opem petit 303. eius in Lusitanos insidiæ 306. mors suis grata 307. contra Sangæ reginam exercitibus bellicisque apparatus 301. ad Solimanum legatio & munera 303. tyrannus 308. vita fœda, moresque profligati, ibid. vxor ad Ottomanum profuga, 310.
- B**ætis Hispaniæ fluiuius 205.
- B**aharenum Persici sinus insula & vrbs 97. 215. 263. Armuziæ regi subiecta 215. 218. Ichara olim dicta 215. à Lusitanis oppugnata 216. & seq. iis dedita 218. eius arx ab iisdem frustra oppugnata 264. & sequen. fertilitas 215. situs ibidem, in eo Lusitani intercepti

HISTORIAS INDICAS.

- empri 221:**
Balaluanus Somarræ mons flā-
 maseuomens 114.
Balochii Persæ prædones 220.
Balrhafar Gagus in Iaponiam
 missus 439.
Bancones apud Sinas naues
 162.
Banda insula 24. 255. 271. 289. à
 quo primùm detecta 141. eius
 amœnitas, ibid. descriptio i-
 bid. fertilitas 133. incolæ 141.
 & seq. longitudo & latitudo,
 ibid. religio, ibid. situs, ibi-
 dem.
Bandonius Malacæ regis ad
 Albuquerqueium legatus 129.
Bandora Cambaiæ oppidum à
 Lusitanis dirutum 298.
Barbaræ Lusitanæ femine con-
 stantia & pietas 313. & seq. fi-
 lli duo eodem tempore inter-
 fekti, ibidem.
Bardodini Bahateni insule dy-
 nastæ 218. tributarius Armu-
 zicæ regis, ibid. ab eo deficit
 263. à Lusitanis frustra oppu-
 gnatus 264.
Bardestiana postioria Lusitanis
 ab Idalcane attributa 346. à
 Zufolarino 291. ab Idalcane
 bello repetita 387. ex iis ido-
 lorum cultus iubetur à Lusi-
 ranicæ rege euelli 360.
Bardestium ad Goam castellum
 à Lusitanis expugnatum 117.
 124. 125. ab iisdem deserrum
 184.
Bardor seminarum Diis conse-
 cratarum domicilium 292.
Barnagazi Ethiopicæ regis præ-
 fektus maximus 198. 321. &
 seq. Arquicum venit 199. for-
 dus regis sui nomine cum
 Lusitanis init, ibidem. opera
 eorum contra Turcas implo-
 rat 320. Gamma in auxilium
 venit 323. eius cum Sequeria
 colloquium 200. pieras ibid.
Baroa Abasliæ vrbs 321. & seq.
 eius opulencia ibid. situs ib.
 Lusitani in ea quomodo ex-
 cepti ibid.
Barocum Cambaiæ vrbs 387.
D. Barptolemæi templum Coci-
 ni à Lusitanis constructum
 52.
Barptolemæus Diazius Bonæ
 Spei promontorium primus
 flectit 22. insulam S. Crucis
 ad Bonæ Spei inuenit, ibid.
 eius mors 48.
Baticala oppidū 118. 444. à Lusi-
 ranis captum & incensum 343.
 eius agri vastari 343. tegulus
 stipendiarius sic Lusitano 111.
 stipendium negans ad fidem
 à Lusitanis redactus 190. sic
 & regina domira 343. & seq.
 situs 111.
Barochina insula Maurica di-
 cta 143. caryophylli seu clau-
 feracissima ibid. eius fertilitas
 ibidem.
Bazainum Cūbaix oppidū 262.
 366. 380. 389. 425. 436. 439.
 à Diensi dynasta munitum
 299. à Lusitanis oppugnatum
 ibid. & seq. captum 266. 300.
 incensum 266. dirutum 300.
 Lusitanis à Cambaiæ rege
 attributum 301. ad id recu-
 peran.

INDEX IN

- perandum suos mittit 317.
 in eo apparatus bellicus in-
 uentus 306. templum D. Io-
 sepho Lusitaniae rex exstrui
 iubet 338.
- Bazora** Persici sinus vrbs 450.
- de Bearitudine** caelesti quid
 sentiant Mahometani 414.
- Bezi** Macazatum sacrificuli 342
 inter se nubunt, ibid. Sioniū
 regem à fide deterrent ibid.
 eorum mores & superstitio,
 ibid. iis feminam attigisse ca-
 pitale est, ibid.
- Bemoinus** Ialophorum rex 19.
 ad fidem suscipiendam à Ioā-
 ne Lusitaniae rege inuitatur,
 ibidem. à suis regno pulsus in
 Lusitaniam fugit ibid. bapti-
 zatus Ioannis nomen assumit
 ibid. Papae obedientiam de-
 fert, ibid. in regnum à Lusita-
 nis reductur 20. à Lusitanicę
 classis praefecto interficitur,
 ibidem.
- S. Benedictus** Abbas 146.
- Benestarinum** castellum prope
 Goam 144. 345. à quibus ce-
 ditum 135. à Lusitanis oppu-
 gnatum 137. qua conditione
 iis deditum, ibid.
- Bengala** regnum 308. eius situs
 23.
- Bengalanus** quidam 210. annos
 natus 308. eius filius nonage-
 narius, ibid.
- Beniensium** regulus Aethiops
 Christiana sacra expetit 19.
- Beninus** Socororae insulae por-
 tus 80. à Farracum rege oc-
 cupatus, ibid. in eo arx con-
- structa, ibid. à Lusitanis ca-
 pta 81.
- Bernardinus** Sosa Geilolii arcē
 capit 435.
- Bernardus** Iaponius Romam
 missus 437. 439 in Societate
 à Loiola receptus 437. Co-
 nimbricę in reditu moritur,
 ibidem.
- Berele** insula 295. & seq. 298. à
 Cambaia Rege munita 295.
 eius situs, ibi. arx in ea à Tur-
 cis constructa, ibid. à Lusita-
 nis expugnata 296. incensa &
 destructa 274. in ea Turcae
 forte facinus 296.
- Bethlehem** templum in Olysi-
 ponensi portu 42. 58. à quo
 primum constructum 30. 42.
 à quo auctum, ibid. eius prae-
 sides Hieronymiani mona-
 chi, ibid. eius ministerio Sa-
 racenorum pueri capti à Gā-
 ma dicati 53. ei pyxis aurea in
 vsum S. Eucharistiae ex Qui-
 loae vestigale donata 58.
- Bilganum** Cambaiae vrbs 345.
 ab Idalcane capta & direpta
 346.
- Bintanum** insula & oppidum
 133. 204. 245. ab Alodino mu-
 nitum 204. à Lusitanis oppu-
 gnatum 205. 245. & seq. ca-
 ptum & direptum 249. & seq.
 eius dynasta ab Alodino pul-
 sus 249. restitutus stipendia-
 rius Lusitano, ibid. situs 204.
 248.
- Bisnagensis** regnum 418.
- S. Blasii** Aquatio 30. 41.
- Blasii** Sodre naufragio petit 59
 Boaha-

HISTORIA S INDICAS.

- Bohates** Boleifis Ternatis Regis filius 226. Ternatis Rex 232. in arcem à Britto abductus, ibid. moritur 272.
- Bœtica** Americæ inuentionem sibi vindicat 2.
- Bojus** Ternatēsis dyuasta à Lusitanis captus 276 eiusiū Lusitanos conjuratio, ibid.
- Boleifes** Ternatis rex 271. 281. Lusitanos ad se classe deducit 142. eōs summo in honore habet, ibid. eius filius 26 ad Indiæ prætorem legatio, ibi. in Lusitanos amor, ibi. de retinenda Lusitanorum societate morientis ad suos monita, ibid. mors, ibid. vxor, ibid.
- Bombainum** insula 268.
- Bombainus** sinus 261. in eo Lusitanorum cū Diensibus prælium, ibid., & seq.
- Bombardæ** descriptio 32.
- Bonæ pacis** Aquatio 31. Regū flumen dicitur, 32.
- Bonæ Spei** promontorium 41. 48. 52. 71. 111. 117. 189. 196. 208. 245. 305. 382. 401. 452. 458. à quo detectum 22. cur sic appellatum 23. eius descriptio 22. & seq.
- Bona signa** Africæ flumen 31.
- Bononia** Italię ciuitas 241 in ea Carolus V. Cæsar. coronatus, ibidem.
- Bōzii** Iaponiorum sacrifici 352. 354 355. 396. 398. & seq. Xauerio initio fauent 396. Cangoximæ Regem in eum incitat 397. eorum doctrina 354. mores 351. & seq.
- Borba** Lusitaniæ oppidum 316.
- Borneum** insula & vrbs 24. 255. 276. 284. eius incolæ, opulentia & situs 276.
- Botellius** vide Iacobus.
- Boues** ab Indis religiosè coluntur 36. in eas defunctorum animas immigrare volūt, ibi.
- Brachmanæ** Indorum sacerdotēs 35. & seq. 329. 337. 357. 402. 418. 420. quanto apud suos in honore 35. in varias sectas diuisi, ibid. terna filia è collo gerunt, & quare 35. eorum Dii, ibid. libri de suis superstitionibus, ibid. & seq. placita & superstitiones à Brachmanæ detecta in Lusitanam linguam conuersa 36.
- Brachmana** primarius Goæ quæ latitia baptizatus 402.
- Brasilia** 205. cur sic dicta 42. à quo primū inuenta 44. Cruéis regio primū appellata, ibid. à Bonæ spei promontorio quārum distat 43. sacchari. ferax 44. eius descriptio ibid. animalia, feræ, arbores, plantæ, fertilitas, fructus ibid. motus cōpositi 460 in ea Franciscani fratres 425. Iesu societatis presbyteri, ib. 460. eorū labores 425. & seq. 426. Lusitanorū colonię 426. Missæ sacrificium primum 43. Prætor Lusitanus primus quis 425. Saluatoris oppidum eondirum 426.
- Brasilienses** auguriis dediti 47. caros quomodo exceipiunt, ibi. Christiani sūt 430. & seq.

- centum baptizati, *ibid.* faciē
quomodo exornant 47. Fran-
ciscanos monachos interfici-
unt 426. humanas carpes
edunt 47. 428. litteras ignorāt
47. litteris tribus ex alphabe-
tō carent 48. diuinitus id fa-
ctum, & quare, *ibid.* in Lusit-
anos quomodo irritati 429.
natandi arte præcellunt 48.
nudi incendunt 47. in oppida
& vicos contributi 432.
- Brasiliensium** arma 47. bellige-
randi ratio, *ibid.* femina sine
dolore pariūt 47. liberi a So-
cietatis Iesu patribus institu-
untur 431. lingua facilis & vna
47. mores 46. & seq. 425. 427.
peregrinationes 47. sepeliēdi
ritus 47. simplicitas, *ibid.* vi-
ctus, *ibidem.*
- Braua libera** ciuitas stipendia-
ria fit Lusitano 63. stipendiū
renuens a Tristano Acunia
capta & direpta 79.
- Britannia** 424.
- Bucatus Arabs** Carisæ oppido
præfectus 212.
- Bungi regnum** in Iapone 347.
400. 436. eius Rex Chri-
stianus fit, *ibidem.* Regis
in Lusitanos beneuolentia
& humanitas, *ibidem.* in
Melchiorem Nonnium 476.
in Xaucrium 436. litteræ
& dona ad India prætorem,
ibidem.
- Butuanus Rex Christianus** fit
291.
- Byzantium Thraciæ vrbs** 100.
363.
- C**abis Sionii animalis ossa
sanguini sistendo 128.
- Caciles Rades Tidorensis Regis**
frater 287. pacem cum Lusit-
anis suadet, *ibidem.*
- Cacizni Mahometanorum anti-**
stites 415. Armuziæ supplica-
tiones obeunt 412. ab Armu-
ziæ rege aliquot in exilium
ejecti 411. Moluccenses in Lu-
sitanos incitant 317. & seq.
- Cacizius quidam Arabs Terna-**
ti Christianus fit 317.
- Carulei fratres in Congū missi**
126.
- Casres Africæ populi** 23. 74. 452
454.
- Caimales Malabarici regni sa-**
trapæ 35. ex his quidam Chri-
stianus fit 420.
- Cairum vrbs Agypti** 71. 99. 178.
olim Babylon 71. eius situs,
ibidem.
- Cairum in vsu anchoralium**
expalma 194.
- Caiutia Brasiliæ pira** 45.
- Calacinum Christophorus So-**
sa inuadēs male acceptus 196.
& seq.
- Calaiatum Armuziæ vrbs** 88.
200. ab Albuquerque capta,
direpta, & incensa 105. eius
incolæ eundem benignè sus-
cipiunt 88.
- Calaluzium Indici navigii ge-**
nus 246.
- Calamata à Lusitanis capta** 284
- Calamina vrbs** 55.
- Calapore S. Crucis ædes** 360.
- Cal-

HISTORIA S INDICAS.

- Ealderia** Albuquerqueii alumnus 181. ad Ancostan Pondę præfectum fugit, ibid. a Gometio interfectus, ibidem. eius cum Goa præfecto similtas, ibid.
Calceares Parauanę vicus 451.
Calcutum Malabarici regni caput 23. 39. 49. 76. 234. 269. 298 344. empotium olim celebre 23. incensum ab Albuquerqueio 112. à Jacobo Sylueria 269. à Caprali tormentis quassatur 50.
Calcuti atx a Lusitanis cõstructa 146. destructa 240. à Zamorino obfessa & oppugnata 236. 238. & seq. arcis obsidio soluta 239. situs 236. in eã cõmeatus importatur 239. bellum cum Ceilaniis 315. cũ Cocinensibus 242. cũ Lusitanis 234. & seq. classis fusa & fugata 305. 317. regnum a Lusitanis vastatur 433. rex classem reparat 252. de Lusitanorum interse. factione gaudet ibid. pacẽ cũ iis. quibus cõditionibus inijt 62. vide Zamor.
Calcutienses in Cocinum irrupere conãtes repressi 305. eorũ clades 77. 235. 266. 317.
Callaica Hispaniæ pars 357.
Callaica Lusitana nauis 316.
Callẽsis regulus societatem cũ Lusitanis inijt 187.
Calles Ceilani insulæ portus 79.
Caluarius mõs in Brasilia 427.
Camalcan Idalcans. exercitus dux 119. Goam exercitu petit 120. oppugnat, ibid. & seq.
Camaranum Rubri maris insula 145. 179. 198. 284 310. olim celebris 145. eius amantitas ibid. atx à Solimano exstrui cæpta 177. à Lusitanis diruta 180 & seq. incolæ Lusitanorum aduentũ diffugiũt 145. Lusitanorum ad eã naufragium 179.
Cambaia Indiæ regnũ 98. 295. 300. 304. 308. & seq. 312. 345. 364. 366. 448. eius agri à Lusitanis vastati 264. 267. 298. & seq. 301. 382. 388. à Miramudio Mogorum rege 301. incolæ mercaturæ dediti 98. rex Betelem insulam munit 295. regis in Lusitanos captos seuitia 259. vexillum à Lusitanis captum 386.
Cambalanus vicus incẽditur. 62
Camboiæ regnum 24.
Camiguius rex Christianus fit 291.
Camis Dii minores Iaponiorũ 354.
Campson Sultanus Ægypti, Arabiæ ac Syriæ rex 70. classem in Ciliciam ad materiam nouæ classis destinat 98. in Indiam ad expellendos Lusitanos mittit 99. 176. ad Suezium reparat, ibid. contra Lusitanos bellũ rumoribus dissipat 70. Mahometici dogmatis assertor 70. Mecanæ doctus tutor ibid. à Selymo victus occũbit 177. eius ad Papam minaces literæ 71. vexilla tria capta in Lusitaniã missa 110. ei Lusitanos ex India pellere

INDEX IN

- pellere cogitari quæ obsû 170. Caravela navis 96.
 ad eû Calecutana legatio 70. Carigi Americae populi 461.
 Canacapoli in ora Pitcariae hy- Brasiliam baptismi gratia pe-
 podidascale 338. tunt ibid. in Christianam re-
 Cananor Malabarica vrbs 23 51. ligionem quam propensius i.
 52. & seq. 57. 73. 23. 230. 200. duos Patres societatis Iesu in-
 eius ædificia 52. animalia 51. terficiunt 462. a Tupinaqui-
 & seq. arx à Lusitanis cõstru- nis aliquot interfecti 461. eo-
 cta 70. à Canahorensibus & rum ad interfectores oratio
 Calecutanis oppugnata, à Lu- ibid.
 sitanis defensa 82. & seq. 85. Carmania regio 300.
 arcis mænia refecta 263. arcis Carnabacus Turca Asiaticus
 templum D. Mariæ Victrici 94. ad recuperanda Salseta-
 consecratum 77. 84. ex arce na portoria ab Azedecan
 Lusitanorû eruptiones ibid. missus ibid. in prælio cû Lusi-
 in ea egrundẽ fames ibi. mo- ranis occisus ibid. eius clades
 res 51. opulencia ibid. rex pacẽ ibid.
 cum Calecutanis agre fert, & Carnis humanæ esus 428 & seq.
 quare 146. regis ad Capralem Carolus V. Cæsar 351. Castellæ
 legatio 51. ad regem Lusita- rex 205. quinque naues ad
 niæ ibid. situs ibid. Molucas insulas lustrandas
 Cananorêses à Lusitanis exacer- mittit 206. Bononię corona-
 bantur 82. & seq. rur 241. eius Tunctana expe-
 Canariæ insulæ 21 205. ditio 390.
 Canarini à Lusitanis cæsi 293. in Carolus VIII. Gallię rex 22. eius
 Lusitano exercitu 295 388. cum Fernando Castellæ rege
 Cangoxima Japoniæ vrbs 391. scædus ibid.
 395. & seq. eius incolę aliquot Caryophylli seu clauis descriptio
 Christiani sicut 296. & seq. 143 eius in Molucis copia ib.
 rex Christi & D. Virginis ima- Casia aromatis genus 113.
 ginẽ veneratus ibid. in ea E- Castanerianus comes 332. & seq.
 uangelium prædicatur ibid. eius de Francisco Xauerio iu-
 Cantonia Sinarum prouincia dicium 333.
 173. Castellani aliquot in America
 Canton Sinarum vrbs 437. 442. à Tupinaquinis interfecti 461
 Capocate Calecutanus portus ad Molucas insulas ab occi-
 39. dente perueniunt 208. 254. cû
 Capralis, vide Petrus Aluarus. Tidoris rege societatis in eũ
 Caput Non. 4. 208. Tidorem reficiunt, ibid.
 Caracora nauis genus 255. è Tidori discedunt 210. eorũ
 Ceramansa regulus Æthiops 8. de Molucis insulis cum Lusi-
 tanis

HISTORIAS INDICAS.

- tanis simultra 255.
- Castellani cuiusdam in Brasilia in patres Societatis Iesv in-
gratitudo 262.
- Carabrunus Geilolii regni pro-
curator 271. & seq. Castella-
nis & Tidorensibus fauer, ib.
- Geilolii regem venenotollit,
regnumq; inuadir 282. Mau-
ricas insulas vastat 272. 282.
Momodianos neophyros a fi-
de deducit, ibid. ad singulare
cetramen a Galuano prouo-
catur, 288. pacē cū Lusitanis
inir, ibid. eius in Lusitanos &
Castellanos cum Aroëzio cō-
juratio 275 in eum Lusitano-
rum expeditio 287.
- Carharina Ioan. III. Lusitanie
regis vxor 338. 424. eius laus
318.
- Carharina Persæ Cacizii filia
christiana fit 414. baptizatur
415. Lusitano nubit, ibidem.
- D. Catharinæ promontorium
detegitur 6.
- D. Catharinæ reliquie vbi 71.
- Catifa Bahareni insulæ oppidū
Lusitanis deditum 218. ab iis-
dem captū & direptū 210. 435
- Carya orē Malabaricę flumen
259. & seq. ad eius ostia Lusit-
anorum naufragium, ibid.
- Carya vicus a Lusitanis vastatur
260.
- Caucasus 21.
- Caucincina ora, ibidem.
- Cazican Persarum regis exerci-
tus prefectus 319. nauale sub-
sidium a Lusitanis petit, ibid.
- Reixelum obsidet, ibid. Lusit-
anorum opera capit, ibid.
- Ceilanus regius adolefcens Goā
ad baptismum se confert 39.
& seq. ad Lusitanie regē terri-
bir, ibid. laute iubetur a rege
tractari, ibidem.
- Ceilanum insula 24. 78. 113. 187
208 & seq. 339. 225. 433. 446.
a quo primū detecta 78. pri-
morum patrum sedes fuisse
perhibetur, ibi. in quor satra-
pias diuiditur 79. Taprobana
quibusdam 24. 78. eius descri-
ptio, fertilitas, montes 78. &
seq. rex a Calceutano bello
pressus 317. regis in Christia-
nos sauria 300. in ea Eunu-
chus Candaces Æthiopum
reginæ colitur 79.
- Ceilus Arabie vicus 180.
- Ceirauaca vrbs Ceilanj a Ma-
dupio nupta 447. a Lusita-
nis capta & diruta, ibidem.
- Celabareean Turca interfectus
389.
- Celēbes populi 240. 290. ad
Christum adiunguntur, ibid.
& seq. 317.
- Cerdonis hæresis 414.
- Cerigo bellua Brasilia 46. & se.
- Ceriganum Celebiorum insula
290. incolæ Christiani fiunt,
ibid. & seq.
- Cerus ingentis magnitudinis
Rhoterici Vasæi nauem in-
uadit 202. & seq. ex ore isinis
delinitus discedit 203.
- Chalcedonensis Synodus 466.
- Chaunarie extremæ pramon-
torium 4. caput Non a nautis
appellatū, & quare, ib. syrtib⁹
infame

- infame ibid.
- Chersonesus aurea 23. 78. 113. 205. 250.
- Chia potionis genus in oriente 136. 349.
- Chinacutiales Calecutanę clas-
sis præfectus à Lusitanis ca-
ptus, magno precio redēptus
259.
- Chiruaipinus vicus à Lusitanis
incenditur 62.
- Christiana doctrina 378. 341.
- Christiana mysteria barbaris nõ
statim impertiendā exemplū
207.
- Christiani in India à D. Thoma
Apostolo conuersi 55. 358. ab
Armenio Patriarcha Episco-
pos accipere soliti 55. Domi-
nicā in Albis præcipuè cele-
brāt, & quare 56. à Mahome-
tanis & ethnicis vexati in fide
stabiles ibid. eorum ceremo-
niæ, mores, & ritus 55. & seq.
- Christianismi vestigia Goꝝ re-
petra 125.
- Christianorum praua vita euā-
gelio apud gentes quantum
obest 173. 427.
- Christi ordo in Lusitania 3. & se-
pulechrum se euersurum mi-
natur Campson Aegypti Sul-
tanus 71. de Christo quid
sentiant Mahometani 414.
- Christophorus Columbus Li-
gur ad quæredas in occiden-
te terras operam suam Lusi-
tano offert 21. ab eo reiectus
Castellæ regi idem suaderi
ibidem. Principes insulas inue-
nit ibid.
- Christophorus Gamma Stepha-
ni frater 320. Aethiopia regi
contra Turcas subsidio mis-
sus ibid. ab Abassinis quomo-
do exceptus 321. Abassię regi-
nam qua pompa excepit 322.
vulneratus fugit 324. e fuga
retractus virgis cęsus 324. ob-
truncatur ibid. eius caput So-
limano Ottomano pro mu-
nere missum ibid. ad Abassię
reginam litera 322. cum eadē
colloquiū ibid. & seq. de bel-
lo gerendo consultatio 321.
pietas ibid. pugna cum Zei-
liano 323. & seq. victoria 323.
clades 324. & seq.
- Christophorus Iusartes Calecu-
tanæ arci subsidio missus 237
eius audax facinus ibid.
- Christophorus Lusitanus in ar-
ce Diēsi interfectus 313. & se-
eius cum matre triste collo-
quium 314. pietas ibid.
- Christophorus Mellus Calecu-
tanani nauem expugnat 266.
& seq.
- Christophorus Riberus societa-
tis Iesu presbyter in Congo-
rem Christianam egregiè ad-
ministrat 432.
- Christophorus Sosa Calacium
inuadit 196. Canarini maris
præfectus ibid. Ciulum ten-
dit ibid. Querimbã expugnat
225. eius clades & vitę pericu-
lum 199.
- Ciales flumen & oppidum 266.
298. 420. eius arx a Lusitanis
constructa 298. regulus in so-
cietatē a Lusitanis recepti ibi-
eius

HISTORIAS INDICAS.

- eius sius *ibid.* Cialensibus Christianis quæ à Ioan. Lusitania rege donata 358. Cialensis reguli præfectus Christianus sit. 420.
- Ciamaius lacus 473.
- Ciampe regnum 24.
- Ciaulum Indiæ fluvius 106. ca. pax omnis generis nauium ibi. Ciaulum vrbs 100. 111. 146. 196. 220. & s. 259. 261. 267. 268. 293. 299. 303. 306. 368. 374. 459. eius agri vastatur 268. arx 459. à Lusitanis constructa 220. à Vasco munita 263. arcis periculum 261. situs 101.
- Cides Mercar. Saracenus Goam à Nassingano rege missus 201. ab Idalcanc interficitur *ibid.*
- Ciembe insula 433. Malabarium latronum receptaculum 447. à Lusitanis capta *ibid.*
- Cilicia minoris Asiæ regio 99.
- Cinceus portus 437.
- Cindiscanis Campaiæ regulus 450.
- Cingalæ Ceilani insulae populi 209. & seq. arcem Columbanam Lusitanorum obsident 210. oppugnât 211. eorum in ballistis vrædis dexteritas 210. de Lusitanis querelæ. 209. & seq.
- Cioranum insula 326. 360.
- Ciribiges Raja Alodini Bintani regis classis præfectus 185. Macense litus infestus *ibid.*
- Citor vrbs 301. & seq. a Badurio capta 303. eius incolæ seipfos incendio prædunt *ibid.* situs 302.
- Claudius Abassia rex 463. 469. schismaticus 472. & se. eius inconstantia 469. & seq. legatio ad Stephanum Gammam 320. mors 472. pictas. 325. de Gradaamete victoria *ibid.* ad eum Loiola litteræ 464.
- Clemens VII. Papa Carolum V. Cæsarem Bononiæ coronat 241. eius Abassia regis obsequium deferretur *ibid.*
- Cocinum Indiæ vrbs 23. 50. 53. 58. 75. 113. 250. 284. 294. 305. 327. 334. 337. 343. 358. 393. 395. 415. 433. 438. 447. à Calecutanis incensum 61.
- Cocini arx à Lusitanis constructa 62. à Parieco instaurata 65. quot vno tempore Christiani facti 137. Iudæorum atrox facinus 475. & seq. Lusitana ciuitas quando condita 137. mania ad mare à quo constructa 262. motus ab Albuquerque sedatus 124. opulentia 50. rex pacem inter Lusitanos & Calecutanos agere fert 146. sius 50. supplicatio prima solennis 62. replu paraciale imbribus peruium a Lusitaniæ rege iubetur refici 360.
- Cocinensium cum Calecutanis bellum 305. ob eorum aduentum terror & fuga 58. & seq. in piperis venditione ritus 358. iis subsidiu à Lusitanis missu 305.
- Cocus seu nux Indica 194. & seq.
- Coiesalles Mahometanus machinarum bellicarum peritus 66. eius ad Lusitanos oppugnandos machinæ *ibid.*

INDEX IN

- Colanū vrbs & regnum 53. 63. 73. 250. 341. eius arx à Lusitanis condita ibid. Christiani Thomistæ 63. iis in fœdere à Lusitanis maximè cautum ibid sanum à Lusitanis spoliarum 344. rex fœdus & societatem cum Lusitanis inir 63. regis ad Albuquerqueium legatio ibidem. ad Capralē 51. situs 63. templum imbris peruium iubetur à Lusitanæ rege refici 360.
- Colanus Sabia Ternatensis regis consiliarius baptizatur 317.
- Colonia Agrippina 409.
- Columbum Ceilani insulæ oppidum 209. 446. & seq. à Lusitanis captū 209. eius arx Lusitanorum ab incolis obsessa ibi. & seq. oppugnata 270. rex 187. Lusitanos è regno arce-re conatur 188. pacem petit 211. Lusitano stipendiarius 189. à cognatis interfectus 446. eius cum Soario fœdus 189. successori puero à Lusitanis subuentum 447.
- Columnæ lapideæ cum Regum Lusitanæ insignibus diuersis in locis erectæ 9. & seq.
- Cometes 48.
- Commagene Syriæ pars 24.
- Comorini promontorium vide Cori.
- Compostelanum D. Iacobi tēplum in Callaica 126. ei quæ ab Albuquerque pietatis causa consecrata ibid.
- Complutū Hispaniæ vrbs 328.
- Concani regni Decani præfatus Rhoterici Mellii opem contra Ginos implorat 200. eiusdem in regem fraus ibid. & seq.
- Concanum Lusitani fraudulenter occupant 202. ex eo ab Idalcane rursum pulsi 228.
- Conceptionis B. Mariæ insulæ à quo inuenta 52.
- Cœcilia quid de principatu Romanæ Ecclesiæ statuunt 466.
- Confirmationis sacramentum Indis primū quando collatum 91. Tanoris regi 423. & seq.
- Congi regnum 126. 432. à quo primū inuentum 9. & seq. eius fines à Mundequetis vastantur 13. incolæ quales 9. fidem summo opere expetūt 10. & seq. in eo patres Societatis IESV 432. templum constructur 12.
- Conimbriga Lusitanæ vrbs 329. 400. 432. 437. 473. eius Academia 329. situs ibid.
- Consalvus Coslius sex nauibus in Brasiliam profectus 53. eius naufragium ibid.
- Consalvus Nonnius in prima Indica navigatione nauarchus 29.
- Consalvus Pereria Ternatensis arcis præfectus 276. cum Borneci regulo pacem inir ibidē. Ternatem venit ibidem. Menesum uinctum in Indiā remittit ibi. odium suorum incurrit 277. à suis apud Ternatis reginam acculatur ibi. inter-

HISTORIAS INDICAS.

- Interficatur** 279.
Consalvus Sosa Lusitanix regis
 ad Congi regem legatus 11.
 eius mors ibid.
Consalvus Sylueria societatis
IESV Goæ concionatur 475.
 eius laus ibid. martyrium ibi.
Consalvus Velosus Momoiæ
 dynastam conuertit 280.
Constantiensè concilium 466.
Constantinus Brigantiæ ducis
 frater Io. III. Lusitanix regis
 cubiculi præfectus 478. Indiæ
 prorex 228. 478. Goæ D Tho-
 mæ templum construxit 228.
 eius laus 478.
Constantinus Mag. Imp. 79.
Copaibæ plantæ Brasiliæ hu-
 morem balsamo similem stil-
 lantes 44.
Coranum Mahometis templū
 Armuziæ 410. eius ianua à re-
 ge obstructa 412. in eo Ma-
 hometanorum supplicatio-
 nes ibid. Cruces à Berzæo po-
 sitæ ibid.
Cori promontorium hodie Co-
 morini caput 23. 78. 113. 119.
 138. 250. 253. 270. 327. 338. &
 seq. 392. 450.
Coromandelis Indiæ regnum
 53. D. Thomæ Apost. marty-
 rio clarum 55. eius præcipua
 ciuitas quæ 53. littus impor-
 tuosum 344.
Coruis quomodo Sinæ piscan-
 tur 163.
Cosmus Annus regius Scriba
 Goæ 326. 420.
Cosini emporium in Pegusiano
 regno 473. 474.
Cosmus Paina interficitur 385.
Cosmus Turrianus Hispanus
 Xauerii in Ioponiam socius
 395. 397. 444. Amâgutii Chri-
 stianis præpositus 456. 459.
 Bungi 476. Firandi 397.
Cotia animal Brasiliæ 45.
Cotta vrbs Ceilani à Madunio
 obsessa 447.
Couletum Calecuti emporium
 234. 301. a Mahometanis mu-
 nitum 234. à Lusitanis expu-
 gnatum 235. incensum 433.
Cranganor Indiæ vrbs 53. à Lu-
 sitanis incensa 68. ad eam Za-
 morinus delectum habet ibi.
Cranganorenses Christiani Tho-
 mistæ Emmanueli Lusitanix
 regi se submitunt 56. Gam-
 mæ sceptrum argenteum si-
 gnum deditionis offerunt i-
 bid. eorum ad Gammam le-
 gatio 53. 56.
Crementina Sangæ regina 301.
 bellicosa ibid. vestigal Badu-
 rio penderè reuixit ibid. a Ba-
 durio in Citore obsessa fugit
 302.
Crisnaraus Narsingæ rex 183. I-
 dalcæanem prælio superat 201.
 Raciolum vrbsm obsidet ibi-
 dem. capit ibid. iterum bello
 victus amittit 202.
Crudelitatis insigne exemplum
 275.
S. Crux Goæ in ruinis reperta
 125. solenni pompa in templū
 illata ibid. in Lusitaniã mis-
 sa ibidem. Meliapore à D.
 Thoma Apostolo defixa 54.
 alia sanguineis guttis cõspersa
 inuenta

- inuēta 362. sanguinē quotānis
exsudat. ibi. & seq. eius veræ
fragmentū ab rege Abassix in
Lufiraniā 138. 148. quæ so-
lemnitate ab Emmanuele ac-
ceptum ibid. signum purpu-
reum Lusitanis in cælo appa-
ret 145. signo Piratiningæ
Brasilienſes populi muniti,
hostes superant 460. vexil-
lum à Papa consecratum in
Congum missum 13.
- S. Crucis insula ad fauces Ara-
bici sinus 146. Mehuni olim
dicta ibid.
- S. Crucis insula ad Bonæ spei
promontorium a quo primū
inuēta 22.
- Guama Africæ fluius 13.
- Cubus Japoniæ dynasta. 336.
- Curia Muria insula 39.
- Curiatum Armuziæ oppidum
88. ab Albuquerque direptum
& incensum ibid. incolarum
ferocia ibid. in eo Lusitani in-
terfecti 221.
- Curiales Calecutanæ classis
præfectus 260. eius cum Lusi-
tanis prælium nauale ibid.
elades ibid.
- D
- D**ABVLVM regni Decani
oppidum 107. 118. 196.
220. 243. 305. munitum 107.
expugnatum ibid. incensum
108. 388. Lusitano tributariū
220. eius opulentia 107. situs
ibid. 220.
- Dæmones apud Sinas coluntur
170.
- Datanus in Somatra dynasta ab
Acenorum rege dominiõ peti-
litur 229. ad Aruanum regem
fugit 231. in Pacenam arcem
ad Lusitanos 229.
- Dairi summiæ dignitatis nomen
apud Iaponios 356.
- Dalaca insula Lusitano stipen-
diaria 241.
- Damanum Cambaiæ oppidum
ab incolis desertum 295. 300.
vastatur 268. eius arx à Lusi-
tanis capta & diruta 301. situs
300. in eo solemne Milie sa-
crificium 295.
- Damianus Goësius Lusitanicæ re-
gis chronographus 64. 174.
- David Abassinorum Aethiopi
rex 138. 198. 463. 467. Crucis
Christi fragmentum Emma-
nueli Lusitanicæ regi dono
mittit 138. Papæ obedientiam
desert 463. 467. eius ad Lusi-
tanicæ regem legatio 138. litte-
ræ 148. munera ibid.
- Decimæ D. Thomæ Apostolo
ab Sagamo rege decretæ 228.
- Declinationum tabulæ à quibus
inuēta 8. earum vsus & utili-
tas ibid.
- De is adorandus, non inuestigā-
dus 1. quæ ordinē in suis ope-
ribus cōseruat ibid. & seq.
- Didacus Iacobæus societatis Je-
su presbyter in Brasilia 425.
in Vincentianam coloniam
missus 427.
- Didacus Lupius Sequeria Ar-
muziam venit 200. 215. Clau-
lū petit 219. arcem eius con-
struit ibi. Goëcinum venit 1132
189. 219. Diu benignē ab Iazio
dynasta

HISTORIAS INDICAS.

- Dynasta exceptus 212. Dium Dionysius Lusitaniæ tæx Olis-
 reperit ibid. 219. Giddam pe- pone gymnasiũ instituit 328.
 rit 198. Goam venit 213. Goæ Dioscorige hæresis in Aethiop. 463
 D. Francisci templum & cæ- Diuar insula 326.
 nobium exstuxit 219. & seq. Diuitias malè quæsitæ cirò pe-
 Indiæ prætor 189. 194. in Lu- rirè exempla 202.
 sitaniam redit 117. Malacam Dium Cambaiæ oppidum 99.
 venit 114. ludens per insidias 146. 175. 211. 365. deditum Alu-
 pænè interfectus 116. & seq. cani 309. Lusitanis 308. incen-
 Mazuam insulam lustrat 198. sum à Turcis 315. instauratum
 Somatram insulam primus 100. munitum 213. 296. frustra
 detegit 113. eius Arabica ex- à Lusitanis oppugnatur 197.
 peditio 197. & seq. colloquiũ Saracenorum receptaculum
 cum Barnagazio Aethiopiæ 211. eius arx à Lusitanis con-
 præfecto 200. ad Dientse bel- structa 303. defensa 375. & se.
 lum apparatus 213. & sequ. de munita 309. 311. 368 oppugna-
 Dio oppugnando consulta- ra & obsessa à Mamudio Cam-
 tio 214. & seq. sædus cū Bar- baiæ rege 372. & se. à Rumecca-
 nagazio initum 199. cum Pe- ne 375. & se. 377. à Sofare 309.
 dirensi & Acenorum regulis 375. 371. & seq. à Turcis 312. &
 114. naufragium 198. ad nauar- seq. 314. & seq. arcis præsiðiũ
 chos oratio 214. 296. situs 303. Lusitanorum in
 ea periculũ 379. ex ea eruptio
 Didaci Mesquitæ in fide cõstan- 395. portus ab Almeida oppu-
 tia 259. gnatur 108. & seq. situs 100. ei
 Didacus Noronia Persiæ sinus subdiũdium contra Lusitanos
 fauces custodit 449. aduenit 296.
 Didacus Paecnsis Beianus ad Dientsem cū Lusitanis bellũ 219
 Dium à Prætorè relictus 215. 309. & seq. 368. & seq. elades
 eius naues à Dientibus oppu- 261. & seq. pauor 262. prælium
 natæ 219. nauale 261. iis quale detrimẽ-
 Didacus Pereria 437. 477. à Sinis tum à Lusitanis illatum 298.
 Malacã petit 437 & se. legatus in eos Lusitanorum expedi-
 ad Sinarũ regẽ 439. in Malacæ tio 294. & seq. cum iis pax ini-
 portu iniuste detentus 440. ta 317.
 Xauerii corpus honorificè se-
 pelit 443.
 Didacus Soueralius societatis Dobriga Gallorum nauis 301.
 Iesu in Congũ missus 432. lu- Doeres vrbs 303.
 dum literarium aperit ibid. Dodra Sionis vrbs 357.
 Didacus Sylueria oræ Malaba- Dofar Arabiæ vrbs à Lusitanis
 ricæ præfectus 267. direpta 241.
 Dominica in albis à Christia-
 nis

INDEX IN

- nis Indis præcipuè colitur, & Eduardus Galuanus ad Aethiopia regem legatus 198. eius quare 56. filius 284. mors 198. 284.
- Dominicani in Congo 11. Goæ 119. 391. 394. 476. in Ialophorù regno 20. Mosambici 401. eorum templum Goæ 390.
- Dorotheus Tyri episcopus 79. quo tempore floruit ibid. de Eunacho Canidæcs Aethiopia regina quæ scripsit ibi.
- Driacâ Mamudii Cambaia regis tutor 309.
- Dulcinda India regnum 98.
- E.
- E** Bora Hispaniaë Baticæ oppidum 27. eius academia 390.
- Ecclesiæ Catholicæ auctoritas 468. vnitas 456.
- Edessa Mesopotamiae vrbs reliquii D. Thomæ Apostoli clara 55.
- Eduardus Aosta Brasiliae prætor 460.
- Eduardus Barbutus signifer in Diensi prælio 185.
- Eduardus Britanniaë rex VI. 1.
- Eduardus Coelius 250. Bintanû insulam speculatur 246. Huidiam venit, & fœdus cum rege renouat 185. & seq. Panensis reguli classem Alodino succurrentem dissipat 246. & seq. Panensi regulo benignè exceptus 186. Scrrano ferè oppresso succurrit 247. ad Sionis regem legatus 185. eius naufragium 186.
- Eduardus Fonseca Calecutanae arci subsidio missus 237. Cocinum redit 238.
- Eduardus Mellus Pagum oppidum expugnat 192.
- Eduardus Menesius Indiae prætor 220. 225. 227. 233.
- Eduardus Patiecus 305. Cocinensibus subsidio ab Albuquerqueis relictus 64. Repelinî vada munit 65. Cocinensem arcem instaurat ibid. a Trimumpara rege qua legitima victor exceptus 67. in Lusitaniâ redit 68. quo honore à rege exceptus ibid. eius fortitudo 67. machinae bellicae Calecutanis opposita 68. prælium nauale ibi. & seq. stupenda victoria 67. Deo adscribenda 67. et insidia à Calecutano structa 65.
- Eduardus Syluius in Iaponem missus 439.
- Etach vrbs Adeni regni caput 177.
- Elana vrbs hodie Torus, transitu Hebræorum celebris 25. 320. a Lusitanis incensa 320.
- Eleonora Garzia Salæ Prætoris filia 454. Emmanuelli Soffæ nupta 452. eius animi magnitudo 455. 457. mors miseranda 457. & seq.
- Eleonora Ioannis I. Congi regis vxor baptizatur 13.
- Eleonora Ioannis II. Lusitaniæ regis vxor 10.
- Elephantes religiosè ab Indis coluntur.

HISTORIAS INDICAS.

- cōluntur 36.
Elephas turritus Papæ ab Em-
 manuele Lusitanæ rege do-
 no missus 146.
Elisabetha Æthiopiæ regina
 320. 321. à Gâna qua pompa
 excepta 322. eius cum Gâna
 colloquiū 323. fuga 324. pie-
 tas, ibidem.
Elisabetha Brachmanæ vxor
 Goæ baptizatur 402.
Emmanuelis Cernicii fortitu-
 do 237.
Emmanuel Fernandus sacerdos
 in Abassiâ missus 472. a Tur-
 cis captus, ibidem.
Emmanuel Frias Coromande-
 licæ oræ præfectus 227. & se-
 D. Thomæ Apostoli reliquias
 quarit, ibidem. inuenit 228.
 arca argentea ineludit, ibid.
Emmanuel Galuanus Ternatē-
 sis regis consiliarius Christia-
 nus fit 318.
Emmanuel Ioannis I. Cōgi re-
 gis patruus Lusitanos beni-
 gnè suscipit 11. primus in Cō-
 go baptizatus, ibidem. idola
 vndique conquisita publicè
 comburit, ibid. eius pietas,
 ibidem. & seq.
Emmanuel Lusitanæ rex 27. A-
 bassini regis legatos qua pō-
 pa excepit 148. de Aegyptia
 classe fit certior 178. Cabaia
 regis amicitiam expetit 11.
 de Indica navigatione cum
 suis cōsultat 27. & seq. in In-
 diam naues mittit 29. & seq.
 42. & seq. 52. 53. 68. Ioannis
 II. mortem iniquè tulit 27. ei
 ex testamento succedit, ibid.
 maritimos quaestus ab Ægy-
 pto & Syria in Lusitaniam tra-
 ferre cogitat 89. regnum quo
 ætatis anno inuit 27. suppli-
 cationes per regnum indicit
 42. 147. eius ætatis anni 227.
 regni ibid. iusta funebria ibi.
 ad Papam legatio & munera
 147. ad eundem literæ de re-
 bus gestis Patieci 68. mors
 227. eâ reges lugēt, ibi. muni-
 ficentia in Gânam & socios
 42. pater 27. responsū ad
 minacia Campsonis Sultani
 postulata 71. soror 27.
Emmanuel Nobrega Societatis
 Iesu in Brasilia 423. 430.
Emmanuel Passanius Anchedi-
 uæ arcis præfectus 78. eam
 egregiè tutatur, ibi. eius mo-
 nita a Cotinio spreta 113. pa-
 tria 78.
Emmanuel Patiecus Sōmatræ
 littora infestat 193.
Emmanuel Sosa ad Armuziam
 mari præfectus 220. eius
 cum Armuziensibus nauale
 prælium 223. & sequ. mors
 306.
Emmanuel Sosa Sepulueda
 Dienſis arcis præfectus 365.
 452. arcis fossam ampliavit
 368. Lusitaniam repetit 452.
 suos consolatur 454. & seq.
 eius naufragium 452. & seq.
 peregrinatio & vitæ pericula
 454 & seq. vxor 452. mors mi-
 seranda 458.
Emmanuel Vasconcellius Coei-
 num tuerur 68.

INDEX IN

- Episcopus Indiæ primus 291.
 Equirû sacer ordo in Lusitania
 contra barbaros à quo insti-
 tutus 4.
 Erythrææ fauces 59. 145. 241.
 253.
 Eugenius IV. Papa 466.
 Eunuchus Candaces Aethiopû
 reginæ in Ceilano insula à
 barbaris colitur 79. in quibus
 locis Euangelium prædicavit
 ibidem.
 Eutichetis hæresis in Aethiopia
 463.
 Excommuniacionem non cõ-
 temnendam exemplum iusti-
 gne 145. & seq.
 Exorcismum efficacẽ esse exem-
 plum 203
- F.
- F**AMES in Albuquerquei elaf-
 se ad Goam 122. Atmuziæ
 97. in Cananorensi aree
 84. Goæ 135. 183. in Soarii elaf-
 se 179.
 Fartaces in Badurii exercitu 301
 è Socotora insula pulsi 81.
 Socotorenses in Lusitanos
 incitant 97.
 Faxiba tyrannus in Iapone 356.
 Fernandi Aluari Capralis nau-
 fragium 458. & seq.
 Fernandus Caruallius marino
 castello in aree Diensi præfe-
 ctus 369. 371.
 Fernandus Castellæ rex 21. 72.
 nouas terras per suos querit
 21. eius de insulis nouis inuẽ-
 tis cum Lusitanicæ rege simul-
 tas, ibid. & seq. per Papã sub-
- lata 22. fœdus cû Carolo Gal-
 liæ rege, ibid. legatio ad Lusit-
 tanum ibid. ab eo Saracenos
 è Bætica pulsos Cãpson Ae-
 gypti Sultanus ægre fert 71.
 Fernandus Castrius Diensi arci
 subsidio missus 371. S. Ioannis
 castello in ea præfectus 378.
 eius mors 379. 382.
 Fernandus Cotinius in Indiam
 mittitur 111. simultatem in-
 ter Albuquerqueium & Almei-
 dam tollit, ibid. Calecutum
 captum diripiens interfectus
 113 eius ambitio, ibid. & seq.
 Fernandus Deza Bazainum op-
 pugnat 299. & seq.
 Fernandus Emmanuelis Lusita-
 niæ Regis pater 26.
 Fernandus Fraueiscanus primus
 Indiæ Episcopus 291. eius
 mors 316.
 Fernandus Lemius ad Persarum
 regem legatus 153.
 Fernandus Lupius Historicus
 262.
 Fernãdus Lupius proëpiscopus
 Ternatensis 277.
 Fernandus Magalianes Lusita-
 nus ad Caroli V. Castellæ re-
 gis aulam se confert 205. ad
 Molucas insulas ab occiden-
 te querendas ab eo missus,
 ibid. & seq. S. Iuliani flumem
 detegit, ibid. Magellanicum
 fretû inuenit 206. insulas ali-
 quot desertas Italiæ opposi-
 tas, ibid. Subû insulã, ibid. be-
 nignè à Subi regulo exceptus
 ibid. eius cum Mathani rege
 pugna 207. mors ibidem. So-

HISTÓRIAS INDICAS.

- cii ad Molucas perveniunt 208. cū Tidotis rege Societate in eū, ibid. aliquot orbem totū navigatione circueunt, ibid. ad Hesperidas insulas in vineula à Lusitanis cōjecti ib.
- Fernandus Martinus Vasca Gama interpretis 31.
- Fernandus Monroius Pondam inuadit 181. & seius stolidū facinus ib. vitæ periculum 182.
- Fernandus Petreius Andradius Sincapurano mārī præsfectus 136. 184. in Sinas missus 154. 178. Cantonē venit 174. Malacam redit 185. eius æquitas à Sinis laudata 174.
- Fernandus Rhoterigijs Goæ quaestor 326.
- Fernandus Sosa ad Abassia regem legatus 469. eius mors 471. & seq.
- Fernandus Tutrianus Castellatorum dux in Molucis 255. Lusitanis bellum infert, ibid.
- Fernandus Vinagri^o sacerdos tē Christianam in Mauricis insulis amplificat 289. & se. eius in archipirata quēdam expeditio, ibid. victoria, ibid.
- Figenoiama Iaponiæ mons 347.
- Figense Iaponiæ regnum 396.
- Firandum Iaponiæ oppidum, ibidem.
- Florentinum Concilium 466. eius de Romani Pōtificis primatu decretum, ibid.
- Fluenta Africae promontorium 31. & seq.
- Formosus mons 265.
- Fotoques primæ notæ numina apud Iaponios 354.
- Franciscani in Brasilia 425. & se. Goæ 219. 394. 476. in India 4372. 326. in Pegusiano regno 473.
- D. Francisci templum & cœnobiiū Goæ à quo conditū 219. nouo regulo opertum 262.
- Franciscus Albuquerqueius Trimumparam Cocini regem in regnum restituit 61. rebellium agros vastat, ibid. oppida expugnat & incendit, ibid. arcē ad Cocinum construit, ibid. & seq. eius mōts 64.
- Franciscus Almeida 118. cum Albuquerqueio in gratiam redit 111. ad Anchediuā arcē struit 73. Anchediuam classe perit 105. Cananore arcem ædificat 73. Cocinum venit 73. 87. 111. Cocini regem Naubeadoram in tegno cōfirmat 73. Dabulum oppidum expugnat & incēdit 107. & seq. Dii portum oppugnat 109. filii mortem sapiēter fert 104. ad eam vlciscendam se parat, ibi. preclarè vltus 110. & seq. in Indiā mittitur 72. in Lusitaniam reuocatur 111. Mombazā capit & incendit 73. Pananem portum oppugnat 86. & seq. Quiloæ regem regno pellit 72. arcem struit 73. eius cum Albuquerqueio simultas 105. & seq. 111. classis quā magna 72. ad milites concio 105. & seq. prælium nauale 109. & se. de Turcis victoria 110. mors & cædes miseranda 111.

INDEX IN

- Francisci Almeidæ Scalabitani facinus militare 343.
- Franciscus Aluarus sacerdos cū Lima ad Æthiopiæ regem missus 200. Aethiopicam peregrinationem Lusitanicè scripsit ibid. in Lusitaniam redit 241. Abassini regis obsequium Papæ defert. ibid.
- Franciscus Aluarus sacerdos Christianus rē Momoix amplificat 281. Ternatem fugit 282. eius vitæ periculum ibid.
- Franciscus Aluatus Prætori Indiæ à secretis 423.
- Franciscus Barretus Indiæ prætor 459. eius audax facinus. 460.
- Franciscus Barrius Paina 261.
- Franciscus Bungi rex Christianus fit 436. eius in Patres societatis Iesu humauitas ibid. ad Papam legatio 437.
- Franciscus Camiguinus regulus Christianus fit 290.
- Franciscus Castrius 238 ad Macazares Ternate missus 290. Cetegani regulū cōuertit ib. Siligani 291. Ternatē redit ib.
- Franciscus Cetigani regulus baptizatur ibid.
- Franciscus Correa Cocinensis apothecæ præfectus 63. Calcutanam nauē perfidē capit ibid. & seq.
- Franciscus Gallix rex I. 304. 315.
- Franciscus Gasparis Berzei pater 401.
- Franciscus Goueani forte facinus 312.
- Francisci Gramaxii memorabile facinus 193. & seq.
- Franciscus Henricus sacerdos Cocini Christianis præfectus 439.
- Franciscus Lima Goæ præfectus 422. qua pompa Tanoris regem excepit ibid.
- Franciscus Maldiuarum princeps Ollisipone perimitur 125.
- Franciscus Mansilia Lusitanus Xauerii comes in Indiam 332 Mosambici in Nosocomio relictus 336. Goam venit ibid. Piscariam petit 337.
- Francisci Melli prælium nauale 151. victoria ibid.
- Franciscus Menchius Diensi arci subsidio missus 380. eius mors 381.
- Franciscus monachus demortuum excommunicatum expiat 146.
- Franciscus Pariecus Rumæo castello præfectus 309. castellū Turcis dedit 314. ei⁹ mors ibi.
- Franciscus Pereria Ciauli præfectus 261 præfectura à Prætorē cur deiectus 268. & seq.
- Franciscus Salæ Sundæ dynastæ subsidio missus 250. te infecta Malacam redit ibid.
- Franciscus Serranus Antonii Abreii socius 141 à Rucutellanis benignè susceptus 146. Ternatē adductus summo in honore habitus ibi. eius de Molucis insulis literæ 205. mors 226. naufragium 141.
- Franciscus Serranus Eborensis Bintani oppugnat 246 & seq. vulneratur 247. ei⁹ nauis ferè à Bin-

HISTORIAS INDICAS.

- à Bintaniis expugnata ibi. ni
 Petrus Mascarenias succur-
 rit. ibid. & seq.
- F**rancisci Sylui fortitudo 389.
 Franciscus Xaverius Aspilco-
 ta Nauarrus societatis Iesu
 presbyter 329 357. 359. Amā.
 gutium venit 399. a Goano E-
 piscopo quomodo exceptus
 336. à Lusitanię rege 331. Firā
 dūvenit 397. 399. Goā. 361. 392
 Molucas insulas petit 361.
 Nuntius Apostolicus Indię
 331 336. Olisiponē venit 32.
 paupertatis singularis ama-
 tor ibid. & seq.
- F**rancisci Xaverii ęcta Amangu-
 rii 397. & seq. 399 & seq. Bū-
 gi 436 Cangoximę 395. & se.
 Firandi 377. Goę 336. & seq.
 392. & seq. in Macao 338. Ma-
 lacę 391. & seq. Meaci 398.
 Mosambici 335. Olisipone 332
 & seq. in Paraua 337. & seq.
 charitas in duos Mahometa-
 nos nautas 438. & seq. cōcio-
 nes 376. 396. corpus defunctū
 viuacalce opertum integrum
 miraculosē manet 442. & se.
 Malacam defertur. 443. Goę
 qua festiuitate exceptū 444.
 & seq. in D. Pauli sacello ibid.
 conseruatur ibid. laudes 445.
 literę ad Lusitanię reginam
 338. miracula 438. 439. 444.
 ea Ioannes Lusitanię Rex ju-
 bet indagari 478. mores 330.
 & seq. mors 442. oratio pia
 392. & seq. peregrinatio in Ia-
 ponia 395. in Indiā 333. & seq.
 335. & seq. in Lusitaniam 3: 0.
- & sequ. ad Malacam 437. & seq.
 Meacū 397. ad Sinas 437.
 441. & seq. responsum Casta-
 neriano comiti datum 333. ei
 in Iaponem iter dissuadetur
 392. ad Sinas 441.
- F**ranciscus Zeimotus inuentę
 Iaponię clarus 357.
Fratriis flumen in Brasilia 425.
Fullotum rex Aethiops 20.

G.

S Gabriel primę Indię navi-
 gationis pętoria nauis 29
 Galli aliquot in Indiā 361.
 Galuanus vide Antonius.

S. Gamaliel occultus Christi disci-
 pulus 421.

Gambea fluuius 19. Stachirim
 prisce vocarunt ibid.
Ganaria promontorium à quo
 primū detectum 5.
Gangaridum gens 308.
Ganges Indię fluuius 23.
Garzas Castrius Goę pęfectus
 345.

Garzas Henricus Ternatenfis
 arcis pęfectus 253. pacē Ti-
 dorensi regulo datam iniuste
 violat 254. Tidorem diripit
 & incendit 255. contra
 Menesū à suis incitatur 257.
 & sequ. eum in carcerē conji-
 cit 258. perduellionis ab eo
 cōdenatus 258. & seq. cū eo in
 gratiā redit 257. fugit 259. ei
 cū eodē similtas 255. & seq.
 iurgium 256.

Garzas Noronia Indię pętor
 325. 319. 390. in Indiam venit
 316. pacē cū Cābaia rege init
 ibid.

- ibid. eius mors 318.
 Garzias Sala Indiae praetor 388.
 Malacae praefectus 192. eius
 mors 425. res praeciaræ gestæ
 ibid.
 Gaspar Barzeus societatis I E S V
 presbyter Armuziam missus
 392. 401. ab Armuziæ rege
 qualis habitus 411. & seq. a
 Mahometanis Ioannes Bapti-
 sta dictus ibid. Iogues Armu-
 zia conuertit 416. & seq. eius
 acta Armuziæ 402. & seq. 404.
 & seq. 406. & seq. 409. & sequ.
 412. & seq. Goæ 402. in Indico
 itinere 401. & seq. Mascati
 402. Mosambici 401. & seq.
 colloquia cum Armuziæ re-
 ge 411. & seq. conciones 403.
 disputatio de fide cum Persa
 414. & sequ. miracula 405. &
 sequ. 407. & sequ. 412. obitus
 445. & seq. parentes 401. pa-
 tria 392. 401. peregrinatio Ar-
 muziam 402. Goam 435. &
 sequ. in Indiam 401. & se. pro-
 phetia 405. 409. studia 401.
 zelus 412. & seq. 415. & seq.
 Gaspar Lemius de Brasilia in-
 uenta in Lusitaniâ remissus 43.
 Gaspar Nonnius interpres Ti-
 doris regis 423.
 Gatis iuga 35. a Gini gente vasta-
 ra 201. circa ea mira cali va-
 rietas 35.
 Gedrosij Indiae populi 98.
 Geiloli⁹ Rex 272. 282. 287. 288.
 318. 434. veneno sublatus 282.
 435.
 Geinal tyrannus Pacenum re-
 gnum inuadit 200. à Georgio
 Albuquerque interfectus 205.
 Genne Aethiopiae Hesperiae ci-
 uitas celebris 6.
 Genua Italiae vrbs 78.
 Georgiani schismatici 409.
 S. Georgii insula 31. 33.
 Georgius Albuquerque 225.
 Bintanū infeliciter oppugnat
 204. 231. ad Geinalē è Paceno
 regno pellendū mittitur 197.
 Geinalē interficit 206. Goam
 venit 197. in Indiâ Olispone
 tendit 196. Malacā venit 204.
 Malacae praefectus 148. & seq.
 183. Pacenorū regi cōtrarebel-
 les succurrit 148. eū in regnū
 restituit 141. ad Somatrā venit
 148. 203. eius in nauigando
 infortunium 196.
 Georgius Barretus Castrius pu-
 teos Armuziēsium opplet 96.
 Georgius Britus Indiam petit
 202. Molucas insulas 204. in-
 terficitur ibidem. 229.
 Georgius Britus Malacae præ-
 fectus 183. eius in Malacenses
 tyrannis ibid. & seq. mors 184.
 Georgius Botellius ad Abdalam
 Caparis dynastam aduchedū
 Malacā missus 149. ad recon-
 ciliandas circa Malacā na-
 tiones 151. Malacā redit ibid.
 eius cum Linguae rege præliū
 nauale 150. & se. victoria ibi.
 vitæ periculū 151. in eū Alodi-
 ni Bintani regis insidiæ ibi-
 dem.
 Georgius Capralius Bazaini op-
 pidi praefectus 425. Malacae
 245. Indiae praetor 425. Ciem-
 bēm insulam circūsedet 433.
 447. eius

HISTORIA S INDICAS.

447. eius res præclaræ gestę
433.
Georgius Castrius ad Bandam
missus 271. Ternatis arcis præ-
fectus 318.
Georgius Menesius Ternatis
præfectus 255. à Garzia in vin-
cula coniectus 258. Garziam
perduellionis eodemuat 258. Goæ
Tidorem diripit & incendit
272. vincus in Indiã remissus
276 eius cum Garzia iurgiũ
256. cum Aroezio & Ternat-
enibus simultates 273. & se.
cum Garzia 255. & sequ. cum
sociis 274. & seq. in Tabonæ
præsidentem crudele supplicium
275. ei Tidoris Castellano-
rum arx quo pacto dedita
273.
Georgius Vasaus societatis Ie-
sus in Congũ missus 432. Chri-
stianam rem egregie admini-
strat 432. quoi templa in Cõ-
go construxit ibid. in Lusita-
niam rediit ibid.
Geru insula 69. Ogyrim olim
fuisse quidam volunt ibid.
Gicum castellum à Lusitanis ca-
ptum 284.
Gidda Arabiae vrbs 175. 178. 179.
197. 310. à Campsone Sultano
deficit 175. ab Hoceno Persa
munita 176. ab incolis meu
Turcarum relicta 310. à Sea-
rio tentata 179. & seq. eius si-
tus 179. ad eam Turcarũ clas-
sis reparata 197.
Gini Decani regni gens ab Idal-
cane deficit 201.
Goa vrbs 23. 27. III. 117. 144. 146. 181. 292. 305. 336. 344. 361.
387. 389. 392. Albuquerque de-
dita 118. ab eodem capta 125.
Indici imperii sedes destinata
119. obsidione liberata 138. ab
Idalcane obsessa 120. & seq.
135. & seq. 183. & seq. à Lusit-
anis deserta 121. & seq.
Goæ Archiepiscopus successio-
nes Prætorum conseruat 234
bellicus apparatus repertus
119. Christianæ religionis in-
crementum 477. cõnobium
Dominicanorum conditum
390. D. Francisci à quo 219.
nouo tegulo opertum 263.
incolæ 120. eorum motus &
seditio, ibid. & seq. in Lusita-
nos perfidia, ibid. principes
capti & supplicio affecti 120.
maniana versus mare à quo cõ-
structa 263. opulentiã 117. D.
Pauli collegium 444. sacellũ
477. in ea Xauerii corpus cõ-
seruatur 444. summum peri-
culum 183. Quæstor Præto-
rum successiones conseruare
solitus 233. situs 117. 120. sup-
plicatio ob pulsos hostes de-
creta 138. templum D. Do-
minici 390. D. Francisci à quo
conditum 219. D. Mariæ vir-
ginis Vada Luiana à quo 145.
471. maximum à quo absolu-
tum 262. D. Thomæ 228. Ti-
doris rex qua põpa exceptus
442. & seq. valetudinarium
publicum institutum 138.
Goam D. Thomæ reliquiæ Mo-
liapore translata 228.
Goga Cambaiæ oppidum de-
stru-

- structum 298.
 Gogalia prope Diu oppidum
 a quo conditum 100. Rume-
 polis dictum, ibid.
 Gomezius Sequeria ignoti no-
 minis insulam inuenit 41.
 Gomezius Arius Ternatensi ar-
 ci praefectus 272. ad conqui-
 renda cibaria missus 274. &
 seq. malè acceptus in arcem
 redit 275.
 Goterrius Monroius Goæ præ-
 fectus 181. Goæ statum per-
 turbat ibi. & se. eius cū Cal-
 deria simulras, ibid.
 Gotum Iaponiæ insula 347.
 Gradaametes Adelis ac Zeilæ
 tyrannus 320. Abassiam va-
 stat, ibid. Gāmam obruncat
 324. Solimani Turcæ stipen-
 diarius 320. eius cum Luita-
 nis prælium 322. & seq. cla-
 des 324. fuga 323. victoria de
 Lusitanis 324. mors, ibid.
 Græci in Florentino concilio
 Primatum Romani Pontifi-
 cis agnouere 466.
 Gregorius Serranus è Societate
 Iesv in Brasiliam 460.
 Gregotius XIII. Papa 436. ei à
 Iaponiæ regibus obsequium
 defertur, ibidem.
 Guadalaiaræ Castellani ex arce
 Cananorensi felix eruptio 83.
 Guardafu olim Aroniata pro-
 montorium 23. Africi litto-
 ris in Orientem limes, ibid.
 Gueraria Vardulorum oppi-
 dum. 209.
 Guinea Æthiopiæ Hespericæ re-
 gio 401. quando inuenta 6. &
 seq. vnde nomen habet, ibi.
 eius incolæ ibid. eorum pri-
 ma cum Lusitanis commercia
 ibi. victus ibid. situs ibid.
 eam cur prisca desertam puta-
 runt ibid.
 Gazarates Cābaicæ populi 98. 346.
 368. 384. eorum mores 98.
 Gymnosophistæ Græcorum 35.
 H.
Hales Armuziæ dynasta 152.
 Hali Bazaini oppidi præ-
 fectus 265. & seq. Diæsis clas-
 sis 261. cum Lusitanis præliū
 ibid. & seq. 265. fuga 262.
 Hamedes Armuziæ dynasta in-
 teremptus 153. eius dominan-
 di libido 152.
 Hametes Mochini dynastæ co-
 gnatus Bahareno insula exce-
 dit 218.
 Hestur Sylueria 261. Adenū
 venit 270. cū Adeni rege qua-
 le scædus iniit ibid. ad Arabicū
 inare custodiendum mittitur
 267. Bazainum oppidum ca-
 pit & incendit 265. & seq. Cā-
 baianos agros vastat 264. Do-
 sarem diripit 241. Erythræis
 faucibus præest ibid. Mazuā
 & Dalecam insulas Lusitano
 regi subiicit ibid.
 Helena Davidis Abassinorum
 regis uia 138. eius ad Lusita-
 niæ regem literæ 148.
 S. Helenæ insula 395. à quo in-
 uenta 52. eius situs ibi.
 Henricus Pacenæ arcis præfe-
 ctus arcem scædè deserit 230.
 & seq.
 Henricus Alphonfi Congi regis

HISTORIA SINDICAS.

- H**ieronymus filius 138. Romam missus Hieronymiani monachi Olysi-
 ibid. pone 42. ad Aquas Luptas
Henricus Cardinalis Lusitanix 137. ab Emmanuele rege præ-
 Eborensem academiam con- cipuè culti 42.
 didit 390. Hieronymus Menesius Bazaini
Henricus Franciscanus in Indiã præfectus 366.
 cum Caprale missus 43. Septæ Hieronymus Osorius Lusitanix
 urbis episcopus ibid. eius viræ regis chronographus 64. 174.
 periculum 50. 202.
Henricus Henricius è societate Hieronymus Texeria ad Mala-
 IESV Parauapis præfectus. cæ regem legatus 114. Iædus
 451. a Malabaribus captus i- cum eodem init ibid.
 bid. è vinclis ereptus ibid. Hierosolymæ captæ a Turcis
Henricus Ioannis Lusitanix re- effigies in vexillo depicia in
 gis filius 4. equitum ordini Lusitania conseruatur 110.
 præest ibid. extimos Africæ Hocenus Petta Mit Anurafen
 tractus lustrat 5. & seq. D. Vir- dictus 176. primæ Aegyptiæ
 ginis templum in Olisipon- classis in Indiã præfectus 99.
 si portu construxit 29. eius secundæ legatus 176. in Ca-
 castitas & pietas. 4. marano arcem exstruere ten-
Henricus Menesius Arabum a- tat 177. Diu venit 199. Gid-
 liquot naues capit 134. Cale- dam munit 176. Laurentium
 cutanæ arcis subsidia mittit Almeidam inopinatò oppri-
 237. arcis obsidionem soluit mit 101. a Solimano interfici-
 239. arcem destruit 240. in Ca- citur 178. eius ad Campsonẽ
 lecuti portu naues incendit literæ 176. ad milites oratio
 234. Cocinum inuenit ibid. 235. 177. & seq. cum Francisco Al-
 240. Conletum Calecuti op- meida pugna naualis 109. &
 pidum expugnat 234. & seq. & seq. cum Laurentio 102. cla-
 Goæ præfectus 233. Indiæ des 110. ad Cambaix regẽ fu-
 prætor ibid. & seq. 241. Pana- ga 109. 175.
 nem incendit 234. eius de Hoxiones Sinarum sacerdotes,
 Calecutanis victoria 239. 169. 171.
 mors 240. Hudia vrbs Sionis regni caput
Heroum vrbs Suezium 24. 185. & seq.
Hesperides intulæ 41. 72. 196. & Hyems in India Maio mense in-
 seq. cipit 121.
 apud Hesperios nauigandi in- I.
 scitia ante hoc seculum 3. **I**acaparinus Anuius 193.
Hetruriæ disciplina auguralis **I**acobitarum hæresis in Ae-
 36. thiopia 80.

I N D E X I N

- D. Iacobus Apostolus Hispanię præses 126. 340. à Lusitanis in prælio invocatur 131. 340. 376 & seq. 389. iis opitulatur 126. & seq. 340.
- D. Iacobi arx ad Quiloã à quo constructa 73. Compostellano templo quę ab Albuquerque consecrata 126. insignia, ibid. propugnaculum in arce Diensi 372. tormentario pulvere dissectum 379.
- Iacobus Almeida 387. eius forte facinus 389.
- Iacobus Bermudius Castellanus Dominicanus in Indiam venit 391.
- Iacobus Borbanus Ioannis Albuquerquei Goę Episcopi comes 316. 326.
- Iacobus Botellius exul in India 304. & seq. parua biremi Lusitaniam petit 305.
- Iacobus Canus Africę littora lustrat 9. Congi regnum primus detegit, ibid. & sequ. in Lusitaniam redit, ibid. iterũ in Congum delatus vlteric ra lustrat, ib. & f. Cõgi regẽ adit, eiq; fidẽ suscipiendã suadet. 10.
- Iacobus Congi Rex 432. & seq.
- Iacobus Diazus in Abassiam missus 469.
- Iacobus Diazus è Societate Iesu in Congum missus 432. & seq.
- Iacobus Fernandus Pacensis Beianus 127. & seq. Socorore arcem diruit, ibid.
- Iacobus Gnaia 372.
- Iacobus Laclcus Cambaicam Iaponii atmis dediti 349. Europis oram ad Diũ tuctur 369. eius forte facinus 370. & seq.
- Iacobus Lupius Azeucius Meluccensi mari præfectus 289. eius res præclarę gestę, ibid.
- Iacobus Lupius Sosa Diensis arceis præfectus 316.
- Iacobus Ortizius Visensis Episcopus Paricci res gestas pro concione laudat 68.
- Iacobus Sylueria Bandoram diruit 298. Bazainum capit 300. Calecurum incedit 269. Cãbaix orę præfectus 298. 299. cam vastat 298. 300. Mangalorem expugnat 269. incedit 270. delct 298. Patem & Patanem oppida diripit, ibid. Tanahentem dynastiam pel- lit, ibid. eius cum Cambaianis prælium 300. victoria; ibidem.
- Iasanapatani Ceilanix tyrãnus in Manarentem Ecclesiam sauit 339.
- Ialophi Æthiopię occidua populi 19. & seq. desultoria arte & agitandi peritia insignes, ibidem.
- Iaponia insula 24. 347. & seq. à quibus inuenta 356 eius aër salubris 347. animalia 345. arbores, ibid. descriptio 347. & seq. ad fidem conuersio prima 391. & seq. longitudo & latitudo 346. & sequ. montes 347. palatini seu præfecti 351. & seq. sacerdotes 352. 353. satrapia 347. situs, ibid. & seq. sterilitas 347.
- Iaponii atmis dediti 349. Europis

HISTORIAS INDICAS.

- Populi in moribus planè cō-
 trarii 350. & seq. eorum ædi-
 ficia 349. arma 350. Chia po-
 tus 349. cœnobita, ibi, cōuiuio-
 rû ratio 348. Dii 354. forensis
 res 356. hospitalitas, ibid. Im-
 perator 356. literæ, ibid. mo-
 res 348. & seq. 352. & se. reges
 fœdus cū Lusit. expetūt 445.
 regibus demeritis diuini ho-
 nores tribuūtur 354. rei quo-
 modo plectuntur 355. religio
 353. & seq. sermo 350. templa
 355. tyrannus 354. vestitus 356.
 & seq. virtutes 352. & seq. vi-
 tia 353. & seq. his quæ pretio-
 sa 349. 359.
- Iaua major insula 24. 139. eius
 fertilitas 139. incolarum ip-
 genia, ibidem.
- Iaua minor insula 24. 139.
- Iazius Sarmata Diensis dynasta
 99. 211. à Turcis infans in ser-
 uitudinem abductus 99. Albu-
 querciū benignè excipit 146.
 ab Almeida pacem petit 110.
 ad Cambaiæ regem fugit 213.
 Diurnam insulam & urbem à Cā-
 baiæ Rege Rure beneficiario
 accipit 100. munit, ibid. 212.
 Hocennū Ægyptiæ classis præ-
 fectū benignè excipit 100. cū
 eo cōtra Lusitanos se cōjun-
 git 102. Melicus dictus 99. Ru-
 mepolim cōdit 100. eius cōtra
 Lusitanos bellicus appa-
 ratus 212. in eos fraudulenta
 beneuolentia 212. odium 151.
 212. navis inexpugnabilis
 09. prælium cum Lusitanis
 102. & sequent. 108. & se-
- quent. sagittandi peritia,
 99.
- Ibiragiari Americæ populi Chri-
 stiana sacra expetunt 461. &
 sequent.
- Ichara in Persico sinu insula &
 urbs 215. & seq. nunc Baharc-
 num, ibid.
- Ichthyophagi Africae populi 23.
- Idalcus Decanii rex 77. 118. 151.
 ab Albuquerque aquis cōdi-
 tionibus pacem impetrat 138.
 Bardesiana & Salletana por-
 toria repetit 386. & seq. Cia-
 lanos agros vastat 268. Con-
 canum recuperat 228. Goam
 exercitu petit 119. recuperare
 tentat 135. obsidet 121. 183. &
 seq. cum Lusitanis pacem init
 183. ad Taracolum tuendam
 profectus 124. eius bellum cū
 Narsinga rege 135. 200. & se.
 cum Nizamalueo 268. clades
 201. induciæ cū Narsingano
 201. pater 77.
- Ignatius Loiola Cantaber 439.
 463. Societatem Iesu instituit
 329. eius ad Abassiam regem e-
 pistola 464. & seq. obitus 476
- Illeos Brasiliae colonia 426.
- Illyrici duo Christiani deserta
 fide ad Calecutanos transfu-
 giunt 58. tormentariam fa-
 bricam illos docent, ibid. pœ-
 nas perfidiæ morte luunt, ibid.
- Imaginum usus quam antiquus
 in ecclesia 125.
- India 23. equis caret 119.
- Indorum promissa conjugia
 38. hereditariæ successiones,
 ibid. & seq.

INDEX IN

- Indus fluvius 23. 98.
- Innocentius VIII. Papa 13. crucis vexillum consecratum Lusitanix regi mittit, ibid.
- Insubres duo transfugæ Calcutanis tormentariam fabricam produunt 58.
- Insulæ aliquot desertæ Italiæ oppositæ à Magaliane inuētæ 206.
- D. Ioannis propugnaculum in arce Diensi 396. & seq. tormentario puluere disiectum 378. & seq.
- Ioannes Albuquerque Franciscanus Goæ Episcopus 316. 336. Xaverium benignè excipit 336. eius mors 472.
- Ioannis Almeida Quintelani facinus audax 193. & seq.
- Ioannis Araidii facinus egregiū 389.
- Ioannes Azpilcueta Nauarrus è Societate Iesu in Brasiliam missus 425. rem Christianam egregiè administrat 428. eius mors 461.
- D. Ioannis Baptistæ festum celebre 227. templum in Congo a quo conditum 433.
- Ioannes Barrius historicus 24. 19. 74. 78. 164. 202. 208.
- Ioannes Beira è Societate Iesu in Indiam missus 357. in Molucas 391. Christianam rem in Mauricis egregiè administrat 435. eius patria 357.
- Ioannes Butuanus rex baptizatur 291.
- Ioannes Castrus Indiæ prætor 357. Acrium Ternatis regem benignè excipit, ibid. Cambaiam vastat 387. & seq. Dabulum incendit 388. Diensi arci subsidium mittit 371. 380. succurrit 383. & sequ. Goam triumphans ingreditur 389. Patanem & Pateni vrbes incendit 388. Pondam euertit 387. Prorex Indiæ fit 389. Rumeanis castra expugnat 385. eius laus 389. libri & opera, ibid. & s. magnanimitas 382. mors 389. pietas 390. prælium cum Idalcanis exercitu 388. & sequ. victoria 387. 389. viæ descriptio 389. & seq. ad eum Ioannis Lusitanix regis literæ 357. & seq.
- Ioannes Carriagus Goanus ciuis interficitur 389.
- Ioannes Colonienſis pro confessione fidei Catholicæ occisus 409. & sequ. eius caput Atmuziam delatum honorificè sepultum 410. ad Gasparè Berzeum literæ 509. & seq.
- Ioannes Congi rex I. baptizatur 12. Lusitanix regis legatos benignè excipit 10. 12. in vitia relapsus Christianam religionem pessundat 15. & seq. eius ad Lusitaniam regem legatio & munera 10. & seq. liberi 12. vxor, ibid. mors 17.
- Ioannes Conimbricensis nauclerus S. Raphaëlis 29.
- Ioannes Consalvus Materiam insulam inuenit 6.
- Ioannes Consalvus Societatis Iesu in Brasiliam missus 460.
- Ioannes Cruceius Parauas conuertit

HISTORIAS INDICAS.

mittit 327 & seq.
 Ioannes Deza Malabariæ oræ
 præfectus 253. eius de Cale-
 cutanis victoriæ 259.
 Ioannes Fernandus Correa Re-
 manaceris præfectus 418.
 Ioannes Fernandus Xauetii in
 Iaponiâ comes 395. 397. & se.
 399. Amangutii Christianis
 præest 436. 439. concionatur
 399. eius patientia, ibid.
 Ioannes Focaria ad Papuas in-
 sulas missus 290.
 Ioannes Gomerius Calderiam
 per insidias interficit 181. ab
 Ancoftane obrûcatur, ibid.
 Ioannes Gomerius ad Maldiuæ
 regem legatus 195. pacem &
 fœdus cum rege inicit, ibid. ar-
 cem extruit, ibi. ob tyranni-
 dem interficitur 196.
 Ioan Homo Lusitanus vitæ pe-
 riculû miraculose euadit 73.
 Ioannes Lima Calecutanę arcis
 præfectus 236. arcem contra
 Calecutanos fortiter defen-
 dit, ibid. 237. & seq. ex arce e-
 rumpit 236. Malacę regiam
 oppugnat 131. & seq. eius au-
 dacia & periculum, ibi. 236.
 Ioannes Lupius è Societate Ie-
 su ad S. Thomę coloniâ mis-
 sus 439.
 Ioannes Lupus ad Tanoris regē
 Goam deducendum missus
 421.
 Ioannes Lusitanę rex I. 4. Septē
 urbem capit, ibid. & seq. vxor
 & liberi, ibidem.
 Ioannes Lusitanę rex II. 7. cum
 Aethiopiæ Hesperię regulis

Societatem inicit, ibid. Bemoi-
 num Ialophorum regem in
 regnum restituit 20. ad Indiã
 & Aethiopiam explorandam
 varios mittit 25. eius in Fer-
 nandi regis legatos iocus 22.
 legatio ad Congi regem 10.
 mors 26. vxor 10. 26. inter eũ
 & Fernandum Castellæ regē
 de insulis nouis inuentis ū-
 multas 21. & seq. per Papam
 quomodo sublata 22.
 Ioannes Lusitanę rex III. 227.
 283. 292. 301. 316. 327. 331. 544.
 387. 389. 424. 432. 439. 462.
 469. 477. in cultum diuinum
 propensus 227. regnum quo
 anno inicit, ibid. eius ætatis
 anni 478. edictum de earyo-
 phylli emptione à Lusitanis
 contemptum 255. de Indiæ
 prætura 253. legatio ad Abas-
 siæ regem 469. literæ ad Goæ
 quæstorem magnos morus
 faciunt 244. ad Indiæ præto-
 rem 570. & sequ. mors 478.
 vxor 338. ei corona aurea ex
 Adeni vestigali Armuziæ fa-
 bricatur 270 obsequium à
 stipendiariis regibus offertur
 227.
 Ioannes Machiadus Lusitanus
 exul 121. ad Albuquerqueium à
 Camaleane legatus, ibidem.
 Goam deserendam suadet, i-
 bid. ad Lusitanos Goę obse-
 sos transit 160. & seq. mariti-
 mę ad Goam orę præfectus
 144. eius apud barbaros au-
 ctoritatis 135. consiliũ prudens
 spretum 181. fortitudo 181. in
 liberos

INDEX IN

- liberos miserandum facinus Ioannes Pauli Japonii fatalis
135. ad Lusitanos apostatas exhortatio ibid. & seq. ad Fer-
nandum Montoñ oratio 182.
mors ibid. pius zelus 135.
- Ioannes Marianus** in Congunt
missus 126.
- Ioannes Mascatenias** Diensis
atcis prefectus 364. arcē mu-
nit 366. 368. & seq. egregiè
tuetur 370. & seq. 372. & seq.
Indiæ prætor nominatus 390
eius ex arcē eruptio 381. 384.
& sc. in Cambaianos sauitia
386. ad suos oratio 368. & sc.
381. ad Sofarē literę 366. ad e-
iusdem postalata responsum
367. & seq. ad eum Sofaris li-
terę 365. & seq.
- Ioannes Mendoza** Indiam pe-
tit 400. eius liberalitas 401.
- Ioannes Mesquita** Goam venit
471. & seq.
- Ioannes Momoix** dynasta Chri-
stianus fit 281. uxorem & li-
beros interficit 282. eius in si-
de constantia 283.
- Ioannes Nonnius Barretus** so-
cietatis Iesu presbyter 463.
patriarcha Aethiopię ibi. Goā
venit 471. & seq. Goæ episco-
patum oblatum respuit 472.
- Ioannes Noua Callecus** Indiam
petit 52. Conceptionis B. Ma-
rix insulam inuenit ibid. S.
Helenæ insulam ibid. eius cū
Calcutanis nauale præliū ib.
- Ioannes Olisponcus** Mascari
prefectus 448. Mascari Tur-
cis dedit ibid. in vincula con-
iectus ibid.
- Baptizatur 392.
- Ioannes pereria** Goæ prefectus
292. Racioli arcis succurrit ib.
ad milites oratio ibid. & seq.
prælium cū Cambaianis 293.
victoria ibid. & seq.
- Ioannes Petceii** in cruce extol-
lenda præclarum facinus 314.
mors ibid.
- Ioannes Pimilatanus** rex bapti-
satur 291.
- Ioannes Sebastianus Canus** to-
tum orbē circūnauigat 208.
eius patria ibid.
- Ioannes Serranus** Magalianis
socius 149. & seq. a sociis in
Subo insula destitutus 207. &
seq.
- Ioannes Sianius** rex Christianus
fit 340. & seq. baptizatur 342.
- Ioannes Sylueria Quiloa** Goam
venit 183. Columbanæ atcis
prefectus 189. 209. societatem
cum Maldiuano rege inuit 195
- Ioannes Tanoris** rex Christia-
nus fit 420. Goæ quomodo
exceptus 422. & seq. cōfirma-
tur 424. in patriā redit ibid.
- Iogues** Brachmanæ in India 35.
& sc. 78. Armuziæ ad fidē cō-
uersi 416. & sc. eorū mores &
instituta 35. & seq. 416. & seq.
- Iordanus Freita** Lusitanus 293.
- Iordanus Ternatis** prefectus
Aërium regem vincitum Goā
mittit 357.
- Iosephus Anchieta Cātaber** è so-
cietate Iesu in Brasiliā missus 460
- Iosephus mathematicus** Ioa. Al.
Lusitanjæ regis medicus 8.

HISTORIAS INDICAS.

- I**smâel Sophus Perlarum rex 87. Laurentius Almeida Frâcilci filius Ægyptios Atabaſque negotiatores intercipit 76. Cananoris portû victor introit 77. Ceilanum inſulam detegit 78. ſocietatem cum eiufdē regulo init 78. & ſeq. 187. ad Ciaulum ab Ægyptia claſſe oppreſſus 101. rumoribus de claſſe eur non credit 100. Cocinum venit 77. 79. Colanum eum claſſe mittitur 73. Malabaticû mare euſtodit 98. ad Maldiuas miſſus 78. Mariæ virgini tēplum vouet 76. Pannanē oppugnat 86. eius corpus ad ſepulcrum à Mahometanis quaſitû dignoſci nequit 104. fortitudo 86. & ſeq. maguanimitas 102. & ſeq. mors 104. nauis in ſaxa impingit 102. à Diensibus & Ægyptiis expugnata 204. præliû nauale 76. vitæ periculum 86 & ſeq.
- L**acſamana Mamudianæ Malaccenſis claſſis præfectus 139. 185. Laeus interioris Æthiopiæ triû Africa^a annium ſons 13. Lamēſis regulus Luſitano ſtipendiarius 79. Lanciara nauis genus 246. Lantea apud Sinas nauis 162. Laqueximena Bintani præfect^o Serrani nauē oppugnat 247. Lara Carmanix vrbs 97. Larecii Regis exercitus ab Albuquerque fuſus ibid. Laudinus Baciari inſulæ dynaſta 225. Laurentiana Philippi Catholici regis bibliotheca 161.
- L**aurentius Brittus Canoreniſis arcis præfectus 82. arcē egregiè cōtra Calecuranos & Cananoreſes tutatur ibid. & ſeq. ex ea erūpens hoſtes fugat 83. Laureatii Frerii Catil facinus inſigne 204. mors ibid. Laurentius Marcheſius 455. Laurentius Morenus Luſitanus Repelinivada cōtra Calecuranos cuſtodit 60. Laurentius Syluius Caſtellanus Turumbacem Armuziēſium aquationem cuſtodit 96. Leæna Africa^e mons à quo primum detectus 5.

INDEX IN

- Leo X. Papa 147. ad eum Einmanuelis Lusitanię regis legatio & munera ibid.
- Lequi populi 24. 69.
- Leuca quale mensurę genus 5.
- Li Sinarum mensura 161.
- Lingux rex Abdalam Camparis dynastam bello premit 149.
- Longuin oppidum a Lusitanis incensum 259.
- Loytia Sinarum iuris periti 164. 167.
- Lucopina insule 141. ad eas Fracisci Setrani naufragium ibi.
- Ludouicus Menesius Armuziam missus 224.
- Ludouicus Piræus nauarchus irrita Indica navigatione Olfiponem redit 43.
- Ludouicus Romanus Patricius in India 76.
- Luianus sinus 145. in eo Albuquerquei naufragium ibidem.
- Luitisius rei bellicę apud Sinas præfectus 165.
- Lupus Azeuedius Pacenenfi arci succutere tentat 231.
- Lupus Britius in Ceilauum missus 208. arcem Columbanam munit 209. Colambum oppidum Inuadit ibid. in arce obsessus 200. & seq. ex ea erumpit ibid. eius prudens factum 209. cum Cingalis pugna 211 & seq. victoria 211.
- Lupus Soarius Aluarenga Adenum venit 178. 180. eius deditione repudiat 179. eius portu exclusus 180. Arabu naues capit & diripit 68. Calecutanos fundit fugatq; 68. ad Camaranum venit 179. & seq. artem ab Aegyptiis inceptam demolitur 180. Ceilanum insulam classe petit 187. Colubauum regem stipendiarium facit 189. in eius regno arcem exstruit 188. Cranganorem incendit 68. Cocinum venit 154. 189. Giddam petit 179. & seq. Indię prætor 154. 178. 185. Zeilam Africę emporium dellet 180. eius classis 178. cum Culumbano rege fœdus 189.
- Lupus Vasqus a S. Pelagio Bacanoris fluminis ostium expugnat 242. & seq. Calecutanu littus vastat 260. classem instruit 262. Cocini præfectus 242. ad Dabuli excidium tendens a præfecto mitigatur 243. imperii cupidus 253. Indię prætor cum conditione 242. iterum ex diplomatibus 245. Mahometanas naues diripit & incendit 243. Mascareniam in vincula conjicit 251. Portcani oppidum capit & diripit 260. Sampaius dicitur 242. Termapanu Calecuti portum petit 260. eius per Indiã ædificia 262. de prætura cum Mascarenia disceptatio 251. & seq. præliu nauale 260. 261. victoria 261. & seq.
- Lusitani cuiusdam captiui egręgium fidei specimen & mors 139.
- Lusitani cuiusdam peditis facinus forte 255. & seq.
- Lusitani 11. ab Aegyptiis capti Selymo Turcaru imperatori donati

HISTORIA S INDICAS.

donati 44. 180. Apostatę 135. in Lusitaniā remissi 137. in eos seuera Albuquerqueii animaduersio ibi. cum Castellanis in quarendo nouas terras certāt 22. à Diensibus capti Cambaiano regi donati 259. in duas factiones in India diuisi 252. interempti ad Armuziam 221. ad Colanum 73. & se. à nauigandi peritia per Europā celebres 21.

Lusitanorum de Albuquerque querelę 94. & se. 120. ardor in Diensis portus oppugnatione 109. eades 260. 271. clades ad Accnum 204. ad Armuziam 220. ad Bintanum 204. ad Bonę spei promontorium 112. ad Calacinum 196. & sequ. ad Calecutū 113. ad Carulū 104. ad Malacam 116. ad Matuā 197. ad Pondam vicum 182. ad Quiloam 197. à Sinis 232. in Columbana arce periculum 210. apud Malacenses inuidia 150. & sequ. modernorum luxus 110. naues quatuor submersę 49. naufragium ad Caturę flumen 259. nauigationis limites quę 23. & sequ. nomen in oriente celebre 150. pugnandi mos qualis 216. & sequ. quinque fortitudo & stupenda uictoria 193. rapacitas & crudelitas ad Brauā urbem diuinitus uicta 79. in Sinas iniurię 174. in Ternate inter se dissidia 255.

Lutherianę hęresis quiddam simile apud Iaponios 354.

M.

MAcazar insula 289. & f. 339. eius incolę fidem expectunt 339.

Makis aromatū genus in Banda insula 141.

Madaba regni Cambaia: vrbs regia 212.

Madagascar nunc S. Laurentii insula 23. 79. 244. & seq. à Tristano Acunia exploratur 79. fertiliras ibid. incolę ibid.

Madena gens 25.

Madrasaba Cambaia: pottus ab Iazio Diensi dynasta munitus 219.

Madrasaus Cambaia: rex 99.

Mamudij pater ibid. auguriis deditus ibid.

Madremalucus Mamudii Cambaia: regis tutor 309.

Magadaxus Saracenorum vrbs 41. 74. à Gamma quassata 42.

S. Magi tres à S. Thoma Apostolo conuersi 55.

Magallanici freti inuentio 206.

Mahometanorum in Christianos odium 31. & seq. 40. 70.

Mahometes Anconinus Quiloę rex 72. & seq.

Mahometis templum in vrbs Mascato destructum 90.

Maimames Mahometanus Calecutani regis ad Campsonem

Ægypti legatus 70. 99. classeni Campsonis Diu adducit 99. orans globo discerptus

102. inter Diuos à suis relatus

104. eius ad Campsonem oratio 70.

Mainum flumen 261. & seq.

Mala-

- Malabarici regni ædificia 25. pater 99. ad eum Albuquerqueii
 pællimita variatio 38. Dñi 38.
 incolæ in quatuor ordines dif-
 tributi 35. & seq. litus quan-
 tuth à Melinde distat 35. situs
 ibid. suburbia qualia 38.
 Malaca Indiæ vrbs 23. 69. 113.
 & seq. 127. ab Albuquerque
 oppugnata 131. & sequ. 113. &
 seq. expugnata & direpta 113.
 incensa 129. eius arx à Lusita-
 nis constructa 134. ab Alodi-
 no oppugnata 186. per frau-
 dem patre capta 140. descri-
 ptio 151. incolæ bellicosi ibi.
 motus 139. 184. opulentiâ 134.
 situs 132. 137. templum Salu-
 rationis Anglicæ 134.
 Maldia insula 78. 194. seq. 253.
 eorum fertilitas 194. & sequ.
 incolæ 195. rex stipendiarius
 fit Lusitano 138. & sequ. situs
 194. in iis palma fructifera ar-
 bor ibid. & seq.
 Maldia insula 195. in ea atx à
 Lusitanis constructa ib. à rege,
 Lusitanis interfectis capta 196
 Malimaluci milites Aegypti ro-
 bora 99. in Indiam ad expel-
 lendos Lusitanos missi 99. co-
 rum ad Diu cædes 110.
 Mamudius Armuziæ rex Zeifa-
 dini filius 224. pacem cū Lu-
 sitanis inicit ibid.
 Mamudius Cambaia rex 98. 113.
 175. 213. 215. à Calcutano in
 Lusitanos incitatur 98. ab Æ-
 gypto. Campsone auxilia per
 legatos petit 98. Mahometan-
 n° est ibi. ad Giddā muniendā
 pecuniā contribuit 176. eius
 pater 99. ad eum Albuquerqueii
 legato & munera 151. 152.
 Mamudius alter. Cambaia rex
 308. 371 & seq.
 Mamudius Malacæ rex. Arabs
 114. 128. a Sionis rege deficit
 114. foedus cum Lusitanis inicit,
 & perfidè violat ibid. & f. Lu-
 sitanos captos Albuquerqueio
 restituit 129. eius bellicus ap-
 paratus 128 & se. de bello cō-
 sultatio 130. fraudes 128. & se.
 fuga 133. insidiæ in Lusitanos
 115. & seq. 132. mors 133. præ-
 lium cum Albuquerqueio 131. &
 seq. vitæ periculum ibid.
 Manar insula 327. incolæ ob. fi-
 dem vexantur 339.
 Mandarinum Sinarum præcipua
 lingua 161.
 Mandinga rex 20.
 Mandioca farina Brasiliæ 47.
 Mandoa Indiæ regnum 98.
 Mandous dynasta 301.
 Mangalor Cambaia oppidū de-
 letum 298.
 Mangalor Narlingæ emporium
 à Lusitanis expugnatum 269.
 direptū & incensum 269. eius
 dynasta interficitur ibid. dy-
 nasta fraus 270.
 Mangatis fluius 50.
 Mantelum Amboini oppidum
 Christiana sacra suscipit 289.
 Maquienum insula 232. 258.
 & sequ. 272.
 Mariacum oppidum Tidoris in-
 sulæ caput à Ternatēsisibus ca-
 ptum & iucensum 232.
 D. Mariæ virginis imago apud
 Sinas colitur 169. templum ad
 Aquas

HISTORIAS INDICAS.

- Aquas Lupias** in Lusitania Masearum Armutia oppidum
 137. Cananore 140. Goræ 138. 89. à Lusitanis direptum & in-
 145. 154. Malacæ 134. in Mazua censum 90. eius præfectus Lu-
 insula 134. in Socorora 81. sitanos benignè extipit 89. in
 fide permanet 335.
Martabanum Peguliorum em-
 porium 190.
Martinus Alphonsus Carualia-
 lius Persam in bello a liuat
 319.
Martinus Alphonsus Mellus à
 Sinis oppressus nidè muleta-
 tus elapsus 232. eius in socios
 Sinatuni seruitia, ibid.
Martinus Alphonsus Sosa India
 prætor nominatus 319. Iudici
 maris præfectus 308. eius laus
 319.
Martinus Bohemus mathema-
 ticus Ioannis Monte-regii à
 gluninus 8.
Martinus Corred Longum op-
 pidum capit & incendit 259.
Martinus Ignatius Carquicia-
 nus Cantaber ad Molucas cū
 Castellanis venit 254. Tidotē
 insulam munit ibi. eius mors
 256.
Martinus Villanobuatus comes
 147.
Martinus V. Papa 6.
Martius mēsis Lusitanis ad iter
 Indicum aptus 43.
Martyrium Antonii Criminalis
 419. Carigiorum 461. Christo-
 phori Gammaæ 324. Consalvi
 Syluetiæ 475. Ioannis Colo-
 niensis 410. Ioannis Petreii
 314. Ioannis Sosa 462. Mana-
 rensiū 339. Petri Corred 461.
Rotherici Boti 221. D. Thio-
 ma Apostoli 54.
- Maslagetæ** Africi populih 35.
Materia insula à quibus inuen-
 ta 5. & seq.
Mathani rex Magalianē ex insti-
 diis interficit 207. eius cū Subi
 insule regulo bellum 206.
 pax quæ conditione inlta
 227.
Matthæus Armenius Abassini
 regis legatus ad Lusitanum
 i 38. qua pōpa Goræ exēptus
 ibidem. ab Emmanuēle in Lu-
 sitania 148. à nauarchis Lusit-
 anis diuexatus 147. 198. &
 seq. in patriam redit ibid. ob
 eius reditum Abassinorū gau-
 dium ib.
Matua Mōbazæ vicus 197. eius
 incolæ aliquot Lusitanos in-
 terficiunt ibid.
Mauricæ insule in Molucis 271.
 earum fertilitas ibi. de iis mo-
 lucæ reges inter se contendūt
 ibid.
Mauritania Africa pars 23. eius
 fertilitas 27.
Maurus monachus Hispanus Si-
 nai montis antistes 71. à Cā-
 pstone Aegypti Sultano ad
 pontificem maximum missus
 ibid.
Maxelizius Bengalensis arcem
 malacensem per fratrem ca-
 pere tentat. 140.
Mazua Arabia insula 198. Lusit-
 anis subiecta 141. Ptolemis
 **** 2
 olim

- Olim 198. eius descriptio ibid.
 Meacū Iaponiæ vrbs 398. & seq.
 Mealis exulis conatus irriti 345.
 & seq. 459. eius filia conuer-
 tur 477.
 Meca Arabiæ ciuitas Mahome-
 ris sepulchro nobilis 53. 68. 71.
 154. 175. 266. 269.
 Mehum insula 146. S. Crucis à
 Lusitanis dicta ibid. eius situs
 ibid.
 Melchior Carnetius è societate
 Iesu Nicenus Episcopus 463.
 & seq. 473. rem Christianam
 apud Sinas administrat 473.
 & seq.
 Melchior Caruallius ad Pegu-
 siorum regem legatus 190. &
 seq.
 Melchior Nonnius societatis
 Iesu presbyter in Bazainum
 missus 439. linteo, in quo Xa-
 uerii corpus inuolutum fue-
 rat, in ceremoniis solemnibus
 vitur 443. & seq. in Iaponiam
 tendit 445.
 Meliapor Coromandelis regni
 caput 53. 227. nunc S. Thomæ
 colonia 53. verustate bellif-
 que diruta à Lusitanis restau-
 rata ibid. in ea à D. Thomæ
 Apostolo templum constru-
 ctum 53. & seq. 227. à Lusita-
 nis renouatum 227. ei decimæ
 attributa ibid. D. Thomæ re-
 liquiæ in eo inuenta 218.
 Melinde oppidum 25. 34. 41. 49.
 52. eius littus importuosum
 263. regis in Lusitanos beni-
 gnitas 34. legatus ad Lusita-
 niæ Regem 41. in patriam re-
- dit 42. ei à Mombazæ rege
 oppressa à Lusitanis succutri-
 tur 63. & seq.
 Memphis Aegypti vrbs 25. & seq.
 70.
 Mendacium quid 341.
 Mendius Aloysius è societate
 Iesu, Parauanis præpositus
 439. eius martyrium ibi-
 dem.
 Mengus Musafus Isufi Sofalæ
 prætoris gener 74. Sofalæ
 præturam ambit 76.
 Mens malè conscia suspicax
 406.
 Merganum vicus 388.
 Mesquitæ Perestrellii naufragiū
 459.
 Mete Africæ vicus 197.
 Michaël Ferreria Ceilani regi
 in auxilium missus 317. eius
 de Calecutanis victoria ibi-
 dem.
 Michaël Indus è logue Christia-
 nus 51. legatus à Caprali ad
 Coeini regem ibid.
 Michaël Macazaris insule inco-
 la baptizatur 290. optimè de
 Christiana se meritis ibid.
 Michaël Vasæus Indiæ vicarius
 generalis 326. de Christiana
 re bene meritis 358.
 Mincinibus è Papuis insulis re-
 gulus 282.
 Mindanaum insula 281. 290.
 Miracenus Goæ princeps 120.
 ab Albuquerque captus, &
 supplicio affectus ibid.
 Miraculum 17. 54. 67. 73. 80. 90.
 93. 110. 125. & seq. 145. 189. &
 seq. 361. & seq. 386. 393. 417.
 445.

HISTORIA S INDICAS.

445.
Miramudius Mogotum Rex Mombaza vrbs & insula 73. 198.
 - Cambaiz regnum vastat à Lusitanis direpta 263. in-
 301. censa 73. eius rex **Quèrri-**
Misericordiæ sodalitium Gor bam à iusto domino auertit
 444. 225. tormenta bellica à Lusi-
Missa sacrificium sanat egrotos tanis submersa expiscatur 52.
 408. Regis in Gammam insidiæ
Mócondes Caser dynasta ar- 33. quomodo delecte ibidem,
 cem Lusitanorum ad Sofa- cum Melindis rege bellum
 lam oppugnat 75. & seq. Sofa- 63. & seq.
 la direpta in patriam redit
 ibid.
Mocrinus Arabs Bahareni insu- Momoia vrbs in Moro 280.
 læ dynasta 215. ab Armuziæ Christianam religionem sus-
 Rege defieit, Armuziamq; in- cipit 281. à Lusitanis inuista
 festat ibidem eius cum Cor- ibid. eius dynasta baptizatus
 rea pugna 216. & sequ. mors ibid. dynastæ in fide constan-
 217. cadauer interceptum tia 283.
 218.
Mogastane Armuziæ oppidum Monaijanum Armuziæ castel-
 448. lum à Persis captum 405.
 ab Armuzianis recuperatum
 406.
Mogores Scythica gēs Camba- Monda flumen 329.
 iz regnum vastat 201. Monomotapæ rex 74.
Molana Mahometicus Paceni Mons maior Lusitaniæ oppidū
 Califa 200. opem Soarii im- 29.
 plorat ibid. Paceni reguli tu-
 tor 203.
Moluca insulæ 24. 78. 142. 204.
 232. 253. an ad Castellæ regnū
 pertineant discepratio 205.
 208. ab occidente à quo pri-
 mum quaesita 205. inuenta
 208. veteribus ignota 143. ea-
 rum amœnitas, fertilitas 147.
 incolarum ingenia, mores,
 & victus 143. in fide progres-
 sus 317. 477. regum inter se
 discordia 296. situs 140. in iis
 caryophylli copia 143. Lusita-
 norū tyrannis 253. & seq. dif-
 ficultates 270. & seq.

- Moses Africae populi 20. Christi-
 anos, ritus in multis sectan:
 tur, ibid. nomina ab Apostolis
 mutuantur, ibidem.
- Motiones Indicae quid, & unde
 dicta 79. 117.
- Muaris fluvius 139. 185. 191
- Mudofar Armuziae dynastis
 152. di. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37.
- Mulieris cuiusdam egregia for-
 titudo 313. & seq.
- Mundequeri Aethiopiae populi
 Congi regnum vastant 13. &
 seq. fusi fugatique 14. 31. 32.
- Myres & purria animalia in y-
 sum cibi 122. 123. 124. 125.
- Myres à Christianorum praediis
 in agros Ethnicorum mira-
 biliter fugati 435. 436. 437.
- Mustafa mainmaluco Zebium
 oppidum à Solimano Pelo-
 ponneseo donatum 310. 311.
- Mustafa Solimanum, Aegypti
 praefectum interficit 269. &
 seq. Adenū obsidet, ibid. Diū
 yenis 296. ad Cambaiae Regē
 profectus 299. Turcarum in
 Badurii expeditione praefe-
 ctus 301.
- N** Abandes Armuziae oppi-
 dum, ab Albuquerque ca-
 ptum, & incensum 105. 106.
- Nagoran fluvius 262. 264.
- Nahu Abassiae rex 26. 138.
- Naires Indorum nobiles 37. rei
 bellicae praesunt, ibid. in armis
 quomodo exercentur, ibid.
 eorum in armis dexteritas, ibi-
 dem.
- Nairae Mahometani 267. 268. 269.
- Neodabegua Malaccis in Sc-
 queiani conspiratio 128. 129.
- Narampinus Trimumpani Co-
 cini Regis fororis filius regni
 haeres 60. Repelini yada: con-
 tra Calcutanos egregie sup-
 tatur, ibidem. occiditur, ibi-
 dem.
- Narsinga rex Taracolum dal-
 çanis urbem oppugnat 124.
 eius cum Lusitanis foedus,
 151. in. 101. 102. 103. 104. 105.
- Natale littus 458.
- Naparrai geatum in India ch-
 uersionem praecipue sibi ven-
 dicant 428. 429. 430. 431.
- Naubeadorinus Zamoripi so-
 roris filius Calcutanum re-
 gnantem in 146. Cocinensibus
 bellum inferendum dissuadet
 58. Lusitanorum studiosus 146.
 is stipendiarius, ibidem. eius
 exercitus fusus & fugatus
 68. 69. 70. 71. 72. 73.
- Naubeadona Trimumpani so-
 roris minor filius Cocini rex
 74. 124. 137. 138. 139. 140.
- Naufragia horrenda 452. & seq.
 458. & seq.
- Navigatio in Japonicis difficul-
 tas 392. Indicae 333.
- Nauraci Indiae populi 98. 202
- Naxae Regusianorum infernus
 474. & seq.
- Nestorianus pseudo-episcopus
 in D. Thomae colonia 473.
- Niba animarum receptaculum
 Pegusianis 474. quid signifi-
 cat, ibidem.

HISTORIAS INDICAS.

- Nicens Episcopus in Abassia Nomades pabuli ratione lesa missus 463. 473.
- Nicodemus Phariseus occultus Nonnius Acunia Indiae praetor Christi discipulus 421. 267. 267. Armuzia venit 263. Melinde ibid. Mōbazā diripit ibid. Betelē capit 295. & I. Bazainū expugnat 299. & se. eius Diēsis expeditio 294. & se. in Badutium Sultapum insidiae 306. & seq. mors 316.
- Nicolaus Coelius nauarchus in prima Indiae navigatione 29.
- Nicolaus Cosalvus Rumeanis castra oppugnat 325. & seq.
- Nicolaus Lancilotus Italus Societatis Iesu presbyter in India missus 357. eius patria, ib.
- Nicolaus Nonnius Societatis Iesu presbyter in Molucas missus 391.
- Nilus Africae fluvius 13. 70. 99. 154. eius ortus veteribus ignotus 13. cum in Arabicum sinum deducere Albuquerqueium statuisse 154.
- Ninasthetus Malacae praetor 134. 148. & seq. Lusitanorum studiosus 149. praetura spoliatus 150. eius ad Malacenses de suis in Lusitanos beneficiis oratio, ibid. voluntaria mors, ib.
- Ninacynapanus maritimae rei ad Somatram praefectus, 203.
- Ninaraus Diensis urbis praefectus 305.
- Nizamalucus Ciavuli dynasta 100. 146. 219. 268. Lusitanus tributarius III. eos benigne excipit 100. eius in regem Decani perfidia 101. 107. cum I-dalcare bellum 219. 268.
- Nocoda Hamedius Turca Zebiti urbis dynasta 310. 2 Soli mano Peloponnesio capite plectitur, ibid.
- Nomades pabuli ratione lesa mutant 426.
- Nonnius Barrerus Aethiopiae patriarcha 463. vide Ioannes.
- Nonnius Vasceus Pereria nauarchus praetoriam Hoceni nauem inuadit 109. & seq. eius guttur sagitta confixum, ibid. mors, ibid. nauis peritiosa miraculose aquas non admittit 110.
- Nonnius Vasceus Pereria Malacae urbis praefectus 184. arcibus eiusdem praefectus fit, ibi. eius cum Patieco similtas de arcibus praefectura, ib. & seq.
- Nonni Vascei fortitudo 87. vitae periculum 77.
- Nordinus Armuziae urbis praefectus 151. Zeisadinum regem veneno tollit, ibid.
- Noroa vicus 360. in eo templum D. Thomae aedificari iubet Lusitania Rex, ibidem.
- Nubunanga Iaponiae tyrannus Measi rex 356. Bonziorum caenobia euerit 349. & seq. eius mors 356.
- Nucuele Amboini oppidum Christiana sacra suscipit 289.
- Numidiae agilitate corporis insignis 19.
- Nunus Riberius Societatis Iesu presby.

- presbyter in Molucas missus N 391.
 presbyter in Molucas missus N 391.
 unicus Apostolicus Indię 332.
 336.
 Nux myristica in Molucis 141.
 O.
O Bii Africae populi 23.
 Oia vrbs 79. eius dynasta
 Melindis Regi infestus,
 à Lusitanis occisus, ibidem.
 Olisipo vrbs 57. 63. 72. Lusita-
 niæ regum sedes 3. eius situs,
 ibidem.
 Olla aurea è Colani fano à Lu-
 sitanis sublata Ioanni Regi
 dono missa 344. ab Rege re-
 missa, in eodem fano reposita,
 ibidem.
 Olla incendiariæ descriptio
 238.
 Onot emporium 178. 124.
 Onotis regnum 118.
 Onuzius Saracenus Iauæ maio-
 ris dynasta 139. eius cum Lu-
 sitanis nauale prælium, ibid.
 clades, ibidem.
 Opificum & agrorum in In-
 dia misera conditio 38.
 Orbis diuisio 3. maxima pars ve-
 teribus ignota, ibidem.
 5. Ordinis Sacramentum in In-
 dia administrati cœptum
 291.
 Orfazanum Atinuziæ oppidum
 90. ab incolis desertum, à Lu-
 sitanis direptum, ibid.
 Ortizius Visensis Episcopus 68.
 Oryza semitosta Japoniis aucla
 398.
 Oforius Lusitanicæ Regi chro-
 nographus 64. 174. 202.
 Oniedus Castellanus Hierapa-
 litanus Episcopus 463.
 P.
P Aca animal Brasiliæ 45.
 Pacensis Beanus ad Diuina
 cum classe relictus 215.
 Pacenum vrbs ab Abrahamo A-
 cenorum tyranno capta 229.
 eius arx à Lusitanis constru-
 ctâ 203. ab Abrahamo obsessa
 229. oppugnata, & sedè à Lu-
 sitanis deserta, ibid. & seq. re-
 gulus cum Lusitanis fœdus
 ipit 128. à Patieco infestatus
 pacem petit 193. interfectus
 200. reguli in Lusitanos in-
 iuriæ 190. filius Soarii opem
 implorat 200. in regnū resti-
 tutus tributarius Lusitano
 203. Malacæ exulat 231. regu-
 lo contra rebelles Georgius
 Albuquerqueius opem fert 148.
 Pani ad Capuam effeminati,
 110.
 Pagelungi Africae populi æqua-
 tori subiecti 28.
 Pagus seu Pagodes ad Malacam
 oppidum 186. 204. ab Alodi-
 no munitum, à Lusitanis ex-
 pugnatum & incensum 192.
 & seq. eius situs, ibid.
 Paiua Sianum & Supanum
 Reges conuertit 342. vide An-
 tonius.
 Paleacætes Sinarum emporium
 228.
 Palmæ Indicæ descriptio 194.
 & seq.

HISTORIAS INDICAS!

- & seq. vtilitas, ibid.
- Palmulanum Iacobæ militiæ contubernium 126. ei huz ab Albuquerque donata, ibid.
- Panane Calecutanum oppidum ibid. 38. 58. à Zamorino munitum 86. à Lusitanis captum & incensum, ibid. & seq. 234. ad id Zamorinus exercitum cogit 58.
- Pandarane oppidum 68. in eius portu Arabum naues Lusitani expugnant, ibid.
- Panensium regulus, 129. 186. bellum cum Albuquerque Malaccensibus suadet 130. in patriâ Malacca fugit 132. Lusitanos naufragos benignè excipit 186. Lusitano tributarius, ibidem: eius classis Alodino in Bintanob obsessa succurrit 246. à Coëlio dissipata, ibid. & sequ. ei Mamudii Malaccæ Regis filia desponsata 129.
- Panginum ad Goam castellum 119. à Lusitanis expugnatum, ibidem 123. 125. desertum 122.
- Pansus Aquitanus Ioannis Cōgi regis filius 14. fidei resistit 13. ad regnum aspirat, ibid. & seq. a fratre prælio miraculose superatus, capitur 17. & sc. moritur 18. eius exercitus dux miraculose conuertitur, ibidem.
- Pantaleon Sala ad Monajanum recuperandum missus 405. eius clades, ibid.
- Pantaleon Sala ex India Lusitaniam petit 452. eius natu-
- stragium, ibid. & sequent. peregrinatio 454. & seq. mors 458.
- Panthera è Perside Leoni X. Papæ ab Emmanuele Lusitanæ Rege dono missa 147. priscis Romanorum Iudis exposita, ibidem.
- Papuz insulæ 282. earum Reges in Lusitanos conspirant, ibid. Societatem cum iisdè ineunt 290.
- Parabramma Indorum Deus 36.
- Paracates Mecanæ ædis præsul 178. similitatem inter Solimanum & Hocenum tollit, ibidem.
- Paragaius Brasiliæ fluvius 467.
- Parauæ populi ad fidem conuersi 327. & seq. eorum mores & instituta, ibid. iis Euāgelium Xaverius prædicat 337. subsidio contra Mahometanos Lusitani veniunt 327. eos iniuria afficiunt Lusitani 359.
- Pardaus nummus aureus 219.
- Parisii Galharæ regis sedes 329. in eius Academia Lusitani, ibidem.
- Paschalius & duo alii è Societate Iesu fame pereunt 471.
- Passianus Alañquerianus ad Pergusios legatus 190. & seq. vide Antonius.
- Passanii nobiles ab Genua urbe oriundi 78.
- Patalena regio 99.
- Patangatini Parauanorum decutiones 327.
- Patanius Rex 366.

Pate

- Pate & Patane emporia capta de rebus Æthiopicis scriptis
 & direpta 298.
 Patemarcar Calecutanæ classis Paulus Papa III. 329. 336.
 præfectus 317. eius caput ab Pax cum Abassinis inita 199. cū
 scissū Ceilano Regi pro mu- Armuzianis 93. & seq. 224. cū
 nere missum, ibid. elades, ibi. Calecutiensibus 62. cum Ca-
 Patiacus Vtimuris Malacæ prin- nanorenibus 85.
 cipis filius 115. eius cum Lu- Pedirensis in Somatra regulus
 itanis amicitia; ibid. in Se- 114. scædus cum Lusitanis inir,
 queriam insidiæ 116. & sequ. ibi. 128. regno ab Abrahamo
 mors 135.
 Patieci de Calecutanis stupēda in Acenorum rege pulsus 229.
 victōria 66. vidē Eduardus. in Pacenam arcem ad Lusita-
 Patiecus Rumei castelli prapo- nos fugit 229. ad Aruanum
 situs 314. castellum Turcis de- Regem supplex se confert
 dit, ibid. eius mors 314. 234.
 Patriarcha Æthiopiæ 463. vide Pegu regnum & vrbs. 196. & seq.
 Ioannes Nonnius Barretus. colim Ophit ac Tharhis 23. e-
 Paulus Camerres e Societate ius regulus scædus. cū Lusita-
 Iesu in Lusitaniā missus 329. nis inir 190. & seq. scæderis ce-
 332. Mosabici in holocomio remonia; ibid. situs 190. & f.
 in Xauerio relictus 336. D. 473. & sc. in eodē uāgelū præ-
 Pauli collegio. Goæ praposi- dicatur 473. & seq.)
 tus 337. Pegusianorum Dii 474. mores
 D. Paulus Eremita S. Antonii & instituta, ibidem. origo
 annica in solemnibus cere- 473. superstitiones & errores
 moniis usus 443. 474.
 Paulus Ganima Vasei frater 29. Pelagius Sosa trierarchus 109.
 39. Raphaëli nauis in prima Pelusium Aegypti oppidum 99.
 Indica nauigatione præfectus Pembar regulus Lusitano stipē-
 ibid. eius pater, ibid. mors: diarius 225.
 42. Pereria Lusitaniæ regis ad Sinas
 D. Pauli Goæ collegium 337. e- ol legatus 457. & sc. vide Didac.
 ius. reditus 360. & seq. Petibreus Turciæ classis præ-
 Paulus, Iaponius. Goæ. baptiza- fectus 448. Armuziam ab in-
 tur 392. in Iaponem redit 395 idicolis desertā diripit 448. & sc.
 Christianā re. egregiè admi- Mascatū oppidum deditioe
 nistrat 396. Cangoximæ Chri- mo capit 448. Mecam redit 449.
 stianis præest 397. vxorem & 450. capite a Solmarano ple-
 filiam conuertit 396. citur 450.
 Paulus Iouius historicus 110. Pemabueū Brasiliæ colonia 426
 Berzæ cuiusdam cum Gaspare

HISTORIA SINDICAS.

- Berzo de religione disputa-
tio 413. & se. vxor & filia Chri-
stianæ sunt 414.
- Perfarum regis ad Albuquerquei
legatio 153. ad Armuziæ regē
ad vestigal exigendum 94. ei
tormenta bellica ab Albu-
querquei missa 153. subsidio
contra hostes Lusitani p̄cipiū
319 & seq.
- Petruana regis 44. 205.
- Petteius ad Sinā regem legatus
captus 175. Vide Thomas.
- Pette⁹ Andradius ad Sinas mis-
sus 154. 178. vide Fernandus.
- Petrus Alanguerius pratoris
navis in prima Indica nauig-
gatione p̄fectus 29.
- Petrus Alcaceua societatis Iesu
presbyter in Iaponiam mis-
sus 439. à Iapone Malacā de-
latus, corpus Xauerii Gōam
aspportat 444.
- Petrus Aluarus Capralis secun-
da Indica classis p̄fectus
42. Brasiliam inuenit 43. &
sequ. ad Primas insulas venit
49. Molambicum, Quiloam,
Melindem ibidem. ad Ance-
diuam, ibidem. Calcutum, i-
bidem. sedus cum Calcuta-
no inibi sedere violato cū
eodem bellum gerit 50. & seq.
- Cocini benigne à rege susce-
ptus 51. Cananorem adit ibi.
& sequ. Qlisiponē redit 51. &
se. eius classis tēpestate disie-
cta 42. naues quatuor sub-
mersæ 48. ei quæ à rege mā-
data 42.
- Petrus Annus Gallus in Indiā
missus 245. ad S. Laurentiū in-
sulam naufragio perit ibid.
- Petrus Ataidius nauarchus 59. 61
- Petrus Castrius in Indiam mis-
sus 225. Querimbam insulam
& oppidum expugnatum in-
greditur ibid. & seq.
- Petrus Correa societatis Iesu
presbyter in Brasilia 461. ad
Tupinaquingos missus ibid.
duos Castellanos à vinculis
eximit ibid. Carigios conuer-
tit ibid. eius martyrium 462.
- Petrus Couillanus ad Indiam
& Aethiopiā explorandam
mittitur 25. Africæ orienta-
lis littora lustrat ibid. in Ae-
thiopiā tendit 26. à rege
benignè suscipitur ibid. in ca-
detentus pro mortuo habe-
tur ibid. Bonæ spei promon-
torium circumnavigari posse
certo competit 25. India sitū
& commercia describit 25. ad
Lusitaniā regem de sua pere-
grinatione scribit 26. Mem-
phim redit ibid.
- Petrus Dia nauarchus in Lusi-
taniā inuitus redit 49.
- Petrus Faria Lusitanus Mealem
reducendum Pratori dissua-
det 345.
- Petrus Gnaia Castellanus Sofa-
lam venit 74. benignè susce-
ptus arcem construit 74. prae-
torem Isusum interficit 75.
cuius arx ab incolis & vicinis
oppugnatus 75. & sequ. socii
gignitate aëris febribus vexa-
ta ibid.
- Petrus Mascarenias Bijnanum
excindere

- excindere parat 245. classe pe-
 tit ibid. oppugnat, ibi. & seq.
 capit 249. Cananorem venit
 251. Cocinū 250. Colani præ-
 ror salutatur, ibidem. Goçvr-
 bis præfectus 144. Goa exclu-
 sus 251. gratiosus apud omnes
 241. Indiæ prætor è cõdicillis
 declaratur, ibid. Indiam, Ma-
 laea petit 245. 250. panè sub-
 merlus Malaçam redite coa-
 ctus 244. in Lusitaniã remis-
 sus 252. Malacæ præfectus
 241. Serrano panè oppresso
 succurrit 247. Simoni Mene-
 sio in vincula coniectus ad-
 servandus traditur 251. & seq.
 eius summa animi modera-
 tio 251. laus 241. de pratura
 cum Lupo Vasaõ simulas
 242. 244. & seq. 250. & seq. ei
 iniuriæ factæ 250. 253.
- Petrus Mascarenias** Lusitaniæ
 Regis ad Papam legatus 329.
 Franciscum Xaverium in Lu-
 sitaniã ducit 330. 459. In-
 diæ prætor rei Christiane stu-
 diosus 459. eius in pratura
 res gesta 459. mors, ibidem.
- Petrus Nõnius** insignis mathe-
 maticus 390.
- Petrus Vasaõ Bisacutus** Lusi-
 tanicæ classis præfectus 20.
 regem Ialophorum in regnū
 reditum interficit, ibid.
- Petrus Vasaõ** in ita fœderis cum
 Abassinis nuncius in Lusita-
 niã missus 200.
- Petrus Vasaõ Igaditanus** Epi-
 scopus 147.
- Philippa Alencastria** Ioannis I.
- Lusitaniæ regis vxor 4.
- Philippus rex Catholicus** 162.
 436. Iaponiotum ad Papam
 legatos benignè extipit 437.
- Philoterã** portus Arabici maris
 hodie Alcoceris 320. a Lusita-
 nis incenditur, ibid.
- Pigritia** animal Brasiliæ, 46.
 cur sic dicta, ibid. eius victus,
 ibidem.
- Pimilaranus Mindanai** insulæ
 regulus baptizatur 291. Fran-
 ciscus dicitur, ibid.
- Plnda Congau** regni emporiū
 432.
- Piper oblongum** 113.
- Piratininga** Brasiliæ pagus 460.
 in eo patres Societatis I. S. V.
 ibidem.
- Piratiningani** Brasiliæ populi
 crucis signo muniti hostes su-
 perant 460.
- Piimal Ceilani** rex vnus ex tri-
 bus Magis 55.
- Piscandi** genus apud Sinas 163.
- Piscarium lirtus** 78. 327. eius si-
 tus 327. & seq. incolæ Chri-
 stiani sunt, ibid. vidè Parauæ.
- Planæ** insulæ 30.
- Pompelonis** fines 331.
- Põchastius** fisci regi apud Sinas
 præfectus 165. eius munia 165.
- Ponda** vicus & portus prope
 Goam 182. & seq. à Lusitanis
 vastatur, ibid.
- Porca** oppidum captum & dire-
 ptum 160.
- Potius** Securus in Brasilia 44.
- Possessiones** malè quaeritas citò
 perire exempla 202. & seq.
- Prælium** nauale 66. & seq. 77. 92.
 & seq.

HISTORIAS INDICAS.

- & seq. 101. & seq. 108. & seq. Propertius 292.
 140. 150. 193. 222. 234. 237. 243. Prophetia Abassiz monachorū
 246. 260. 265. & seq. 299. Francisci Xaverii 438.
Prælium terrestre 131. & seq. 191. Gasparis Berzei 406. 409. D.
 & seq. 210. & seq. 215. & sequ. Thomę Apostoli 54.
 225. 265. & seq. 268. Ptolemais ferarum insula, nunc
Prætores Brasilię I. Thomas So- Mazua 198. eius descriptio &
 sa 425. II. Eduardus Acoita situs, ibid. Vide Mazua.
 460. Ptolemeus in multis hallucina-
Prætores Indię I. Franciscus Al- rus 3.
 mcida 74. II. Alphonsus Al- Pudicitię exemplum 457.
 buquercius 111. III. Lupus Pueri Malabates inrer supplicia
 Soarius 154. IV. Didacus Lu- Christum profitentur 451.
 pius Sequeria 189. V. Eduat- Pulopuaris insula 245. Masca-
 dus Menesius 219 VI. Vascus renix ad eam naufragium,
 Gamma 233. VII. Henricus ibidem.
 Menesius 233. VIII. Lupus Pæmensurę genus apud Sinas
 Vascus à Sancto Pelagio 242 161.
 IX. Nonnius Acunia 263. X. Punicale Parauanorum oppi-
 Garzias Notonia 315. XI. dum à Malabatibus & Tur-
 Stephanus Gamma 319. XII. cis captum 451. à Lusitanis
 Martinus Alphosus Sosa 334. receprum, ibidem.
 XIII. Ioannes Castrius 357. Puteolana vel potius porcella-
 pro- rex 389. XIII. Garzias na vasa 156. & seq.
 Sala 390. XV. Georgius Ca- Pyrenęi montes 331.
 pralius 425. XVI. Alphonsus Pythagore de transmigratiōe
 Noronia 433. XVII. Petrus animorū placita apud Sinas
 Mascatenias 459. XVIII. Frā- seruantur 169.
 ciscus Barretus 459. XIX.
 Constantinus Brigantius,
 478
- Prætoris in India substitucndi**
 ratio 233.
Prasia insula 31.
Prasum promontorium 3. 23.
 25. nunc Mosambicum 23.
Pretciannes Abassinorum Rex
 20.
Primę insulę 49.
Principes insulę à quo inuentę
 21. in iis aurifodinę, ibid.
- Q
- Q** Verimba insula & oppi-
 dum à Lusitanis captū
 & incensum 225. eius a-
 mœnitas & opulencia, ibid.
Q nexomes insula 97. 224. ab
 Albuquerque vastata 97. à
 Turcis 449.
Quilibius in Papuis insulis re-
 gulus 282.
Quiloa vrbs 25. 31. & seq. 49. 53.

73. 196. olim Rapra 25. stipendiaria Lusitano 53. eius arx à Lusitanis constructa 73. Quitirius Malacensis Vimutis Raix filiam ducit 139. bellum cum Lusitanis gerit ibid. & seq.

R.

Raciolū arx à Lusitanis constructa 192.
 Raciolū regni Decani vrbs 200. à Narsingano rege obsessa 201. ei dedita ibid.
 Rades Caciles Tidoris regis tutor 271.
 Rafus Zeifodini Arinuzia regis tutor in vincula conjicitur 263.
 Raia Nara Atodini Bintani regis gener 240. eius exercitus Linguam obsidens à Lusitanis fusus ibid.
 Raia Sudanicinus Pacenorūm prefectus 192. eius cum Lusitanis pugna ibid. & seq.
 Rainclum Cambaia oppidum captum & incensum 267. & seq. eius fertilitas, opulencia, incolae, & situs ibid.
 S. Raphaël primæ Indiae classis navis 19.
 S. Raphaëlis columna ad flumē Bonæ signa posita 31.
 Raphaël Pérestrellius Goæ laboranti succurrit 183.
 Raprus fluvius hodie Sengus 25.
 Raulinus Pegusorum regis ad Corream legatus 190. & seq.

Regum flumen 30.
 Reixelum oppidum à Persis 227. prum 319. & seq.
 Reliquia Sanctorum sedant tepestatem 439.
 Repelinēsis ager à Lusitanis vastatur 62.
 Repelini vada 60. à Gotinensibus contra Calecuranos custodita ibid. 65. à Patiecomunita ibid.
 Resbuti populi 300.
 Rhabarbarum apud Sinas 136.
 Rhinoceros ab Emmanuele Lusitanicæ regis cōni X. pape dono missus 147. in itinere naufragio perit ibid.
 Rhinocerotis cum elephate inimicitia ibid.
 Rhotericus Botus in Baharenū missus 218. eius in martyriū 221.
 Rhotericus Femandus ad Cambaia regem legatus 215. 219.
 Rhotericus Dominicanus Colani rem Christianam administrat 63.
 Rhotericus Iulartes Concani prefectus 232.
 Rhotericus Lima ad Ethiopiae regem legatus 198. 200. ex Ethiopia redit 241.
 Rhotericus Mathematicus Ioānis II. Lusitaniae regis medicus 8.
 Rhotericus Mellus Goæ prefectus 200. Concanū per fraudem occupat 202.
 Rhotericus Paralinus Malacæ prefectus 134. 130. 184.
 Rhotericus Pereria Benestarmio castello prefectus 144.

Rho-

HISTORIAS INDICAS.

- Rhotericus Soarius duas tritimes Hoceni capit 109.
- Rhotericus Sosa ad Congi regē legatus. quomodo exceptus ibid. & seq. in Lusitaniam redit 14.
- Rhotericus Vastus Peretia Indiam petit 202. eius irauem cetus inuadit ibid.
- Roma orbis caput 2.
- Rosalgarēs promontoriū olim Siagram 88.
- Roztomācanes Benest arini castelli præfectus 137. Lusitanis castellum dedit ibid.
- Rubrum mare 99.
- Rucurellum Amboini insulæ emporium 142. eius cum Veranola ciuitate inimicitie ibid. in eo Lusitani quomodo excepti ibid.
- Rumecan Sofaris filius Diuum obsidet 375. & seq. eius mors 386.
- Rumepolis prope Diuum oppidum à quo conditū 100. Tarcis deditum 314.
- Rumes Turcæ qui 100.
- Rupes inexpugnabilis 321. & seq.
- S.
- S**abaius Decaniorum tyrannus 77. 106. 118. 120. Idalcanis pater 77. Lusitanos ex Anchediua pellere tentat ibi. & seq. 107. eius bellicus apparatus 118. in Decanium regem perfidia 107. in Lusitanos odiū 118. eius mors ibid.
- Saca lazii Dicensis dynastæ filius 214. Didaci Pacēsis naues oppugnat 219. eius ad Sequeriz postulata responsum 214. & sequ.
- Saccarum Brasilicum 44.
- Sacrum promontorium 5.
- Sadradinus Armuzianus Moerini Bahareni dynastæ corpus interceptum 118.
- Sagamus Coronandelis rex 332. à S. Thoma Apostolo conuertitur 34. eius reliquæ Meliapore à Lusitanis inuētæ 228. arca argentea inclusæ ibidem.
- Sagum cibi & potus genus in Molucis 143.
- Salsetanæ insulæ ad Bazainum 301.
- Salsetani agri Lusitanis attributi 292.
- Sanibeleganus Pegustorum regis ad Corream legatus 190.
- Sannia Malacensium præfectus 248.
- Sanctianum Sinarum insula 437.
- Sandalum album 113.
- Sanga India regnum 98.
- Saraceni in suis occultandis, in alienis explorandis consiliis sagaces 69. se non nisi victores prælio excelluros diris deuouent 296. Gamma insidias struunt 40. Mamudio Malacæ regi fœdus cum Lusitanis initum dissuadent 114.
- Securus Brasiliæ portus 44.
- Selymus Ottomanus Turcarum Imperator 177. 178. 180. Campsonis Ægyptii Sultani impe-

I N D E X I N

- imperium delet 177.
Senex trecentos triginta-quin-
 que annos natus 308.
Sengus fluuius olim Raptus
 25.
Septa Africae vrbs 4. à Lusitanis
 capta ibid.
Sequeria vide Didacus Lupius
Sericum vel Eoum mare 155.
Serpentes in Cananoris regno
 afflatu homines necant 51.
Sersadenehil Abassinorum rex
 26.
Siacanus dynasta Alodini Bin-
 tani regis stipendiarius 151.
 eius in Botellium insidia i-
 bidem.
Siagram promontorium hodie
 Rosalgarum 88.
Siani rex in Macazaribus bapri-
 zatur 217.
Siculus architectus perfuga a-
 pud Calecutanos 235. eius
 bellicae Machinae ibid. 239.
 mors ibid.
Siliganum oppidum 290.
Simia pro Deo apud Indos coli-
 tur 36. eius templum in re-
 gno Malabatico insigne ibi.
Simon Acunia Bardadinum Ba-
 harenis insulae dynastam fru-
 stra oppugnat 264. & seq. eius
 mors ibid.
Simon Andradius Ciaulanae ar-
 cis praefectus 220. Dabulum
 oppidum tributarium facit i-
 bid. duas Turcarum triremes
 capit ibid.
Simon Correa 225. eius socii a-
 liquot ad Bacianum interem-
 pti ibid.

- Simon** Mellus 260. ad Maldiuas
 insulas missus 253. Mascare-
 niam capit 251.
Simon Mentisus Cananoris ar-
 cis praefectus ibid. Couletum
 Calecuti emporiū expugnat
 234. & seq.
Simon Vasqus sacerdos Momo-
 iae Christianam rem amplifi-
 cat 281.
Sina Arabiae mons D. Catharinae
 reliquiis nobilis 71.
Sina Indiae regnū 23. Cina vul-
 gò dictum 155. eius aedificia
 & domus 157. fertilitas, opu-
 lentia 155. & seq. murus in-
 sane magnitudinis 167. sa-
 trapiae quot 155. situs ibi sub-
 urbia 158. templa ibid. vr-
 bes quot 156. quàm munita
 157. urbium antoenitas, situs,
 & descriptio 156. & seq.
Sinae Indiae populi 53. 69. 155.
 argenti auidissimi 156. Deos
 contemnunt 158. 169. & sequ.
 171. gentes reliquas despectui
 habent 372. D. Mariae virgi-
 nis imaginem venerantur. 169.
 pigritia publicis legibus ple-
 ctuntur 156. 161. religionem ne-
 gligunt 170. sagis vtuntur
 158.
Sinarum adulterii poenae 159. re-
 grotantium ratio 161. aeneae
 tormenta 160. anatum copia
 162. & seq. belligerandi ratio
 157. & seq. ad calores aestate
 leniendos mirum inuentum
 159. capillamenti ratio 158.
 carcer 166. color 158. come-
 dia 159. conuiuia ibid. & seq.

Simon

corpo-

HISTORIAS INDICAS.

- Eriporis constitutio 158. Dii
 169. & seq. Doctores quomo-
 do creantur 16. & se. exequiæ
 mortuorum 171. fœneratorû
 pœna 162. gymnasia 164. insi-
 gnia 165. iura & leges 163. &
 sequent. 172. Kalendarium
 159. libandi mos 171. libido
 172. linguæ variæ 161. literæ i-
 bidem 164. luctus 171. & se-
 quent. in Lusitanos scuitia
 232. mechanicæ artes 160. ma-
 gistratus 164. & sequen. man-
 darinum præcipua lingua 161.
 mensuratum & itinerum ra-
 rio ibid. mercatura ibid. & se.
 moneta ibid. mullerum orna-
 tus 159. de mundi & hominû
 creatione opinio 169. & seq.
 naues 162. & seq. nuptiæ 160.
 piscandi ratio 183. rei quomo-
 do puniuntur 166. & seq. 172.
 religio 169. & se. Rex 167. & se.
 legatos aliorû regû quomo-
 do excipit 172. & seq. tributa
 & vectigalia solus imperat
 169. regis diplomata 168. filii
 quomodo custodiuntur ibid.
 nomen tabula inscriptum ad-
 oratur à præfectis ibid. tituli
 172. vectigalia annua quam
 magna 169. vxores 168. regû
 successio ibid. salutandi ritus
 160. satrapæ qua pœpa in pu-
 blicum ptodeur 166. scribendi
 ratio 167. sortes ridiculæ 171.
 superstitiones & errores 169.
 & Typographia 161 vestes 159.
 Sinis Euangelium prædicare
 quâ difficile 173. mundus ex
 aqua conditus 170. & se. suis
 regnis excedere interdictum
 155.
 Sinas olim larius imperasse ibi.
 Sincapuranum fretû 69. 128. 136.
 Sionis seu Sabanni rex 114. fœ-
 dus cû Albuquerque in 134.
 185. ad eum Lusitaniæ regis
 legatus 185 & sequ.
 Sitiagum insula 281.
 ad Soarem Armuziæ oppidum
 Lusitani interfecti 221.
 Soarius vide Lupus.
 Societatis Iesu labores 472. & se.
 origo 329. progressus in Ac-
 thiopiâ 469. Armuziam 392.
 in Brasiliam 42. 425. in Cõgû
 432. & sequ. in Japonem 437.
 Malacam 361. in Moluças, i-
 bid. in Sinas 437.
 Socorora Arabici maris insula
 53. 80. 87. 113. 127. 144.
 Socororæ arx à Fartacis condi-
 ta, à Lusitanis expugnata 80.
 & sequ. ab incolis obfessa
 97. à Lusitanis diruta 127. In-
 colæ Thomistæ Christiani
 53. à Fartacis Mahometanis
 diuexati 81. eorum mores vi-
 ræ genus 53. & sequent. iis ab
 Albuquerque ob rebellionem
 grauius vectigal impositum
 97.
 Sofala 25. 31. 49. 74. aurifodinis
 nobilis 25. 31. eius incolæ Sa-
 raceni 74. Quiloæ regi subie-
 cti ibid. ab eo deficiunt ibid.
 prætoris in Lusitanos fraus
 74. & sequen. in ea arx à Lu-
 sitanis constructa 75
 Sofar Chius Ægypti quæstor
 Solimanû interficir 271. Ade-
 nuna

INDEX IN

- m oppugnat ibid. Diu 368.
 & seq. interficitur 375.
 Sol apud Sinas colitur 170.
 Solimanus Iufi Sofalæ prætoris
 filius ad Lusitanos fugit. 76.
 rex Sofalæ ab iis declarat⁹ ib.
 Solimanus Mitylenæus Ægyptiæ
 classis præfectus 177. 179. Ade-
 num oppugnat 177. in Cama-
 rano arcem exstruere tentat
 ibid. Zebitum capit ibid. Gid-
 dam ab Hoceno desertus re-
 dit 178. Hocenum interficit
 ibid. cum Selymo Turcatum
 Imper. in gratiam redit ibid.
 Catri præfectus ibid. eius mors
 207.
 Solinianus Peloponensis Ægy-
 ptia classis præfectus 310. Ade-
 num fraudulenter capit 310.
 Diu obsidet 311. & seq.
 Solimanus Selymi filius Turca-
 rû Imp. 178. Rhodû expugna-
 uit 235. classes in Indiam mit-
 tit 301. 448.
 Soloris rex baptizatur 477.
 Somatra insula 4. 128. 139. 148.
 229. à quo primùm detecta 113.
 auri ferax ibi. peninsula olim
 credita, & quare ibid. eius si-
 tus ibid. incolarum mores, re-
 ligio, victus 114. ex ea Lusita-
 ni exacti 231.
 Sonum Congi regni maritima
 pars 11. eius princeps cum filio
 baptizatur ibid.
 S. spiritus fluuius 455.
 Stachiris fluuius 19.
 Stephanus Gamma Vasci pater
 29.
 Stephanus Gamma Vasci filius
 Malacæ præfectus 300. Indiæ
 prætor 319. eius Arabica expedi-
 ditio 320. & seq.
 Strabo de coco seu nuce Indica
 quæ 195.
 Suaquenum vrbs à Lusitanis in-
 censa 320.
 Subum insula à quo detecta 206.
 eius tegulus Christianus fit ib.
 Apostata Magalianis aliquot
 socios trucidat 207.
 Successionum in Prætura Indiæ
 ratio 233.
 Suilla caro Sinis valde expetita
 160.
 Suezium Heroû vrbs 24. 70. 99.
 175. & seq.
 Sunda laux maioris oppidum
 249. captum & munitum 108.
 eius opulentia ibid. præfectus
 opem Mascarenia contra ho-
 stes implorat ibid. ei serò au-
 xilium missum ibid. & seq.
 Supa rex baptizatur 342.
 Surratum Cambaia oppidum
 113. incensum 267. & seq.

T.

- Tabatia Boleifis Ternatis re-
 gis filius in arcem à Britto
 abductus 232. Ternatis rex
 220. in Indiam ad prætorem
 victus missus 281. Christia-
 nus fit ibid. eius mors ibid.
 Tabona Ternatis insulæ vlcus
 275. eius præsidis horrendum
 supplicium ibid. Lusitani eam
 populantes malè ab incolis
 excepti 274. & seq.
 Tagus Lusitania fluuius 28.
 Tamaranus Ternatensis rei ma-
 ritima

HISTORIAS INDICAS.

- ritimæ præfectus a Lusitanis captus 276.
 Tamendoa animal in Brasilia 46.
 Tampoi factitii vini genus in Borneo insula 276.
 Tamum Sinarum insula 174. Lusitanorum in eius incolas iniuriam ibid. in ea castellum ab istidem extractum ibid.
 Tanahia oppidum 262. eius dynasta stipendiarius Lusitano 266. 268.
 Tanoris rex auxilium a Lusitanis petit & impetrat 68. stipendiarius Lusitano ibid. baptizatur 420 Goæ quomodo exceptus 422. & seq.
 Taprobana 24. 78. & sequen. in ea tempore Apostolorum Evangelium promulgatum 79.
 Taracolum vrbs 12. à Narfiagæ rege oppugnata ibid.
 Tatusia Brasiliæ animal 45.
 Tempestas foeda 43. 48.
 Templum Armuzianæ arcis à quo illustratum 262. & seq. D. Barptolemæi Cocini 62. Christi ad Nabantiam in Lusitania 110 S. Virginis Mariæ Cananore 84. Goæ 138. 145. Malacæ 134. in Mazua insula 198. in Socotora 81. D. Thomæ Apost. Goæ 228. Meliapore 228.
 Tensa Iaponiæ pars 356.
 Termapatanus Calecuti portus 250.
 Ternate Molucca insula 142. 226. 254. eius incolarum mores 1. 3. victus ibidem. in ea arx a Lusitanis ædificata 227. p. 228. Ternatensibus capta 279. in ea motus 232. 255. 274.
 Ternatenses a Lusitanis abalienati 273. & seq. 276. cum Tidorensibus bellum gerunt 232. & seq.
 Tertiarum insularum 41. 117.
 Terzanabalis oppidum à quo & ubi conditum 5.
 Themistoclis dictum 239.
 S. Thomas Apostolus Indiæ Evangelizavit 52. in Lusitanorum præliis quando primum inuocatus 389. tres Magos conuertit 55. Meliapore templum construxit 228. & seq. puerum resuscitavit 54. & seq. Sinis prædicauit 169. eius martyrium 55. miracula 54. & seq. peregrinationes per Indiam 54. propheta 54. reliquiarum Meliapore inuentarum 228. in arca argentea inclusarum ibid. Goam translata ibid. Edessam Mesopotomiæ translatae quidam volunt 55. 227. sepulchrum Meliapore 227. ei Goæ à Constantino Brigantio Prorege templum constructum 228.
 Thomas Fernandus Lusitanus architectus 82.
 Thomas Nonnius Anronium Pattecum in arcem Malaccensem rapit 185.
 Thomas Persarum rex 411.
 Thomas Petreus ad Sinarum regem legatus 154. 231. Canro nem venit 174. à Sinis captus ibi. eius miseranda mors ibid.

INDEX IN

- Thomas** Sosa primus Brasiliæ prætor 425.
Ticuarinum insula 117.
Tidoris Moluca insula & vrbs 142. 226. & seq. 253. à Lusitanis direpta & incensa 254. 272. à Castellanis refecta & munita 254. 271. eius rex pacè à Lusitanis qua conditione impetrat 253. 273. tributari^o Lusitano 273. ex ea Castellani quo pacto discesserunt ibid.
Tidorensium cum Ternatensibus prælia 232. 254.
Tigres Brasiliæ famelicæ veloces, pastæ ignauæ 45.
Timaia pirata 118. 124. Goanis insensus, Lusitanorum studiosus 118. Goense bellum Albuquerque suadet ibid. duo ad Goam castella expugnat 119. ad cōscribendos milites mittitur ibid. 124. Goam in auxilium Lusitanis serò venit 225.
Tolocum ad Ternatem vicus 258. 275.
Tolum oppidum 433.
Tormentariæ fabricæ artificium 32 barbaris proditur 58.
Torum vrbs 26.
Torus Armuziæ rex 151. 213. 215. 264. ab Albuquerque è seruitute domesticorum liberatus 152. Armuziensem arcem oppugnat 224. Armuzia incensa fugit ibid. Lusitanorum iugum excutere conatur 220. & seq. Sequeriæ opem contra rebelles implorat 215. Zeifadini frater 151. eius de Lusitanorum interuentione decre-
tum 220. mors 224. vestigalia à quæstoribus suis interuertuntur 225.
Transtaganum Lusitanix oppidum 29. Mons maior appellatur. ibid.
Trauancoris regnum 338.
Tremelanum delubrum 343.
Trichinamalius princeps baptizatur 424. & seq.
Triglypton regni Peguësis quoddam caput 190.
Trimumpara Cocini rex 50. Calcutano regi cur insensus ib. ab eo ad Lusitanos prodendos sollicitatur 57. ab eodem victus fugit 61. contra eundem ab Albuquerque auxiliū petit 64. Capralem benignè excipit 51. à Lusitanis in regnū restituitur 62. in solitudinem deposito gubernaculo se recipit 73. eius bellum cum Calcutanis 60. 190. & sequi. fides & constantia 57. 58. 61. litteræ de Patieci rebus gestis ad Lusitanicæ regem 68. ad Lusitanos consplatoria oratio 60. in eos amor ibid. liberalitas 68.
Tristanus Acunia Brauam vrbs caput & diripit 79. & seq. Cananore Lusitanis obsessis succurrit 86. Cocinum venit ibid. in Indiam tendit 79. 81. ad Leonem X. Papam legatus 147. & seq. in Lusitaniam redit 87. Madagascarē insulam explorat 79. Melindem venit ibid. Oiensē dynastiā interficit ibid. Pananem portum oppugnat

HISTORIAS INDICAS.

- ignat 86. & seq. Socotoram arcem expugnat 80. eius incolas Christianos in fidē suscipit 81.
- T**ristanus Araidius Ternatensis arcis praefectus 280. & seq.
- T**ristanus Castrius 216.
- T**ristanus Vascus Materiam insulam invenit 6.
- T**ristanus Vascus Vega Armuziensi arci succurrit 221. eius praclarum facinus 222. & seq.
- T**uaca Molucis potus genus 143
- T**ungubuti rex 20.
- T**upinaquini gens in Brasilia interiori 461.
- T**urca duplicis generis apud Indos 100.
- T**uroto ad Ternatem vicus 276. in eum Ternatis regina cum proceribus secedit ibid.
- T**urumbacum Armuziensium aquatio à Lusitanis oppleta 96. & seq.
- T**uran Sinarum prorex 165. eius munia ibid.
- V** liberatus in voluntarium exilium abit ibid. Ternatenses in Lusitanos incitat 275.
- V**aigamanum insula 282.
- V**aigeum insula ibid.
- V**aipinum insula 61. eius dynastē in Trimumparam Cocini regem fidelitas ibi. in eam Trimumpara victus fugit ibid.
- V**aletudinarium Goæ 138. Mosambici 335. 401.
- V**ariucnes Cambaia pagus & arx à Lusitanis capta 304. Badurio restituta ibid.
- V**ascus Fernandus interficitur 365.
- V**ascus Deza Cocinensis arcis praefectus 244. eius pro Mascarenia de India praetura oratio ibid. & seq.
- V**ascus Gamma 114. 204. primæ Indicae classis praefectus 29. 233. qua pompa à Lusitania discessit 30. ad S Blasii Aquarionem venit ibid. 42. ad Planas insulas 30. ad Zanguebaris oram ibid. ad regum flumen ibid. ad Bona signa flumen 31. ad Mosambicum ibi. Mombazam 33. & seq. Melindem 34. 42. Calcutum 34. 39. ad Anchediuam 41. in Lusitaniam redit 42. iterum in Indiam profectus Quiloam venit 53. Cananorem ibid. Cocinum, ibidem, in Lusitaniam redit 56. tertio in Indiam Cocinum venit 233. à Calcuti Rege quomodo exceptus 39. & sequent. ab Emmanuele in Lusitaniam rediens

INDEX IN

- redicōs** quomodo 42. 57 à Me-
lindis rege quā benignè 34. fe.
d^o cū Cananoris rege renouat
 33. Indię prætor 233. naues Ca-
lecutanas capit 57. Saraceno-
rū 32. 53. Quiloꝝ regē stipen-
 diarium facit 53. eius clasis
 terræ motu tremefacta 1233.
 iuramentum fidelitatis regi
 præstitum 33. mors 233. vitæ
 periculum 33. ad eum Cran-
 ganorensium Christianorum
 legatio 33. 56. in eum Arabum
 & Saracenorū insidiæ 40. Mo-
 zābiquensis nauarchę 32. & fe.
Vascus Laurentius ad exploran-
 dam Borneum insulam mis-
 sus 255.
Vascus Petreius à S. Pelagio Va-
 riuenum capit 304.
Vaticanum Romę sacrarium
 147. eius insigne ornamentū
 ab Emmanuele Lusitanix re-
 ge donatum ibi. in eo Sinarū
 liber 161.
Venefici apud Brasilios 430
Veneræ conchæ in Maldiuīs
 insulis 195.
Veranula Batoehinæ Muaris in-
 sulæ ciuitas 42. eius eum Ru-
 cutellanis inimicitix ibid.
Verberati insulæ 42.
Verissimus Patiecus Antonii
 frater Goꝝm venit 185. eius
 mors 188.
Vespasianus Imperator pecunię
 diligentissimus 269
Vespertiliones in Cananoris re-
 gno quales 31.
Vetus villa in Brasilia locus
 426. 428.

- Vexilla** tria à Turcis capta in
 Lusitaniam missa 110.
Vgentana vrbs & regnum 100.
Vicetinus quidam Magalianis
 socius orbē toto navigatione
 circumactō in Italiam redit
 203.
Victoria Castellana nauis totū
 orbem circumnauigat ibid.
Victoriæ Lusitanorum insignes
 de Alodino Buitani rege 151.
 192. 204. 246. 92. 223. Armu-
 zianis 75. Casribus 50. Calc-
 cutanis 51. 57. 62. 65. & fe. 67.
 76. 85. 234. 239. 241. 259. 266.
 267. 268. Cabaianis 293. 298.
 Cananorensibus 85. Colanis
 73. Dabulensibus 108. Diensibus
 262. Farracis 80. Goanis
 125. Iauis 139. Linguæ rege
 150 & sequent. Mammaluēis
 99. 110. Moluensibus 289.
 Narlinganis 269. Pacenis
 193. & sequent. Panensibus
 245. & seq. Turcis 100.
Villa infantis oppidum a quo &
 vbi conditum 5.
S. Vincentii Brasiliæ colonia
 426. 427. in eam societatis le-
 su patres missi 417.
Vincentius Franciscanus Ioan-
 nis Albuquerque Gōꝝ episco-
 pi comes 316. 420. & se-
 quent.
Vincentius Fonseca sediciosus
 277. in vincula coniectus ibi.
 Ternatis præfectus 279. Aia-
 lum regem regno pellit 280.
 odium tuorum incurrit ibi. a-
 pul Indiæ prætorē accusa-
 tus 280.

HISTORIAS INDICAS.

Vincentius Rhoretigius Lusitanus e Societate Iesu in Brasiliam missus 428.

Vincentius Sodreus Indico mari a Gamma praefectus 36. Cocinum venit 58. Trimuparae auxilium denegar 59. ad Erythraas fauces obsidendas tendit ibid ad Curiam Muria naufragio perit ibi.

Vincentius Viega sacerdos Malacensi ecclesiae praepositus 392.

Viride caput inventum 6.

Visapor Cambaiae vrbs 346.

Visionis monasterium in Abassia 199.

Voluquis Iaponiae vrbs 347.

Vrimutis Raia Malacensis princeps 115. pacem ab Albuquerque clam petit 131. Malacae iuxta dicundo inter Mahometanos praepositus 134. ob perfidiam securi percussus 134. eius vxor mortem vleisci parat 139.

X

X Arasus Armuzianae classis praefectus 215. ad Baharenum oppugnandum missus ibid. Torum Armuziae regem in Lusitanos incitat 220. interficit 224. eius apud Armuzianos auctoritas 220. in Corream perfidia 216. & seq.

Xauerius vide Franciscus.

Xebandara Armuzianae classis praefectus triremem Lusitanam capit 220.

Xeques Arabibus praetor 31.

Xicocum Iaponiae ipsula 347.

Ximum Iaponiae ipsula ibid.

Xiphias piscis 189.

Xoar Armuzianae ditionis Albuquerque dedita 90.

Y

Y Chan mensurae genus apud Sinas 161.

Z

Z Abucales Brasiliae arbores 5.

Zacuta Congi regis ad Lusitaniam regem legatus 10. & seq. baptizatus Ioannes appellatus ibid in Congum ritè in fide instructus remittitur ibi.

Zagazabus Abassini regis ad Lusitaniam regem legatus 241.

Zaires fluvius 813. a quo primò inuentus 8. columna in eius ostio posita ibid.

Zala in caelestibus relatus Mahometanis 104.

Zamafum Mauricae oppidum 272.

Zamorinus Malabarici regis imperator 35. 73. & sub Albuquerque pacem perit 138. cum eo iniuriam sibi a Lusitanis factam expostulat 63. a Campsone Aegyptio auxilia perit 98. Cananoris regem ad se sollicitat 82. Caprale benignè excipit 49. frustra classe insegurus 52. Cocinum incendit 61. ad Deos placandos secedit 67. Gammae insidias struit 56. & sequi. cum qua pompa excipit 39. & sequi insequitur 56. & sequi. cum Lusitanis pacem

DEX IN HISTOR. INDICAS.

Inc 49. 62. Parieci naues op-
pugnat 66. reges vicinos ad
arma contra Lusitanos infli-
gat 98. Repelini vada inuadit
60. 65. & seq. tormēta bellica
constat 62. Trimumparam id
Lusitanos sollicitat 56. 61. eius
bellicæ machinæ 66. bellum
cum Lusitanis 64. & seq. 68.
81. clades 50. 52. 65 & seq. 77.
classis 76. consultatio de bel-
lo Trimumparæ inferēdo 38.
exercitus 64. legatio ad Ae-
gypti Campsonem 70. ad Lu-
sitanos 62. litere ad Lusitanicę
Regem 41. mors 147. prælium
nauale cum Almeida 77. re-
sponsum ad Lusitanicę lega-
tionem 39. & seq.

Zanaga fluuius 6. 19. Daratum
prisca 19.

Zanguebaris ora litrus natale
cur dictum 30.

Zancibar insula 41. eius amēni-
tas, ibid. Rex stipendiarius
Lusitano 63.

Zebitum felicitis Arabiæ oppi-

dum 323. Mustafæ Mamalū-
co donatum 310. à Solimano
Mirylenæo captum 177. eius
amēnitas & opulentia, ibid.
præfectus auxiliū Gradaame-
ri in Aethiopiā contra Lu-
sitanos mittit 323.

Zeifadinus II. Armuziæ rex 87.
Ismaëlis Sophi Persarum re-
gis stipendiarius 87. 263. Lu-
sitanicę regis 93. veneno sub-
latus 151.

Zeila Africae emporium 320. à
Lusitanis deletum 180.

Zēzibaris regulus Lusitano sti-
pendiarius 225.

Zufolarinus Idalcanis exercitus
dux 121. 183. Azedecan dictus
291. Goam obsidet 183. & seq.
291. Lusitanos in Idalcanem
incitat 345. cum iis occultum
fœdus inicit 292. iis Bardesiana
& Salserrana portoria cedit, i-
bid. armis repetit 294. Pōdam
muro cingit 291. 387. eius cū
Idalcanē simultas 285. 344. e-
ius mors 346.

FINIS.

IOANNIS PETRI

M A F F E I I

HISTORIARVM

INDICARVM

LIBER PRIMVS.



ETERNÆ mentis numen atque consilium, quo ab ipsis mundi primordiis vniuersa pariter & singula gubernantur; fide potius & silētio venerandum, quàm argumentis ac disputationibus indagandum, iure præcipiunt sapientes viri. Nihil est enim, cœlesti rerum omnium dispensatione, vel propter ipsius vim atque constantiam illustrius, vel propter humani luminis imbecillitatem obscurius. Veruntamen, quoad homini speculari fas est, quantumque valet mortalis tarditas ex ipsis duntaxat rerum euentis existimare: Diuinæ providentiæ ratio videtur eiusmodi, vt ingentium operum, quæ molitur, multo antè fundamenta jaciatur; eaque per occultas causas, & incrementa latentia, sensim ad rectum fastigiumque perducatur. Id a deo, si quis animū aduertat, iam inde ex vltima veterum annalium inenioria facile intelligitur. Post diram illam totius orbis terrarum eluionē, cum denuo genus humanum in omne scelus atque flagitiū rueret; vniusque veri Dei cultum cum demonum seruitute commutaret; ne paulatim vniuersa interiret pietas, peculiarem sibi populum diuinæ legis custodem, religionis administrum, oraculorum interpretem Deus immortalis tempore definito condendum esse decreuerat. Quot antè seculis, eam vnam in rem, eximia fide ac sanctitate virum, Abrahamum, ex hominum fece seruocauit, & propria iustitiam nota ipsum, & prolem eius, tanquam generosi armenti so-

A

bolem,

HISTORIARVM INDICARVM

bolent, & quidem præclara cum testificatione, seposuit! Rursus hoc ipso populo per summam impietatem atque perfidiam rebel-
lante, lucem veritatis, procuratione sacrorum, & ipsamet adoptio-
nis iura Deus aliò transferre statuerat. Quàm multis antè annis
urbem Romam exurgere, & a paruis initiis ad summum in terris
imperium euehi passus est! Nimirum, vt Ecclesiæ principatum ac
religionis domicilium ibi aliquando locaret; atque vt, vnde omnes
populi & nationes tum iura ciuilia, tum nefarios ritus ac supersti-
tiones paulo antè petijissent; inde in omnia regna, prouinciasque,
sine vllò erroris metu, sacrosancta Pontificum scita, & castissimæ
ceremoniæ, & bene beateque viuendi verissima præcepta manarēt.
Denique, superiore memoria, cùm ex eadem Vrbe salutarem Chri-
sti doctrinam in remotissimas nationes propagare vellet; quæ lum-
men Euangelij vel antea nunquam acceperant, vel acceptum, in-
curia seu lōginquitate restinxerant; quàm pridem fortium & expe-
rientium virorum excitauit ingenia, vt ignotas ad id tempus ter-
ras, ignotiora maria, tum ad ortum solis, tum ad occasum, per sum-
mam animi contentionem, perque summa pericula & difficulta-
tes, pertinaci studio exquirerent! Videlicet, quo per mutua com-
mercia, dum peregrini cum incolis vel terra nata, vel manu facta,
vel alia quælibet in vsum vitæ, pro locorum & regionum varietate,
permutant; interea occasionem nacti sacerdotes, & vitæ innocen-
tia & Christianæ facundiæ laude præstantes, ex auctoritate Ro-
mani Pontificis, verbum Dei longè latèque disseminarent; erran-
tisque mortalium greges, ab infelicibus vepretis ac saltibus, ad læ-
ta Domini pascua caulâsque traducerent. Cuius tam gloriosi faci-
noris, tamque longinquæ nauigationis (ad quam neque fabulosi
illi Argonautæ, neque in cœlestium numerum falso relati Bacchi
Herculesve vnquam adspirarunt) quoniam decus ac titulos partim
Lustraniæ, partim Lusitaniæ finitima Bœtica sibi iure quidem opti-
mo vindicat; quæ à Bœticis ad solem occidentem præclare gesta
sunt, scriptores alij persequentur. Nos, quoniam cuncta complecti
pænè infinitum esset, Lusitanicæ tantum conquestionis, præsertim
verò promulgati ad meridiem & Orientem Euangelij initia pro-
gressusque (quando ita iubemur ab iis, quorum à nutu discedere est
nefas) in vnus Dei gloriam & solatium Ecclesiæ Christi vniuersæ,
latinis maximè litteris consignare decreuimus. Quæ cognitio
piorum animos variè, ni fallor, afficiet: lætabūtur haud dubiè, tan-
ta iam ex parte vœsanis gentium risibus, ac detestabili Deorum ina-
nium culru sublata; punget eos rursus atque ad eò terrebit, impro-
borum scelere & prauis dogmatibus agitata, ex orbe nostro ad in-

LIBER PRIMVS.

fulas longè, vt inquit Esaias, atque ad vltimas terras tanquam indignabunda propalâ migrâs Christiana religio: vt vel Deo vindicæ regnum à nobis item auferri; vel, collustrato lucis Euangelicæ radiis toto propemodum orbe terrarum, ex diuinis oraculis, effœtæ iam ac senescenti naturæ finis propediem adesse videatur. Verùm hæc summus ipse rerum arbiter, pro sua infinita bonitate ac sapientia moderabitur. Nobis, rem tantam, patendi magis alacritate, quam perficiendi facultate suscipientibus, illud in primis veniebat in mentem vereri: ne, quoniam permulta, eum sacris tum prophanis in rebus supra naturæ vim atque ordinem facta subinde exponuntur, narratio nostra plus fortasse admirationis apud quosdam sit habitura, quàm fidei. Quocirca denuntio profiteorquæ iam nunc, me nihil in medium esse allaturum, nisi quod è publicis tabulariis, aut probatis auctoribus, quive interfuere ipsimet rebus gerendis, accepero. Quæ mihi copia quo promptior & expeditior esset, non subterfugi, quominus Olisiponem vsque commorandi causa contenderem: qua ex vrbe, quòd in Oceani velut imperium peropportuno immittet loco, atque ob id ipsum antiqua regum Lusitanix sedes est; omnia ferme Indiarum expeditionum consilia atque acta manarunt. Neque nobis veritate quicquam omnino antiquius vel fuit, vel esse debuit. Nam alioqui, neque Deus immortalis, cui nostra omnis vni desudat industria, commentis ac mendaciis delectatur; & me ipsum mortalibus rebus iam pridem valere iussis, fingendi vel adulandi causas omnes procul habere par est. Sed iam ad institutum aggredior.

ORBEM terræ vniuersum tres in partes diuisit antiquitas: inuenti demum hi noui tractus quartam adiecere; si quarta appellanda est, quæ vna reliquis omnibus magnitudine ferme par est. Neque tamen hæc recentiora tantummodo, sed veterum quoque finium haud exigua spatia præsei homines ignorarunt. Siquidem & in multis regionibus describendis Ptolemæus, vir cæteroqui summus, & alij geographi insignes hallucinati sunt; & Africæ terræ quicquid à Prælo Promontorio, & interiore Æthiopia, & Lunæ montibus in Austrum extenditur, multatq; & ingentes tum Africo tum Indico littori obiacentes insulæ, quamuis accuratam eorum diligentiam notitiâ inque subterfugere. Nanigandi verò, ante centesimum annum, vel apud Hesperios populos tanta fuit inscitia, maritimo videlicet vsu astrolabij nondum excogitato, vt ab ora discedere, & alto Oceano se committere, nequaquam auderent: sed littora cautè legentes, vbi ad æstus maris aut breuia periculosa peruenerant, quasi repagulis quibusdam à natura seu numine objectis, recipe-

rent illico sese, & longius tendere quodammodo nefas arbitrarentur. Itaque promontorium ad Atlantis radices, & aquarum impetu & Syrtibus vicinis infame, cui nomen olim fuit extrema Chaunaria, rudi sanè vocabulo, caput, Non, ea tempestate vulgus nautarum appellare solitum est, propterea quod si quis id promontorium superare malè sano conatu esset ausus, cum ad suos ultra esse reditum negarent. Hęc igitur loca gentesque lingua, moribus, superstitionibus adeò dissonæ, vti Lusitanorum armis tandem apertæ, & Christi Evangelio collustratæ sunt, quo clariùs pateat, paulo mihi altiùs ordiendâ tota res est. In iis Lusitaniæ Regibus, qui prospero euentu rem & suam & Christianam auxere, præcipua celebritate est Ioannes eo nomine primus, qui, transmissò in Africam exercitu, Septam urbem (quam Procopius Græcè Septon, alij septem fratrum ciuitatem appellant) de Mauris cœpit insigni victoria. Huic è Philippa Alencastria, Eduardi sexti Britannia Regis nepte, filij suære quinque: è quibus, tertio, vel, vt alij affirmant, quarto loco natum Henricum, scriptores meritò in cœlum vsque laudibus ferunt, quando præter bellicam virtutem, quam in eius vrbs expugnatione cunctis admirantibus explicauit, ea fuit sanctimonia vitæ, eaque in Deum & superos omnes ac beatam præcipuè Dei matrem obseruantia; vt in summa corporis firmitate summaque licentia illibatum virginitatis florem ad extremum vsque spiritum retinuisse credatur. Is, Ioanne patre, post fractam Maurorum audaciam, vita sancto, licèt perfidum & consceleratum genus hominum porrò insectari, nec tantùm è Mauritania, sed ex Africa tota exterminare percuperet, tamè, quòd ad hæredem regni Eduardum fratrem natu maximum eiusmodi expeditio pertineret; ipse interim ad alia non minùs præclara sese conuertit, quæ suis & auspiciis aggredi, & sumptibus tolerare se posse consideret. præerat quippe nobilissimorum equitum ordini, quem Dionysius tritauius Christi nomine contra barbaros instituerat: ex eoque magistratu non exiguos annuos redditus & vestigalia capiebat. Hęc illi dies noctesque apud animum suum agitati, nihil omnino vel ad nominis Lusitani famam illustrius, vel immortalis Deo gratius visum est, quàm incognita scrutari maria, nouas in Oceanum classes mittere, & rectam religionem in omnes partes, quoad eius fieri posset, extendere. Cuius rei perficiendæ eo maiorem veniebat in spem, quo se acrioribus quotidie stimulis in hanc mentem sentiebat impelli: & per eos fortè dies allatum erat, quosdam è Britania & Gallia mercatores vi tempestatum ad noua loca delatos, quæ à feris & barbaris dæmonum cultoribus tenerentur. Hęc igitur maximè

sententia Henrici animo insedit, quare confestim adhibitis mathematicis, multa de situ orbis deque cœli plagis exquirere, multa etiam, ut erat acri & solerti ingenio, partim legere, partim commentari ipse per se; multa præterea de captiuis Tingitanis & aecolis interioris Libyæ sciscitari. Denique, dum euncta circumspicit, reliquæ magnitudinem ac difficultatem apud se diligenter expendit, intentus interim oppido nouo ad Sacrum promontorium condendo Terzanabali, (quam deinde Villâ infantis dixere) fama est, per quietem cœlesti monito clementer inerepitem, quod cogitata conquisitione tam diu supersederet, remque adeò piam & laudabilem ultra differret. Itaque manè ut primùm euigilauit, sine vlla dubitatione duas in præsentia naues omnibus rebus ornari cecliter imperat: precat.que cœli Reginam, uti volēs ac propitia cœptis adesset, cursumque dirigeret, lectilissimos è copia Turdetana magistros utriusque præponit, & ingentibus onetatos promissis, quam longissimè prouehi, & extimos Africæ tractus ac gentes accuratè explorare iubet. Ii, licet laboris & periculi magnitudinem animo cernerent; tamen principis auctoritate & insita Lusitanis gloriæ cupiditate permoti (agebatur autem tum annus à Christo nato supra millesimum quadringentesimus decimus) rem alacres fidentisque suscipiunt. Itaque populo faustis omnibus & acclamationibus prosequente, cum in Austrum vela dedissent, ultra Atlantis radices, quem terminum nauigationis ad eam diem fuisse diximus, leucas circiter sexaginta (recentioris mensuræ nomen, id est, quatuor ferè millia passuum singulæ continent) ad Ganariam promontorium deuenere: quo ne longiùs tenderent, partim nouis aquarum æstibus vadisque, partim etiam procurrentis promontorii longitudine deterriti sunt. Eadem causa decennium ferme totum alios deinceps aliosque prohibuit, quo minus è sententia nauigarent. Sed nequaquam idcirco Henricus à suscepto consilio destitit: quippe, tum ex Afrotum sermone, tum ex mathematica ratione certissimis competerat argumētis, ab ora Mauritanie, continentes ac perpetuas regiones ultra æquatorem extendi: quæ si pedibus peragrari ardores aut solitudines vetuissent; mari certè, modò perseuerantia non deesset, adiri cognoscique posse confideret. Nee eum spes fefellit. Siquidem anno demum à pattu Virginis millesimo quadringentesimo vigesimo, cum sese intrepidè nauarehi alto mandassent, multis & periculosissimis jactati procellis, varias primùm insulas, ac deinde remotiora in singulos annos Africæ littora, ad vsque Leenam (id monti nomē est, leucis à Ganaria trecentis & sexaginta) singulari Dei beneficio cognouere. Quorum è

numero viri tres præcipuè meriti felicitate virtutéque sunt, vt eorū
 nomina litteræ omnes ab interitu vindicarent. Fuere autem Ioanes
 Consalvus & Tristanus Vasæus, qui omniuta primi longè a
 continenti recedere, & vasto ac furenti Oceano sese credere mini-
 mè dubitarunt: ac partim vêtis ablati, partim animi robore confi-
 lióque prouecti; insulas aliquot, in vs vnam hodie nobilissimam
 ditissimamque, cui à materia nomen est, ad Lusitanicum imperium
 adjunxere: itémque Ægidius Annus, qui Syrtibus cuitatis, & accu-
 ratè obseruato maris æstu recessuque, Ganariam promótorium ex-
 imia nauigandi arte ac scientia demque flexit; & Christiana fi-
 dei ad Hesperios Æthiopas aliásque inaccessas antea nationes adi-
 tum aperuit. Hos autem Henricus, & qui deinceps eorum indu-
 striam subsequuti sunt, pro cuiusque meritis ac laboribus amplè
 remuneratus est: ac, ne conquirendi ardor in posteris refrigesceret,
 à Martino V. Pontifice Maximo impetrauit, (quod ipsum ab aliis
 deinde Pontificibus confirmatum est) vti quicquid à Ganaria ad
 vltimam vsque Indiam patefieret, id quam optimo iure & condi-
 tione Lusitanicæ ditionis esset. Quinquaginta circiter annos pri-
 ma illa nauigatio tenuit: quibus demum exactis, Henricus cum a-
 liquot locis templa construxisset, ac varias in regiones munisset
 viam Euangelio, plenus gloria & rectè factis migravit in cælum.
 Huius animi magnitudinem imitatus Alphonsus quintus, vt pri-
 mùm regni potens fuit, (nam Eduardus pater ei maturè decesserat,
 fuitque sub tutoribus ad septimum vsque decimum ætatis annum)
 quamquam finitimis ac domesticis implicitus bellis, in eandem
 tamen laudem acerrimè incubuit; pèrque strenuos dūces & gu-
 bèrnatores ab Leæna monte ad Arlinarium (quod recentiores Viri-
 de caput vocarunt) atque inde ad vsque Diuæ Catharinæ p̄mon-
 torium (is locus est vltra æquatorem gradus parté vè duas & semis,
 hoc est leucas circiter duas & quadraginta) Crucis trophæum & ar-
 ma Lusitanica protulit. Multæ etiam insulæ per idem tempus in-
 uentæ, quas commemorare hoc loco non est operæ pretium; &
 commercia variis cum nationibus instituta; sed cum Æthiopibus
 præcipuè occiduis, quam regionè hodie Guineam vulgus appellat,
 ducto nomine ab vrbe celeberrima Genne, ad quam ingenti fluuio
 Zanagæ impositam, loci opportunitate illecti olim negotiatores
 vndique cõstuebant. Patet autem Guinea latissimè: & quamquam
 zonæ mediæ ferme subiecta flagrantissimo sole torretur; non tamè
 idcirco (vt falsò præsci putarunt (ab incolis est deserta: quinimmo
 plurimos numerat populos: è quibus maritimi p̄sces; mediterranei
 partim lacertis & innumdis animalibus, partim, vbi cælum fauit,

nonnullis frugibus & lacte vescuntur: mutantque subinde loca, non per vicos aut oppida, sed per familias plerunque dispersi: eaque familię sepe inter se propter inopiam de aquatione ac pastione decertant: infelix genus hominum, ac seruituti natum, & cum aliis nominibus, tum vnus veri Dei præsertim ignoratione miserandum. Cum iis igitur per captiuos interpretes agi ceptum à Lusitanis, & quamquam initio propter suspiciones mutuas, vt in re tam subita ac noua, turbatum est; atque etiam ex insidiis Christiani aliquot interempti; tamen cognita mox Lusitanię Regum iustitia, & nostrorum comitate ac beneficiis deliniti barbari metum posuere: & commeandi contrahendique libera potestate facta, cum veste varij generis, & variis domestici vsus instrumentis, ebur & aurum & mancipia permutabant, nullius aut eumentium aut vendentiũ æquę bona conditione, atque ipsorum qui venum dabantur. quippe ex Æthiopię sabuletis in opima Lusitanię regni arua, & ex tuguriis & mapalibus Olisiponem classe translati, vel ipsa vrbis frequentia rerumque omnium copia paulatim ad mansuetudinem & humanitatem erudiebantur: & quod longè præstantius est, mysteriis Christianę religionis postmodum imbuti, & cœlesti lauacro expiati, è peregrinis, demonum seruis, hominumque mancipiis, Angelorum ciues & domestici Dei repenti euadebant. Hisce rebus ita institutis, admodum expedire visum, ad mercimonia tuęda, atque ad retinendam cum barbaris amicitiam, opportunis aliquot locis castella excitare. Quę dum summa Æthiopũ voluntate exstruuntur, interea morbo laboribusque confectus Alphõsus emoritur. Dein regni gubernacula suscepit Ioannes eo nomine secundus, lætis admodum auspiciis: quando per idem tempus in Æthiopia Christiano primum ritu litatum est; barbaris ad noua sacra cęremonialque stupore defixis: Lusitanis verò inter ipsam diuinam rem gaudio lacrymantibus, quod sua potissimam opera verus Dei cultus in longinquas ad ebd mundi partes gradum fecisset: nempe vt impuris scđdata victimis loca purgaret: breuique ingentem animorum viam a possessoribus iniquis in Christi libertatē assereret. Quo nuntio magnam in spem erectus Ioannes, vt erat generosi maximè spiritus animique Rex, non modò parta retinere, sed etiam omniratione amplificare constituit. atque illud præsertim summo conatu peruestigare; num quis ab Atlantico in Eoum Oceanum vel mari vel terra transitus foret. quippe, iam tum, præter acerrimum propagandę Christianę fidei studium, ad beatas etiam Arabię gazas, & Indici littoris opulenta commereia mentem & cogitationem adiecerat. Quam ad rem in primis idoneũ ratus, cogniti iam

littoribus Dynastas amicitia comprehendere, haud ita difficili negotio
 est consequutus; pacemque & societatem certis legibus fecit cū
 Bezeguico, & Caramansa, Baio Samano, aliisque regulis: dein, ad
 vltiora exquirenda, probatae virtutis fideique homines familia-
 res suos dimisit. atque id quo libentiùs facerent; ac minore cum
 erroris periculo sese vastum in Oceanum darent; peritissimis ea tē-
 pestate mathematicis Rhotetico & Iosepho medicis suis, itemque
 Martino Bohemo, qui se Ioannis Monteregeij alumpum ferebat,
 negotium dedit, aliquid communi consilio excogitarēt, ad cursum
 nauium in pelago, quāuis ignoto, regendum: vt vel abductus à con-
 spēctu familiarium sibi syderum nauita, quam tamen cœli plagam,
 quā remota ab orbe nostro loca teneret, aliqua posset ratione
 conijcere. ij, quā acerrimo studio se diu multumque agitata, a-
 strolabium denique instrumentum, quod antea ad colligendos
 stellarum motus duntaxat astronomi adhibere consueuerant, præ-
 claro sanè inuento ad vsum rei maritimæ transtulerunt: ac pari so-
 lertia declinationum tabulas confecere, quibus hodie naucleri ad
 explorandā locorum (quemadmodum cosinographi appellant) la-
 titudinem vtuntur: vt non parum, hoc etiam nomine, tota Europa
 Lusitanix debeat. Quòd si vt latitudinis, ita etiam longitudinis fa-
 cili negotio rimandæ regulam prodidissent; nullo prope modum
 errore perpetuum maris ac terræ cingulum continuo circumactu
 viatores periti conficerent. Sed quia abortu in occasum, vel contra,
 ab occasu in ortum, nihil est in perpetua cœli conuersione certum
 ac stabile, quò dirigere cursum, accessusve aut recessus emetiri pos-
 mus, (namque illa ex errantium syderum oppositu subtilis ac per-
 obscura collectio nequaquam est ad hanc quotidiani vsus rationē
 accommodata) idcirco nullidum longitudinis gradus notati, neque
 planè perspecta potuit esse ratio itineris. in quo nauium rectores
 periculosissimè saepe falluntur. credo equidem, in hoc, vt plerisque
 alijs humanis in rebus, ad mortalium vel acuendam industriam,
 vel coercendas cupiditates, hac tanta difficultate diuinitus inter-
 posita. Veruntamen eius instrumenti beneficio mirum quanta
 nauticæ rei accessio facta sit, quin etiam ex eo tempore Christi dis-
 ciplina manare longius cœpit: plures quippe iam viri, & prudentiæ
 & pietatis laude præstantes, certatim ad huiusmodi expeditiones
 vltro semet regi offerebant: è quibus Iacobi Cani constantia &
 virtus in primis enituit. Is, acceptis ab rege nauibus, vltra metas
 Alphonsi processit ad ostium ingentis fluij, qui ex ipsis Nili fonti-
 bus originem trahens, Zaires ab incolis dicitur: ac tanta aquarum
 vi, præsertim hyeme, sese in Oceanum infert, vt prodatur in octo-

LIBER PRIMVS.

ginta millia passuum ab eo vinci mare; quod ex dulci nimis nau-
 stu præternauigantes intelligunt. Columnas aliquot, Ioannis ius-
 su, è Lusitania secum aduexerat Canus: quibus præter Crucis figu-
 ram, & regij stemmatis insignia, Latinis & Lusitanicis verbis erat
 inscriptum, quo quæque terrarum spatia rege, quo duce, quo tem-
 pore aperta forent. Ex iis ergo columnis vnam, ditionis Lusitanicæ
 testem, in ostio collocat: dein aduerso flumine subuectus, errantes
 passim Æthiopum greges videt, atro colore vibratoque capillo, vt
 cæteros; veruntamen, vt vberiore solo, sic etiam ingenio moribus-
 que longè mitiores. quippe leuibus duntaxat munusculis & beni-
 gno vultu inuitati, sese aduenis tanta securitate credebāt, vt eorum
 quoque nauigia, sine vlllo metu vel suspicione, inuisendi gratia con-
 scenderent. Veteres amicos vel consanguineos diceres, si commu-
 nio intercederet linguæ. sed è multis ac variis interpretibus inuen-
 tus est nemo, qui sermonem gentis teneret, nutibus ergo ageba-
 tur. quibus haud ægre cognitum est, præpotentem regem, cui cun-
 cti pareant, plurimum dierum itinere introrsum abesse. Quo audito
 Canus aliquot è suorum numero ad singula propiùs exploranda in-
 colis dueibus mittit in regiam: iisque obsidum loco relictis, præ-
 cipuæ indolis quattuor ipse vicissim Æthiopas in Lusitaniam as-
 portat, per sanctè pollicitus, quintadecima luna (quæ temporum
 ibi momenta obseruantur) sese illos incolumes patrio redditurum
 solo: ij porrò, inter nauigandum, & Cani cura, & sua ipsi docili-
 tate, Lusitanici sermonis consuetudinem pacti, de Congi regno
 (sic enim appellari denique patuit) deque eius opibus, ritibus, insti-
 tutis cuncta postmodum ex fide atque ordine retulerunt. Eorum
 aduentu Ioannes mirè lætatus: & collaudata Cani prudentia, no-
 uos iubet hospites in primis benignè & copiosè tractari: cumque
 ex iis multa per orbem quæsiisset; veritus ne longior mora Lusitanis
 obsidibus aliquid afferret incommodi; mandat Cano, Æthiopas
 quam optimè rursum acceptos quamprimum in patriam reportet,
 suosque recipiat: tum, vbi vltiora lustrarit, in reditu, ad Congi
 regem adeat ipsemet; eumque omni ratione ad Christum allice-
 re studeat. Nec mora: tempestatem idoneam nactus Canus, pere-
 grinos, Congum relatos, cum obsidibus bona fide permutat: ac,
 ne temporibus excluderetur, continuato in præsentia cursu, leu-
 eas vltra id regnum ducentas prouchitur: & cuius dixi formæ co-
 lumnas duas duobus ponit locis: quarum alteri à S. Augustino (cu-
 ius in diem natalem appulsus incidit) alteri ab ipsomet lapide
 nomen inditum est. Inde Cõgum reuectus, mira gentis gratulatio-
 ne ad Regem ipse cum amplis muneribus & egregio comitatu cõ-
 tendit.

tendit. Rex, quòd mira quèdam de Ioannis munificentia & comitate à suis audierat, summa cù honoris & mutua benevolentia significatione Canum aduenientem accepit. Exinde pedetentim Canus, quemadmodum in mandatis habebat, ex occasione sermonem de rebus diuinis inferre, ac Regem adhortari, vt, spretis inanibus Diis, vnum Deum cæli terræque conditorem agnosceret. Atque hoc loco vel maximè paruit ad conuertendos animos, quanto plus in perspecta caritate, quam in verborum apparatu momenti sit. Militaribus homo erat Canus, & ferro potius quam litteris innutritus: ac nihilominus rudi eius oratione Rex, videlicet officiis nostrorum antè captus, ad studium veræ pietatis adedè exarsit, vt aures ad Canum semper sistentes afferret, ac multa ipsemet vltro de religione quotidie quæreret. Quinimo in eundem animi sensum familiares quoque suos, & regni proceres, apertè monendo horràdòq; pertrahere nitebatur. Accedebat ad hæc, internus auræ cælestis afflatus, qui mentes Æthiopum cæcas ad rectum salutis iter occultis moribus pronehebat. Iamque agro ad Euangelij semen accipiendum subactò, Cani reuersionis tempus instabat. Quem Rex tamen aduocatum sibi in Lusitania videbat fore; tamen pro instituta consuetudine perinuitus dimisit: deditque proficiscenti comites pueros nobiles, præfecto Zacuta, vno ex iis, qui nuper in Lusitania fuerant. huic etiam atque etiam mandat primum vri suo nomine Ioanni, pro immortalibus eius in se promeritis, gratias agat ingentes; deinde vt ab eodem suppliciter petat, ipsum oratorem & pueros cælesti lauacro expiatis, & Christianis præceptionibus probè institutos, cum piis aliquot summi Dei sacerdotibus Cõgũ remittere ne grauetur: vehementer optare se, cù liberis & propinquis, & regno si fieri possit vniuerso, Christiana facta suscipere. Addit legationi munera, magnum eboris vñ, vestemque permultram (hæc Æthiopum gaza est) è palmarum foliis admodum scitè atque artificiosè contextam. Ea verò legatione Ioannes, vt erat egregiè pius, maximo gaudio cumulatus est, cùm tantam pãdi portam Euangelio cerneret. Ergo, simul atque marurum est visum, festo ornatu & solenni pompa Ioannes & Eleonora vxor Zacutam; pueros alios alij principes viri vetere Ecclesiæ instituto lustralibus aquis gratulabundi admouère: & Zacutæquidem, Ioãnis; cæteris verò, spõsoris cuique sui nomen impositum. Baptismo peracto, confestim idoneis tradiri præceptoribus, totum biennium summa cum diligentia Christianis moribus & mysteriis imbuuntur. Ac tum denique perhonorificam legatio in Congum decreta cù regalibus donis, & sacrorum apparatu magnifico: neque neophyti modò

modò ad suos remissi, verùm etiam è sanctissima Dominicana familia viri tres probatæ virtutis atque doctrinæ delecti, qui apud eosdem Æthiopas & docendi & initiandi munere fungerentur. accessere ad hos, etiam architecti cum fabris ad templa vero Deo in illis regionibus exstruenda. Princeps legationis fuit è præcipua nobilitate vir, Consalvus Sosa. Huic inter nauigandum pestilentia absumpto, Rhotericus fratris filius omnium voluntate sufficitur. Magna interim apud Æthiopas erat expectatio nouæ religionis, & cù cæteri ferme summi atque infimi Christianorum aduentum valde expetebant: rum verò audidissimè Regis patruus, qui maritimis Congi populis imperabar: quam Congi partem Sonum incolæ nominant. Is vt primùm naues ad littus applicitas audiuit, ingenti stipatus frequetia, magnoque cymbalorum ac tubarum strepitu, descendentes nostris obviam prodiit, vix præ gaudio sui cõpos. Et quoniam exacta iã ætare erat, ne oblatam sibi diuinitus occasionem frustra elabi sineret, baptizari se statim voluit vnà cum altero è filiis paruulo, quippe qui per ætatem sibi consulere nondum posset: alterum iam adultum, quanquam eodem studio vehementer incensum, & obsecrantem etiã atque etiam, ne se cœlestis illius beneficij expertem vellet; honoris tamen & obseruantia causa, Regi, Regisque liberis in tanto mysterio anteuertere non est passus. Temporario igitur templo è frõdibus ac ramalibus raprim excitato, aræ tres Christiano more adornantur, ac sacris ritè perfectis, primus ex omni memoria baptismus ille in iis terris incredibili omnium lætitia celebratus est anno post Christum natum millesimo quadringentesimo nonagesimo primo. Patrem nouo nomine Enianuelem, filium vocari Antonium placuit. Nec modò vultu ac veneratione conceptam religionem ac fidem præ se tulit senex: sed etiam aduocata concione ipsemet è superiore loco in simulacra, & nefarios ritus, quibus ad eam diem dediri fuerant, adco acerbè inuectus, & præteriti temporis errata & flagitia tam grauitè ac dolenter est detestatus, vt animo planè iminutatum, ac Deo plenum haud dubiè cerneret. Iis rebus cognitis, majorem in modum lætatus est Congi Rex: perque eam gratulationem ad patrui ditionem ac fines munificè adiecit agri, quod leucas in longum triginta in latum decem pateret. Quo ranto de se Regis iudicio magis magisque animatus Emmanuel, ad superiora Christiani animi documenta non minus præclarum adjunxit aliud: siquidem graui edicto cõquisita vndique idola, quamquã multis id agre ferentibus, & in cumulum congesta, publicè concremauit. Præterea, Christi sacerdotes, quandiu ibi substitère, tanquã è cœlo delapsos,

omni officio profecqui, & caritate complēti: de fidei mysteriis, de-
 que variis virtutum generibus assiduē percunctari: Deū verò sup-
 pliciter obsecrare, vt quando multo maximam vitæ partem in ca-
 codæmonis famulatu posuisset miser, quantulumcunque supererat
 tēporis, totum id in Christi Domini cultu & in vera pietate con-
 sumere sibi liceret. Iam, rei diuinæ quanto cum silentio vel tremore
 potiùs interesset, ex eo patuit, quòd iuueniliter interea strepitū
 cientes ad ianuam templi honorarios ephæbos, principum filios,
 illico mactari imperauit: indignum facinus ratus, augustissimum
 illud sacrificium, in quo pro salute hominum Deus ipse immola-
 tur, ab hominibus negligi. Itaque dubio procul adolēcentes, leuis
 & quotidianæ apud nos (quod pudeat) noxæ, pœnas capite ipso luis-
 sent; ni ætatem ac genus miserati, ac diuinæ insuper clementiæ me-
 mores Lusitani vehementiùs obstitissent. Iamque ab Congi Rego
 nuntij aderant, legatum orantes, ne aduentum vltra differret: Re-
 gem in vrbe, cui Ambasse nomen, patrii baptismo & conuersionē
 lætissimum, festos agitare dicit: nihilque illi esse longius, quàm, vt e-
 lutis toto animo sordibus, ad filiorum Dei cœtum vnâ cum cæteris
 aggregetur. Hoc nuntio accepto, moræ nihil interponendum est
 visum. nauibus modico relicto præsidio, Sosa comitesque sese in
 viam dedere. Quibus, in digressu, præter cæteram benignitatem,
 ducentos etiam stipatores Emmanuel tribuit: itémque ad onera
 subeunda, vim hominum ingentem, quis potissimum sacram su-
 pellectilem bajularct, admirabili quadam alacritate certantium.
 Vbi ad medium ferme iter ventum est; Præfectus Regius vnus, ac
 postmodum alter, officij causa nostris occurrit. Ad urbem verò ap-
 propinquantibus oppidani tripartito agmine obuiam prodiēte de-
 more gentis armati, Lusitaniæ laudes & præclara in se Beneficia
 carmine cōcinētes: ita structis ordinib⁹, & eiusmodi gradu, ac sym-
 phonię genere, vt supplicatiū apud nos pōpæ speciem quādā exhi-
 berēt. Modos inibant pauci, tum cæteri sequebantur: ac subinde
 vniuersi plenissimo sonitu clavis in spatia certa vocibus æthera fe-
 ricbant. Hi nostros ingenti gaudio in medium acceptos, eodem
 ordine ad regiam vsque perducunt, tanto populi concursu ac turba
 ita conferta, vt nostris aditus ad regem vix atque ægre patuerit. is,
 in edito suggestu, vt ex omni parte conspici posset, eburnæ sellæ
 insidebat, mitratus infula è palmæ foliis opere subtili & eleganti
 perfecta: à capite ad pubem nudus; cætera ad pedes vsque vestis
 bombycina contegebat; læuum brachium armilla ex orichalco ad-
 ornabat; equina cauda pendeat ex humero, id solis regibus da-
 tum. Denique introductus legatus, quàm honorificētissimè exci-
 pitur.

p̄itur. salutatione peracta, expositisque sui regis mandatis, in eo per
 sacerdotes adstantes, dona, vestem pretiosam, tabulas pictas, aurea
 vasa & argentea, & omne Christiani ritus instrumentum in eōspe-
 ctu populi totius, petente id ipsum rege, proferri iubet: tum rex per-
 attentè singula contemplari: quem quæque in vsum, quidve signi-
 ficēt, curiosius quærere. In iis præfulgidum erat Crucis vexillum,
 quod solenni precatione consecratum Innocentius VIII. Ponti-
 fex maximus Lusitano regi ex vrbe Roma transmiserat. Eo expli-
 cando confestim rex & concio tota venerabunda procubuit: nam-
 que inter illam sacrorum expositionem Æthiopes aded̄ intentis
 oculis gestus motusque sacerdotum obseruabant, vt eodem p̄-
 nē quo Lusitani momento capita submitterent, jungerent palmas,
 genua flecterent. Ab eo spectaculo nostri in hospitia benignè di-
 uisi. tum de regis & reginæ baptismo sedulò agi cœptum. Id quo
 majore apparatu ac exremonia fieret, templum Christiano more
 priùs ædificari placuit. opus erat sanè difficile tum alias ob causas,
 tum quòd lapides & cæmenta longè admodum petenda forent. sed
 tantus fuit ardor, vt breui compòrtatis vndique necessariis, vr-
 gere atque instante rege, multis structoribus agi res cœpta sit. Cruci
 dicanda erat ædes: quare primus lapis est positus V. Nonas Maias:
 quo die Ecclesia salutaris ligni inuentionem anniuersaria gratula-
 tione concelebrat. Dum hæc maximè fiunt, ecce tibi à regni fini-
 bus trepidi nuntij; vastari agros, recta inflammarī, hominum ac pe-
 cudum prædas abigi. Lacus in interiore Æthiopia est ingens, ad in-
 star pelagi, protsus vt leueas centum in longitudinem patère di-
 catur: ex quo tres nobilissimi totius Africæ amnes, Nilus (cuius or-
 tum tanto studio frustra peruestigauit antiquitas) in mare internū,
 Cuamā, & is, de quo supra dixi, Zaires in externum effluunt. In eo
 laeu aliquot vituntur insulæ; & ex iis quædam tantæ magnitudinis
 atque frequentia, vt triginta hominum millia in bellum cogant.
 Sed præcipua celebritate populi Mundequeti sunt, qui per eos for-
 rè dies ad arma consternati ab Congi rege defecerant, magnâque
 manu incurfiones in regni extrema faciebant. A duersus id malum,
 quoniã & celeritate & ipsiusmet regis præsentia opus erat; ne quid
 sibi interim aduersi eueniret, occupat rex baptismi sacramento æ-
 ternæ saluti consulere. Nee regina rem longiùs distulit, atque ad
 indicandum in Lusitaniæ reges grati animi obsequium, ille Ioan-
 nis, hæc Eleonora sibi nomen desumpsit. Ingens Æthiopum mul-
 tudo ad spectaculum vndique affluerant. Ex iis, proeetes aliquor,
 regis exemplo & prædicatorum adhortationibus incitati, se per
 idem tempus ad Christum adjuxere nam è duobus regis filiis alter
 ad om-

ad omnem virtutem ac pietatem propensus, natu major, ad regni fines tutandos festinè præcellerat: junior alter, Pansus Aquitimus nomine, nimirum ut esset qui pios postmodum exerceret, à nefaria superstitione, & auitis moribus nullo pacto abduci se passus est. Sub hæc, raptim coacto exercitu rex, admittis Lusitanis aliquot, in hostes tendit. Abeunti, Sosa Crucis vexillum de manu porrexit; hortatus pergeret in dimicationem alacer: signi eius beneficio (tantū fiducia ne deesset) hostibus vtrique superiorem futurum. Nec vana fuere promissa: prælata Cruce fuis fugatisque rebellibus, paulo post victor Ioannes in patriam rediit. Quantem natu major filius est secutus: qui cum Christianæ doctrinæ diligentem in primis operam dedisset, perducto iam ad fastigium templo, summa populi celebritate baptismo lustratus est, Alphonsumque appellari se voluit; quo nomine Ioannis Lusitaniæ Regis filium vocari didicerat. Ac ne quid ad lætitiā deesset, baptizati cum eodem insignes viri permulti. Inde profectus in Ifundos, quibus populis iam tum ex parentis auctoritate imperabat, Apostolico apud eos munere ipsemet fungi cœpit: ac veritatis lucem admirabili studio promiscuè omnibus impertire. Quo tanto Christianæ rei incremento admodum lætus in Lusitaniam reuertit Sosa, relictis in Congo sacerdotibus ad cæpta promouenda. Verum ij partim insolitis caloribus & cœli grauitate consumpti; partim etiam (quæ vicissitudo est rerum) ab incolis aspera atque acerba multa, absente præsertim Alphonso, perpeffi sunt. Etenim quamdiu de ecclesiasticis cæremoniis, & de mysteriis rectæ in Deum fidei est actum, ea tamen hominis captum infinitis partibus superant: tamen quia ob id ipsum Deo digna, & rationi consentanea videbantur; haud ita repugnabatur ab Ethnicis. Ast vbi de iustitia, temperantia, submissione serid præcipi est cœptum, & Christianæ disciplinæ institutis, abjicienda auguria, malè parta reddenda, condonandæ injuriæ, asperandæ libidines, frangendæ cupiditates erant; enimvero tum quasi venrilabro ad trituram adhibito, boni viri illico secerni ab improbis: alteri, vel amore virtutis eapti, vel pœnæ metu perterriti, æquitate delectari, sectari pacem, voluptates repudiare, duces & rectores animorum suorum honore & benevolentia prosequi: alteri denuo demonum laqueis irretiti, ad ritus nefarios, atque ad auaritiā ac superbiam, & pristinas turpitudines miserandum in modum reuolui & odisse lucem, magistrōs auersari, & à piorum consuetudine lōgè refugere. Nec vulgo tātū serpebat vitium: notissimus ac ditissimus quisque arduum ac difficile virtutis iter eo magis horrebat, quo maiora sibi malorum irritamenta & deliciarū ille-

ebriæ supperebant. Rex demum ipse, qui tantum initio ardorem ac
 firmitatem animi præ se tulisset; vbi à lactis dulcedine ad solidos
 cibos traduci est ceptus, desiderio pristinæ vitæ paulatim ad eò elã-
 guit, vix vt in eo roboris Christiani quicquam agnosceres. Occur-
 sabant scilicet eius animo pristina oblectamenta, ludi, compo-
 sitiones, quæque ebrietatẽ sequuntur: offerebant sese identidem aus-
 picia & sortes, quibus ad amentia omnis ferme barbaria dedita est;
 titillabat sensum, effundendæ iracundiæ, & doloris puniendi sua-
 uitas: quibus quasi machinis, vrgente præsertim demone, sensum de
 statu suo dejecta mens ita obduruit, vt cum internas religionis &
 officii recondationes obstinatè repudiaret; tũ salutaria sacerdotum
 hortamẽta ac monita, nõ modò ad animũ, sed iã ne ad aures quidẽ
 admitteret. Accedebat, ad res ptofigandas, acerrimum dæmonis
 telum, muliebris conjuratio. Quippe, vt cæteræ ferme gentes, ita
 etiam Æthiopes, præter eam, quam iustæ vxoris habent loco, sin-
 guli pellices alere consueuerant plures pauciorẽsve pro opibus. Eã
 cũ ex inuectis nuper sanctionibus pelli aut ablegari se à viris quoti-
 die cernerent, vt est impotẽs iracundiæ sexus, damnum & ignomi-
 niã non tulere: cœtibus habitis consensu per se perque communes
 amicos cum rege vehementer agere insistent; aduentitias religio-
 nes, durumque & horridum vitæ genus abjiciat; præsentibus bonis
 & copia rerum quoad licet fruatur: neu incertam spem futuræ felici-
 tatis, tanto pretio tantaque commodorum & voluptatum ja-
 ctura sibi emendam existimet. Hæc & alia eiusmodi blandimenta
 cum neque Rex inuitus acciperet, & eadem tabe infecti per multi-
 ac præsertim Regis filius Pansus Aquitimus adiuuaret; breui
 maximum in discrimen adducta Christiana tota res est. Obstabant
 sceleratõs conatibus fideles ac boni, vt numero inferiores, ita diui-
 no præsidio & causa longè superiores. Egregium verò se pietatis
 vindicem & assertorem præbebat Alphonus: patrisque miseratus
 insaniam; dictis factisque neophytos in fide atque in officio conti-
 nebat. Ad eum tollendum obicem, proceres aliquot Pansum incen-
 sum iam regnandi cupiditate omni ratione fouere; Alphonsum ab-
 sentem variis criminationibus patri suspectiorem indies reddere
 instituunt. degenerasse illum planè in externos mores, nihil iam pa-
 triæ vel auitæ consuetudinis pati: Regem verò ipsum ita vel con-
 temnere, vel odisse; vt in eius contumeliam artibus magicis, quas à
 Christianis nuper acceperit, annes exsiccat, vitiet fruges, atque ad-
 eò regias pellices vltro ad se ipse pelliciat. Eiusmodi calumniis at-
 que portentis cum iuuenis innoxij famam ex composito quotidie
 lacerarent: zelotypum senem, & in affecto iã corpore animi quo-
 que

que viribus defectum, facile perpulere, vt Alphonsum omni dignitate, honoribus, vectigalibus per summam injuriam exueret. jactaueratque porro in solitudine & squalore circumuentus & proditus Dei seruus; ni diuino instinctu coorti quidam ex optimatibus, regem aperte increpuissent, quod heredem regni destinatum, stirpis maximum, eximia virtute ac pietate filium indicta causa damnasset. Reputaret secum illius in arcendis hostibus preclara facinorosa, in tuenda popularium concordia studium; in ipso Rege colendo pietatem & fidem: dein videret, num tanta indoli tanti que laudibus consentanea essent, quae ab inimicis ad inuidiam confecta, nimium patulis auribus in animum demississet. Quin per idoneos viros in filij vitam & actiones inquireret? ac perspecta demum & cognita veritate, quod aequum videretur, & in reum & in accusatores, pro merito cuiusque statueret? Hisce monitis quasi è veterno excitatus Rex, ac se ipsum leuitatis ineusans, per summam dissimulationem quaesitis iis, quae Alphonso objecta erant, cum protus vana & commentitia comperisset; maxima bonorum gratulatione in fontem filium in pristinum dignitatis & honoris ac gratiae locum extemplo restituit; cōseceleratos calumniatores, ne quid tale postea quisquam auderet, perpetua notatos infamia securi percussit. Cuius tanti tamque insperati beneficii magnitudinem Deo acceptam referens, vt debebat, Alphonsum, multo etiam ardentius ac liberius ad Christianam fidem tuendam atque amplificandam incubuit: ac praeter ceteras artes exterminandis gentium ritibus ad eam diem adhibitas; regno toto palam capite sanxit, ne quis inaniū Deorum effigiem vllam vel priuatim vel publicè coleret haberetve. Quo edicto in rabiem efferati aduersarij, frequentes in regiam coeunt; ac tumultu per operas excitato, credulum ac timidum Regem in eā sententiam adducunt, vt, nisi reuocetur illico edictum, ingentem seditionem adesse non dubitet. Hoc ille timore correptus, continuo per celeres nuntios admonet filium, videat etiam atque etiam quid agat, quò progrediatur: neu peregrina ac noua religione mordicus retinenda, se suosque omnes in apertum capitis ac fortunarum discrimen objiciat. Cùm ille nihilominus in incepto perstaret, Deumque multo magis quam homines metuendos duceret; ira percitus Rex iubet Alphonsum ad se quamprimum venire. At ille, cùm nascentis eius Ecclesiae salutem in suo capite verti probè intelligeret; pericula belli excusando, variasque neccendo moras, tamdiu rem distulit, quoad letali morbo implicitus parens, cùm ægrum spiritum per multas curationes in dies aliquot extraxisset; tandem superante medicamēta vi morbi, demortuus est. Interea

Pansus, & sua ipse cupiditate, & improborum suasu, non dubia spe regnandi concepta, sollicitare promissis Æthiopas; blandè singulos appellatè; viuendi licentiam & libertatem ostendere: denique ad excludendum aperta vi fratrum arma & copias comparare. Quibus de rebus, & de patris obitu, à Regina matre, quæ ab eiusmodi consilijs abhorrebat, certior factus Alphonius, quàm maximè itineribus quàm occultissimè noctu Ambasselè urbem ingreditur: atque ut primum diluxit, populum magna rerum nouarum expectatione suspensum ad cõcionem vocat. Ibi orsus à primo Lusitanorum in eas regiones aduentu; commemoratisque eorum in se parentemque ac totam nationem promeritis; quòd tales vitos, tamque salutarem sibi traditam ab ijs doctrinam, grato pioque animo coleret, foueretque; idcirco se à fratre sectatoribusque ipsius toties insidijs appetitum, & per falsas criminationes fama fortunisque spoliatum fuisse conquestus est. Pansum, viuo & spirante etiam tum patre, alienam hæreditatem spe & cupiditate impia deuorasse: eodem vita functo, iustum hæredem, quando per fas nequeat, per vim ac nefas a patrimonio arcere: si quid apud eos gentium ius, si quid vetustus regni mos, si quid etiam æternæ salutis ratio valeat; ne se maiorem natu, Regem legitime designatũ, pacis ac beatitudinis omnium cupidissimum; iuniori fratri consilijs impiorum deprauato posthabendum existimè: Caucãt verò etiã atque etiam, ne à veritatis oblata sibi diuinitus luce ad cæcas iterum tenebras delabantur: neu Pansiminas paratasque ab eodem copias pertimescãt: Deum immortalem, cuius in eo negotio agatur causa, pro sua summa iustitia & bonitate, rectè sentientibus affuturũ. Hæc, & alia ad tempus accomodata, eum ingenti spiritu perorasset; tantus repente motus animorum est factus, ut incredibili consensu Alphonsum protinus Regem æqui pariter & iniqui cõsalutauerint. Quibus rebus confestim ad Pansum in suburbana castra perlatis; ut quàm minimum spatij Alphonso ad comparandum relinqueret, eum ijs copijs; quas habebat duplici instructa acie, cõtinuò infestus ad urbem aduolat. Neque perterritus ea re Alphõsus: tũ armatos, quos circa se habebat, pauciores quàm credi possit, non plus sex & triginta fuisse Rex ipse per literas publicas admodũ religiose testatur) tum, cæteram imbellẽ turbam, quæ ad regiã perculsa metu confluxerat bono ac præsentis animo iubet esse. Deum verũ, quẽ spretis falsis dijs venerari instituerint, pro ipsis haud dubiè pugnaturũ. Nec vana eecinit. vbi ad telia iactũ est verum, Christiani armati inermesque, sublato pariter clamore, *IX SVM* Deũ, & *S. Iacobum*, ex disciplina Lusitanica ingeminant. mirum dictu: ad

eas voces, tanquam cælesti fulmine afflata prior acies, cùm aliquandiu attonitæ similis fluctuallæt, terga postmodum verrit: cùmque eandem trepidationem pauoremque subsidij intulisset, turbatis eo impetu ordinibus, conuersitque illico signis, effusa omnes fuga saltus auios & nemora petiere. Hanc tam incredibilem victoriam, ac planè diuinam, alia non minùs admiranda subsecuta res est. Cippus erat in syluis, captandæ cuiuspiam feræ paratus a venatoribus. in eum cippum cursu præcipiti cùm se Pansus per imprudentiam induisset; corpore toto grauiter confauciato sic hæsit, vt explicare se inde nulla vnuquam ratione valuerit. Compreheus, & in custodiam traditus, frustra nitente Alphonso conseruare germanum fratrem, & ad Christum adiungere; in pertinaci mentis duritie, & volùtaria cæcitate miser animã efflauit. Lõgè melius & saluti & existimationi suæ cõsultauit is, qui Pansi ductabat exercitũ. siquidè è fuga retractus, cùm sibi necè instare minimè ambigeret; misit qui Regi demissè nuntiaret: nõ deprecati se mortem, quam suæ temeritati debitã præclare nollet. id verò omnibus votis expectere obtestarique, ne se absque fidei Christianæ mysterijs ex hac vita excedere pateretur. ipso congressus initio, circa Alphonsum apparuisse viros humana specie augustiores: ipsius, quàm Lusitani adorarent, Crucis nota distinctos, clarissima circumfusus luce, vultu acerrimo præliantes: eo nimirum viso Pansi milites ingenti horrore perfosos, extẽplo se in fugam dedisse. Itaque sibi non esse iam dubium, quin, præter Christianorum Deum, nemo vel in terris vel in cælo colendus adorandusque sit. Neque aspernatus est respicientem Alphonsum: quin potius clementer accepto, & per baptismum in Christianos relato, vitam & incolamitatem ea lege concessit; vt purgando in posterum vertendoque Sanctæ Crucis templo cum suis operam daret; & in mystici lauacri vsum, puros latices religiosè conueheret. Ea victoria magnũ rei Christianæ momentum attulit. regni possessione adita, & barbaris quotquot postea semet Euangelio opponere sunt ausi, perpetuo felicitatis tenore superatis, Alphonus quinquaginta ipsos annos (tot enim deinde regnauit) hominibus verbo & exemplo ad omnem virtutẽ ac pietatem erudiendis, egregium & pastorem populorum, & vineæ Domini cultorem, ad extremum vsque se præstitit. Per idem tempus, quo Christiana sacra in Congu perlata sunt; eadem Regulus quoque Bemiensum, Congo vicinus, ab Ioanne per legatum expetijt, Lusitanicæ magis amicitie ac præsidij spe, vt euertus docuit, ad opes imperiumq; firmadum, quã quo de suscipienda Christiana religione seriò cogitaret. Quocirca

facer-

sacerdotes ad eum summa Ioannis voluntate profecti, & ab au-
 ris erroribus ritibusque sacrilegis perditum hominem diu mul-
 tumque reuocare conari, cum nihil omnino proficerent, Ioannis
 demum accitu in Lusitaniam irriti rediere. Lætoribus inijs, exi-
 ru etiam tristiore fuit alia per eosdem ferme dies Lusitanorū ex-
 peditio. In ijs annibus, qui Aethiopiam occidentalem insuunt, in
 primis nobiles duo censentur, Gambia & Zanaga, cuius paulo
 ante meminimus. Stachirim Daratumque prisca dixerunt. Intra duo
 hæc flumina quicquid spatij longo procursu in Arsinarium vsque
 promontorium desinit, populi tenet ij, quos vulgus Ialophos ap-
 pellant. Horum Rex, nomine Bemoinus, contracta cum Lusitanis
 amicitiam, & crebris à Ioanne muneribus nuntijsque ad stipendia
 Christi sollicitatus, cum nihil tale agitare animo, Lusitani tamen
 Regis optima studia & spem varijs promissis ac frustrationibus e-
 luidebat: idemque Christianos aduenas in primis amicè liberaliter-
 que tractabat; quod eorū cōmercijs ac societate suas opes non
 mediocriter augeri quotidie cerneret. Sed quod viræ genus ut se-
 queretur, nullis unquã rationibus adduci potuit, id ipsum ut ultro
 exoptaret, denique malo miserijsque coactus est. Siquidẽ regno pul-
 sus propinquorū insidijs, cum illud frustra sæpe recuperare tētas-
 set, victus aliquoties fugatusque, ad extremū in Lusitaniã exsul cū
 paucis per fugit ad experte virtutis & beneficentiæ Regē; ab eoque
 supplex infinis precibus auxiliū petijt. atque id quo facilius impe-
 traret; baptizari cum suis (ij erant viri nobiles ad quinque & vigin-
 ti) & Ioannem de Regis nomine dici se voluit. Celebratū est my-
 sterium tertio Nonas Nouembris, anno post Christum natum
 millesimo quadringentesimo nonagesimo primo, mira Pontificē
 & procerum gratulatione & frequentia: exhibitique per eos dies
 publicè ludi, conuiuia, venationes, & spectacula equestria: in qui-
 bus Ialophi desultoria arte & agitandi peritia, ita se admirabiles
 præbuere; uti Numidis ipsis (quorum in celeritate motuque cor-
 poris præcipua laus est) agilitatis palmam omnium iudicio con-
 sensuque eriperint. siquidem tanta erant membrorum vel dexte-
 ritate vel robore, ut equi incitatissimi ephippijs nulla omnino
 cursus intermissione tum recti insisterent, corpusque circūmage-
 rent; tum repente insiderent, dispositosque humi lapillos ad vnum
 inde colligerent; tum etiam momento desilirent. resisterentque.
 sub ea Rex neophytus Romano Pontifici per supplices litteras ri-
 tē obedientiam detulit: idemque in Lusitanie Regis ditionem iu-
 re beneficiario ac voluntaria deditioe concessit, sac se, modò a-
 missa reciperet, Lusitanis ad interiores Libyæ Reges, & pretiosa

metalla duceem fore professus est. Iamque exulis & nota probitas, afflictâ fortuna, Lusitanum Regem & regni principes ad misericordiam allexerat. quare idoneo subsidio adiuuandum hospitem ratus Ioanne, & insuper haud negligenda quæ ab eodem ad gloriâ diuitiasque proponebantur; viginti validas naues deduci, & omnibus rebus ornari quàm primùm imperat. In eam classem, præter nautas & propugnatores, Evangelici quoque præcones impositi, Aluaro Dominicano præfecto, eximia virtutis ac sapientiæ viro, quo rex ipse ad sacras confessiones vti consueuerat. additi præterea non modò, vt in superiorem classem, fabri, sed etiam, ne materiæ inopia laborandum foret, cæmenta cum reliquo ædificationis instrumento. iam enim Ialophi consensu Lusitanus arcem ædemque sacram in Zanagæ ripis, opportuno ad merces exponendas imponendasque loco, excitare decreuerat. Verùm tantus hic apparatus, ac spes non sine causa conceptæ, paulo post in irritum cecidère. Siquidem delata iam ad Zanagam classem, & castello inchoato (cuius etiamnum exstant vestigia) Petrus Vastus, cognomento Bisacutus, qui classi cum imperio præerat, sine metu versantem in prætoriam nauem Regem Ialophum pugione confodit, vel fraudis ac perfidiæ suspicionibus incitatus, vel pertæsus cæli soli que: quòd ibi paucis diebus complures Lusitani perierant. Regis morte cum à barbaris tum à nostris valde tumultuatum: ac ne quod grauius acciperetur incommodum, naues non paruo Ioannis dolore in Lusitaniam reductæ. Ita, maximi cõpendij rem, quæ & plurimos homines Christo conciliatura, & Lusitanis ad interiora commercia & inclytas Libyæ aurifodinas aditum præbitura videbatur, vnus hominis iracundia momento corripit. Veruntamen eius classis fama, bellicusque apparatus, & profugi Regis causa benignè suscepta, non parùm ad Lusitanici nominis dignitatem & commendationem in ijs regionibus profuere. quocirca & Christianis deinde negotiatoribus maior honos fidesque haberi cæpta, & à multis dynastis ad Ioannem oratores cum muneribus missi, fœderis & amicitie causa. Itemque ipse litteras & nuntios destinauit cum ad alios prænobiles Africae principes, tum verò ad reges Tungubutu, Mandingæ, Fullo- rum, & earum gentium, quas vulgo Moles appellant, multis in rebus Christiana instituta sectantium, ac præsertim in nominum impositione, quæ ferme à sanctis Apostolis mutuantur. Nã ad Christianorum Aethiopum sub Aegypto, seu Abassinorum Regem, qui Pretejannes dicitur, tenui fama & auditione dütaxat iam sibi notum, propter pestilentes terrarum tractus, & noxia animalia, & vastas solitudines interjacentes, cum id vel maximè cuperet, ex ea

parte adspirare non potuit. Caterum hisce tam latis rerum ex-
 diis breui tota pæne Europa vulgatis, Lusitanum nomen magna
 vbiq; in admiratione esse: celebrari omnium linguis: nauigandi
 scientia & gloria Græcis, Phœnicibus, Carthaginensibus antefere-
 ri. cuius laudis æmulatione incensus Christophorus Columbus Li-
 gur, ingentis animi vir, & rei nauticæ in primis peritus; ex astrono-
 mica disciplina, & nonnullis veterum monumentis, eodem ferè
 tempore statuit, trans noti orbis terminos magna terrarum spacia
 etiam in occidentem patere: dein, experiundi & cognoscendi stu-
 dio, quòd sine magno apparatu ea res tentari non posset, Lusitanò
 ante omnes Regi eam expeditionem suavit; suam in id operam &
 industriam enixè detulit. A quo reiectus tamquam inania & fabu-
 losa afferret, ad finitimum Castellæ Regem Fernandum eodem
 consilio sese cõtulit. Ibi cùm nihilo magis audiret; inuicta qua-
 dam animi pertinacia, totum ferme septemvium, vorando re-
 pufas, urgendo, instandoque per se, & per amicos; tandem aliquando
 peruenit; vt in eam inquisitionem tria sibi regio sumptu adornata
 nauigia ad Hispalim oræ Beticæ præberentur. Cùm ijs in Atlanti-
 cum Oceanum egressus, Canarias primùm insulas petijt. Inde cõ-
 tinua dierum aliquot velificatione in oceanum prouectus; insulas
 aperuit nouas, quas ab re, quòd primitè occurrissent, Principes no-
 minauit: & exposito milite nactus aurifodinas, loco idoneo castra
 communiit: relictoque ibi præsidio, incolas ferme duodecim, &
 alia inuentæ eius regionis argumenta secum in Hispaniam reue-
 xit. Ea res, quo minus erat in Ipe, eo maiorem Fernando Regi &
 aulæ vniuersæ attulit voluptatem. Ioannes contra, dolorem haud
 modicum ex eo percepit: vel quòd efflorescenti tum maximè ad
 maritimæ rei gloriani homini Lusitano, partem ab aliis in eodem
 genere decus officeret; vel quòd relicto sibi à maioribus in clytò
 nauigationis iure spoliari; & vasti Oceani possessione pelli quodam
 modo videretur. Ergo ad exigendos è Principibus insulis Beticos;
 easque in Lusitanam ditionem afferendas, de procerum sententia,
 classem instruere quam primùm aggressus est. ea re cognita Fer-
 nandus mirari magnopere, cur ab Rege socio & amico, ignoti ma-
 ris inuestigatione, præsertim quam oblatam ille reiecerit, arceat-
 ur. cumque super ea re nuntij & iuris interpretes vltro citroque
 frustra eum litteris commeassent, postremò Fernandus ad reuo-
 candum ab ea mente Ioanem legatos viros primarios misit duos:
 & qua erat solertia, si minus ab incepto abducere illum possent;
 certè per varias causas rem consultò iussit extrahere, dum Colu-
 bus, qui in eadem loca maiore cum apparatu renauigauerat, de

concepta spe auri argentiq̄ue & opum aliarum, certiora & exploratiora peteret. Non sefellit Ioannem astus: & dum legati sedulo tempus terunt (vt erat egregie facetus) legationem eam neque caput neque pedes habere dixit: caniliatus oratores ipsos; quorum alter è crure claudicaret; alter, ab insito fastu lenior & elatior haberetur. Interea Fernandus magno suo compendio factus cum Carolo Gallia Rege pepigerat: secundisque eius rebus commoratus Ioannes, omisso belli consilio, non reculauit quominus disceptatore sotiis contouersia vterentur Pontifice Romano, qui tum erat Alexander VI. eo nomine. Is, cogita rerum causa; ne quando lis ad arma deduceretur, vltra Hesperidum insulas ad trecentelimum serè leucam & quadragesimiam ducto a Septentrionibus ad Australem polum circulo; totum terrarum orbem ex æquo bifariam secuit. Quæ pars vergebat in orientem, hanc Ioannes, facta sibi ob iuris antiquitatem optione, desumpsit: occidua Fernandò relicta. Ex eo tempore in peruestigandis ignotis regionibus ab Lusitano & Castellano mira vtrunque virtute certatum est, & Fernandi Carolique Caesaris auspiciis idem Columbus, aliq; deinceps immortalitate dignissimi viri, ad occasum meridiemque immensa terrarum spacia, cum incredibili prouentu auri & argenti, subinde patefecere: quo maximè subsidio Castella postmodum tantos tamq̄ue assiduos, terra marique sumptus propè infinita pecuniarum erogatione sustinuit. At ex Lusitana parte, superiorum ducum laudem non adæquasse modò, verùm etiam superasse visus, è Ioannis familiaribus egregia fortitudine & constantia vir, Bartholomæus Diazius. huic, non modò curæ ventis & mari, sed etiam cum sociis naualibus diu luctandum fuit, navigationis longissima radio fessis, & reuersionem quotidiana conuicio efflagitantibus, quorum ille, cum ferociam & expestulationes prudentia ac lenitate sedasset, Cani columnas longo interuallo transgressus, insarum terræ prospectum denique patefecit: qui ab interiore Æthiopia per directam longitudinem leucas amplius sexcentas in meridiem excurrit neque tam portentosa magnitudine teterrimisque in super tempestatibus deterritus est, quo minus promontorium flecteret; ac totum terrarum orbem magnanimis & experientibus viris peritum demonstraret. Hoc tam felici ausu peruentum ad Insulam, quam sanctæ Crucis à columna ibidem posita nominarunt, leucas vltra Cani limites omnino trecentas & quinquaginta. cum, deficiente iam com meatu; sexdecim serè mensibus nauigando consumpris, in Lusitaniam reditum est, cumq̄ue in explicando apud regem itineris totius progressu Diazius

ad descriptionem ingentis illius promontorij deuenisset, (frontem Africæ nonnulli dixere) idque ob atrocissimas circa ipsum exort. tempestates, procellosum caput iure appellandum affirmaret; quinimo, Bonæ Spei caput esto, inquit Rex, (quod illi deinde nome stabile firmumque permansit) quippe cum tanta ab occasu distantia, ac tam enormi in Austrum procurfu, ad optatas Orientis opes & Asiatica emporia Lusitanis digitum panè videretur intendere. Sed quoniam commercij orientalis iterum iam incidit mentio, quod Africi maxime & Asiatici littoris navigatione constat; locus postulare videtur, ut de utroque littore breuiter, quoad instituti operis ratio patitur, explicemus. Ab Olisipone præter Gaditanum fretum in meridiem nauigantibus, ad læuam est Mauritania. inde magno ambitu curuantur littora per Autololas, & Iethyophagos populos (ea regio Guinea est) trans Cancræ tropicum, ad vsque Pagelungos Æquatori subiectos, & Agelymbam, qui antiquis noti orbis est terminus. hosce vno omnes vocabulo Hesperios Æthiopas, sicuti Eoos, qui oppositam Africæ partem tenent, præci cognominarunt. Dein, per longissima spatia, obliquo trans Æquatorem & Capricornum excursu, ora vastam in prominentiam cuneatur; id Bonæ Spei (quod diximus) caput seu promontorium est. hinc rursus in Septentriones longissimo tractu per immanes & obscuri nominis populos Obips, & Castres, & Madagascarem olim, nunc Diui Laurentij insulam, restititur litus ad nota iam antiquis promontoria Prasum & Aromata: quorum alterum hodie Molambicum; alterum à Prasæ quingentis leucis & quinquaginta disinctum, Guardafu vulgus appellat. is Africi littoris extremus in Orientem est limes. inde præter duos inelytos sinus, Arabicum & Persicum, quibus in modum peninsula felix Arabia cingitur, rectus in eam regionem traiectus est, quæ, Indo & Gange duobus clarissimis inclusa fluminibus, India nominatur. In hac montes à Caucaaso ad Cori promontorium, quod Comorini caput incolæ vocant, leucas circiter quadringentas perpetuo in Austrum iugo porrecti, circumfuso Oceano ingentes oras efficiunt duas: quarum altera in Occidentem obuersa, prænobiles vrbes continet, Calecutum Malabarici regni caput, emporiumque nuper omnium frequentissimum; itemque Cocinum, Cananorem, Goam, aliasque complures: altera in ortum spectans, à Comurino tractu per Bengalæ fines, qua Ganges in Oceanum influit, perque Pegusia, & eius tractus alia ditissima regna (quam terram Ophir ac Tharsis quidam haud sanè absurdis coniecturis existimant) desinit in Auræam Chersonesum: qua in regione prænobile emporium Malaça visitur hodie. A Cori promon-

orio, ad Siculi freti similitudinem, exiguo admodum spatio auul-
 sa cernitur insula Ceilanum: quam grauis auctor Ioannes Bartius
 Lusitanus multis rationibus Taprobanam olim fuisse contendit,
 ab ea obliquus in Auream Chersonesum, & Chersoneso vicinam
 ingentem insulam Somatram cursus est; quam Geographorū vul-
 gus Taprobanam putat. à Somātra porro ad nobilissimas insulas
 plurimasque, Iauas maiorem & minorem, Borreum, Bandam, &
 Molucas, & Lequios, & Iapōnios tendit. itemque ad continētē
 oram Cambōia, Cianpe, Caucincina, ac Sinarum. vltra, Lusitanis
 incomperta nauigatio est. Harum autem regionum pleraque, lon-
 ge alio atque Africa terra situ ac feracitate, plurimis riguis, & sole
 ceterisque syderibus mirè fauentibus, in omnes mortalium vsus
 deliciasque pro sua quaeque natura varias fruges, metalla, odora-
 menta, plantas, lapillos, medicamina propè ad certam effundunt.
 quae paulo ante hanc memoriam, certis emporiis admodum vili
 coempta, Mahometani serme Iudaïve institores, vel sinu Persico in
 Commagencm & Syriam, vel Arabico ad urbē Heroum Suezium,
 atque inde camelis Alexandriam conuehebant; Aegypto Sultano,
 qui tum is regionibus imperabat, pluribus locis periculoso porto-
 rio: quae res Memphiticum ararium magnis quotannis pecuniae
 accessibus augebat. Hanc aded quaestuosam negotiationem Ioan-
 nes, ducum suorum peritia & felicitate inuitatus, omni spe sibi eni-
 tendum existimauit; vt, si qua posset continuato per Oceanum cur-
 su, ab Aegypto Syriaque in Lusitaniam auerteret, non solum vt, in-
 genti Lusitanicae rei incremento, Christiani nominis hostium ve-
 cingalia quam maximis afficeret detrimentis; sed multo etiam ma-
 gis, vt eadem opera pluribus locis Apostolicam disciplinam vel ve-
 tustate iam obsoletam renouaret, vel ad id tempus incognita, Deo
 adiuuante, per administratos idoneos instituere. constanti quippe
 didicerat fama, non paucos in Oriente superesse populos, partim
 qui simulacra ex vetere gentium errore adorarent; partim etiam,
 qui acceptum à Christi nuntiis Euangelium, & sanctissima bene vi-
 uendi instituta, sed tempore praecedente multis deformata vitiis,
 vt cunctae retinerent. In his, Aethiopiū Orientalium, seu Abassinorū,
 cuius modò meminimus, Regem, Christi cultorem quidem il-
 lum, veruntamen à Romani Pontificis auctoritate disiunctum, cum
 Ecclesia Catholica in gratiam reducere vehemēter optabat: simul
 etiam ratus, quod longè latèque imperaret, fore vt eiusdem opibus
 auxiliòque aditus sibi ad Regem Indorum amicitiam & expectata
 commercia patefieret. Hoc ille consilio certos homines per mare
 nostrum ad explorandas Indicas & Aethiopicas res destinauit. qui,
 ob ser-

ob sermonis inſcitiam, rei difficultate deterriti, cùm Hieroſolymis infecto negotio rediſſent; ſuos denique Arabicæ linguæ bene peritos, Petrum Couillanium & Alphonſum Paiuam, ejuſdem rei cauſa dimiſit, cum eiufmodi mandatis ac litteris, vt alter alterius prouinciam, ſi res ita ferret, poſſet accipere. ij, Alexandriam delati, Memphim inde mercatorum habitu petiere, atque ex eo loco per ſermonis Arabici ſymbola cùm ſe Maliometricis viatorum turmis facile miſeuſſent; ad Arabici littoris, vrbeſq; Elanam, hodie Torum, tranſitu Hebræi quondam populi inſignem ac denique Adenum (id oppidum ſub ipſas Arabici maris fauces eſt munitiſſimum; Madde-na gens olim dicta) incolumes peruenere. Ibi, cùm ad ſeuam eſſet India, ad dexteram Æthiopia; ſic inter ſe munera partiuntur, vt alter Abaſſinum adeat Regem, alter Indica perlustrat emporia; ac rebus demum peractis, Memphim ruruſus ambo conueniant. hæc inter eos neutro diſcrepante condita. verùm à digreſſu longè diſpar fuit vtriuſque exitus. Paiua in Abaſſinos proſectus, antè quàm Regiam attingeret, incertum quo genere leti deſunctus eſt. at Couillanius felici navigatione ad Indos delatus, totam illius commercij rationem probè compertam in commentarios retulit: ipſa verò Indica emporia, Goam, Calecutum, Cocinum, & cætera ſuis quæque locis in hydrographica membrana ex fide adnotauit, quã a Ioanne Rege in id ipſum acceperat. inde, cùm per Arabicum Oceanum in Africam trajeciſſet; ab Aromata ad Praſum promontorium, & Rapti hodie Sengi fluminis oſtia, & Melindem, & Quiloam, (cui Raptæ olim nomen) & Sofalam littoribus peragratis, partim ex conſentiēte nauarum teſtimonio, partim ex incolarum capillatura & colore, Hæſperiarum Æthiopia; haud abſimili, in eam ſententiã eſt adductus, vt oram ad Bonæ ſpei promontorium pertinere, & circumnavigari poſſe proculdubio crederet, quibus rebus mirum in modum alacer, & reuiſendi ſocij cupidiffimus, cùm ad præſinitum tempus Memphim ſe contuliſſet; repente ab inimicis ſit certior, Paiuã ipſo proſectionis initio diem obiiſſe, percuffus tam inopinato nuntio Couillanius, licet in patriam redire vehementer optaret; tamẽ, quod præclare meminerat, quanto Ioannes rerum Æthiopicarum ſtudio teneretur, ſuas vel rationes vel deſiderium regiẽ voluntati poſthabere conſtituit. in præſentia ad eum de Painæ obitu, de quẽ ſua peregrinatione perſcribit: ſe India explorata, littus etiã Æthiopicum ad Sofalam uſque, aurifodinis prænobilem terram cum cura luſtraſſe: nec ſibi eſſe dubium, quin ad bonæ ſpei promontorium ora continens protendatur. id aded, tum ex fama ſermonequẽ hominum; tum è coſmographica & nauica ratione conſtare ſibi eſſe

in animo, quandoquidem Patauam in ipsa rerum aditu motis oppresserit, eius vice in Æthiopiā reuertitur, uti, Deo bene iuuante, iuncta cum Abassino societate, cognitoque illius imperio & institutis, cuncta postmodum certa ipsemet in Lusitaniam referat interea ne desisteret Ioannes cæpta, fidenter ac strenuè prosequi. nauarchos circumuectos iam extremum illud Africæ promontoriū haud ita difficili negotio (paululum modò adnitantur) ipsismet Quilois vel Melindijs ducibus in Indiam utique peruenturos. rem esse gloriæ pecuniæque plenissimam. Hasce litteras & commentarios nauicamque membranam cum Hebræis notis è Lusitania mercatoribus, qui Memphi negotiabantur, ad Regem perferendas dedisset; ipse confirmato ad rem cõficiendam animo, retro in Æthiopiā iter intēdit. Imperabat Abassinis tum Alexander, quintus ab Sersadenehil, qui accisis à Turca iam opibus, regium nomen ac maiestatem vix atque ægre tueretur hoc tempore. is venientem ad se Couillanium, quanquam haud planè certus vera ne afferret, magis tamen propenso ad credendum animo benignè accepit, non mediocriter lætus à tam longinquo ac tam Christiano Rege societatem & amicitiam suam per nuntios & per epistolas expeti, cumque de Ioanne, deque alijs Europæ Regibus multa didicisset, remissurus iam cum litteris Couillanium, repenti demoritur. successit ei longè alius iugenio moribusque frater Nahu. is non modò Lusitanum Regem dignatus respõsõ nõ est, sed ne ipsum quidõ nuntium ad suos redire permisit. ita Couillanius, cum neque ex Æthiopia euadendi facultas, neque in Lusitaniam scribendi occasio præberetur; ob diuturnam absentiam videlicet pro mortuo est habitus, quoad aliis demũ è Lusitania missis eodẽ legatis (vè in loco dicemus) apparuit. Inter hæc Ioannes occultis & tutum facibus agitari, noctes inquietas exigere, oblatam sibi laudis æternæ materiẽ in dies attentius intueri, omnes vias rei perficiendæ cõquirere. ast ubi eorum sermone, qui ex Ægypto venerant, & Couillanijs litteris ac rationibus animari se vidit; tum vetò inchoatam nauigationẽ quantouis periculo sumptuque ad exitum perducere sine vlla dubitatione decreuit. Iamq; in talẽ ac tãtã expeditionẽ, ex ea, quæ tum erat copia, clarissimos destinauerat magistros ac duces; & cõtra sæuientis Oceani ferociani & impetum naues iusserat ædificari vel materiæ firmitate vel structuræ genere validissimas; cum tantis interuenit conatibus mors, bonis omnibus, atque ipsi præsertim Emmanueli, quem, Alphonso filio dudum extincto, Ioannes hæredem instituerat, admodũ luctuosa. duplici quippe cognationis vinculo Ioannem attingebat Emmanuel; quod & Fernando

Ioannis patruo natus erat; & sororem ipsius Eleonoram lectissimam feminam Ioannes habebat in matrimonio. sed præter hanc tantam necessitudinem, quod in regia propinquitate perratu est, ipsum, à quo regni hæreditatem sine controuersia expectabat, ob singulares eius virtutes Emmanuel diligebat vnicè, & annos ei quæ plurimos ac læta pariter omnia precabatur. quo etiã acerbius tulit, multisque & veris lacrymis profecutus est patruelis obitum: ac iustis demum suæbribus illi ex maiestate regia persoluit, ad omnem regni administrationem, sed ad res præsertim. Indicas, acriter animi intendit. nam & in ipso ætatis robore, septimum & vigesimum agens annum, alacer in primis erat, & vegetus, & in studio laudis ac famæ nulli antecedentium Regum secundus; & eo maiore studio institutæ cõquisitionis ardebat, quod se ad tantorum periculorũ tamque diuturni laboris, ac diligentia fructus decerpandos ab omni æternitate diuinitus destinatum esse prope modum cerneret. Ac nihilominus, ne sibi præsertim initio regni hinjũ præsidere videretur, in consiliũ super tali tantaque re proceres ac sciores adhibuit. In eo conuentu sententijs valde certatũ. Erant qui nauigationes lõginquas in vniuersum improbarët. si rē nauticam experiri placeat; sat ampla & nota in propinquo maria patere; sin (quod fortè magis è cõmuni re sit) victui & frumentationi cõsulere; ex alienis regnis, atq; adeo ex ipsa Germania; colonos in Lusitaniam in id ipsum accitos. Quin Curucepsis & Lauranus ager, ac tota illa inter Eboram Tagumque spatiosa planicies vel vitibus cõserenda, vel vbi liceat aratro profecindeda plebi desidiose atq; inopi diuidatur? sin belli gloria sollicitet animos; hærete panè in visceribus Mauritanã pestem, ex qua noua in singulas horas insidia, latrocinia, cædes, calamitates immineant; tõgè profectò vtilius tutiusq; in proximos Christi hostes, quam in remotos & innoxios populos, certo cum damno ac periculo, incerto vel exiguo cum emolumento Lusitanica arma posse conuerti. octogesimũ iam annũ per assidua naufragia immanesq; sumptus tot classes in Austrum nauigare. quid inde nisi vilissimos Æthiopas, Lusitanicæ onera vetius quam ministeria, & ebur inutile, & friuola palmæ solia reportari? Nã quod de aurisodinis fama increbuerit, verba profectò regulos dare; quibus importari nouas opes, & solitudines exustas, ac totius illius tractus pestilentia frequentari vehementer expediat. Proinde ad Lusitanicæ decus & rē tuendam augendamq; dispersas regni vires contrahat; finitima remotis anteferat bella; vel, si ad agriculturam domestici pœniteat soli; præpingues potius Mauritanicæ glebas, & frumentarios cãpos, quam aut Africa

inaccessa commercia, aut sterilem interioris Libyæ arenam & squa-
 lentia deserta respiciat. Atque contra: neque susceptos ad eam diem
 labores ac sumptus, quæ dignitatis, qua compendij nomine, irritos
 fuisse, (quod ipsum, frequentes ab ignotis etiam Regibus legatio-
 nes & vectigalium incrementa quotidiana restentur) & nouam hæc
 India concilianda diuinitus oblatam occasionem, cuiusmodi esset,
 ut non modo sine magno detrimento, verum etiam sine summo de-
 decore omitti non possit. scilicet diuini spiritus virum Henricum
 illum, tanta animi magnitudine, præclarum hoc iter ingressum, ac
 tanta perseuerantia spreto iniquorum obrectationibus, tantam
 gloriæ segetem posteris reliquit; ac deinde Alphonsum, & nouissi-
 mum Ioannem ipsum, qua virtute, quo consilio Reges? toto impetu
 eisdem institisse vestigiis; ut in ipso demum Indiæ prænè vestibulo,
 Emmanuel successor, viris, opibus, ætate florentissimus repente de-
 fieret. in magnis arduisque negotiis non esse res illico ad calculos
 reuocandas: vbi conatus ipse, ut votis minimè respondeat euentus,
 apud æquos tamen rerum aestimatores loco successus ac præmij sit.
 Pergeret porro felix quò numen tantis tamque apertis significa-
 tionibus duceret; neque à tam laudabili cæpto abduci se cuiusquam
 ignauia seu cunctatione pateretur. Media fuit multorum sententia:
 quibus non tam dimitti contracta iam & instituta commercia, quàm
 nouis quærendis instituendisque modum tandem aliquando im-
 poni placebat. Quid enim à tanti Regis rum prudentia, cum digni-
 tate magis alienum esse, quàm partis iam ita multis, ut conseruari
 vix possint, incertas captantem spes, nouis quotidie ventis, tempe-
 statibus, vadis, æstibus atque recessibus bellum indieere? & inexple-
 bili curiositate alias atque alias oras nullo propemodum fructu
 vel operæ prærio perscrutatem, cum terum natura pugnare, & ipsa
 denique mundi claustra velle perumpere? Frequentes procellas,
 crebra naufragia, imminutam Lusitanæ sobolem, voraces classiunt
 impensas, & super hæc, infinitam itineris longitudinem reputaret
 animo. quæ ipsa ut maxime Deo fauente vincantur, & statibus vn-
 disque obscurantibus, perueniatur in Indiam? Ecquid tandem
 spei sit, occupata iam ab antiquis ac proximis negotiatoribus met-
 cymonia, ad ignotos & alienigenas traducendi? Quis porro præstet,
 potentissimos Indiæ, Syriæ, Ægyptique (ut de reliquis taceatur) dy-
 nastas ac reges, vbi per aduentitios comæatus portoria sua redi-
 tibusque imminui senserint, quietem acturos? quibus, si damno vel
 dolore irritati ad arma consurgant; vix Europa tora conjunctis vi-
 ribus, nedum Lusitania sola possit obistere. Nam quod nonnulli
 maiorum in hoc genere studium & cõtentionem opponant; neque

Henticum ad Indiae regiones adspirasse vnquam, & Ioannem adulatorum blandimentis potius, quam suopte ingenio, in hæc vigilantium somnia veriùs quàm consilia inductum. quæ quoniam intempesta morte oppresserit Deus immortalis; videat Emmanuel ipse, integris etiam tum viribus, quid agat: neu perinauem fiduciam ea suscipiat, à quibus eum leuitate ac damno postmodum cogatur abstinere. Hæc & alia id genus eum & ii, qui in consilio aderant, & cæteri, vt fit, pro suo quisque sensu loquerentur; plus tamen apud regem & decoris audum, & fidei propagandæ studio incensum; honestas & pietas, quàm metus aut dissidentia valere. Cæsa & conuecta iam antè materia; naues in præsentia duntaxat quattuor ad explorandum agiles, ad tolerandum firmas, delecto milite, nauta, com meatibus, tormentis instrui: & quantum humano consilio prouideri possit, contra omnes casus quàm diligentissimè optimèque adornari iubet. Prætorix inditum est nomè à sancto Gabriele, non sine causa: vt quæ ex orbe uostro ad antipodas viam euangelio muniebat; sub tutela præsidioque lateret Archægeli potissimum eius, qui primus è cælo terris olim attulit Euangelium. huiusce nauis cursum regebat Petrus Alâquerius, qui aperiendo Bonæ spei promontorio paulo autè intersuerat. Secundam Archangelo Raphaëli, viatorum duci ac tutori, dicarant. Paulus Gâma præerat, nauelerum habebat Ioannem Conimbricensem. Tertiam Nicolao Cælio nauareho; Petro scholastico gubernatore, incertum unde, Berrium appellabant. Quarta, sine milite ac sine nomine, vehendis duntaxat in supplementum eibariis, à Consaluo Nonnio Gâmæ domestico ducebatur. Propugnatores in vniuersum & nauitæ centum & sexaginta non amplius explebant numerum. iis omnibus ab Emmanuele præficitur summa eum potestate Vasculus Gamma Pauli frater, singulari prudentia ac fide, & quod caput erat, inuicti animi robore vir: cuius patrem Stephanum, nuper vita functum, Ioannes Rex ad munus id ipsum iam antè delegerat. Huic, præter mandata & litteras ad Indiae reges, Couillanui quoque membrana & commentarius attributus. Agebat eo tempore Emmanuel in oppido Transtagano, quem Montem maiorem vocant: huc euocatum Gammam & socios, in magna procerum eotona, magnificis promissis, & pia in primis & graui oratione, ad talem & tantam expeditionem est adhortatus. deinde vexillo Crucis per intimum scribam publicè expanso, nixis genibus Gamma solenni ritu in Regis verba iuravit, eodemque accepto vexillo, pleus bona spe & miro nauandæ Regi operæ studio incensus, Olisiponem vnâ cum comitibus petiit. ibi in MARIA Virginis æde, quâ
ad fau-

ad fances portus olim Henricus in idipsum exstruxerat, sacris omnibus ad propitiandū cœleste numē ritè procuratis; præcunt e cum hymnis & canticis agmine sacerdotū, nauarchi, & cætera turba cum ardentibus cereis, eodem ordine supplicantes, nudis pedibus ad scaphas vsque deducti. Mœsta cū fletu sequebatur ciuitas, quasi tā lecta ciuium manus ad manifestum exitium rueret. Ac quādiu lætis de more vocibus, ac vario tympanorum rubarumq; cōcentu anchoras moliantur, rudētes expediunt, & reliqua munera certatim obeūt nauæ; mirā hilaritatē vultu præ se tulit Gamma sociique. ast vbi solutis anchoris, ac sublaris iam antennis, vltimum signum profectionis insonuit; tum verò mutuo cōspectu partim integratæ, partim coortæ omnibus lacrymæ: nec modus fuit quoad vehemētiore Boreas naves in altum prouectas ex oculis abstulit. Id accidit anno post Christum natū millesimo quadringētesimo nonagesimo septimo, ad vij. Idus Iulias; anni tempore (vt postea cōpertum est) in nimē idoneo. Veruntamen regente cursū Deo; paucis mēsisbus ipsū Bonæ spei promontorium præteruecti, ad aquationem, quæ dicitur Sancti Blasii, peruenēre. Auctorem habeo, circa id promontoriū atrocissima tēpestare iactatos nautas reditum in patriam exposulasse: cū nihil suadendo rogandōve proficerent, de coercēdo per vim præfecto agitalle cōsilia. Ea re cognita, magistris vincula injecta; Gammam ipsū gubernatoris officio egregiè functū. Alii minimē spernendi scriptores, neq; ita periculofam eā navigationē fuisse referunt; nec vllius in Gammam conspirationis meminere. Vt cunque res habeat; ad eum, quem dixi, locum appulsi, vagantes in littore Æthiopus elicellatis infidentes bobus opimis, & festiuo tripudio & fistularum cantu se oblectantes vident. Adhibiti contestim interpretes, cū nullum sermonis commercium reperirent, partim nutibus, partim æreis crepitaculis, vitreis globis, aliisque id genus crepundis, quibus mirum in modum captur gens; ad pecora boues, que inuicem permutandos alliciunt. Quo in negotio cū se admodum difficiles præberent barbari, rixa (vt sit) excitara, ne gentem planè abalienaret Gamma vela fieri statim imperat. Sæua inde procella iactati, vltra Diazii terminos leucas circiter quinque, ad Planas quas vocant insulas processere. Ex eo loco, aduersis æstibus admodum retardantibus, lentè rursus ad oram Zanguebaris appulere ipsō Christi die natali: ex quo littus id Natale appellarum. Ex eo littore flumen ingens in Oceanum euomit se: quod aquādi causa ingressi festo Epiphaniæ solēni, Regum flumen ex eo dixere: & quod ab incolis admodum amicè benigneque tractati sunt, ei Aquationi a Bona pace inditū nomen.

Quintum diem Gamma ibi moratus, mira cum barbatis familiaritate contracta; discessit, ac propter concitatiorem estū veritus, ne qua in vada ferretur; adeò longè à continenti cursum tenuit, vt & Sofalam regionem & Fluenta promontorium noctu per imprudentiam præterierit. Inde reflexo iterum ad continentem itinere, conspicuus nauigia palmeis velis vasti amnis ostium inuehi, subsecutus, accolas reperit minùs iam atro colore, & cultiote vestitu, & Arabici sermonis nonnihil peritos: à quibus, Fernando Martinio interprete, accepit, haud procul, ejsdem ferè magnitudinis naues, albosque homines commutare solitos, quæ res, quòd Indiam significare haud dubiè videbatur, ob id loco ac flumini, Bona signa, nomen impositum: & amicitia cum barbaris inita, subductæ naues, & multis locis refectæ. Ibidem columna cum titulo Raphaëlis Archàngeli de more fixa. Cæterùm, ne nimis lato successu Gamma efferretur, multos ibidem ex eius comitatu, gingiuus horrendum in tumorem ac putredinem eserescens, scæda corripuit lues, quosdã etiam absumpsit. cuius causam tum in cæli grauitatem, (quòd è crebris æstuariis terra valde palustris & viginosa est) tum in corrupta salsamenta, quibus iamdiu propter inopiam victitauerant; contulere. Mense iam ibi per multa pericula exacto, solutis aneotis littus legentes, quinto die ad Mosambicum accedunt. Id oppidum insulæ Prasiæ cum tutissimo portu quamquam exiguo, situm in ipso flectentis se oræ cubito, à dextra Sofalæ aurifodinas, à læua Quiloam urbem habet insignem; & quamquam ob circumfusum æstuarium; sterili & insalubri est admodum cælo, tamen in satis magnâ frequentiâ loci opportunitate deductum est. Mahometani ferme tum inhiabitabant, Abrahæmo Quiloæ tyranno subiecti: perque prætorem (xequem Arabes vocant) ab eo regebantur. Aduersus id oppidum, ad quatuor passuum millia, sunt insulæ, quæ à columna ibidem à Vasco posita, sancti Georgij nominantur, ad eas insulas cum Lusitani sterissent; ab iis, qui à Mosambico explorandi causa prodierant, initio pro Tuteis vel Saracenis habitæ, facillè cum xeque per munera, & vinum, & scitissima saccari condimenta, quorum auidissima gens est, pacem & amicitiam inière. atque etiam duo in Indiam vsque nauium magistri mercede ab eodem impetrati, & omnis generis cibaria abundè suppeditabantur. ast vbi per Abassinos quosdam Æthiopus, qui pictas Angelorum imagines in Gãmæ nauì conspexerant, & cum eo de rebus Abassinis deque religione fuerant collocuti, Europæos & Christianos esse vulgatum est, confestim hospitalitas omnis in odium versa, & nostri telis ac sagittis aquatione prohiberi cœpti. simul, accepta iam pecunia, perfidi

magistri clam aufugere. Nondum apparuerant gentibus iis, nouæ subtilitatis & operis admirandi ballistæ, oblongum in tubum & æqualiter teretem ex ære fusili figuratæ: quæ non funibus aut neruis intentæ singula mittunt spicula; sed inexcogitata prisca ratione, ad applicitos tenui ab tergo foramine igniculos eum incremento multiplici rapiendos, cetero primùm nitrati ac sulphurei pulueris modulo temperatæ, insertos dein ore patente ferreos ex arte globos catenâsq; & alia obturameta, fulminū instar flâmis eluctatibus, cū horrêdo fragore cōtorquêt. Eiusmodi tormeta cōplura Lusitan^o de more disposita & collibrata ad naniū fenestellas habebat: sed ab iis exercêdis, ne perterritos metu incolas abalienaret ab se, cōsultò abstinerat. Verùm vbi fraudem ac vim & suos panè circumuentos animaduertit; indignatione commotus, extemplo disploderêt, magistris edixit. Illi sine mora exsequuntur imperium, ac primò videlicet fumus ater, & fumo intermicantia fulgura & crebra tonitrua cælo sereno, attonitos defixosque rei nouitate barbaros tenere. Ast vbi ante pedes prætoris ipsius, momento laceri & exanimés quatuor simul viti conspecti sunt; enimvero tum, quasi hand dubiè infenso infestoque numine, correptis vndique ac panè depressis turba nauigiis, lymphati amentésque in proximam continentem ex insula sese cuncti proripiunt. Inde prætor, animo vix tãdem è summa trepidatione collecto, supplices ad Gammam oratores placandæ itæ & sui purgandi gratia transmisit. si quid minus amicè in hospites consultum sit, id suo consilio nequaquam esse factum. magistris, qui mercedem fraudulenter abstulerint, tam non esse in sua potestate; quòd alter in auia & interiora sese abdiderit; alter subitis machinarum ictibus fœda laceratione discerptus, perfidiæ pœnas luerit. Sed & integram mercedem se Gammae redditurum, & alium ipsorum loco magistrum suffecturum, nauigationis Indicæ peritissimum. Gamma, quòd pluribus disceptandi tempus non erat, remissâ mercede, magistrum acceperit, multo etiam prioribus nequiorem: quippe, vt à Mosambico profecti sunt, ita instituit iter, vt nauigia in periculosas quasdam ac desertas impulerit insulas; faciliè confusus, ob natandi peritiam, se noctis silentio, vt alii duo fecerant, euasurum. sed intentiùs eustoditus, fraude comperta, vapulauit egregiè. ob id insulæ Verberati appellatæ. Quo ille supplicio magis etiam efferrus, Lusitanos perditum ire omnino constituit, ac per summam dissimulationem, quasi planè resipuisset, composito ad omnem æquitatem ac submissionem sermone vultuque, urbem Quiloani air esse in propinquo, rerum omnium copia refertissimam, & Christianis Abalsinis atque Indis frequêtem.

quando

quando ad Mosambicum res non conuenerit; ibi Lusitanis, omnium generum cibaria mercisque Indicis haud inferiores, summa populis uoluntate affatim suppeditatum iri: praeterea, cursum ex eo loco in Indiam esse certissimum. Hoc ille artificio mendacisque Gamma in ultimum exitum penè impulit. Iam enim de strage ad Mosambicum edita Quiloam peruenerat rumor. nec dubium erat quin, si conuentum esset, ciuitas armis uirisque potens, ac Mahometicae superstitioni addicta, & insuper damno ad Mosambicum accepto irritata, communis doloris graues poenas a Lusitanis exactura esset. auxilio fuit uehementior aquarum imperus, quo praeter Quiloam abreptis nauibus portum occupare non licuit. Ea spe dejectus Aethiops, tamen a malitia non discedit. Cum nostros omnium rerum inopia ualde laborare intelligeret, quoniam Quiloae accessus prohibiti sint, Mombazam urbem docet non longè abesse, in qua multi etiam Christiani uersentur, & omnia ad victum cultumque necessaria abundè suppetant. Si Vasco placeat; propediem se duce naues in optima statione futuras. Nec recusauit Gamma, partim rectoris sua su, partim etiam ultima penè iam necessitate compulsus, ad urbem appropinquanti, ut nuper ad Mosambicum, sic ibidem obuiam proditum a Regis exploratoribus. qui ab insidioso cursu rectore clam in nostros incitati, simulata beneuolentia, ad Regem tecedunt; ingentis praedae occasionem oblatam demonstrant, modò intra portum aduenae perducantur. Haud surdis auribus dicta omnibus blandimentis, muneribus etiam; iubet Christianos ad commercium & hospitium benignè inuitari. Paschalia tum aderant festa: & paulo antè ad insulam sancti Georgii ara excitata Lusitani, expiatis confessione criminibus, caelesti pane sese munierant. quo etiam majorem in tempore diuinam clementiam opemque sensere: quippe ipsas iam portus fauces intrantibus, ex urbe permulti cum ficta gratulatione & concentu obuiam prodierant; ac sine armis in naues accepti, ouantes laetique certo ac praesenti iam lucro, nostros perfidà simulatione ad omnè hilaritatè intuitabant; cum nouum subito periculum, parato iam exitio, nihil tale suspicantes Lusitanos eripuit. Dum enim ad auram excipiendam Gammae nauis tardius circumagitur; ueritus, ne illam in proxima uada restus abriperet, magno repente clamore jaci anchoras iubet. quam ad uocem cum naualis turba huc illuc praeceleri festinatione discurreret; rati proditores detectas insidias, ut est omnis malitia suspicax & meticulosa, illico è nauibus in subjectas sintres certatim cuncti cum ipso proditoris magistro desiliunt, & fugam capessunt. ac iam demum Lusitanis fraus ac pernicietas patuit. Gratia ingentes pro

tam insigni beneficio superis actæ. & quoniam reliquum litus
 sat frequens vicis & oppidis esse dicebatur, Gamma cursu in Sep-
 tentriones directo, post die Mombazam aduentata nauigia duo
 Saracenorum intercepit. è quibus duntaxat tredecim (cum cæteri
 se in pelaguseie cissent) in potestate venere. ij, ne locus iretum dolo-
 daretur, separatim singuli interrogati, sine ulla variatione respon-
 dent, in eadem ora celebre oppidu esse Melindem, regem in adue-
 nas omnes mirè benefico, in primisque hospitali. ibi nec instru-
 menta nautica, neque cõmentum optimum, neq; duces in Indiam
 defuturos. His rebus auditis, capriui benignè habitis, hisdemq; re-
 gentibus, cum ad Melindis conspectum ventum esset; quidam ex
 ijs, vt videbatur, auctoritate præcellens, munus ad eũdi regis, & cõ-
 ciliandæ amicitia, sibi deposcit: & Gammae permisso in urbem de-
 latus, Lusitanorum probitare moribusq; extollendis, & alijs ad tẽ-
 pus accommodatis rationibus, regem, satis per se ad officium hu-
 manitatẽque propensum, facile in aduenarum cupiditatem &
 amorẽ impellit. Dein, biduo nuntiis & xenijs vltro citroque mit-
 tendis insumpto, Gamma, ne regi diffidere videretur, in portũ læ-
 to nauium ornata concinentibus tubis inuehitur. Huic obuiam
 regis filius naru maximus (nam pater morbo senioque implicatus
 decumbebat) eum honestissimo comitatu profectus, in scapham,
 quo Gamma excipiendæ eius causa descenderat, hilarũ vultu trãs-
 filiens, peregrinum arctissimè familiarissimeque complectitur.
 inde cum alter ab altero muka per interpretes amicè admodum
 quæsisent; petere atq; orare institit, vt ad parentem iacentem in
 lectulo adire ne grauaretur. id fore senigratissimũ, se interea apud
 naues cum paruo filio pro obside remaniturum. Ad ea eũ respõdis-
 set Gamma, sui regis mandato prohiberi se quominus exscende-
 ret; nobiles duos è comitatu pro se in urbẽ misit: quibus rex cum
 cæteris valde se comẽ & honorificum præbuit. Præterea, de perito
 itineris duce magna regis voluntate impetratum: atque illi vicis-
 sim Gamma tredecim, quos dixi, captiuos benignè donauit. qui-
 bus officijs, & mutuè beneuolentię significationibus, hospitij noui
 iure magis magisque firmato, ea denique lege Gamma discessit, vt
 in reditu polliceretur se illac iter esse facturum, quò regis Legator
 ad Emmanuelẽ honoris & amicitia causa transueheret. A Melinde
 ad Malabaricũ India litus leucarum ferme septingentarũ tra-
 iectus est; id spatium altero & vigesimo die feliciter emensi, tanta
 gratulatione ad Calecuti orã accessere, quasi transactis iã rebus
 incolumes ad patrios lares & incunabula redissent. Iulio ineunte
 Olisiponẽ soluerat: mensibus ferme vndecim in itinere insumptis,

èltca Maij exitum in Indiam deferunt, perincommodo sanè tem-
 pore. etenim in ijs regionibus cùm alia multa admiranda, tum
 lud in primis omnium physicorum ingenia superat; quòd in eadem
 tali plaga, pari solis accessu recessuq; ijsdem anni mensibus, ab or-
 tu trans Gatis iuga, quæ recto ad Cori promòtotiù excursu, quæ ad-
 modum suprâ demonstratum est, totam Malabaris longitudinem
 intersecant, æstas ac siccitas; ab occasu cis Gatem hyems & assidua
 pluuiæ sunt: ut in tanta locorum propinquitate, quod ad rationem
 tempestatum attinet, ijsdem penè populi sibi mutud antipodes vi-
 deantur esse. Quam diuersitatem, quæque de æquinoctiali circu-
 lo ac torrida zona antiqui falsò opinari sunt, & alia eiusmodi per-
 multa, si quis apud se diligentius reputet, profectò intelliget, om-
 nia quæ in cælo quæque in terris sunt, non ad necessitatè fati, vel
 ad fortunæ temeritatè, verùm ad vnus omnipotentis Dei liberà vo-
 luntatem ac prouidentiam esse referenda. Quo tempore Gamma
 ad Calecutanam oram est appulsus, in ea Malabaris parte, hyemis
 erat initium: cùm altera, quæ ad ortum est, maximis iam tum calori-
 bus æstuaret. itaque licèt periculosam admodum in salò stationem
 esse intelligeret, subeundos tamen portus, nisi ex Malabarici
 Regis auctoritate, nequaquam existimauit. Is Rex in primis Indiæ
 clarus perhibetur ac potens: quippe quem cæteri eius tractus Re-
 ges principem ac superiorem agnoscunt, & patrio sermone Zamor-
 rinum, id est Imperatorem, appellant. is quattuor ordinum homi-
 nes habet in suo regno. dynastas ac satrapas, quos vulgo Caimales
 vocant. sacrorum antistites & procuratores: ij vetustissimæ origi-
 nis & nominis Brachmanæ sunt. rei bellicæ studiosos è nobilitate
 duntaxat, qui Naires dicuntur, quartum obtinent locum opifices
 & agricolæ. reliquum vulgus institutorum est, magna ex parte Ara-
 bum, Persarumque, & Ægyptiorum ex hæresi Mahometana &
 Iudaica: qui, pretiosis mercibus admirabili solertia & peritia per-
 mutandis, ad amplas serme opes pecuniasque perueniunt. Cate-
 rum apud omnes præcipuo in honore Brachmanæ sunt, patet-
 que ea scèta latissimè horum scitis omnia publica & priuata sacra
 subiecta sunt. hi cæremonias & iusta funebria suo arbitratu præ-
 scribunt: ijsdemque magno suo quæstu prodigia, sortes, auguria, &
 omina iuterpretantur. horum disciplina institutisque Reges ipsi
 imbuuntur, omnibus magnis paruisque in rebus mirandum in mo-
 dum illis obnoxij. Sed non vnum est Brachmanarum genus. quip-
 pe alij liberis operam dant, viuuntque in hominum frequentia. al-
 ij cœlibem agunt vitam, quos hodie proprio vocabulo iogues ap-
 pellant: Gymnosophistas olim Græci dixerunt: ijsque partim longissime

peregrinantur, stipem emendicantes: & victus vestitusque asperitate nacti existimationem ac fidem, credulas hominū mentes portentosis mendacijs varijsque superstitionibus in fraudem impellunt: partim in solitudinibus auis & subterraneis specubus durissimo vitæ genere, inedia, vigilia, nuditate, frigoris æstusque patientia semet ipsi discruciant, abstinentque ab omni corporis voluptate ad certum annorum spatium: quo exacto, in Abduos (id nomen ordini) magna cum gloria referuntur. ii, tamquam humano fastigio celsiores, & omnium rerum licentiā adepti, nullis iam tenentur legibus, & in omni scelerū & flagitiorū genere impunè voluntur. est etiā suus lóguibus rector maximus, qui vectigalia per amplā dispensat; vocatosque ad se certis temporibus impostores, varias in regiones ad prædicanda impiæ vanitatis deliramenta dimittit. Hosce omnes, mirū quā densa in caligine, & quanta in veritatis ignoratione, demersos diabolus teneat. Parabrammam nescio quem Deorum antiquissimum colunt, & ex eo filios tres: quorū in gratiam teria fila gerunt è collo suspensā. Multis præterea nō hominibus modò, sed brutis etiā animantibus cælestes habēt honores, & tēpla adificāt, quibus in prisca illa Romanæ Urbis magnificentia vix quicquā simile extiterit. sanè sanum est simio dicatum: cuius duntaxat pecori in victimarum vsum custodiendo porticus miram in longitudinem excurrit, columnarum septingentarum è marmore, tantæ magnitudinis, vt Agrippæ columnas, quæ in celeberrimo quondam omnium Deorum templo Romæ visuntur, sine dubio adæquent. Elephantis etiam religionem numihis tribuunt: bobus autē eo maiorem, quòd hominum vita functorū animos in eam maximè belluā immigrare opinantur. Multos habent suarum superstitionū libros, magno labore studioque conscriptos, quæ nō nihil ad veteris Græciæ fabulas & auguralem Hætruriæ disciplinā videntur accedere. Hi libri ne in vulgus prodeant cauent quam diligentissimè; sed ex ijs arbitratu suo depromunt, quæ ad populum decipiendum in consioribus, vel in priuatis colloquijs, contracto supercilio & magna pompa verborum edisserant. Quamquā laud pauca superioribus annis à Brachmane quodam apprimè docto, cū se ad Christum aggregasset, nostris hominibus prodita sunt; inque Lusitanum sermonem accuratè conuersa, tandem ad me peruenerūt; merè nugæ, & anilia planè deliramēta, quæ hoc loco ne leuiter quidē attigisse operæ pretium duxerim, ex quo facile apparet, quantū immortalī Deo populī debeāt ij, quibus in tanta aliorū cœcitate Christianā lucem aspicere datū est. Iam, de sacrificijs, libationibus, cæterisque nefarijs ritibus; quibus vel ad placandos

LIBER PRIMVS.

candos commenticios Deos, vel ad expiandos mortuorum ma-
 truntur, singillatim exponere, vt superuacaneum, ita panè infi-
 nitum sit: Atque hæc in præsentia de Braclmanibus. Naires
 autem, penes quos totius rei militaris est cura; vt septimum cir-
 citer a tatis annum attigere, teneri corpusculi neruis diu multum-
 que distentis, laxatisque compagibus, adhibita frequenti vinctio-
 ne sesamini olei, per aptas peritissimos ad agilitatem penè incre-
 dibilem perducuntur. itaque velut exosiles artus omnem in pat-
 rem arbitrari suo torquere ac flectere; saltus retrorsum aequè at-
 que in aduersum longissimos edere: & in lucta varios nexu pariter
 implicare atque explicare condiscunt. Armis verò, a pueritia ad
 vltimam usque etate, summa cura exercentur singuli ferine singulis,
 haud absurda ratione: quod ita persuasum habeant, neminem vnũ
 simul pluribus posse rebus excellere: atma erant olim, hasta, sagittæ,
 gladius, elypeus: verum, post inuectas illuc recentiores hæc huma-
 ni ingenij fraudes machinasque, totam conlandi, temperandi, li-
 brandi rationem ita percalluere, vt omnibus maioribus minori-
 busque tormentis, igueisque missilibus admodum scienter vtatur:
 iamque Indici selopi, seu terrea fistula, & sulphureus puluis, longo
 intervallo Lusitanicis antecellant. Nudi, pube tantum velata, præ-
 lium intunt: neque loricearum aut galearum onera patiuntur. hinc
 nostro militi pugna longè stabilior, suoque & armorum pondere
 vehementios in hostem ineumbit. contra, illis maior in dimicando
 velocitas & concursatio. quininimo plurimum in ipsa fuga præsi-
 dij est. obuertantes offerentesque vtro sese, vbi te iã iamque adep-
 turum existimas, momento euanescent. rursus, cum procul abesse
 credideris, ab tergo se ostendunt: pari celeritate & sequuntur, &
 abeunt: & (quod vel in primis capitale est) haud incertiore ictu a-
 uersi quam aduersi iacula dirigunt. Quod si ad cominus decertan-
 dum vel necessitas cogat, vel inuitet occasio; exsim plerunque fe-
 riunt: bracteolis plurimis ad gladij manubrium anhexis, quorum
 tinnitu numero ad Martem pugnamque iueitantur: seque celeri
 vel proeursu in hostem inferunt; vel recessu, cum opus est, repente
 subducunt; factaque testudine ita sub seuto se totos condunt, vt lo-
 cus ad plagam nullus omnino pateat. & cum omnis multitudo Nai-
 rum viget in studio rei bellicæ; tum præcipua laus tribuitur certo
 militum ordini, quos Amocos vocant. ij diris execrationibus caput,
 familiam, stirpemque deuouent, ni illatas commilitonibus iniurias
 inuicem puniant. Regis verò necem tam obstinato animi impetu
 vlciscuntur, vt per media tela flammæque, nullo planè vitæ re-
 spectu, ad eandem hostium ruant lymphati amentisque, at-

ob id ipsum vel maximè formidandi. Itaque Indicæ militiæ id robur est: & pro Amocorum numero magis minuscæ potentes Reges existimantur. longè miseratima conditio est agricolarum & opifiarum: siquidem præter quotidianas operas, quibus ægre sese familiasque sustentant: quod initio quisque sortitus est vitæ genus, in eo ad mortem usque persistere cogitur: nec modò ad altiores vnquam gradus euadendi, sed ne ad alias quidem artes quæstusve se transferendi spes vlla relinquitur. atque id vetus esse institutum, patet ex Arriano, qui res item Indicæ Græco sermone cõscripsit. quare aded contempti abiectique sunt, vt superiorum ordinum homines ne rectis quidem oculis audeant intueri. quòd si in turba, vt sit, ad aliquem fortè Nairè propius accesserint, malè mulctantur: idque ne accidit, per antecedentes famulos turbam submouent Nairès: & cum alibi, tum præsertim ad viarum flexus, se adesse clara voce denuntiant: tanta Indicæ nobilitati superbia, tam barbarus inest fastus: atque id est cautæ, cur Christianam disciplinam pessimè oderint, cuius præcipua laus in hominum caritate animique moderatione consistit. Quæ indorum cõtumacia eo minus videtur ferenda, quo sibi nobilitatis nomen impudentius atrogant: nam præter alia dedecora quantauis claritati obscurandæ, promiscua etiam inter singulos ordines coniugia sunt, vagique ferarum more concubitus. Incerto omnes parte nascuntur, & ad sororum filios, vt minimè dubiæ cognationis, hæreditas peruenit. Ædificia, templis Deorum exceptis, & Regijs ædibus, & quibusdam pretiosatum mercinæ apothecis, lignea, & modicè ab humo exstantia, palmarum folijs conteguntur: nec vlli omnino, præter dynastas, sumptuosius habitare concessum. Suburbana visuntur plurima cū hortis apprime cultis, quæ segete incolunt optimates, ne vrbani plebis consuetudine polluantur. ea partim vallû & agger vndique muniunt: partim inflexi enatarum ibidem arborum rami: passim interiectis implexisque mira densitate viridibus rubis ac sentibus, ad introitum aspectumque & ignè arcendû: tantis præterea recurrentium in se viarum anfractibus, vt, instar labyrinthi, cœcos errores & ambages imperitis locorum obijciant; quæ res vel in primis difficilè bellandi rationem hostibus reddit. Zamorinus ipse, quo tempore Lusitani ad Calecutum appulere, ad Pananem (id maritimo vico nomen) haud ita longè ab vrbe, se continebat. Ad eum Gamine, cum in anchoris staret, nuncijs de suo aduentu præmisit: se, cum Regis Lusitanæ mandatis ac litteris, ex alio partè terrarum orbe aduenisse: neque tamen iniussu è nauè egressurû. Lætus ea re Calecutanus, magnificèq; se ipse circûspiciens, quòd

quod sui nominis gloria excitam ex vltimis sedibus gentem cer-
neret; Gammam è periculosa statione in proximum portum, &
Capocate nomen est, dato in id duce, iubet inuehi. dein post biduū
mittit, qui Gammam honorificè ad se deducant. Ille tametsi igno-
ra fides, & vanæ superstitionis homini vitam suam credere, comi-
tum amicorumque monitis ac precibus verabatur; tamen legatio-
nem peragere, & cuncta coram explorare ipse constituit. Paulo
fratri vicario suo mandat, scaphas quotidie ad littus paratas ha-
beat: ac si quid accidat, quo minùs ad naues redire possit: ipse nulla
eius rei habita ratione Lusitaniam repetat, & Emmanueli Regi
inuentæ iam Indiæ ac totius itineris rationem diligenter exponat.
Tum duodecim socijs ex vniuerso comitatu delectis, quàm orna-
tissimo vestitu, cum scaphas versicoloribus vexillis atque tapetibus
& omni tormentorum apparatu adornasset, ingenti omnium gra-
tulatiõne strepituq; festo ad littus accessit. Descendenti prestò fuit
Catuales vnus ex ijs, qui iuri peregrinis dicundo præsumt, cū vario
cantu, & magna manu militum, baiulisque ad sarcinas conuehen-
das: nam apud Indos equi & cætera iumenta per id tempus in vsu
non erant. Dein Gammam retraphoro impositū, ad urbem Calecu-
rum primam, inde Pananem deportauit tanto populi concursu, vt
præ turba quidam elisi, nonnulli etiam è spectandi certamine coor-
ta rixa perempti sint. Vt ad regiam est vētum, à Caimalibus aliquot
Gamma cum socijs honorificè primū excipitur, dein Brachima-
narum antistes linteatus obuiam prodijt, ac manu leniter apprehē-
sum, longo cubiculorū ordine, deais aulicis ad ostia singula stationē
agentibus, in amplum conclauē perduxit. stratum serat pauimētum
serico egeromallo viridi: parietes verò bōbycina peristromata inter-
texto auro magnificè vestiebant: ligneis gradibus affabre factis in
theatri formam circūquaq; eminentibus: ea procerum subsellia sūt.
Rex in ornatissimo lectulo decumbebat, gossipina candoris niuci
tunica indutus, auteis conspersa rosas, gemmeis fibulis admirabili
splendore connexa. Caput cum pretiosis inauribus pileus aureus
contegubat; in tiaram exurgens, vario gemmarum vnionūque
contextu. brachia crurāque de more gentis nuda, armillæ ex au-
ro decorabant, baccis distinctæ clarissimis. pari fulgore lapilli an-
nulis inserti complures è pedum æquè ac manuum digitis emica-
bant. Adstabat ex apparitoribus quidam ætate prouectus, in au-
reo disco tenens Malabaricum betel, seu Tambul Arabicum: quæ
folia principes Indi assidue ferè mandunt, commendandi halitus,
lenandæ sitis, & educandæ pituitæ gratia. Zomorinus ipse, quam-
quam colore subnigro, tamen & proceritate membrorum, & toto

corporis habitu gestibusque dignitatem regiam laud dubiè præferbat. Gamma, salutatione peracta, considerare vna cum comitis filius, per interpretem exponit: Emmanuel Lusitanæ Regem, Calcutani Regis fama commotum, fœdus & amicitiam ipsius iam pridem expetere, quando coram congregari & iungere dexteras locorum intervalla prohibeant; legatum pro se misisse. Ni rem aspectu; confidere se eam societatem utriusque non parum ornamenti commodique allaturam. Dein prolata munera, & litteræ cum Arabico tum Lusitano sermone conscriptæ. Ad ea Zamorinus breuiter: Emmanuelis fratris voluntatem ac propensionem erga se vel ex eo elucere, quod se tam honorifica legatione, per tot discrimina laboresque, vltro compellendum & salutandum existimaret. quod ad fœdus & commercium attineat, rem sine controuersia conuenturam. simul edisserit, quas è suo regno merces auehi, quas ad se importari vicissim expediat. Ad hæc, multa de navigatione deque itinere sciscitatus, Gammam & socios in lauta hospitia benigne distribuit. His rebus, ut sit, extemplo vulgatis, cum ceteri mercatores, tum Saraceni præcipuè atque Arabes magnopere commouentur. ac præter capitale in Christianos odium, rati etiam, quod res erat, quantum ad Lusitanorum commercia accideret, tantum de suis lucris imminui, & si prauus aliquid manceps in eam negotiationem se interponeret, nihil sibi ad quaestum & navigationem loci relictum iri; institutam & coalescentem nouam societatem omni conatu dirimere instituunt. Ac primùm, variis criminationibus ac maledictis Gammam apud Regem consensu prosciunt; specie legationis explorandum piratam aduenisse; ac, nulla provocatum injuria, quacunque iter habuerit, mare infestum reddidisse latrocinijs, impiorum caedibus rapinisque vastasse. Quod si maximè Lusitanæ Regis missu aduenerit; considerandum tamen Zamorino esse, verum fidelissimæ & plurimæ nationes, quæ iam in eius regno sedes & domicilia fixerint; & præsentem pecunia certissimisque compendijs Malabariæ in dies augeant rem; peregrinæ genti & toto cælo disiectæ, ac proferendi per fas ac nefas imperii cupidissimæ, nullo præsertim merito post habenda sint. Ad hæc, venales aulicorum animos, & eorum præcipuè, qui magistratus gerebant, cum cæteris artibus, tum efficacissimis omnium scelerum & flagitiorum administris, argento atque aggredi, haud ita difficili negotio in suam sententiam perduxere. In iis, Catualiphi, cui hospitem erat cura concredita, facile persuasum, ut Gamma, per summam officii simulationem, extremam perniciem strueret. Ad quæ facinora, cum Rex ab insita barbaris leuitate ac perfidia coniueretur, de omnibus consilijs

& immi-

& imminente exitio, per Tunetanum quendam Monzaidem, Hispanicæ linguæ peritum, cui cum Lusitanis in Africa olim consuetudo intercellerat, Gamma repente certior fit; eiusdemque suasu quâ occultissimis itineribus ad naues festinè se proripit, eo majore euadendi spe, quòd ab Regia classe per hyemem subducta nullum in præsentia periculum immineret. Igitur è portu in altum euectus; Indo cuidam litteras ad Zamorinum dat; quibus præter acerbas querimonias de hospitio violato, paratisque sibi nulla sua culpa infidiis, hominem hortatus est, vt repudiariis imptobis suasoribus, in pristino consilio permaneret: ac multo plus ex vnius Lusitanix Regis amicitia, quam ex vniuersa Mahometana colluue, fructus & emolumentum sibi promitteret. Ad eas querimonias, etiam atq; etiam purgare se Zamorinus, & omnem culpam in adiuuistros, vetusto regum more, conferre. Quæsiturum se de infidiis, quas Gamma sibi factas dicat: ac, si quem noxium deprehenderit, in eum ita animaduersurum, vt legationis & hospitii sacrosancta iura esse omnes intelligant. Præterea, ad Emmanuelis litteras breue responsum dat; ipsius amicitiam & gentis Lusitanæ cõmercium fore sibi pergratum; cum eo tamen, ne quid ob id in suo regno turbatum existat: ueu qua veteribus amicis ac sociis fiat injuria. Cum eo responsõ Gamma Anchediuam insulam petiit, Iucas à Calceuto circiter quinquaginta, frequentem nemoribus, & pisce omnis generis apprime abundantem. Ibi relictis è longa iactatione locus nauibusque, Deum precatus, vt propitius iterum adesset, reducemque se optimo Regi, prò pinquis, ac patriæ sisteret; in Europam cursum intendit. atque Indicum & Arabicum Oceanum, propter ventorum inconstantiam, lentissima nauigatione remensus, ad Æthiopiæ primum deuenit littora. Hinc Magadaxo vrbe Saracenorum ex irripere diuerberata. Melindem, vt promiserat, appulit: assumptoque Regis legato, Zanzibarè inde petiit insulam cum cetera amœnitate insignem, tum felicibus syluis medica omnium generum mala ferentibus. Inde ab regulo perbenignè tractatus, Mosambicum trajecit; fixaque ibi columna, ad Aquationem sancti Blasii processit. Ac Bonæ spei promontorium denique circumuectus, Hesperidas primum, dein Tercias quas appellant, postremò Olisiponem summo Dei beneficio tenuit Septembri mense anni millesimi quadringentesimi nonagesimi noni, plus biennio postquam indidem abierat, sociis ferme centum, in iis Paulo fratre, morbo & labore consumptis, reliquos in terram egressos circumfusa illico turba, concionis instar, tanquam reuocatos ab inferis certatim intueri: de itinere toto deque Indicis rebus sine fine perquirere: incolumem

HISTORIARVM INDICARVM

aduentum partamque gloriam gratulari: denique eiusdem peregrinationis & laudis cuncti studio & æmulatione paulatim accendi. Emmanuel, aduenienti Gammæ viros ex vniuersa nobilitate primarios obuiam misit honoris causa: & quamuis incertam atque insidam ex India pacem afferret; tamen ob singularem viri constantiam & animi magnitudinē ab omni posteritate celebrandam, & exhausta cum fide mandata, Gammam nouis honorum titulis & vesticigalibus auxit: cæteris nauarchis ac sociis præmia tantis laboribus ac tanto Rege digna perfoluit.

LIBRI PRIMI FINIS.

HISTORIARVM

INDICARVM

LIBER SECVNDVS.



DATFACTA iam India, & incognitæ ad eam diem navigationis ratione vtcunque comperita; primum omnium Emmanuel toto regno supplicationes indixit. Populi circa præcipua templa frequentes iere. Dein, **MARIÆ** Virgini eius navigationis præsidi exstructam olim ab Henrico principe ædiculam in ipso aditu portus Olisiponenfis, miram in amplitudinem exculit auxitque, ac loco in primis illustri, vt ab omnibus conspici posset, ipsius Henrici militarem statuam collocauit. Ad eius templi custodiam & cæremonias, & naualis præsertim turbæ ducumque animos ritè expiandos, eximia sanctitate monachi acciti è Hieronymiana familia: quam Rex præcipua beneuolentia ac veneratione prosequeretur. Locus, desumpto à Christi incunabulis nomine, Bethleem dictus: in primis totius Hispaniæ tum structura tum religione visendus. Et quoniam Gammæ comitumque fama celebratæque, & multiplex Indicarum opum relatum in Lusitaniam specimen, omnium animos in rerum ingentium spem & eiusdem itineris cupiditatem erexerat; tanti consensus ardorisque bono utendum ratus Emmanuel; nequaquã vltra exploratoris nauigiis, verù iustis iã classibus ea maria sibi sulcanda constituit. Nauibus tredecim, quæ aluci magnitudine, & hominum frequentia, & onerum æstima-

estimatione, haud exiguas Lusitani regni opes & copias indicaret. Petrus Alvarus Capralis, claro æquè genere ac virtute vir, summa cū potestate præficitur, Gãmæ interim requie ex lōga defatigatione cōcessa. Huic ab Rege mandatū in primis, vt Christianam fidē religionēmq; in iis regionibus tum serere, tū amplificare omni studio insisteret. dein, vt Calecutanū regē quanta maxima lenitate ac diligentia posset, ad firmam pacem & stabile sœdus alliceret: ille si durū & illiberalē & infidum sese præbere perseverasset; tū verò barbarū scelus, & illatas Vasco Gãmæ injurias vindicaret; cūque nefarijs Christi hostibus justū piūque susciperet bellum. Idcirco, partim ad prædicādum ethnicis Euāgelium, partim ad Christianorum animos procutandos, egregiè pius doctusq; Theologus Hêricus Frãscianus, qui postea Septæ vrbis fuit Episcopus, cū sacerdotibus aliquot in eādē expeditionē est destinatus: & præter vectores naualemq; turbā, ex Lusitana iuuentute, delecti mille & quingēti propugnatores in classē impositi. Capralis litato profectus, anno millesimo quingētesimo à partu Virginis, Martio mense (quem ad iter Indicum maximè idoneū deinde mōstrauit vsus) ad Hesperidas tertio-decimo die processit. circum eas insulas sœda tēpestas coorta classē latè disiecit. è præfectis vnus Ludouicus Piræus, cū ventis ac mari aliquādiu luctatus, incertum quonam proptio incōmodo non tenuit cursum. conuersis ad extemū velis, Olfis ponē inuitus irrita nauigatione repetiit. Cæteri postmodum ex errore ac trepidatione collecti, ad vīsandam Guineæ malāciam, & superandum Bonæ spei promōtorium, lōgiore ambitu capto, cū se in altū dedissent, post mensem circiter in telluris cōspectum vëris feruntur; quā insulam initio rati, continuata dies aliquot secundū littus nauigatione, continētē sine dubio esse cōpetiunt. Ibi ex longa jactatione classem portus excepit, cui, ab egregio situ ac tuta statione, sœcuro nomen impositum. Inde ad cognoscenda loca, gentēque, descensum in terram; & Christiano ritu in atq; subductili sacrificatum, & cōcio de rebus diuinis ab Henrico est habita: barbaris, cū nihil planè perciperēt, tamen occulto numinis impulsu cœlestes cœremonias & sacram concionem admirabili studio ac veneratione celebrantibus. Ex iis vnus cum Gaspare Lemio in Lusitaniā exemplo missus, Regem ac cæteros omnes ingenti lætitia atque animi voluptate perfudit. In eo littore Capralis præalta Crucis vexilla, solenni ritu & precationibus cōsecrata, defixit; à quibus regio sanctæ Crucis in aliquot annos dicta: sed à Brasilo rubro ligno, quod tingendis vestibus inde petitur, superinditum deinde Brasiliæ cognomen, repudiata sanctiore appellatione, tacitus prophani vulgi

consensus & pertinax consuetudo retinuit. Est autem Brasilia novis orbis pars, quam, paulo post Capralis accessum, Americus Vesputius Florentinus eiusdem Emmanuelis auspicijs accuratius exploravit. atque à duobus ab Aequatore gradibus partibusve, ad gradus quinque & quadraginta in Austrum excurrentes, trigoni oblongi speciem refert. cuius basis, in Aequatorem ac Septentriones obversa, ab Oriente in Occidentem recta protenditur. Angulus extremus ignotas ad meridiam regiones attingit. Latus in Orientem spectans, interposito mari, Hesperijs Æthiopijs obiacet. alterum latus à provincia Peruana determinant iuga montium ad eò celsa, ut ipsos avium volatus fatigare dicantur, vno duntaxat, quod adhuc exploratum sit, eoque difficillimo transitu. Regio ferme tota in primis amœna est, cœli admodum iucunda salubrisque temperies: lenium quippe à mari ventorum commodissimi flatus matutinos vapores ac nebulas tempestivè dissipant, solesque purissimos ac nitidissimos reddunt. Scatet ea tota ferme plaga fontibus, ac sylvis, & amnibus inclytis: è quibus (ut reliquos taceam) is, quem Argenteum vocant, leucarum quadraginta ostio in mare fertur ad eò violentus, ut inde nautæ dulces hauriant lactices, priusquam tellurem ex alto conspiciant. Terra partim in planitiem expansans, partim in colles elementer assurgens, felix præpinguibus glebis, & riguo solo semperque vernante, credita semina multiplici reddit fœnore: ac sacchari præsertim est ferax; quod cœlestè est donum, Attico melli multis partibus præferendum, proceris arundinibus condidit natura: è quibus aquaria mola dulcissimus humor expressus, in ahenis ad purum excoquitur, tum formis in panes cogitur ad mœtæ figuram: dein rursus, ubi libuerit, eliquatus, artificum manu pigmentis ad instar cœræ varias in effigies in discretâ panè veri similitudine trahitur. Cuius generis officinæ, præscis ignota, hodie, qua præsertim incolunt Lusitani, passim constructæ visuntur: atque ex ea merce negotiatores vel maximum capiunt emolumentum: siquidem nauibus quorannis in Europam cuncta, certissimo compendio longè lateque diuenditur. Certis etiam è plantis, quas vulgò Copaiabas vocant, inciso per æstatem cortice, in modum balsami liquor suavissimi odoris emanat: cui, cum ad alios mortalium vsus, tum ad curanda vulnera, & cicatrices tollendas, mirificam esse perhibent vim. ex plantæ cernuntur affricu animalium attrita, quæ, à serpētibz venenatis aut à feris icta, ad remedium illud ipso naturæ instinctu se conferunt. At Zabucales, quæ dicuntur, admodum excellæ, magnos ferunt summa duritie calices, ore in terram obverso, & quidem admirabili naturæ solertia

foleteria pyxidatim operto. ijs calicibus nuces castaneæ saporis egregij continentur: quæ vbi maturuerint, excussio confestim operculo, paulatim ipsæ per se in alimenta incolarum ad vnam è calice defluunt. Syluestria etiam sunt Caiusia pyra, apprimè succosa & innoxia; itaque mediis caloribus auidè mâducantur: cæterùm in imo pyro faba quædã extuberat cortice amarissimo, prædulci medulla si torreatur. pyro præterea refrigerandi vis, faba calefatit. Verùm, ex omni genere, palma tribuitur ijs, quos vulgus Anauabes appellat. Planta est humilis, cuius è ramis veluti pinea nucamenta dependent præmolliæ: hæc suo tempore in frustra defecta, gratissimo simul odore ac sapore, non recenti duntaxat edulio sunt; verùm etiam in lögum tempus adseruantur è saccaro. Iam verò, illati in eas regiones ex orbe nostro melopepones, cucumeres, malogranata, ficus, vitesque biferae ac triferae, necnon multiformia mala medica suppetunt. Ad hæc, est videre eomplures alias pomiferas arbotes, quas percensere nimis longum sit; piscesque, & aues eoloris eximij & quadrupedia plurima, sed ferme syluestria, partim nota nobis, partim ignota, in quibus vtrique apparet, quam miris modis ac varijs, diuina sapientia laudat in orbe terrarum. Ex eo numero, vt pauca perstringam, apri sunt amphibij, carnibus optimis ac saluberrimis. ij, quod priores pedes perbreues habent, posteriores autem prælongos; tardiore sunt cursu: itaque deprehensi à venatoribus, quâ proximum est, sese aquis immergunt. Antæ sunt etiam, gentis vocabulo, ad mulæ similitudinem; sed minores, & rostro tenuiore, inferiore autem labro tubæ instar oblongo, rotundis auribus, breui cauda, reliquum cinereæ corpus. eadem lucifugæ sunt, non nisi noctu ad pabulum prodeunt: vbi diluxit, in sua sese condunt latibula. Huius belluæ carnes gustatu planè bubulas referunt. Cotias verò nominant, magnitudine, & forma, & sapore léporum: rufo colore, paruis auribus, cauda ferè nulla. Maiores sunt eiusdem ferè speciei; quas Pacas vocant: rostro tereti ad faciem felis, fusco colore, candidis maculis interstincto: neque carne tantùm, sed & corio ipso prætenore, atque ob id ipsum in delicatiores epulas expetuntur. Cæterùm insolito spectaculo Tatusiæ sunt, ad porcelli magnitudinem: corio squamatim loricato, sic, vt equi cataphracti speciem reddant: ex eo caput duntaxat eeu testudines exerunt; pedibus contractis, & specubus ferme vti euniculi sese continent: hæc quoque carnes palato gratissimæ. Magna præterea vis tigriû est: quæ famelicæ horribili velocitate sunt, viribusque tremendis: eadem pastæ (quod mirere) tanta ignauia dicuntur esse, vt à gregarijs etiam canibus.

canibus confestim in fugam agantur : ad eò cibi potusque satietas ; non homines tantum, sed etiam feras hebetes reddit. Illud verò mirum in Cerigonibus, (sid animanti nomen, buxco colore, vulpula magnitudine) ex eius aluo duæ dependent veluti manticae : in ijs catulos circumfert, & quidem ad eò pertinaciter suo quemque vberi affixos, vt à perpetuo suctu non auellantur, antequam ad partum ipsi per se progredi valeant. Valde etiam inusitata & effigie & natura est animal, quod ab re ipsa Lusitani Pigritiam appellant, Cerigonum ferè magnitudine, sed rostro scædiore ad aspectum, & vnguibus ad digitorum similitudinem prominentibus; Huic, ex occipitio existens coma ceruicem velat, lentoque ipsa ventris adipe verrit humum ; neque vnquam in pedes exsurgit : denique tam tardè mouetur, vt quindecim ipsis diebus ad lapidis iectam continuo tractu vix prodeat. Vicitat arborum folijs, & in earum cacuminibus degit plerunque : quarum in ascensu biduum circiter, tanrundem in descensu ponit. neque verò adhortationibus tantum aut minis, sed ne plagis quidem sustibusve bestiam vel tantillum de insita ignauia ac tarditate dimoueat. Mirandum est etiam genus earum, quas Tamendoas vocant; veruecis altitudine, colore fusco, prælongo ac tenui rictu ; neque eo ad malas diducto, sed modicè ad imum inciso. Vnguibus instructa est quadrupes mirè longis latisque, nimirum ad victum facilius comparandum; namque formicis alitur, quarum latebras vbi crebro vnguim iniectu ac fossione detexerit, illico exertam trium ferme dodrantium linguam immittit exilem, opertamque formicis repentè contrahit, glutitque deceptas. Huic, vti sciuro, valde promissa & setosa cauda pro tegumento est : sub ea quippe ita se condit, vt nihil ex reliquo corpore prorsus appareat. Neque hæc tantum, & alia indidem syluestria, vt dixi, verum etiam nuper à Lusitanis inuenta pecorum & equorum armenta planè admirabili prouentu fertificat. quo magis mirum, vberissimo agro, mitissimo cælo, tam fera & acerba esse incolarum ingenia. Nullos omnino colunt Deos; omnibus tantum & augurijs ad insaniã dediti, & ariolis impostoribusque miserandum in modum questui sunt. nudi æquè viri ac feminae prorsus incedunt, robustis læertis; fluxo à vertice duntaxat capillo; nam cæteras corporis partes identidem expilant: simis, vti Sinarum populi, naribus: æneaque ipsi cute, atro insuper succo pomi Genipapi totum subinde corpus inficiunt. præterea insertos habent iam inde à prima ætate deliciarum causa quidam inferiore duntaxat labro, quidam etiam facie tota prælongos nullius pretij lapillos, terro sanè spectaculo. Gregatim peregrinatur ordine simplici,

pliei, silentio mitis; virum vxor auceit. Carorum aduentum, circumdatis collo brachijs, appresso ad pectus capite, cum effusa conploratione altisque suspirijs primùm excipiunt, viz laborem & incommoda miserantes: momento dein siccant oculos, habentque lacrymas in potestate. Grauidis hatid ita multus in partu dolor, à puerperio facta confestim exsurgit, ac domestica obit impigre ministeria. eius loco (quod vix credat quisquam) in aliquot dies velut æger decumbit maritus. hic officij causa ab amicis ac propinquis inuisitur. huic sorbitiunculæ dantur ad refouendas vires. huic, de gentis more, bellatia & delicata munuscula deferuntur. Numerandi rationem ac litteras ignorant omnes, tantùm tenui quadam traditione, nonnulla de Noe deque diluuiò à patribus accepisse dicuntur: vt valde probabile sit, post dissipatos quondam diuino iussu mortales, nullum huic genti cum nostri orbis hominibus fuisse commercium. Vino ac frumento in hæc vsque tempora caruere, satiuæ radice vicitantes, in fatinam redacta, quam mandiocam appellant. sub eodem tecto, ad inuersæ modum carissæ prælògo, multæ simul familiæ degunt, noctu ad noxia vitanda animalia cubantes in retibus à terra suspensis: viuuntque in diem; & quicquid habent, in commune facillimè conferunt, nihil in posterum solliciti. Natandi arte ad miraculum vsque præcellunt. Sub aqua totas interdum horas, vbi quippiam in imo quærendum est, patentibus oculis vrinantur. itémque laboris & inedia patientissimi sunt. triduum ipsum, vbi penuria ciborum ingruerit, ieiuni traducunt: ijdem, si copia suppetat, à primis tenebris ad lucem vsque in conuiujs & comotatione persistunt. Rectè aut perperam factis, nihil post mortem præmij supplicijve superesse arbitrantur. Qui diem suum obière, eos perinde ac decesserint, vel integro corpore, vel mancos, aut debiles, vulneribusque confossos, descendere ad ortum putant. ergo incremata condunt humi cadavera, addito rete, cubandi causa, necnon edulijs per aliquot dies appositis: quod ita persuasum habent, & somnũ in tetima capere & cibo velsei manes mortuorũ. captos in prælio hostes, (crebra autem inter eos bella excitantur, ac sagittis præsertim vtuntur egregiè) multorum dierũ cura saginatos, ingenti cũ tripudio mactat, voratq; costa verubus mēbra. ex optatissimæ Brasilicis cpulæ sunt. neq; si cui hoc leti genere perire contigerit, malè secũ actũ existimat: quinimmo ad mortẽ pergat alacer ac securus: eduliusque cõtra ipsosmet percussores facinoribus, magnificè in ipso necis articulo gloriatur. Sparsis domicilijs habitant, nullo magistratu legibusve obstricti. lingua nec difficilis cognitu, & vna ferme est omniũ, quos

quod adhuc probè noti sunt, exceptis certarum rerum vocabulis, quæ aliter à viris aliter à feminis usurpantur. Trium ex alphabeti elementorum F. L. R. nullus apud eam gentem est vsus: minimè absurda quorundam animaduersione factum id esse diuinitus, eo quod Fide, Lege Rege, sicuti dictum est, careant: beneficiorum acceptorum immemores, æquè iræ ac libidinis impotentes, ad pugnas & certamina temerarii præcipitesque, vitionis & humani sanguinis avidissimi: ad summam, belluis quàm hominibus propiores, qui quidem mores patrios retinent, ac mediterranea incolunt loca. nam post illatum ab Societate IESV Euangelium, & liberalium artium disciplinas, in vicis & oppida contributi, præsertim qui mare accolunt, ad humanitatem ac pietatem magnis laboribus excoluntur. Verùm hæc suo loco fusiùs. Capite damnatos viginti homines Capralis è Lusitania secum auexerat, pœna mortis in exilium commutata. Ex eo numero duobus ad gentis mores linguamque discendam ibi relictis, (quorum vnus deinde ad illa cõmercia magno vsui Lusitanis fuit) ipse, ne frustra tempus insumeret, ventis in Orientem vela permisit. A Brasilia ad Bonæ spei promontorium inuani trajectu leucas numerant ferè mille ducentas. Oceani sæuientis ventorumque furentium ea præcipuè regna sunt. In id spatium audaciùs quàm feliciùs ingressis Maio mèse Lusitanis, flammeus Cometes horribili specie in decimum vsque diem continenter apparuit. Iamque variate sæpius cœlo pelagoque, atræ ac sordidæ nubes, ad Septentrionem conglobatæ, omnem in se statum quasi reciprocando collegerant: mare languidum erat; insidiosa tranquillitas; nauæ locorum ac tempestatum ignari, ad auram vndique captadâ, totos velorû expandèrant sinus; cum ex iis, quas dixi, nubibus, vniuerso repente impetu sese effundēs Aquilo, transuersas quatuor naues, quarum ad contrahendum minus aptè fuerant arma disposita, inspectantibus cæteris, momento ita euertit obruitque, vt è tanto hominum numero nemo profusus euaserit. In iis Barptolæmeus Diazius, cuius supra meminimus, rei nauticæ gloria in primis illustris, cum è tot iam tâtisque periculis antea fuisset creptus, miserandum in modum interiit. Saluti reliquis fuere vel demissæ raptim antennæ, vel, vbi id non licuit, vela ipsa vento disrupta. Eo tam horrendo spectaculo exanimati qui super fuerant, consanguineos alij, alij caros amicòsque oculis frustra requirere, ad lacrymas & complorationem proni, vtique, ni mœrorem ex interitu alieno sui cuiusque periculi metus obstupefaceret. quippe Borea pertinaciter flante, pelagus identidem intumescere; fluctus modò ad astra ferri, modò ad tartara pœnè imâ subsidere; naues cum extremo salu-

litis discrimine propemodum inter se collidi. Ad hæc, atra caligo & rudentium stridor, & dissionæ voces varia & incerta iudentium, non oculorum modo, sed etiam aurium usum abstulerant. Quin, & salum ipsum interdum piceo, noctu igneo colore tergebant. Viginti ipsos dies tempestas atrocissima tenuit. Lusitani milles quotidie morientes, & cœlestem assidue implorantes opem, qua maris tulit impetus, hac illacque dispersi. Prætoria cum duabus nauibus Bonæ spei promontorium per imprudentiam præteruecta, Primas, quas hodie vocant, insulas tenuit. ad eam tres deinceps circa Sofala oram adjunctæ. Vna, Petro Dia præfecto, per summa pericula & ingentes ærumnas in Lusitaniam rediit. Ita Capralis & tredecim nauium numero cum sex dumtaxat, iisque laceris ac debilitatis, ad Mosambicum accessit. Incolæ, prioris anni clade perterriti, arma inuenta, comincatus, ac duces itineris benignè admodum præbuerunt. Classe refecta, ad Quiloam urbem, atque inde, ne quæquam tentata superstitione Abrahami & amicitia, Melindem eis ventum: & magna regis voluntate renouato fœdere, hospitioque & oratore, que Gamma in Lusitaniam auexerat, in terram exposito; in Anchediuam insulam, cuius antè meminimus, Concanio seu Canaqino Indiæ littori objectam, secunda navigatione trajiciunt. Ibi ritè expiata Lusitanorum crimina, & panè cœlesti omnes refecti. Barbaris Euangelium, quâuis, ut videbantur, ad virtutem ac pietatem propensis, tamen ob sermonis inscitiam promulgati non potuit. Ad Calecutum deinde naues applicitæ: qua re, contra quam plerique putarant, Zamorinus haud mediocrem lætitiâ præ se tulit, ac petenti Caprali haud grauatè se in colloquium dedit: in eo colloquio cum pax & amicitia certis legibus conuenisset; ædes in vrbe Lusitanis ad dinerandum ac negotiandû benignè attributæ: laq. Lusitana gaza exposita: & curâtoribus ad commutationem rerum à Caprale institutis; admirabili securitate sacerdotes Euangelio, reliqui mercimonio dabant operam; cum ab hisdem Ægyptiis & Sarcenicis inuisitoribus, qui ereptam sibi & quæstus materiam & locum apud Regem gratiæ non ferebant; urbana plebs variis artibus & criminationibus nouos in aduenas incitari cœpta. Neque ita multo post, assiduis Mahometanorum stimulis & Nairum aliquot ac principum auctoritate compulsæ; &, quod caput est, presentis prædæ illecta dulcedine, vel inscio, vel consentiente, certè non prohibente Rege, subito arreptis armis, Lusitanorum dluersorium aggreditur. ibi ingenti clamore ac tumultu excitato, claustra conuellerè, fores effringere, per vim conatur irrumperè. Nostri, quamquam improviso malo perterriti, è fenestris tamen

rectisque fortiter primos barbarorum impetus repulere: sed perfollo demum, dirutoque pariete, vis ac numerus ultra sustineri non potuit. hostium ad quattuor millia telis ac sagittis instructa conuenerant. Lusitani septuaginta non amplius in hospitio versabantur. ex iis ad quinquaginta partim capti, partim interfecti, reliqui male multati, in iis Henricus antistes cum sodalibus quattuor, multis acceptis vulneribus, ad classem vix euasere. Fuitque adeo repentina clades, ut antequam e nauibus afferri subsidium laborantibus posset, caeso praesidio, expugnata domus, ac momento direpta sit. Capralis, quamuis tam atroci ac nefario scelere, ut aequum erat, valde commotus; animum tamen praeclare vicir, ac sapienter dolori moderatus est, dum aliqua ratione cognosceret, vtrum ad Calecuti Regem aliqua pars facinoris eiusmodi pertineret. Ast vbi super tali tantaque re nihil sibi neque purgationis neque satisfactionis afferri vidit; procul dubio assanem eius culprae Zamorinum interpretatus, onerarias decem in ipso porra, mercibus & annona refertas, injectis flammis prorsus incendit; nautis partim igne absumptis, partim captis, & ad classis ministeria distributis. cui tanto malo ne subuenirent oppidani, horrida pilarum procella deterriti sunt. Dein, obuersis in urbem maioribus tormentis, aedificia complura disiecta, mortales multi saeva laceratione discerpti. ex iis Naires vnus Regi acceptissimus, cum ad pedes eius repente cecidisset; plenus pauoris in praesens, irarum ac minarum in posterum Zamorinus illico ex vrbe secessit. Caprahs vero egregie vltus suorum caedem, barbaris amplius sexcentis terra marique peremptis, nauibus hostium captis, & in ciuitatis conspectu combustis, quod profectionis tempus instabat, mense Decembri ad Trimunparam Cocini Regem inde se contulit. Cocini regnum a Calecuti leucas ferme triginta in meridiem distat. eiusdem nominis regia vrbs ad ostium Mangaris fluminis, mari introrsum aestuante, ad formam peninsulae cingitur. Aedificia, mores, instituta ferme eadem quae Calecutanis. Indicarum vero frugum, & aromatum, ac piperis praesertim, ager longe feruiliior. Rex tum aliis de causis Zamorino clauerat in sensus, tum quod Monopolio Calecuti instituto, mercaturam ab suo ceterisque regnis penè per vim auerteret. Accedebat metus e nimia Zamorini potentia ac propinquitate; cui se & reliquos Malabaricos Reges multis nominibus videbat obnoxios. Atque ut maioris amicitiae fideique custos est timor; ex ea seruitute ac periculis

LIBER SECVNDVS.

57

eripi se vehementer optabat. Capralis, cum è regione Cocini ja-
 ctis anchoris constitisset, quòd omnis Malabatici nominis si-
 dem iure suspectam habebat; neque se neque suorum quemquam
 incolis credendum existimauit. Michaël erat quidam Christianus
 è Iogue, paucis illis diebus Henrici & sociorum opera ad Eccle-
 siam adscriptus; Indiæ rei bene peritus, & magna apud omnes
 existimatione. Hunc, tentandi fœderis & amicitia causa, Capralis
 ad Trimumparã legat. Rex, qui de Lusitanæ gentis opibus, & rei
 bellicæ gloriâ, deque rebus cum alibi rum ad Calecutum gestis
 multa inaudisset; iam antè in eius nationis admiratione ac bene-
 uolentiam excitatus; quasi inopinatam aliquam hæreditatem, sic
 oblatam eius amicitia facultatem auidè attripuit. Datis vltro ob-
 tidibus nobilissimis, mita liberalitate de commercij legibus cum
 Caprali decidit; & singulari diligentia ac sedulitate, per impigros
 ministros, æquo admodum pretio, mercibus Indicis aduenarum
 naues quã primùm onerandas curat: eorùque procuratoribus pro-
 pria in suo regno sedè ac domicilium dat. Dũ hæc ad Cocinum ge-
 ritur, legati à duobus finitimiis Regibus, Colani & Cananoris (re-
 gionũ & oppidorũ ea nomina sunt) Caprali, si ad eorum portus cõ-
 meare vellet, commercium & amicitiam longè optimis conditioni-
 bus detulere. Quis ille condiciones, quòd cum Trimampara iam
 bona fide transegerat, in præsentia repudiauit: animum & volun-
 tatem accipere se, & libenter vtriusque propensione & officio testi-
 monium in Lusitania daturum esse pollicitus est. Cananoris ta-
 men Regem, quòd multo enixius egerat, constitutis Cocini
 rebus, in reditu sibi adeundum putauit. Ea vrbs abest à Cocino leu-
 cas in Septentrionem quadraginta; portu in primis capaci tutòq;
 oryza importata venatur incolæ: carne, pisce, pomis abundant: ac
 præterea pipere, cardamom, gingibere, tamarindis, cinnamo,
 & myrobalanis: ad easque digerendas merces, non exiguo diuinæ
 bonitatis argumento, tellus plurimis concisa æstuariis flumini-
 busque, nauigia vsquequaq; facillè aditu admittit. stagna quoq; pas-
 sim occurrunt ingentia, grandibus pleni lacertis ad Crocodili ef-
 figient: ij tergoris datitæ, cõchiliorũ instar, impenetrabili, enormi
 capite, duplici dentium serie, horrendo protus hiatu in hominem
 furenter inuadunt. Eorum halitus oris est struillinus: ac contra
 in eadem regione serpentium & anguam a sed teter ac noxius, vt
 afflatu ipso necare perhibeantur. Vespertiliones quoque sunt mul-
 ti, deribus & rostro vulpini, miluij magnitudine: præcipuo in ho-
 noce mensarum. Ælificia moresq; cuiusmodi ceteris Malabaribus.
 Rex, inaniam Deorum simulacra colit: Brashmanica disciplina,

& sacris initiatus, vr reliqui. Ab eo Capralis oratorem ad Emma-
 nuelem accepit, & vsurpandi magis commercij & amicitia causa,
 quam quod nouis oneribus multum loci superesset, complura fru-
 gum Indicarum pondo ibi coemittiq; Occidentē Ianuario mense
 cursum instituit. Plenis velis euntem, viginti maioris formæ naues,
 multis refertæ millibus armatorū, Zamorini iussu frustra insequen-
 tæ Indico transmissio Oceano, è sex onerariis vna vadis circa Me-
 lindem inhaeriticius armamentis ac spoliis ne Saraceni potirentur,
 concrematus alueus, insiru uenta machinæq; bellicæ consultò de-
 meritæ: quas tamē Rex Mombazæ deinde expiscatus, in Christiano-
 rum damnum perniciemque conuertit. Inde Capralis itinere solito
 circumuectus Africam, Iulio denique mense exeunte mistū ingēti
 dolore gaudium in patriam retulit: quando tot vel eorum vel
 fortium virotum interitus quantauis pecunia diuitiisque compē-
 sari minimè posse videretur. Eodem anno, incertus quo loco res es-
 set Indica, Emmanuel Ioannem Nouam Callæum, nota fortitu-
 dinis & prudentiæ virum, cum nauibus quattuor Caprali subsidio
 miserat. is, paulo infra Æquatorem primus insulam inuenit,
 quæ a salutari MARIÆ Virginis Conceptione denominata est.
 inde nusquam occurrente Caprali, Melindem delatus; dequē
 ipse in Lusitaniam reditu, & Calcutana eadē & insidiis, mul-
 torum sermone certior factus; Cananorem petiit, regemque ho-
 norificis verbis Emmanuelis nomine salutauit. Inde præter Cal-
 lecutanam oram Cocinum proficiscenti classis ingens nauium
 plus octoginta apparuit: quam Zamorinus haud dubia victoriæ
 spe, ad Lusitanos in ipso Cananoris porta opprimendos, celeriter
 miserat. Neque deterritus tanta multitudine Ioannes, nauibus,
 ad faciliorem circumactum vsuque tormentorum, in altum
 euectis, assidua iaculatione prælium ad solis occasum præclare sus-
 tinuit: neque vnquam hostibus, tanto superioribus numero, lo-
 cum ad conferendas manus, seque circumueniendum reliquit. Pa-
 ronibus nouem, onerariis decem depressis, epibatis amplius
 quadringentis desideratis, Calcutum postridie moesti Malaba-
 res, in uersa lugente cimitate, rediere. Ioannes, egregia parta victo-
 ria, gratulantibus regulis, Cocinum adit, naues per otium ope-
 rauerit, felicique successu ouans in Lusitaniam iter intendit. Trans-
 uectus inde Bonæ Spei promotorium, aliam insulam patefecit, quæ
 sanctæ Helænæ, cuius rum dies natalis agebatur, est appellata: no-
 dico quidem illa circumitu, sed salubertimo cælo, aquis optimis, &
 egregia frugum & carniū copias loco præterea ita opportuno, vt
 ad recreandas è longo itinere Lusitanorum classes, diuino consilio
 ibidem

ibidem enata videatur esse. Minus è sententia per idem tempus nauigauit Consalvus Cœlius: qui cum sex nauibus in Brasiliam destinatus, amissis locorum ac tempestatum iniuria quattuor, nil nisi rubrum lignum & simias psittacôsque in Lusitaniam retulit. Interea Eminentissimus, cognitis rebus in India gestis, classem parauit nauium viginti, rebus omnibus instructissimâ: quæ vel auicis præsidio, vel hostibus terrori esse posset. huic iterum Vascus Gamma cum summo totius Arabici, Persici, & Indici maris imperio præfectus, cum Olisipone maturè soluisset, ex itinere Abrahamum Quillox tyrannum, tanto apparatu perterritum, Emmanueli stipendiarium fecit, imposito annuo tributo, quod duum millium miticalium, vt ipsi appellant, vel aureorum summam haud excederet. Inde cum in Malabares trajecisset, ingentem Saracenorum nauem & militibus & omni telorum genere paratissimam, Calecuti redeuntem expugnat: in ea Mahometani permulti interempti, Mecani ad pseudoprophetae sepulchrum superstitionis causa peregrinantes ac pueri ex eadem secta complures Christianis præceptis imbuti baptizati que sunt: quos Gamma Olisipone postea templi Bethleemici ministerio dedicauit. Ab ea victoria Cananorem adiit, Regique & oratorem suum, & ab Emmanuele per multa dona cum litteris reddidit, ac renouato sœdere Cocinũ tendit. Ibi dũ sui Regis negotia conficit, repenti legati affuere à Christi cultoribus iis, qui non longè à Cocino Cranganorem habent urbem, è vetustissima illorum stirpe, quos beatus quondam Apostolus Thomas ad sanam religionem ac fidem, à Brachmanarum fabulis & impura superstitione traduxit. Is Indiam prouinciam in orbis terrarum distributione sortitus, Socotoram insulam Arabici maris fertur adire primũ: dein, multis ibi factis Christianis, trajecisse Cranganorem. in ea ciuitate cum multos item Christi filios peperisset, Cotanum petiit: neque ibi frustra disseminato Euangelio, trans iugam montiã ad oram orientalem ingenti labore contendit: multisque locis, ac præsertim in Coromandelis regno Christiana re bene gesta, petrexit in Sinas, quorum ea tempestate celeberrimum erat nomen; ac diuini verbi sementem in eo quoque nouali facere instituit. Atque haud pœnitenda collecta fruge, templisque ad Christi cultum edificatis, in Coromandem ad reuiscendos & confirmandos in fide neophytos rediit. Coromandelis caput ac regium erat urbs Meliapor; quam vetustate bellisque dirutam nuper Lusitani, deducta eò militum emeritorum colonia, frequentarunt, ac turrita appellatione, honoris Apostoli causa ab sancto Thoma denominatur: in ea urbe sacrã adem exstruere aggressus Apostolus, cum à demonum

sacrificulis & ab Sagamo rege prohiberetur; res interim insignis accidisse perhibetur, ad Christi virtutē & fidē Euangelij eō probandā. Inusitata magnitudinis truncū, vt sit, in litus eiecerat mare, quod eo tēpore leucas ferē decē ab vrbe distabat. Eam Rex materia cū in vsum ædificij cuiusdā vehemētē expeteret, robusti primum homines incassum funibus ergauisque amouere conati; dein adhibiti complures elephanti, eū toto connixi impetu nihil omnino proficerent; Apostolus Regi conditionē tulisse fertur, si truncum illum sibi ad templum vero Deo ædificandū daret, nullis machinis, nullo mortalium adiutore, sese protinus eum ad urbem attracturum. Cū rex, insanite videlicet hominē ratus, per ludibriū annuisset; tum diuus Thomas zona, qua erat præinctus, ad prominentem ē caudice ramusculum annexa, signo tantū facto Crucis, immanem stipitem facili ductu sequentem, vniuersa ad spectaculum effusa ciuitate, in ipso pomgrio statuit; ibidēque delixa lapidea Cruce, vaticinatus est, eū ad eum lapidem vsque perueniret pelagus, iū Diuino iussu ē remotissimis terris candidos homines ad eadem, quæ ipse intulisset, sacra instauranda venturos. Neq; sefellit prædictio. Siquidem sub Lusitanorum appulum, occultis tot anporum accessibus locus Oceano demum allui captus. Verūm ab eo signo cæterisque virtutibus, cū Thomæ verbis maior in dies accresceret fides, Brachmanas autem, suco & fallacijs parta iam auctoritas, iam sagina deficeret; accensus rabie quidam ex ijs, sædum ac ferum facinus mali dæmonis instinctu conseruit. Filio admodū puero ipsemet necem intulit, vt haberet vnde peregrino & inuiso capiti erimen exitumq; constaret. Citatus ad Regē Thomas, cū accusator ab eo per summā indignationem & querimoniam pœnas filij extincti repeteret; contra, Thomæ discipuli, affinem aut omnino consciū eius culpæ magistrum negarent; nihil opus esse coniecturis & certaminibus ait Apostolus, ab ipso met, qui occisus dicatur, omnem optimē cognosci rē posse. perit vt eius publicē interrogandi potestas fiat. nihil recusatu ab aduersario: & eunctis tā inaudita rei expectatōne suspensis, cadaver in mediū affertur. Tum ad exanimē puerū Thomas placido & sereno vultu cōuersus: Agedū, inquit, per Christū, quē ego Deū prædico, palā & sine ābagibus puer prome; quisnā huiusce tati sceleris autor exstiterit. Mirū dictū: ad Christi nomē, frigidus & exsanguis corpusculo vitales cōfestim rediēre spiritus: & clara voce, vt ōnes exaudirēt, Thomā certū summi Dei legatū: & ipsius odio, ad struendā illi calumniā, nefarias à parēte sibi manus illatas esse cōfirmat. Hac tā illuxi tāq; admirāda testificatione fractus calumniator obmutuit.

Sāgamus propēso iā atē ad credēdū animo, Christianā deinde fidē ac religionē sine vlla dubitatione cōplexus est. Regem ex amicis & popularib⁹ imitati cōplures. Brachmanis, quamquā detecta diuinitus fraude, & pulso in exilium parricida, pertinax tamē & cæca mansit improbitas. cū lætos Christianæ rei progressus, & neglecta Dcorū simulacra ferre nō possēt; facta cōspiratione præconē Euāgelij è medio tollere omnino cōstituūt. Tumulus erat nō procul ab vrbe: quò Thomas idētidē, è Christi disciplina, secedere, propitiādi æterni Regis & sui recolligēdi gratia, cōsueuerat. in eū locū, tēpore captato, Brachmanæ armati cū sui similibus impetū dant. ibi Apostolus dū ad Crucē, alienato ab sensib⁹ animo, Deū pro salute hominū & eius præsertim populi deprecatur; telis primū ac lapidibus appetitus, dein ab vno è Brachmanis læcea trāsfolius occubuit. venerandū corpus inde sublatū à discipulis, & in tēplo nuper ædificato cōditum est. Accessit martyrij nomine, & memoriæ causa, fragmentum hastæ, quæ inhæserat costis: & baculus præferatus, quo ille ad peregrinationes utebatur: & vrna fictilis cespitate inserto, nempe qui manantem è sacris vulneribus cruorem ebiberat. exinde locus multis miraculis claruit, ac magnus eodē ex omni parte concursus, voti & religionis ergò, fieri cæptus. Hæc ferme Indi sciscitantibus Lusitanis, non è fama solū, sed etiam è veterum annalibus edidēre. quin egregias Thomæ laudes, ac mortem pro Christi nomine fortiter obitam, pueris Malabariibus patrio carmine decantare mos est. Sunt qui cū tribus Magis, qui ad Christi liberatoris incunabula cum muneribus adoranda, Sybillæ Indicæ (vt se runt) monitu, stella duce tetenderant (quo in numero Pirimal Ceilani rex ponitur) Thomam in Oriente cōgressum: de quæ immanti trunco miraculum non Meliapore, sed Cranganore perpetrante dicant, ac postremò in Calamina vrbe mactatū regis imperio, (qui Sagamo defuncto successerat) ac sacrum deinde corpus Edessam Mesopotamiæ translatum à Christianis fuisse cōtendant. Vt cum que res habeat, (nam ego meam interponere sententiam in tali re tanroq; locorum & temporum interuallo non ausim) satis constat, Apostolum in Coromandelio tractu, Gægeticæ sinus, palmam tulisse martyrij. nec dubium est, quin ex diuini viri præceptis atque institutis ingens hominū multitudo, varijs Indiæ dispersa regionibus, in hæc vsque tempora, Christi nomen fidemque tenuerit: quamquam ex Armenij Patriarchæ Nestoriani placitis, à quo Episcopus paulo antè hanc memoriam accipere consueuerant, multis vitijs & erroribus inquinatā. alioquin, Apostolicas cæremonias magna ex parte obeunt. altaris & ysteria religiosè

venerantur, eoque viatico, decedentes à vita, se muniunt. Aduentus Domini & quadraginta dierum solenne ieiunium diligenter obseruant, quotidiana psalmodiæ & sacris insistent; & cum alia Christi Domini Sanctorumque festa ritè concelebrant, tum verò præcipue paschaliū feriarum octauam, quã Dominicani in albis vocamus, quòd eo demum die incredulus antea sanctus Thomas, indito in Christi latus ac vulnera digito, Dominum suum ac Deum suum præclara testificatione confessus est. alia præterea multa ex maiorum traditione diligenter obseruant, eo maiore fidei & constantiæ laude, quòd ob id ipsi non modò a Mahometanis hominibus acerbè vexantur, sed etiam ab regulis Ethnicis in seruitutè redacti, cum alias indignitates & contumelias perferunt, tum verò sedem ac domicilia iniquis pensionibus redimete subiinde coguntur ijs, aduentu Lusitanorum, noua diuinitus affuisse lux visa. Consilio inter se habito qui Cranganorū incolunt fines, ad Gammam in propinquo versantem legatos (vri orsus eram dicere) destinant quorum summa orationis fuit, se & vetustissimos Christi famulos esse, & hoc ipso Lusitanici nominis cupidissimos: multa se à barbaris indigna quotidie pati: petere & orare, vt Emmanuelis Regis nomine se suaque omnia in patrociniū fidemque recipiat. Sub hæc, deditiois inligne, sceptrum argento decoratū Gammæ supplices detulere. Quos ille benigno vultu, comiter & amicè complexus, bono animo esse iubet: vel in primis mandatum sibi ab Rege Lusitanæ affirmans, vt Christi fideles, quotquot in eâ regione supersint, omni ope atque auxilio subleuet: nondum id sibi per Calécutorū insidias & quotidiana vitæ discrimina licuisse: ac nē tū quidem ob angustias temporis, reditu sanè iamque imminente, posse illis quam vel maximè cupiat operam studiumque præstare. Cæterum, quæ prima se occasio det, enixè curaturū, vt non sine causa Christiani omnes in regum Lusitanæ pietate opibusque, certissimum suæ salutis commodique præsidium esse cōsuetam inte ligant. Interea, si qua necessitas incidat grauior, ad Lusitanum confugiant præfectum, quem summo cum præsidio in India relicturus. Is erat Vincentius Sodreus, cuius, Emmanuelis iussu, Gamma sex ornatissimas naves ad maritimam oram tendam reliquit, vt Saracenos & Arabas ab Indici littoris accessu & commercij prohiberet. Interea Zamorinus varijs artibus atque fallacijs Gammam ad se perlicere & circumuenire conatus, cum nihil ei procederet, Trimumpata per litteras ac nuntios alterius rogando minandoque suadere etiam atque etiam instituit, Gammam & comites vel sibi proderet, vel certè è suis finibus

in perpetuum exterminaret. Cui tam impudenti postulato, fortius ac liberius quam a barbaro expectari posset, semel iterumque respondit ille: se nullis neque promissis neque terroribus adduci posse, tantum ut in se facinus admittat, iusque naturæ simul ac gentium violat. Si quid ab se petat, quod salvo officio præstare possit, id verò se libenter ipsius cauta vel cum damno facturum. Quæ viri constantia vehementius irritatus Zamorinus, in Lusitanos primum, deinde in Tiinuparam ipsu appetere grassari constituit. Rebus iam transactis, Gamma reditum in patriam maturabat. certior ea de re ab exploratoribus factus Zamorinus, ad Calecutanam oram appropinquanti classem opposuit nauium vndertriginta, eò certiore victoriae spe, quæd Lusitanicæ naues ipsis, oneribus impeditas, profus inhabiles ad pugnam putabat fore. Sed eum longè sefellit opinio. Siquidem in barbaras duas, reliquum agmen aliquanto spatio antegressas, Christianæ tres eximia celeritate velis inuectæ, tantum primo congressu terrorem intulere, ut nauæ militiæque tentata vix pugna illico se in mare deiecerint. quorum ferme trecenti è schapis inter enatandū occisi: cetera nauigia eodē metu perculsa, qua cuique proximum fuit, turpi fuga litus petente. nec fugientibus instipit Gamma, propter grauitatem onerum, veritus ne qua in breuia per imprudentiam incurreret. in captiuis duabus haud spernendæ merces inuentæ, in ijs pretiosa fictilia & argentea vasa permulta, itenique simulacrum aurèum librarum ad sexaginta, horribili admodum specie: huic, luminū erant vicē, duo primæ notæ smaragdi: è pectore autem claritatis eximiæ pyropus, castanæ pæne magnitudine, radiabat. amiculum aurèum plurima & vtriq; de mote gemma distinxerat. rebus hisce raptim flammæ subductis, aliei cum armamentis in conspectu omnipium incessi. Gamma, rebus terra marique ex animi sententia confectis, cum ex itinere Cananoris Regem denuò salutasset; Mosambicum ad naues reficiendas, atque in Olisiponem læto cum reboatu cantuque incolūmis appulit. Egre dientem in terram excepere, Emmanuelis iussu, principes nobilissimæque viri quam plurimi: qua ille celebritate ac frequentia, cunctis ordinibus maiorem in modum gratulantibus, regiæ petijt. Auxere illius dici lætitiæ, cum naues permultæ varijs è regionibus eodem tempore in portum inuectæ; tum in pompa laustis omnibus & magno populi applausu prælati aurei in argenteo disco vectigal, quod Abrahamus Quilox tyrannus eò primum anno pepēderat. Ex ea pecunia Emmanuel auream pyxidem in Sacrosanctæ Eucharistiæ usum faciendam locauit: ac mixto artificio perfectam, pretiosisque ornatam

lapillis, in æde Bethleemica posuit. At Zamorinus interim aduersis rerum suarum euentibus quotidie magis in rabiem accendi: & quod Calecutanas opes in dies imminui, Cocinenses maiorem in modum augeri conspiceret, assiduis inuidiæ stimulis agitari; Trimumparæ verò libertatem in respondendo, pertinaciam in Lusitanis omni ope tuendis, ferre nullo modo posse. Quibus rebus per se iam satis ægrum & exulceratum animum, egregij scelerum omnium artifices Mahometani facillè perpulere, vt ipsi Trimumparæ bellum inferret: ac quoniam preces ac minæ parum prodesse, vi armisque ad Lusitanos tradendos hominem cogeret. Quæ de re consilio principum indico, plerique, vt sit, quò inclinatum Regis animum sentiebant; eò præcipitem sua sententia impellere nitentur. vnus Naubeadarinus Zamorini sororis filius, & successor designatus, omne consilium belli suscipiendi gerendiq; discutere frustra conatus est; quandoquidem Zamorinus nonnihil eius oratione & auctoritate commotus, reliquis tamen instigantibus, dolori potius & iracundiæ, quàm rectæ rationi ac salutari- bus parere consiliis, vt plerique mortales, animum induxit. Igitur, vt Lusitanicæ classi præsidio Trimumparam exueret, qua illum vnâ re potissimum niti præclare nosset; bellum terra maximè sibi gerendum exitimauit. Eoque consilio exercitum omnem ad Papanain, cuius antè meminimus, vicum, sexdecim à Cocino leucas, coëgit. Ea suere armatorum ad quinquaginta millia. Cuius tantæ molis tantique apparatus nuntio Cocinum allato; fremere plebs, aduenarum gratia se in capitis ac fortunarum discrimen impelli; nomen Lusitanum diris omniib⁹ execrari: ipsos ad eadem inquirere, ac sustulisset proculdubio, ni Rex eorum vitam firmissimo. Nam præsidio munisset. Principes verò ac dyastæ eodem perterriti metu, Trimumparam supplices etiam atq; etiam precari hortariq; temporî cederet, Zamorinum placaret, denique ignotæ amicitie & incertæ dispendio, regni salutisque aleam sine cunctatione redimeret. Quibus cum Trimumpara obfirmata resisteret mente, nihilq; sibi tanti esse vel vnquam fore affirmaret; vt legationis & hospitij violaret ius, fidemq; datam Regi Lusitanicæ falleret; dyastæ plerique, desperata Concinensi re, ad Zamorinum vnâ cum amicis & clientibus transfugere. Quos imitati postmodum Europæi duo, Christiano indigni nomine, quos alij Illyricos alij Insubres fuisse perhibent; deserta fide ac religione, tormentariam fabricam, & æris confandi scientiam, cuius erant peritissimi, sanè graui Christianæ rei damno, barbaris prodidere. neque impunè cessit eis perfidia. siquidem post annos aliquot,

quot, agnoscentes errorem ac scelus, cum ad Lusitanos reditum pararent, a Malabaribus illico deprehensi, & concursu populi crudeliter interempti sunt. Dum hæc a Zamorino parantur, Sodreus, ora Calecutana vastata, Cocinum peropportune cum sociis appulit. Eius adventu Rex & Lusitani paululum respirarunt. Sed, ille simul edoctus quanto in periculo res esset, simul infimis precibus rogatus ut milites in terram exponeret, seque cum Trimumparæ copijs mature coniungeret; contra omnium expectationem animo profus obdurato respondisse traditur: Sibi maris custodiam ab Emmanuele commissam. Si maritimum instaret bellum, se officio præclare functurum: quandoquidem terra gerenda res foret, Rex cum suis ipse sibi consuleret. Ab hoc responso, gementibus Lusitanis, percusso Rege, ad fauces Erythræas obsidendas rectâ contendit: Arabumque sex nauibus in itinere captis, præda ditatus ingenti, ad Curiam muriam insulam, haud longè ab Aromata promontorio, quâ in Septentriones obuersa est, in anchoris constitit. ibi dum in Mahometanos porrò immineret excubatque; Maio mense ineunte atrocior Boreas vehementi procella naues allisas ad saxa comminuit: ipseque Sodreus vnâ cum Elasio germano fratre, tum spreti Lusitanici sanguinis, tum destituti Regis amicissimi ac fidelissimi, pœnas horribili naufragio & & repentina morte persoluit. Fectur, antequam id accideret, ab incolis identidem admonitus, uti statim & anniuersariam eam tempestatem caueret; quamquam obtemperantibus aliis nauarchis, & in tuta secedentibus loca; ipse tamen cõtumaci vultu, verbisque insuper contumeliosis optima consilia respuisse. Hæc ferme de Sodreis fratribus aduerso rumore vulgata; quamquam eos admodum locuples auctor Ioannes Barrius liberare culpa videtur, affirmans non ab Sodreis desertum Regem, sed epixè operam deferentibus, instante iam hyeme remissum ab Rege. De vtriusque tamen exitu Barrius idem haud sanè discrepat. Cæteri, qui mutata paulo antè statione periculum euitarant, ad placandas caelestes iras Cocinum repetere, & laborantibus suis opem ferre sine mora constituunt: sed incensæ officio voluntati haud ita respondit euentus. Petro quippe Ataidio duce, cum Indicum pelagus traiecissent, aduersis tempestatibus ad Anchediuam insulam hyemare coacti. Interea Lusitani, qui Cocini versabantur, tum de sua tum de Regis optimi salute solliciti, ac singularem yri constantiâ atque animi magnitudinem valde admirantes, ab eo magnopere petiere, uti se ad Cananoris Regem nauigare permitteret. ibi sine cuiusquam periculo tutos ad nouæ claisis aduentum futuros.

ruros. Quibus ille respondit, bono essent animo, ac diuina prouidentia fiderent; quæ bonas causas, cum in extremum discrimen venissent; tum maximè subleuare consuesset; de profectioe verò minimè cogitarent. neque enim se permissurum, vt quos semel in tutelam atque amicitiam recepisset, ij, se viuo & conseruente, ad alienam opem supplices ac vagi confugerent. Simul ceteros, ne despondeant animum, hilari vultu & aceminodata ad tempus oratione adhortatur. ac quanta maxima potuit celeritate, copiis ex vniuerso regno contractis, opportuna loca præsidij firmat, fossas repurgat, nouas circa urbem munitiões vallumque perducit: in primis verò, quoniã Repelini vada (is locus abest à Cocino leucas non amplius quattuor) ad exercitum traducendum hosti erant petenda; Naramuinum sororis filium, eximia spe summæ virtutis adolescentem, hæredem regni destinatum, ibi cum Nairum quinque millibus & quingentis opponit. ad eum Laurentius Morenus & aliquot Lusitani spectatæ fortitudinis viri vltro se adiungunt. Zamorinus per vates & sacrificulos ad proficiscendum omnibus diu captatis, signa denique ad Repelinum ptomouit. ac priusquam traicere conaretur, noua ferri flammaramque denuntiatione Trimumparam aggreditur, ni Lusitanos relinquat. eum ille minas omnes tectoremque præ officio ac fide contemneret: copiam traduci a Zamorino, quæcunque vada patebant, illico cceptæ. Sed resistentibus acriter Nairibus, non sine magna suorum eade, semel iterumque repulsus, ab innata mobilitate animi reditum cogitare apud se cepit; atque, vt iniçia sese dabant, rei difficultate deterritus, procul dubio signa tetro vertisset; ni pertinax Brachmanarum & Mahometanorum in Trimumparam & Christianos odium acriter obstitisset. eorum adhortationibus animatus ad ccepta profectuenda, per oeuulos internuntios quæstorem Trimumparæ ingentibus præmiis promissisque corrumpit, vt per occasione stipendij numerandi, quamplurimos è Naramuini præsidio ab signis abducat. eam sibi ad transitum occasione fore. ille per specie aduersæ valetudinis in castra venire se posse dissimulans, quaquã egroferente Naramuino, dimidiã ferme Nairum partem in urbem euocauit. quos cum sub vesperum Naramuinus ea lege misisset, vt ante lucem castra omnino repetent: Quæstor extractio in multam diem negotio, tota de re Zamorinum per eosdem nuntios admonet. ille, ne tantam opportunitatem frustra elabi pateretur, omnibus eunivis viribus, nõ sustinente iã impetum Naramuino, exercitum, sartinas, atque tormenta partim actuatijs, partim vado traduxit: ac Naires vigiliis fessos & infrequentes, facta impressione, in palme-

Cocino proxima cōpulis. ibi Naramuinus, multis acceptis vul-
 neribus, magna vicissim edita strage, fortiter dimicans, vna cum
 duobus alijs regijs iuuenibus cadit. reliqui fuga dissipati, variis iti-
 neribus in regiam conuenere. Calecutanus, iam se intendentibus
 tenebris, vltra cedenti hosti non institit. Postridie, tam insigni pat-
 ta victoria, Trimumparę fidem iterum per cōmunes amicos, mi-
 stalque precibus ac terrore litteras, tentat. ille, quamuis è tanta
 clade, ac præsertim ex amissa regia sobole, insigni dolore accepto;
 tamen (quod vix credibile videatur) stetit animo, condiciones pa-
 cis reiecit. collectis reliquijs Nairum, & omnis generis vndiq; co-
 acta multitudine, aduentanti Zamorino se rursus obiecit. Ea quo-
 que pugna victus ac profligatus, accepto insuper vulnere, nihil ha-
 buit prius antiquiusve, quam vt Lusitanos, eorumque res omnes,
 à cædis & direptionis periculo eriperet. Vaipinum est insula Coci-
 no proxima, sacri & inuiolati apud barbaros soli, ac præterea sita
 & operibus munitissima. in eam insulam aduenas cum eorum ga-
 za raptim transferendos curat. dein cum egregia manu armato-
 rû sublequutus ipse celeriter: vt si minus loci religione certè mu-
 nimentis armisque hostem arceret. Omnes ferè procures, vt supra
 dictum est, ad hostes turpi defectione transierant. Vnus Vaipinen-
 sis dynasta Trinum parę sese fidem comitem amicumque ad finē
 vsque fortiter præbuit. At Zamorinus, haud segniter vsus victoria,
 Cocinum penetrat; urbem flammis iniectis vniuersam incendit;
 Vaipinum contempta religione haud semel aggreditur; sed cum
 ignominia semper ac damno prohibitus, aduentante iam hyeme,
 in proximum ver distulit, bellum. interea, ne Trimumpara Cocinū
 repeteret, castella in vrbis ruinis nonnulla excitauit, & cohortes a-
 liquot in eo præsidio statuit. ipse tã secundis rebus elatus ac tumi-
 dus, Mahometanis ac Brachmanis effusè lætantibus, ad gratias in-
 anibus diis agendas Calecutū reuertit. ibi, æraria officina instituta
 per duos, quos diximus, fidei desertores, & alios quorum industriã
 magnis præmijs fouebat incitabatque, omnis generis tormenta
 machinalque ad vrbium excidia cōparabat: cum è Lusitania subitò
 nostris admodum laborantibus affuit Franciscus Albuquerqueus,
 omnibus belli adiumentis instructus. is, Petro Ataidio cum ceteris,
 qui ad Anchediuam hyemauerant, ad suas naues adiuncto, Vaipi-
 num rectã contendit, ac Trimumparam Emmanuelis nomine tum
 verbis amicissimis erectum animatumque, tum ad regiam tuen-
 dam personam præsentem pecunia subleuatum, exso & fugato Cale-
 cutano præsidio, in Regnum Cocini summa omnium gratulatio.
 ac restituit. Inde, populando vrēdoq; perduellium recta sacraq; nō.

vno loco hostes vel inuitos in certamen extraxit; multisque militibus
 in praeliis exiguo admodum suo detrimento cecidit. postremò op-
 pida quoque aggressus, primò Chiriuapinum, dein Cambalanum,
 tum alios ignobiles vicos, dynastis, qui ad Zamorinum defecerant,
 vel interfectis, vel in fugam actis, ingenti ardore militum expugna-
 uir, incenditque. Ab ea expeditione, maximo gaudio & infinita
 eum actione gratiarum, à Trimumpara exceptus, pro amicitia
 petiit, vt quoniam inter eas nationes ad eò infesta ad eam diem
 vita Lusitanorum fuisset; castellum ad eorum corpora & res tuen-
 das ædificare sibi Cocini liceret. quod Rex ad eò prolixè liberali-
 terque concessit; vt è suis etiam palmetis, quoniam cæmienta non
 suppetere, præcipua firmitate materiem in eam ædificationem
 excidi quam primù iusserit: dein loco in primis idoneo area dimensa
 & inchoato iam opere; dudù expectatus è Lusitania cù iuuentutis
 robore superuenit Frãncisci patruelis Alphonsus Albuquerqueus, is,
 qui rerù deinde gestarù gloria Magni cognomè est cõsecutus. eius
 accessu, Lusitanis Indisque certatim insudantibus, breui consum-
 marum castellù, & in eo templum Diuo Barptolentæ dicatù est:
 vt magno utrùq; consilio ac pietate, sic modico sumptu elegantiq;
 Sacrarum ædiù & arcium, quæ variis Indiæ locis per alios aliosque
 præfectos deinde per otium absoluta sunt, lignea illa prima ædificia
 quasi typos ac proplasmata iure quispiam dixerit. Eo munimento
 perfecto, supplicatio a Lusitanis habita: signù pèdētis è Cruce Do-
 mini sub umbella pretiosa per multas instauratæ iam vrbis partes,
 præcinentibus tubis cù religioso tripudio ac festa saltatione præ-
 latum. pōpa ad arcem vsque perducta, & cùm arx ipsa, tum in ea tẽ-
 plum precatatione solèni à sacerdotibus cõsecratù eo maiore lætitia
 q̃ illo primù die Romana Ecclesia diuinis in rebus, Lusitana gens
 in humanis, Indiæ possessionem adire quodammodo videretur. Post
 hæc, Albuquerqueus vterque ad perdomandam Zamorini ferociam
 nouas excursiones fecere. vastatus in primis Repelinensis ager,
 pagi ac villæ complures inflammatæ ac dirutæ, nauigia capta ac di-
 repta permulta, deniq; bello passim circumferendo, tantum terro-
 rē omnibus circa populis intulere; vt Zamorinus ipse, præsertim
 suadente Naubeadarino eodem, qui bellum antea dissualerat, ora-
 tores pacis & commercij petedi ad Lusitanos miserit. cui conditio-
 nibus iis datum est fœdus, vt & eodem Calecuti factam, & direpta
 mercimonia aquis æstimationibus compensaret: itemque ab la-
 cessendo armis Trimumpara in posterum abstineret. In hac ferme
 leges pax cõuenit, ac rursus cù Zamorini popularibus amicè agi &
 contrahi cæptum. Eadem fama permoti iadudum tutores Colani
 Regis,

Regis, (nam ipse per etate potens regni nondum erat) per legatos item fœdus & amicitiam petière. Quibuscum eo libentiùs iuncta dexteræ, quo majores in omnem partem opportunitates habere visa res est. Etenim Colanum vrbs, quattuor & viginti leucas à Cocino in meridiem sita, in primis totius Indiæ antiqua & opulenta censetur. ex ea Calcutum & aliæ Malabarici soli olim ductæ coloniæ. abundat mercibus; portum facili præbet accessu. ac præterea, multis familiis veterum Christianorum incolitur: quæ res longè etiam vehementiùs Lusitanos ad societatem gentis allexit. Igitur illis præcipuè cautum in fœdere: multis & grauibus iniuriis liberati, eorumque fortunis ac dignitati consultum. Instituta communi consensu amicitia, tabulisque commercij ritè confectis, domicilium proprium Lusitanis in vrbe Colano attributum. eò cōfestim negotiatores cum scribis & custodibus immigrarunt. Accessit rei diuinę procurandæ causa Rhoterius Dominicanus; is, & morum integritate & doctrinę præstantia, paucis diebus multos mortales partim in recta fide confirmavit, excoluitque: partim ab stipendiis demonum ad Christi signa traduxit. Eodem anno, quo hæc in India gerebantur, (is fuit à millesimo quingentesimo tertius) nauarehi aliquot ad com meatus Arabicos prohibendos Olisipone profecti, Zanzibaris Regem, malis coactum, stipendiarium Emmanuelis fecère. iteni que Brauæ liberę ciuitati, leucas cis Melindem centū, annum vectigal impositum. ipsi verò Melindensi Regi, cum à Mōbazæ tyranno valde premeretur, sanè opportuno tempore lata suppetiæ. tyrannus ab armis discedere, & propè iā victo Melindensi pacem dare coactus est. Cum terra marique negotia Lusitania prospeto admodum procederent cursu, & simul in varias regiones adius Euangelio patefieret; tranquillam iam à Calcutano res, vnus hominis cupiditas & amentia perturbauit. is, Cocinensi apothecę præpositus, cum nauē Malabaricam pipete onustam præteruehi cognouisset; repente, vel auiditate prædæ, vel priuato in Malabares odio incitatus, mittit qui eaptam sine mora Cocinum pertrahant: nauæ eum se Zamorini amicos & populares clamarent; Deumque & hominum fidē testarentur, se ipsius missū Cranganorem petere; nihilominus Lusitani in incepto persistunt. coorta pugna, sex Malabres interfecti, complures vulnerati: nec Lusitanis inuentum certamen fuit. Expugnato nauigio, in Cocinensem apothecā piper omne cōuectū. Ea re cognita Zamorinus cōfestim ad Franciscum Albuquerqueium mittit, qui tantam injuriā exoptulenti. ille eum rē negligeret, nec modò ablata reddere, sed ne factum quidem vlla ratione purgare dignaretur, eniuero

Zamorinus continuò exarsit iracundia, coalitanique recens amicitiam indignabundus abruptit. Hanc ego dirèpta pacis ac societatis causam, Damianum Goesium & Hieronymum Osorium sequutus, in medium attuli, haud sanè ignarus, in hoc etiam ab us dissentite Barrium, culpamque omnem in Zamorini mobili animo utcunque transferre. Sed regis chronographis a me, praesertim in re tali tantaque, temere fides abroganda non fuit. Ceteram Zamorinus, ut dicere institueram, acri dolore se è sensus, primum edicta omnia decretaque in rem Lusitanorum facta extemplo reuocat; dein armatos parones ad intercipienda onera circumquaque dimittit; postremò ad evertendum Trimumparam, Lusitanosque ex India pellendos, majore quam vnquam antea conatu copiisque se comparat. Ex quamquam inexpiabili in utrosque odio ferebatur; bellum tamen distulit consultò, quoad Albuquerqueij fratres, onustis iam non vno loco nauibus, ex India abscederent. Quibus de consiliis Trimumpara litteris amicorum ac nuntiis nature certior factus, cum Francisco (nam is praerat summæ rerum) egit etiam atque etiam, ut ad eò difficili ac periculoso tempore quam humilissimum sibi suisque praesidium in discessu relinquat. Sed neque proximæ calamitatis memoria, neque imminens Lusitanicæ rei discrimen, neque optimi & constantissimi Regis obtestationes precesque flectere Francisci animum valuerunt, ut naues plus tres cum ceterum & quinquaginta dumtaxat propugnatoribus daret, praefecto Eduardo Patieco viro fortissimo; nimirum, ut in tanta deinde paucitate cum militum virtus, tum verò diuinæ opis praesentia clariùs appareret. Post hæc, Albuquerqueij fratres vterque simul, verum exitu dispari, in Lusitaniam vela dedere. Franciscus, incertum qua clade quove infortunio vna cum sociis in itinere perit. Alphonsus, quamuis magnis jaectatus procellis, tamen circa finem Iulij mensis, noui minorè questu quam gloria, sospes in urbem Olisiponem introiit. Post eorum profectioem, solutus metu Zamorinus, palam terra marique bellum ciebat. ducenta amplius nauigia, magnam tormentorum copiam, elefantos complures, arinatorum millia circiter sexaginta contraxerat. Eo terrore Cocinum allato; multi confestim in Masabaris interiora dilapsi: ac vix capitis pœna preposita cohiberi populus potuit. Ex reliquis copiis ægre milites ad nutha triginta conscripsi; quorum tamen paulatim numerus, partim transitionibus partim effugiis, vix ad decem millia rediit; nec ea quidem admodum forti animo, vel integra in Trimumparâ hinc. Ergo tota parè belli moles in Lusitanos incubuit. Solennes tum forte agebantur feriae, quibus cœlestes iras, in omne genus humanum intentas, olim suo potissi-

potissimum capite Christus excepit. Ea recordatione ad omne decus ac pietatem incensi Lusitani, vicissim vitam pro Christi nomine effundere gestiebant. Itaque tanto inferioribus copiis, nullum periculum reculare, caput libenter in discrimen offerre, & periculosissimas expeditiones certatim sibi quisque deposcere. Eduardus quoniam multis partibus vno tempore dimicandum fore non dubia conjectura prospexerat, primum ad Repelini vada novas munitiones objecit: dein Cocinensi arce multis locis instaurata, nouum insuper propugnaculum ad portus introitum excitauit. ad hæc, naues & scaphas maiores, vt ad subita occurrerent, omni genere telorum ac tormentorum instruxit. At Zamorinus, vti proximo bello fecerat, Repelini transitum & vado, & actuariis longo ordine confertis tentauit primum: dein magna suorum caede bis rere repulsus, cum in angusto loco se multitudo impediret, & a nostris in confertam turbam irrita nulla iacula inciderent; Repelinensis dynastæ monitu ad loca minus vadosa, verum patientiora descendit. ea re cognita, Pariecus cum expeditis celeriter anteuertit: rarusque paucitatem consilio adiuuandam, noctu sudes præacutas toto patissim vado figendas curauit: postridie hostes magno impetu transire conati, partim se præustis cuspidibus induerunt, partim accedente æstu obruti; partim assiduis missilium nimbis vulnerati occisique: pars etiã, quæ vel nandi peritia vel beneficio lincium in vltioriẽ tuaserat ripam, acriter dimicantibus Lusitanis, aut cæsi, aut in flumen detruli. Zamorinus, vbi aperta vi parum proficere se intelligit; ad insidias de more cõuersus, percussores, transfugarum specie, in Eduardum occultè submittit: hosce ille diuinitus deprehensos tonuctosque Trimuparæ tradidit; in quos arbitrato sito consuleret. pretio dein conducti, qui veneno inficerent aquas: eo item scelere per indices patefacto, excubiæ ad fontes intenta cura dispositæ. Rumor ad hæc de industria dissipatus, Concinense præsidium cæsum, naues captas & incensas: ac sollicitati circã populi, vt in nostrorum stationes & apothecas impetum facerent, uomẽque Lusitanum omne deleterent. ea quoque fraus Dei beneficio patuit. Quo tam infelici rerũ euẽtu, cum valde angeretur Zamorinus; tũ ad infringendos eius conatus, dira morbi lues accessit: qua multi ex ipsius exercitu fœdè absumpti; multi etiam & contagionis metu & belli difficultate perterriti, diffugere. tamque susceptæ expeditionis auctores execrantem, ac desperatis penè rebus, de pace ac de reditu cogitantem, injecta repente spes confirmauit expugnandi Lusitanicas in ipso Cocinensi portu naues; quo vno subsidio, vt supra diximus, Trimuparam vel maximè niti non ignorabat. Mahome-

tanus quidam erat, Coiesalles nomine, machinarum peritus. is ad
 Christianorum nauigia superanda, Malabaricis multo celsiora, e-
 iusmodi artificium ingenti omnium approbatione commectus est:
 Binis paronibus, valido & à puppi & a prora signo inter se comif-
 sis, turres erigebat; è quibus deni amplius homines in subjectas
 onerarias turres ejaculari possent. Huiusce generis machinas octo
 cum adornasset; Zamorino ignaro talium rerum, & adulatorum
 turba circumfluente, tanta victoria fiducia subito accessit; vt Eduar-
 dum ad se uinctum perduci sine mora imperauerit. Verum ille per
 exploratores tota de re pramonit^o, nouas vicissim in onerariis ma-
 chinas excirarat. ac quo die commissum est prælium, (is erat in
 cælum ascendenti Christo Domino sacer) nauium puppes, ne à
 tergo circuiti possent, ad litus applicuit: præterea, ad ascendendum
 congressum, prominentes a prora malos obiecit: precatuque im-
 mortale Deum, vt in ea quoque sibi pugna, sicut in cæteris, propi-
 tius adesset; inuictò animo, per exigua manu, ducentorum ferme
 nauigiorum impetum excepit. Ardentes primùm pyra ad Christia-
 nas naues inflammandas immisit: quibus accessu prohibitis, & in
 cōspectu omnium frustra consumptis; tū demū turrita nauigia ne-
 quit quā admoueri cæpta. Siquidem præter ipsam machinæ formā
 duplici præsertim clauo, ad regendum inhabilē, æstus quoq; maris
 tum fortè rapido accedens tractu, gubernādi arbitrium nautis ad-
 emerat: ergo, & magistri gubernacula huc illuc frustra torquere,
 & remiges irritò conatu in aduersum maris impetum tēdere; & in-
 festo rostro in nostros directa nauigia repētè modo in obliquum,
 modò in cōtrarium sisti: nihil iam loci consilio vel arti esse: neque
 moderatores inter se constare; nec remigium clauo, neque clauus
 magistris parere: aliò nauialis turba, aliò duces & propugnatores
 vocare, aliò cuncta simul æstus abripere in eo tumultu, cum sagit-
 tarum multitudo cælū pænè inumbraret; & crebris hinc inde ful-
 getris, horribili cum strepitu radiantibus, omnium generū visque-
 quaque tela volitarent; è turribus octo vix duæ ad onerarias ægre
 tādè appulsæ. in quas destinato ictu maiores globi a nostris subin-
 de contorti: laxatisque cōpagibus, partim auulsæ è suis scilicet ta-
 bulata, cum ipsis epidatis in aquam magno sonitu decider; partim
 dissiliens vndique fragmentis, confusati permulti, ingen-
 tem pauorem ac trepidationem cæteris intulère. Ad eum casum
 clamor à nostris terra marique sublatus; & integrata pugna tanto
 militū ardore; vt Calecutani, multis passim occubentibus, attoni-
 ti patientesque certatim terga conuerterint. neque vllis ducū Re-
 giue ipsius aut minis aut hortamenti sibi fuga potuit. contento

eutsu remotas Malabaribus insulas, & intima penitus æstuaria pe-
 nere; quinque circiter ab initio belli menses effluerant. eo toto
 tempore Zamorini copias valde imminutas esse constabat. pesti-
 lentia, mortalium ad tredecim millia abstulerat; totidem ferme
 hac illucque distulerat metus. variis præterea certaminibus, ma-
 gna parte nauium ac tormentorum amissa, ex ipso militum robo-
 re millia plus quinque ceciderant. Zamorinus infeliciter iam to-
 ties in arua coortus, cum & hyems immineret, & noua insuper è
 Lusitania classis adesse diceretur; abjectis belli consiliis, ipso diui
 Ioannis Baptista natali die vasa collegit, ac retro ad Pananem tri-
 stissimas abiit. Brachmanæ auguresque, quod belli suasores & im-
 paisores semper fuissent, veriti ne in ipsorum caput calamitas
 verteret; culpam tantæ acceptæ cladis in inalè obseruata auspicia,
 neglectas religiones, & vota minus fideliter persoluta, cuncti ex
 composito reiecerunt. Hisce artibus mendaciumque sacrilegi impo-
 stores existimationem suam egregia simulatione tutati, Zamorino,
 vanis superstitionibus misere obnoxio, ingens ditatum injecta
 formido, regni administratione vicariis tradita, ipse interim æ-
 ger animi, ac mœrore pænè confectus, in autam solitudinem
 cum exiguo comitatu, ad placandos commentitios Deos & ex-
 pianda peccata secessit. At Lusitanorum, eo toto bello, cum om-
 nium, tum verò Eduardi præcipuè Patrieci virtus enituit. Is & ante
 prima signa fortiter dimicando, & insidiis maturè præcauendis; &
 disponendo milite, & muniendo vbi res postularet; & omnia mili-
 taria munera impigre obeundo, acerrimi simul bellatoris & du-
 cis eximij laudem omnium testimonio est consecutus. Quam-
 quam attentias belli progressam & euentum æstimantibus, di-
 uina potius quam humana tota res visa. quando tam multis Ma-
 labaribus ex vtraque parte cadentibus, Lusitanus tot præliis desi-
 deratus est nemo, ac nauium insuper aluei non semel trajecti ac
 perforati sine vllius dâno feruntur; & fulmineo excussæ rotam fer-
 reæ pilæ, irrita plaga (quis credat?) obuiis quorundâ exceptæ pecto-
 ribus. Quas ob res Christo, salutis humanæ parèti, supplicationes
 habitæ, & solèni ritu, pro ea quæ tum suppetebat copia, sacrificatû
 est. Redeunt è prælio Patriecum Trimumpara per quam arcè co-
 miterque cõplexus, immortales eius virtuti ac fortitudini gratias
 egit: nec modò regnum, sed vitam salutemque Lusitanis haud vno
 iam nomine acceptam ingenuè tulit. Interea multo litteris & nun-
 tiis certior factus Emmanuel, quanto in periculo res Indica versa-
 retur; Lupum Soarium Aluarengam cum nauibus duodecim
 subsidio suis laborantibus miserat. is, quâquam ab Eduardo parta

iam antè victoria, magnum tamen ad Cocinense regnum & Lusitanica negotia stabilienda, momentum attulit. Siquidem Zamorinus & quotidiano matris conuitio, & assiduis populariũ precibus in patriam reuocatus, bellum, eadem qua deposuerat leuitate, reparare terra mariq; instituerat. Iãq; ad Crãganorem oppidũ terrestres naualesq; copias intentiore delectu habito contrahebat. Eius rei fama Cocinum allata, Lusitani circiter mille, Naires ad duo millia confestim eò profecti, recens ædificata ab hoste nauigia primũ expugnant, præfecto rei maritimæ cũ duobus filiis interempto: dein exscensione facta, eodem impetu Naubedarini peditarum fundũ fugãtq; cum Cranganori oppido injectæ flãmæ; Christianorũ tamen tectis, ac præcipuè sacris MARIÆ Virginis & Apostolorum ædibus, temperatum est. Per idẽ tẽpus Rex Tanoris, (ea quoque Malabatica est regio) cũ finitimis bellis admodũ premeretur, à Lusitanis auxilium petiit; seque ni aspernarentur, Emmanuelis vectigalem fore professus est. Illi extemplo aliquot Lusitani manipuli: quo ille subsidio, cũ breui superior hostibus euassisset; terris, vti receperat, legibus in Regis Lusitanix societatem ditione inq; concessit. Inter hæc, Indico mari ab Lusitanis vehemẽter infesto, Calecurana commercia magis in dies imminui. negotiatores & inquilini partim ad suos lares, partim in aliena regna migrare. In iis mereatores Arabes, omnium ditissimi, cũ ad Mecam reditum patarent, pecuniam & pretiosissima quæq; in naues imposuerant, sub Lusitanicæ classis discessum illico vela facturi. Nõ sefellit ea res Aluarẽgam. Continud Pandaranæ portũ scaphis audacter inuectus, onerarias Arabum septendecim instar muri inter se colligatas, omni telorũ genere ornatissimas, & propugnatoribus refertas, vi cepit, ac direptas incendit. Pertinacibus animis vtrinque certatum est. è Mahometanis duo millia; è nostris viginti quinque, non amplius, interfecti: vulnerati ad centum & triginta. Inde, relicto cum tribus nauibus ad Cocinum tuendum Emmanuele Vastoncellio, opimis spoliis onustus Aluarenga Lusitaniam petiit, comite itineris Eduardo Patieco: cuius egregiæ virtuti, immortalibusq; erga se promeritis, Trinumpara debitum testimoniũ scriptis ad regem litteris tribuit. Ei testimonio cũ aliorum etiã litteræ sermonesque astruerent fidem; Emmanuel talem ac rãtam indolem in obsuero latere nequaquã est passus. ac præter ceteros honores, aduenienti Eduardo publicè priuatimq; habitos, præclara quoque viri facinora pro conciose diligenter exposuit, ornanitq; Regis iussu Iacobus Ortizius Visensis Episcopus: idemq; cæteris in oppidis Lusitanix factitatum. dein, vt in communi causa

commune gaudium esset; ad Christianos omnes Reges principesque, ac Romanum præcipuè Pontificem, Emmanuel in eadem sententiam accurate perscripsit. diu celebrati sermone omnium nationum tam noui tamq; admirandi rerum euentus; gratiæ ubique ingentes actæ Deo; nec parum inde Lusitanico generi ac nomini dignitatis accessit.

LIBRI SECUNDI FINIS.

HISTORIARVM

INDICARVM

LIBER TERTIVS.



De tam secundo successu rerum, Emmanuel Orientis opes imperiumque animo & spe in dies majore complexus, percunctando à regionum peritis & navigationis tabulas, quæ ex India depictæ subinde referbantur, attentius cõtemplando, ita comperiebat: Indicę negotiationis præsidia & quasi claustra præcipua esse tria: Adenum Arabiæ, & Arnuziam insulæ Geru (Ogyrim olim fuisse quidam haud absurdè cõjiciunt) prænobiles vrbes, quarum altera Arabici, altera Persici sinus ostium obsideret: itẽmque Malacã, Sincapura-no impositam freto; quod, propter loci opportunitatẽ, Sinarum, & Lequiorum, & insularũ penè innumerabilium mercimonia commearent: ergo, ad ea loca vel sædere sibi adjungenda; vel armis, ubi res exigeret, occupanda; studiũ omne cogitationẽq; conuerterat; ratus, id quod res erat, eam vnã expeditissimã rationem esse totius maritimi quæstus ac mercaturæ ab Ægypto Syriæque in Lusitaniam transferendæ. Non scellẽre ejusmodi cõsilia Saracenos & Arabas viros, & in suis occultandis voluntatibus, & in alienis odorandis explorandisque admirandæ sagacitatis. Itaq; Zamorino per aulicos & Brachmanas persuadẽt, vt quoniã Indicas classes Lusitanicis & robore nauium & armorum apparatu inferiores tot iam euentus ostẽderint; ab Ægypti & Arabiæ ac Syrię Rege Cãpsone, quem

quem Sultanum appellabant, aduersus comunem hostem auxilia accersat. Missus in eam legationem cu amplis muneribus Maïmames, Mahometanæ superstitionis cultu notissimus, miscendo consilium precibus, modò Campionem obsecrabat, vt religionis auita causam sulciperet, ac propheta sepulchram, & popuïares, amicosque & consanguineos a quotidianis Lusitanorum iniurijs ac latrocinijs vindicaret: modò suadebat, vt sibi quoque vestigalibusque suis maturè consulcret. Gemem ab vitimis orbis terræ terminis in partem Indici commercij vix ante quinquennium precatio admissam, tantos iam sibi summissis spiritus, vt leges Oriënti dare, iura publica inuadere, Asiaticas opes per summam audaciam interuertere, quibus denique visum sit, navigatione ipsa interdicerè minimè dubitet. Qui tam longinquis ac periculosis expeditionibus talia moliantur; quid tandem, si domicilium ac sedè in Asia fixerint, non ausuros orientem flammam vel exiguò latice, adultam iam & grassantem, non nisi ruina opprimi & extinguï. Proinde nascenti malo pro sua pietate ac prudètia quàm primùm occurreret. Ad extremum peteba, vt classem aduersus Lusitanos quantam possèt maximam, remige ac milite instructam, ad India littora mitteret. Calecutanum conuictus, pecuniam, portus, ac cætera necessaria affatim prabiturum. In eandem sententiam orator etiam ab Adeni regulo, vir clarus è pseudopropheta stirpe, disseruit. Haud vana asserbant. etenim Campson & Mahometici dogmatis se præcipuum assertorem, ac Mecanæ domus, quæ in eius erat imperio, præsidem ac tutorem terebat: vt imminutum eius cultum negligere salua dignitate non posset: & post Lusitanorum in Indiam aduentum, ac merces in Occidentem auersas, maiora in singulos annos rei pecuniariæ damna sentiebat. Igitur & regum feciorum sualu, & sua ipse voluntate ad pellendos ex India Lusitanos vehementer incubuit. In præsentia, legatos quàm optimè sperare iussos, & premisis ingentibus regio more oneratos, dimisit. Cæterùm mox de apparatû bellico, deque ratione perficiendæ rei, deliberanti multa occurrebat, quæ quamuis incitatos hominis impetus admodum retardarent, primùm communis Mars & incerti bellorum euentus; dein periculû ne, Lusitano oppugnando, totius Eurôpæ arma in se conciret; postremò adificandæ instruçdæq; classis difficultas: quædè & materia cædua, cum in Ægypto non suppetat, longissimè petendæ: & informes tritemiû aluei mèbratim à Cairo seu Babilone, quo interfluo Nilo Méphcos obiacet antiquæ ruinis, Sueziû vsque, rubri maris emporium, per solitudines arenosas & auias transtuchendi

forent, atque ibi demum compactis carinis ornandi deducendique. Quocirca, antequam ancepirem belli subirei aleam, sibi recandum existimaui, num quid denuntiatione magni alicuius periculi ac minis apud Christianos proficere posset. Primum igitur, per idoneos homines rumoribus dissipatis, omnium aures bellicis terroribus cōpler. dein artificiose submittit, qui Maurum monachum Hispanum, antistitem templi eius, quod in Arabia monte Sina reliquias diuæ Catharinæ virginis martyrisque conseruat, metu, ne quid in sacram ædem grauius consulatur, supplicem ad se compellant. Hunc ergo, simplicitatis antiquæ virum, qui regum ignoraret artes, pauentem ac timentem, Campson cum minacibus literis ad Alexandrum eo nomine sextum Romanum Pontificem mittit, in quibus erat, se a duobus Christianis Regibus Fernando & Emmanuele tandem intolerandis iniurijs affici, ab altero Mahometanos omnes Baticæ finibus, nulla ipsorum culpa, per summam indignitatem exterminatos, alterum, Africæ, & Arabia, & Indiæ cetera annuis classibus infestam habere; nautas & mercatores in seruitutem abducere; aditu religiosissimæ ædis, quæ ad Mecam sit, plurimos omnium nationum mortales areere. quod hac Rex vterque, societ ac gener, nulla prouocati iniuria, contra ius naturæ ac gentium audeant; se quoque vicissim Christianos, quotquot in suo imperio sint, ad Mahometica sacra metu proseripcionis & exilij cōpulsurum; ac præterea antiquissimarum religionum Christianas ædes ac monumenta; quæque in Ægypto & Arabia, quæque in Iudæa ac Syria visantur, cum ipso Christi sepulchro cœcisorum & cœrematurum esse. Quæ si Pontifex salua cupiat, ac suorum incolumitatis curam gerat, Regem vtrumque pro sua potestate quam primam ab ea mente consilioque deducat. Has ergo querimonias minasque Campson ad Pontificem maximum detulit, haud dubius, eas magni vtiq; apud Hispania Reges fore momenti, quibus prope hereditario iure nihil Christiana religione prius aut potius esse didicerat. Alexander, Senatu super tali tantaque re habito, monachum ipsum ad Emmanuelem, ex quo eorum suscipi cuncta cognosceret, mittit. Hunc demissè precantem, vt ab lacecendo Ægypti Rege desisteret, ac tot Christianis mercatoribus, tot religiosi hominibus, tam venerandis Christi Sacrorumque reliquijs pro sua pietate cōsultum velle, bono animo esse iubet Emmannel. neque enim Campson studio Mahometica superstitionis, aut abominandi montis meti cura, sed in minutis peccatorijs reditu usque torqueri quæ detrimenta quando ita vehementer hominem exercent; nequaquam commissurum, vt Christianis negotiatoribus è suo re-

gno pellendis, & celeberrimis templis, ad quæ ingens quotannis
 hominum vis, religionis causa, magno cum ipsius emolumento
 confluat, euerendis; nouam insuper iacturam certissimi quæstus
 & vectigalium faciat. Nam quod Fernandi soceri iniurias, de
 quibus ad eam diem quæstus non sit, quartodecimo demum an-
 no (tot enim ferme a pulsus è Batica Mauris effluxerant) adeò a-
 cerbè, tam dolenter exposulet; cui non apparere, causas quæri
 accusationum & criminum; & sordidissimæ cupiditati auaritia quæ
 inanem speciem caritatis religionisque prætendi? Proinde Chri-
 sti famulus poneret metum, nec barbari fremitus ita se tanto-
 pere perhorresceret. Hisce verbis confirmatum antistitem, pe-
 cunijsque ad exornanda Orientis templa, ac pauperes alendos,
 copiose instructum, Rex Lusitanus Romam remittit; ac simul ip-
 sum Pontificem Maximum per litteras omni sollicitudine liberat.
 Ipse verò, quæ erat prudentia & animi magnitudine, tam dira Sul-
 tani comminatione adeò non exterritus est, vt magnam etiam
 voluptatè inde perceperit. præclarum quippe sibi Emmanuel duceb-
 bat, immanem bellua, quæ ad eam diem Lusitanica arma superbè
 contempserat, quasi adactis ad vitalia telis, deniq; cõmoueri. Quo-
 circa ad cœpta profequenda, duplo pènè maiorem, quam superio-
 ribus annis, classem instruxit. eique præfecit Franciscum Almeida,
 virum cum cætera illustrem, tum quod fortem ac fidelem operam
 in Bætica expeditione Fernando nauarat. Huic magnopere in dis-
 cesso præcepit, vt quoniam ad ea, quæ iam dudum agitabat animo,
 & assiduitate copiarum ac ducum, & spatio temporis opus esset;
 arces aliquot opportunis Africae Atq; locis exstrueret, quæ Lusit-
 anis & facilem in remotas regiones excursum; & tutum, quoties-
 cunque res postularer, receptum darent. Præcæsus, cum ad VIII.
 Kalend. Aprilis, qui dies cœlesti ad Virgine nuntio est sacer, nauibus
 duabus & viginti faustis omnibus Olyponæ solussset anno mille-
 simo quingentesimo quinto, Franciscanis aliquot fratribus & cle-
 ricis alijs rei Christianæ causâ in eam peregrinationem assuptis;
 octauo Idus Aprilis ad Hesperidas processit. inde cum ad superan-
 dum Bonæ spei promontorium nauarchi in meridiem cursum ex-
 tendissent; vehementi Aquilone vique adeo in remotas ab Sole
 regiones prouecti sunt; vt classarijs præ nimio frigore manus pro-
 pmodam obriguerint. Inde ad Orientalem Africae oram extem-
 plo flexere, & secunda nauigatione paucis diebus Quiloam est vè-
 tum. ibi Abrahænum tyrannum callidè tergiversantem, & annum
 stipendium Emmanueli recusantem pëndere; Almeida cum arma-
 tis delectatione facta, ex vrbe per vim exegit: eiusque loco Maho-
 mctem

metem Aneoninum, acceptum incolis virum, & expertæ in Lusitanos fidei, Regem, solenni cum apparatu imposita capiti aurea corona, constituit. Dein situ ad maritimos aditus æque ac terrestres in primis commodo, arx ædificari cœpta ingenti alacritate nauticorum & militum, cumque labor in orbem iret, ipsæque Almeida & cæteri principes, ad exemplum, suam obirent vicem; non die non nocte intermissum opus, vigesimo die absolutum est: arcique ab Diuo Iacobo inditum nomen, quod eius Apostoli die ipso natali vrbeni expugnassent, ac tyrannum inde expulissent. Constitutis Quiloz rebus, & firmo præsidio arcis imposito, itæque nauigijs ad oram tutandam relictis, Mombazam petijt classis. Ea vrbs in parua eiusdem nominis insula, quam æstuarium efficit, excelso ad conspectu tumulo posita, portum habebat duobus propugnaculis munitum: in quibus tormeta à Lusitanico naufragio nuper extracta, vt supra diximus, barbari collocarant. ijs cum aduentantem classẽ aditu prohibere conarentur, nostrorum ictibus breui dissectum vtrumque castellum, ac liber introitus Almeidæ patuit. missis deinde ad tentandi reguli animum nuntijs, cum nihil pacati responderetur; Almeida trisariam ad ortus vrbem, Assumptæ in cœlum MARIA Virginis die festo vi cepit, ac direptam incendit. multi ex hostibus interempti, multi in seruitutem abducti. Regulum, inter ipsam dimicationem desperata victoria, fugientem syluæ rexere. Transmisso inde sexdecim diebus Oceano, Anchediuam insulam tenuit classis ea insula, quod in litus immineret Indieum, ac tutam stationem nauibus præbet, ibi quoque ex Emmanuelis præscripto castellum excitatum. Hinc Almeida Cananorem traiecit; ac summa Regis voluntate ad tuenda mercimonia optimo loco arcem exstruxit, præsidioque communijt. Per idem tempus Lusitani qui ad Colanum agebant, contracta temere cum incolis & Arabibus rixa, ad vnum omnes interempti sunt. Eius rei cognoscendæ ac sedandi tumultus causa, Laurentius Almeida Francisci filius classe profectus, cum superba responsa tulisset, commisso prælio, Arabum onerarias ad viginti magno ardore militum captas incendit. quo ite in prælio illud in primis accidit memorabile; pila è maiore tormento in scutum Ioannis Homini Lusitani cõtorta, ad ipsius pedes sine vlla profus latione defluxit. Interea grauis iam ætate Rex Cocini Trinumpara, de gentis more deposito gubernaculo, se in solitudinẽ ad colendas Brachmanarum superstitiones receperat, ac sororis filium Naubeadoram natum inorem hæredem reliquerat regni, maiore præterito, quod nuper in bello Calecutano ad Zamorinũ vnã eum alijs principibus defecisset. is dolore incensu-

missi patrimonij, cùm nouum deinde Regē uexaret exerceretque, ac popularium sollicitare animos non desisteret; profectus Cocinum Almeida, Trimumparæ iudicium ac uoluntatem ratam uoluit esse: donatum pretiosis muneribus Naubeadoram in fidem recepit, ipsiusque patrimonium ac regnum, Emmanuelis auctoritate opibusque constituit dein inpositis mercibus naues duodecim anno insequente in Lusitaniam remisit: ipse ad res Indicas administrandas, regesque socios tuendos, (quod ita in mandatis habebat ab Emmanuele) Cocini permanfit. Plures tum è Lusitania classes, nondum exploratis ad plenum tempestatibus, eodem anno deinceps, ut quæque parata erat, in varia cogniti nuper Oceani littora mittebantur. Itaque paulo post Almeida profectio, vir egregie fortis, Castellano patre natus, Petrus Gnaia, nauibus sex ad Sofalã uenerat, ut arcem in eo tractu, si qua posset, adificaret; ac simul in auri pretiosa commercia Lusitanos induceret. Tenebant ea loca tum Saraceni, ab vrbe Magadaxo primùm, dein à Quiloa profecti; & ingenti lucro cum finitimis Catribus, qui in Monometapæ Regis imperio varijs locis aurum effodiunt, Indicas vestes & alia mercimonia commutabant. Sed inter Quiloanos tumultus Prætor eodem missus Izufus, uir astutus & audax, desecerat nuper ab tyrano Abrahamo; perque fraudem in eius terræ possessionem inuaserat. Ad hunc, iam ætate confectum, & leuibus captum, Gnaia cùm adisset; primùm ostendit, quantum ex Lusitanorum societate & commercio utilitatis capere posset: dein petiit, ob eam ipsam rem, uti ad merces custodiendas castellum in iis sinibus adificare sibi liceret; id non magis aduenis, quàm incolis præsidio contra finitimorum incursiones futurum. ac simul de Regis Emmanuelis benignitate opibusque multa disseruit. Ille, non tam ratione societatis adductus, (quippe qui nec Lusitanorum mercibus indigeret, & graues accolas fore procul dubio cerneret) quàm fama perterritus eorum, quæ ad Quiloam ac Mombazam erant gesta, per herosificè accepit uirum, ac postulatis in speciem libenter annuit: quamquam acriter obsistente Mengo Mulalo genero, uiro acri & bellicoso: quem senex ea potissimum ratione leniit, fore ut Lusitanos insolita cœli intemperies, & loci grauitas, ac palustres humores paulatim absumerent, vel certè sic afficerent, ut à paucis armatis deleri sine periculo possent. Gnaia dynastem spe liberaliorem nactus; locum quæ flumen in mare effunditur, adificationi designat. & quod camenta non suppeterent, casas è robusta materia raptim exstructas, duplici uallo, & propugnaculis, & fossa circumdat. Neque ita multo post, uti prædixerat Izufus, aduersa ualitudine

tentati

ventari aduentæ capti; paucisque diebus ad eò peruagata vis febrili
est, ut ex vniuerso præsidio vix quadraginta superessent, ad arma
ferenda, & vigilias obundas idonei. Quam occasionem ratus
Arabs de medio tollendæ inuisæ nationis, exstimulante præfer-
tum assiduè Musafò genero; tamen suis duntaxat opibus rem ag-
gredi non est ausus. Mocondes erat Caser, vicinis locis pro Mo-
nomotapæ Rege præpositus. Hunc per nuntios Izusus admoner,
Europæos piratas, qui maritimam oram dudum infestam habue-
rint, denique ad se delatos, intra lignea septa, quæ sibi ipsi met cir-
cundederint, fame & squalore panè conlectos teneri. Si in par-
tem prædæ venire animum inducat, se rem in eius aduentum in-
tegram seruaturum. Haud frustra missa legatio. Mocondes,
omnis humani expertus iuris, aduentitij lucri nec opinata spe ille-
ctus, ingentem trahens popularium turbam, celeriter affuit.
neque tamen Lusitanos fessellit, ab exsulibus Saraccnis tota de re
festinè præmonitos. itaque & a nea tormenta, ignotum Castribus
ad id tempus machinæ genus, idoneis locis occultè disposita sue-
rant; & cùm à valentibus intentiore cura excubiæ agitabantur;
tum ipsi met agri, quippe quibus periculum & indignatio præter
spem adderet vires, se ad defensionem forti animo comparaue-
runt. Mocondes, artis bellicæ profus ignarus, ac numero maxi-
mè fretus, (hominum autem ad sex millia secum adduxerat) Ara-
bum ductu monituque fascibus sarmentorum ex agro collatis,
ad castellum copias in composito agmine admouit: completis-
que fossis, nostrorum paucitate contempta, Castres alij vallum
scendere, alij conuellere nitentur; cùm in confertam multitudi-
nem, ac nihil tale timentem emissa repente serrea procella, tam
edidit stragem, ut relicta oppugnatione attoniti pautesque bar-
bari se in proxima nemora confestim abdiderint. ac ne ibi quidem
tutò esse licuit. siquidem continuatis bombardæ ictibus, magno
impetu dissiuantia arborum fragmenta semiermes incautòque
misere lacerabat. cui tanto malo cùm nullum, præter fugam, reme-
dium occurreret; rabie ab Lusitanis in Arabas versa, vulgo fremere
quòd se fallacibus promissis ad bellum cum ipsis Diis gerendum
euocassent. atque, ut est rapacissima gens, ne profus inanes abse-
derent, Izusi agro vastato, & oppido ipso magna ex parte direpto,
in patriam reuertère. Ac ne Lusitani quidem inultam passi perfidiam.
Post Castrum profectionem, cognito Izusu in eiusque satel-
lites, nihil minus quam nostrorum eruptionem timentes, negli-
gentius agere; noctis intempesticæ silentio, Gnaiæ, strenuis cum ali-
quot viris aduerso flumine in regiam subuectus, Izusum ipsum
& paucos

& paucos familiares occidit. deum, priusquam populi conuersus in regiam fieret, in signi facinore perpetrato, ad suos eadem nocte incolumis rediit. Postridie, eum res emanasset, ira odióq; incénsi barbari quam maxima coacta manu, denuo castellum adorti; & eodé quo nuper euentu, plures & integri à multo paucioribus & imbecillis, cum cæde & ignominia repulsi. Post hæc, inter eos certari de successione captum. Cùmque Musafus, præpollens viribus & popularium gratia, Izusi liberos patrimonio exturbare niteretur, & satis appareret, ius in armis fore; alter ex iis, nomine Solimanus, ad Gnaiam confugit salubri vtrisque consilio: siquidem Lusitanorum ope Rex declaratus, fidelem se vicissim illis amicum ac socium ex eo tempore præbuit. Interea Zamorinus, tametsi cum lætis admodum promissis ab Sultano redierant oratores; tamen, imminente Lusitano veritus ne sera essent Ægyptiaca auxilia, contracto ingenti fabrum naualium numero, maiorem quam antea classem omni studio ædificabat, dispositis circa omnes portus custodiis, ne quid rumoris de tanto apparatu ad hostes efflueret. Namque Laurentium, dispersis nauibus Malabarica tenentem littora, & Ægyptios Arabásque negotiatores magno intercipientem rei Calecutanæ damno, quam maximè incautum & imparatum placuerat adorti. Verùm ex vrbe Calecutæ clàm elapsus Ludouicus Patritius Romanus (qui cognoscendi studio, ut fit, mercatoris habitu in Indiam penetrauerat, idemque hæc ipsa deinde litteris consignauit) Almeida vtrique, & filio & patri cuncta ex fide rerulit. Neque ita multo post, è variis oræ Malabaricæ portibus in vnum coacta Zamorini classis ad Laurentium rectà contendit. ea fuisse dicitur cesarum nauium amplius sexaginta, lemborum ac paronum biremiumque ad centum & triginta, omni telorum genere & numero militum instructissima. Ad eius famam Laurentius, patris iussu naues non plus vndecim admittis triremibus paucis raptim adortauerat, Lusitanis, præter nautas, impositis octingentis. Ut ad ictum bombardæ ventum est, conspicatus Laurentius tantam hostium multitudinē, expiatis de more uoxis, primum omnium ædem MARIÆ Virgini Victrici vouit, si ea pugna barbari fusi ac fugati essent. dein, paucitati lubueniendum ratus arte, ne à Malabaribus circumueniri posset, tormentis, qua parte viriū longè præstabat, eminus rem gerere instituit. atque ob id ipsum ex alto directis in prælium nauibus, leni Austro flate, simul & venti beneficium & congregiendi arbitriū hosti præripuit. Ac primo statim certamine, cùm in syluam adeò densam irrita nulla propemodum ab Lusitanis incideret plaga, neque ex tanto interuallo

vel tormentâ ferrea, quibus tum utebantur hostes, vel sulphurei pulueris ollæ, vel sagittarum imber nostros admodum læderent, multæ passim omnis generis naues hostium aut depressæ aut in littus ejectæ. Ac, dissipatis demum ordinibus, quod antea consultò vitarat Almeida, pugnam è propinquo cõseruit. Prætoria naus erat hostium, tum aluci magnitudine, tum armatorum frequentia insignis. In hanc harpagonibus ferreis cõprehensam Almeida cum fortissimis aliquot bellatoribus incredibili pænè ausu transiit: tantòque ardore animi & corporis dimicatum est, vt è sexcentis propemodum armatis, quot eam tuebantur, superfuerit nemo, exceptis iis, qui nandi petita freti, se in pelagus præcipites dederant. Pari conatu, verùm successu dissimili, Nonnius Vaseus, modica naui, & exigua militum manu, multo maiorem, & propugnatoribus instructam fermè quingentis, inuaserat. cùmque pauci à pluribus circumuenti premerentur, extremo iam in discrimine laborâtibus victor Almeida subuenit, nec modò suos è periculo eripuit, sed etiam naui hostium, trucidato vel depulso præsidio, potitus est. Inde iam certa victoriæ inclinatio ad Christianos facta, & Laurētius haud cunctanter insequutus trepidam ac pauentem hostium classem, aliquot insuper naues partim expugnauit, partim tormentorum ictibus perforatas demersit: palatæ aliæ contento cursu Callectum maximè repetentes, cùm longinqua fuga, tum quòd eas terror ipse longè latèque distulerat, ex imminente clade euaserunt. Almeida, tribus circiter hostium millibus cæsis, sex tantùm è suorum numero desideratis, (quæ res diuinum auxilium sine vlla dubitatione monstrauit) captiuas trahens onerarias nouem, ingenti parta præda simul & gloria, Cananoris portum, cuius vrbs in conspectu res erat gesta, magna cum totius populi ac Regis ipsius gratulatione, sospes introit: ac primùm omnium, **MARIÆ** Virgini Victrici, quam initio prælij vouerat ædem, faciendam locauit. deinde Cócinum ad Franciscum patrem cum aliis nauarchis iter intendit. Per eos dies Sabaius, qui Idaleanem genuit, præcipuus Decaniorum tyrannus, qua in regione Goa vrbs est, opportunitatem nactus, dum ad Cananorè distinetur Almeida, sexaginta actuaris naues ad Lusitanos ex Anchediua insula pellendos misit, præfecto classis & auctore totius consilij Antonio Fernando Lusitano, exsule ex iis, quos ad cognoscenda loca gentèsque Petrus Aluarus Capralis, vt supra dictum est, **Quiloæ** reliquerat. Is, ad spem vberioris stipendij transmissio Occano, cùm se ad Sabaium contulisset, cjurata per summum nefas Christiana religione, Abdalæ nomè assumpserat: & quòd rei maritimæ & naualis fabricæ

fabricæ peritus esset; apud Goanos, talium rerum adhuc rudes, magno in honore habebatur. Igitur ad Anchediuam exscensu facto, nuper edificatam à Lusitanis arcē omni conatu oppugnare institit. Præter arcis præsidio Emmanuel Passianus, spectata fide ac virtute vir, ex vrbe Italia: Genua claro genere oriundus. Hūc, in subita re, quāquam ab aliis rebus imparatū, non defecit animus; ac dierum aliquot oppugnationē, cum vrgeretur vndique, præclarè sustinuit. ac demū Abdala, victricis classis iā iamq; aduentantis perterritus fama, quā celerrimè sese irritō incepto ex Anchediua proripuit. Sed ea postmodum arx, quod valido præsidio propter hostium propinquitatem indigeret, ne Lusitanicæ res in tãta paucitate distraherentur, ab ipsismet Lusitanis est diruta. Inde, ad Franciscum affertur, Saraccnos mercatores, a Molucis & ab aurea Chersoneso redeuntes, ne in Lusitanica præsidia inciderent, longiore ambitu capto, per Maldiuas insulas in Arabiam tendere. Quocirca Laurētium filium ad eos insectādos proficisci iubet. Is cū incognita sulcaret maria, æstus impetu primus omnium Lusitanorum ad insulæ Ceilani littora abripitur, quam insulam, vti suprā dictum est, veterem esse Taprobanam Ioannes Barrius multis argumentis affirmat. hæc, ouali maximè figura ducentarum circiter & quadraginta leucarum ambitu, leucas in longitudinem septuaginta octo patet, in latitudinem quattuor & quadraginta. atque à Cori promōtorio, vt suprā diximus, auulsa freto vadoso, Piscariæ, quam appellant, oræ prætenditur; ea cœli clementia, soli vberitate, & copia fluminum aquarumque perennium, vt primorum parentum sedes olim perhibeatur fuisse. varia pecorum armenta, nec non elephātos gignit egregiè bellicosos ac dociles: cæteris metallis caret, ferrū incolæ effodiunt, plurimas fert gemmas, verū præcipua claritate sapphyros, chrysolithos, pseudopalos, ac pyrōpos: itemq; aromata pretiosa, cinnama, cardamomū, piper, ac palmas eximia bonitatis. Ad hæc, vel in primis jucundo spectaculo syluosi montes ad effigiem theatralem inflexi, vastam planitiem oblongo circuitu in caueæ formam includunt: quorum vnus in arduam & subrectam altitudinē panè septem leucarum exurgit; habetque in summo æquatam agri planitiem, ex cuius medio bicubitale saxum eminēs ad instar mensæ, vestigium demonstrat impressum in clyti sanctitate viti, quem ex Indiæ regno Deli quondam in ea loca venisse tradunt, vt gentem superstitionibus deditam fabulosis, ad vnus Dei cultum religionēque traduceret. ergo tantæ venerationis est locus, vt à leucis amplius mille, omnium ordinum peregrini, ac præsertim logues, illuc pietatis causa contendant ingenti labore:

siquidem,

siquidem, præter cæteras itineris difficultates atque pericula, in eius etiam montis cacumen non nisi per adactos clauos ferreasque catenas ascensus est. Hand absimile vero videtur quod aiunt quidam, in eo, quod dixi, vestigio, quamquam extincta iam nominis antiqui & peregrini memoria, coli Eunuchum Candaces Æthiopum Reginae, quæ cum alij scriptores, tum verò Dorotheus Tyri Epi copus (qui, Constantino Magno imperante, & sanctitatis & doctrinae laude præcelluit) in Arabia Felice, totaq; Erythra, & in Taprobana, Christi Euangelium promulgasse restatur. Porro insula vniuersa nouem in Satrapias vel regni diuiditur: estque ad omne commercium, vel frequentia portuum, vel ipsa loci regione, in primis accommodata. Laurentius in Calles portum inuectus, cum regulo per legatos inita societate, columnam, cum inscriptione, testem sui aduentus, in littore posuit: dein ommissa propter incommodum anni tempus Maldiuana profectio, cum lætis admodum nuntijs ad parentem reuertit. Inter hæc, Tristanus Acunia, Alphonso Albuquerque comite, cum valida classe in Indiã destinatur: quæ ex itinere inuasit cupido Madagascaris insulae naturam ac religionem explorandi. itaque vel contra sententiam Albuquerqueij, (qui, ne temporibus excluderetur, maturandum aiebat) appulsis ad insulam nauibus, cognitum est, maritima ferme ab Satacenis, interiora à Castribus incolis: terram esse gingiberis, cariophylli, & argenti feracem. quæ dum Tristanus curiosè perquirat, aduersisque subinde tēpestatibus nec opinato subsistere cogitur; interea (quod Albuquerqueius præclarè monuerat) idonea transinissionis Indicæ tempestas effluxit. certis enim & anniuersarijs ferme flatibus orientalis nauigatur Oceanus, quos hodie vulgus, vt ego quidem interpretor, ab ipso ventorum impulsu, motiones appellat. Ex si quo casu præterlabantur, dum denuo recurrant, multorum mentium saepe mora captis interuenit. Igitur, ne frustra interitum tempus absumeretur, a Madagascare Melindem est ventum: & Oiensis dynasta Melindio Regi ob Lusitanicam societatem admodum, vt ferebatur, infestus; eiusdem Regis rogatu ab Lusitanis prælio victus, & Oia vrbe pulsus occiditur. quo terrore percussus Lamenis finitimus regulus, in Tristani fidem vltro concessit, & stipendiarius Emmanuelis Regis est factus. Ex eo loco ad Brauam ciuitatem classis accessit; ea cum, pactum superioribus annis tributum pēdere abnueret, capta est a nostris certamine haud leui. Sex armatorum millia barbaris animos fecerant. Verùm vbi descensum à Lusitanis & collato pede res geri. capta est, ferociã posuere Magna edita cæde fusi & fugati pleriq;. Decurionibus tamē fides

in patriam ad extremum vsque spiritum egregiè constitit. acriter dimittant in vestigio cuncti mortem oppetere, quam occidenti recipub. superstites esse maluerunt. Vrbs deinde, congestis dudum diuitiis opulenta, a militibus fædè crudeliterque diripitur. Qua in re vindex rapacitatis atque scuitiæ euidenter apparuit numen, auiditate prædæ gregarij milites aliquot, mulierum manus ad armillas annulosque extrahendos inscio duce præciderant; ij, dum spoliis onusti scapha onerarias repetunt, ad vnum omnes in portu ipso demersi, repentina morte crudelitatis & auaritiæ pœnas dedere. scapha, cum sub aquis aliquamdiu latuisset, quasi perfuncta debitu supplicij ministerio, rursus emerfit. Tristanus & cognitum scelus valde improbavit, & cæteros graui edicto ab eiusmodi immanitate compescuit. A Braua post hæc ad Socotoram insulâ maris Erythraei transmissum est. Christiani iam inde ab Apostoli Thomæ aduentu incolebant: sed ipsa locorum asperitate & diuturno pastorum desiderio pœnè efferati. Subterraneos inhabitant specus: in bello futidis eminus certant, cominus gladiis è mero ferro, quod mortuum vulgus appellat, victitant milio, careotis, & lacte. cum mercatoribus pomu permutant; itémq; cinnabarim, & aloen omnium laudatissimam. Quod ad cultum diuinum attinet, ex Iacobitarum hæresi, propter vicinitatem Aethiopiæ, vitia multa traxerunt: nam & à Romani Pontificis auctoritate seiuncti sunt, & circumcisionem aliosque ritus Iudaicæ superstitionis vsurpant. neque tamen nulla retinent vestigia sanæ religionis: nam & ieiuniis anniuersariis placant Deum, & precandi statâ quotidie tēpora obseruant, & sanctam Crucem eximiè venerantur; huius imagines cuncti gerunt è ceruice suspensas, huic pro ipsorum tenuitate sacras ædiculas exstruunt: quò vbi conuenere frequentes, Hebraicè cōcepta precationis verba præit vnus, tum instar Thori cætera turba subsequitur. Quo tempore Tristanus ad eos venit, annis iam sex & viginti Rex Fartacum, ex Arabia missis eò militibus mille, Beninum portum per vim occuparat: validaque arce imposita, Christianos admodum sæuo premebat imperio. Ad eos liberandos, atque ad Catholicam Ecclesiam adiungendos, ab Emmanuele Rege missus Tristanus, cum Beninum attigisset; Fartacas, qui in eo præsidio erant centum circiter & triginta, comiter ad colloquium euocauit; ij, cum ab insita genti ferocia, omnem cum Lusitano pacis conditionem aspernarentur; scapha circumuectus, & contemplatus loci naturam Lusitanus Imperator, duobus locis armatos exposuit, neque præfecto Abrahamo cum suis ad erumpendum defuit animus. Verùm vbi mox inter primores fortiter cians pugna

ipse dux cecidit, exemplo fusa reliqua acies: ac nonnulli ad incolas, è quorum stirpe vxores liberòsque susceperant, confugere: cæteri ad octoginta pernici velocitate arcem adepti, portas occludunt. tum à Lusitanis adnotæ certatim scalæ: transgressique mœnia ex interiore parte claustra perfringunt; inde patentibus portis admittunt agmè, & inclusi intra turrium penetralia Fartaces, nequiquam ad spem veniæ salutisq̃ inuicati, cum pertinacissimè se defenderent, omnes, præter vnum, occisi. è Lusitanis dumtaxat vnus in ipso certamine occubuit, sex postmodum è vulneribus periere. Arcem capta, nuntij ad incolas missi, qui nouæ classis metu in auios montes vnà cum conjugibus liberisq̃ perfugerant. ij, cognito aduenas Christianos esse, ad arcem accurrunt, & Fartacum iniurias grauitèr questi, ad pedes Tristani cum lacrymis acciderunt, per Christum I E S V M obsecrantes, vt è tam acerba seruitute, iisdem sacris deditam, eiusdemq̃ consortem spei nationem eriperet. Quibus ille, se vel ob id ipsum ab Emmanuele Rege, salutis eorum cupidissimo, in ea loca destinatum esse respondit; quam obrè & præsidium ad Mahometanos arcendos, & sacrorum antistitem curandis incolarum animis libentissimè relicturum. itaque fano Arabum expiato, & in cultum Virginis MARIÆ conuerso, arcis custodia cum idonea manu Alphonso Noroniæ Lusitano concredita est: rei verò Christianæ præpositus eximia sanctitate vir, Antonius Laurentius Franciscanus: qui tollèdis vitiis, quæ in hominum mores ac religionem irreperant, incolisq̃ ad veram pietatem ac virtutem erudiendis, aliquot annos planè Apostolico munere est functus. Inter hæc, elapsi è prælio Fartaces, criminando Lusitanos, & imperijum vulgus instigando, varios motus ciebant. ad eos comprimendos motus, Arabicumq̃ & Persicum Oceanum pro Emmanuele obtinendum, Tristanus, quòd ita in mandatis habebat, Albuquerque cum nauibus dumtaxat septem, propugnatoribus fermè quadringentis & septuaginta, reliquit: ipse circiter Idus Augusti, nactus tempestatem idoneam, cum reliqua classe in Indiam cursum intendit. Inter hæc vertente iam anno, cum non optata modò classis, sed nullum prorsus nauigiũ è Lusitania adesset; magnus Christianos omnes, qui in India versabantur, metus incessit mærorq̃. Acuebât euras, pænè in religionè versa prodigia, quòd per eos dies & sol tanta ex parte defecerat, vt circa meridiem stellæ apparerent; & ingenti motu ex interuallis cõcussa terra tremuerat. Iam Zamorinus, tempus aduenisse ratus, nominis Lusitani rãdem aliquando extinguèdi; haud segniter instaurabat bellum, sollicitabatq̃; legationibus & promissis cū alios, tum præsertim Cananoris

Regem, sibi priuatim obnoxium; quòd mortuo Rege qui cum Lusitanis pepigerat fœdus, ipsius præcipuè studio & opibus in regno successerat. Et per eos fortè dies, odium Indorum in nostros, temerarium cuiusdam Lusitani factum vehemèter accendit. Æthiopici Arabieique & Indici maris possessionem Lusitani ad eò pertinnacibus animis occupant, vt nemini profusum ex eorum auctoritate, & quidem patentibus consignata literis, ea nauigare liceret maria; ducè que in idipsum dispositi, totam eam oram nauium præsiidiis tuebantur. Ex iis vnus, Malabaricum mare peretràs, cum in Cananorem onerariam incidisset; Calecutanos esse homines, & prolatum à nautis Lusitanicum diploma, nonnullis indiciis falsum & surreptitium suspicatus, confestim aggressus nauem expugnat; nautas vectoresque, in iis vnum è prima nobilitate in velam insitos, haud longè à portu Cananoris in mare demergit. verùm disupto mox linteo, cum nota ciuibus corpora ad ipsam urbem pelagus eiecisset; tanta ciuitatem repentè comploratio luctusque compleuit; tantæ in eius facinoris auctores, quos haud leuibus argumentis Lusitanos fuisse coniecèrant, excitatæ sunt iræ; vt cuncti consensu ad Regem adierint; iamque per se inclinatum eius animum perfacili momento ad oppugnationem arcis impulerint. Nec pro tam atroci injuria satisfactionem accipere, quod nauarchum Almeida multis rationibus factum excusantem ac deprecantem ignominiam, grauibus verbis inceptum, ac præfectura priuatam, in ordinem redegisset. At Laurètius Britus arci præpositus, ex propinquo in omnes barbarorum cõnatus excubans animo, vbi de eorum consiliis per exploratores cognouit; illico ab Almeida subsidiis & comœatu accersito, arcem firmat, intendit vigilias, stationesque disponit, ac præsertim spectantia in urbem propugnacula, nouis insuper additis munimentis, diligenter instaurat. Rex item, fossa vallè que à portu ad apertum mare perducto, oppidum ab arce intersepit, exiguo transitu ad procutationes relicto. Cumque multos iam dies, suspecti inter se, vitandis inuicem ac struendis insidiis exegissent; tandem expectata ab Calecuta auxilia Cananorem adueniunt, hominum ad viginti millia. Inde nulla oppugnandi mora est facta. Puteus inter oppidum atcè que medio ferè spatio intererat: vnica Lusitanorum aquatio. circa cum puteum minuta prælia; prohibentibus aquatotes hostibus, fieri cœpta. Cumque è Lusitanis aliquot ferme quotidie aut caderèt, aut vulnerati discederèt, & aqua modica sanguine multo constaret; Laurentius, Thomæ Fernandi architecti monitu, specû opere subterraneo ad ima putei occultè perduxit

perduxit; fistulâque ac statumine apposito, locum ita concameravit, uti ne quid supernè latices vlla ratione posset inficere. dein per speciem aquandi, eruptione facta, nostri glebas certatim injiciunt; ac puteum, ne hostibus vsui esse possit, obrurant. Cuius rei miraculo attoniti barbari, nouæ scaturiginis aliquid intra arcem existisse videlicet rati, munitiones aliò transtulere: dein quies vtrinque fuit, dum orbiculari forma ingentes gossipio saccos inferciunt, quibus contra tormètorum ictus ante se pronolutis, virgultorum fascibus opplerec fossas, vallumque rescinderent. ea machinatio extremam pænè perniciem obsessis attulit. quippe contortos è bombardâ globos gossipinum tomentum excipiebat adedè lentè, ut eorum impetus ipsa mollitiè frangeretur. hinc, ponè latitantes armati, magno sublato clamore propè iam ad fossas læti peruenerant; cùm in obliquum agmen, ex arce, diuino prorsus instinctu, directâ majora tormenta, conceptis momèto saccis, & gossipium ipsum & gossipio fretos Malabares fœda cum laceratione dissipant. Simul etiam Britus cum delecta manu portis erumpens, dissipato ac territo hosti acriter instat, magnâque edita strage ceteros in præcipitem fugam auertit. Ex eo barbari segniore facti, cùm neque aperta proficeret vis, & in eiusmodi congressibus promptissimum quemque, ut sit, è suis amitterèt; omiſsa oppugnatione, operibus & munitionibus claudere nostros insistunt, eo majore fiducia, quòd non terra, non mari, noui commectus in arcem subuehi possent, clausis itineribus, & hinc per eos dies admodum sæuiente. interim crebræ à nostris eruptiones haud exiguo cum hostium detrimento fiebant. Quo in genere præcipuum decus tulit omnium consensu Guadalaiara, natione Castellanus. is turbidam ac perfrigidam tempestatem nactus, cum eximiis centum & quinquaginta viris nocte concubia in hostium stationes impetu facto, partim sopitos imbre cadente vigiles, partim algore nocturno torpentes oppressit: cæsi in eo tumultu Malabares ferme trecenti; & ferrea aliquot tormenta capta, & commectus aliquantum. Intentiores inde custodiae haberi ab hostibus captæ. boues etiam interdum ad obsessos in insidias illiciendos propulsæ, quas felici conatu cæsis insidiatoribus, cùm in arcem nostri semel iterûque abstraxissent; ea spe frustrari delusi que Malabares artem deditere, ne duplici pecorum hominumque jactura hostes insuper alerent. Iisdem ferme diebus, per famuli negligentiam accensa noctu lucerna, casas aliquot Lusitanorum ex arida materia, foliis patetisque, momento combussit. eo incendio multo maxima pars commectus absumpta. quæ res tam aspero ac difficili tempore

Brittum grauiter admodum pereulit. ac ne ceteri desponderent animos, omni arte damnum celare conatus est: sed & longè artior solito in diuidendis cibariis parcimonia, & ob id ipsum crebra seruitiorum transfugia rem & Lusitanis & hostibus prodidit. Itaque omnibus panè consumptis, ad extremam ventum erat inopiam; neque iam muribus scædisque aliis animalibus abstinebatur; eùm diuinitus (vt sæpe alias) oblatum nec opinanti Lusitano remedium est Templum in extrema arce erat Virgini Victrici, vt supra diximus, ab Laurentio Almeida exstructum. Ad id templum, desperato panè omni humano subsidio, Lusitani quotidie cõfluebant, opem eùm à Deo calitibusque, tum præsertim ab ipsa Virgine Dei matre enixè percentes. Ne se, in alieno ac barbaro solo, tot vndique einctos angustiis, tot pressos malis, fame ipsa denique eneetos, Christianos ipsos, & à Christo filio sibi commendatos elementissima Regina cœli despiceret: suis peccatis noxisque, quas ipsi innumerabiles faterentur, ab irato Deo veniam & pacem exposceret: neq; iâ de corporis modò, sed etiam de animorum salute periclitantibus, in tempore subueniret. Haud incassum missæ preces. Ipsemet festo Assumptionis die, ne quid miraculo rem posset eximere, solito vehementiùs intumescens pelagus, ingentem locustæ numerum ad ipsas templi radices eiecit. quæ à Lusitanis gratulabundis auidè collecta, in multos dies abudè suffecit: nec validos tantùm sæua fame, verùm etiam (vt salubris est cibus) ægros diuturno morbo leuauit. Iâque appetebat ver; nec dubium erat, quin suis laborantibus primo quoque tempore suppetias laturus esset Almeida. Quocirca ratus anteuertendum Cananorius, omni conatu rursus oppugnationem simul terra marique experiri, constituit. & Zamorinus vrgebat assiduè, sequitiam incutans, & noua auxilia subinde submittens, prorsus, vt Cananore iam sub signis numerarentur militum ad quinquaginta millia. Aetnacia etiam facili impulsu eoacta ad ducenta. in quibus erant turrata nonnulla, cuiusmodi nuper aduersus Paticecum Calecutanus ornauerat: itemque alia inter se juncta & constrata ratibus; quo plures simul armatos in terram exponerent. Hæc omnia, vt Lusitanos fallerent, quam occultissimè comparata. & stationes interim quietæ erant, quo faciliùs ad socordiam obsessos adducerent. Sed è regis propinquis vnus, æquè acerbo in Zamorinum odio incensus, ac propensa in Lusitanos voluntate, quodd eorum opibus ac studio crescere se posse consideret; non solum comæatus furtim ex occasione summittebat interdum, verùm etiam per idoneos internuntios circumfessis arcana cuncta nudabat. Ab hoc igitur Brittus cognitis opportund

opportune consiliis hostium, pro ea copia, quam habebat, aditus omnes maritimos terrestresque sepsit quam firmissimo praesidio militum, & propugnacula tormentis & omni genere telorum instruxit; nec vigilas custodiasque remitti per negligentiam vel defatigationem unquam est passus. Ergo ubi destinata oppugnationi affuit dies; prima luce Cananorius terrestribus copiis magno sublato clamore quam tumultuosissime vallum aggreditur, laud dubius fore ut ad eam partem tuendam ex omnibus locis Lusitani concurrerent; ita ex altera parte libero nauium accessu expositis repente militibus, nullo prope certamine arcem in potestatem esse venturam. Sed cum longe sefellit opinio. Siquidem unde victoriae principium putabar futurum; inde fugae turpis initium exstitit. quippe elasiarum primò audacter ad terram appulsi, ubi secus ac promissum fuerat, frequentes in portis valloque armatos videre; subito pauore perterriti, & missilium variae magnitudinis uimbo dissecti dissipatique, multis paronibus ac lembis momento dilaceratis aut deprellis, vix tentata descensione terga verterunt. ac tum denique à Lusitanis ad terrestres aditus tuendos omni ex parte concursus est. Ibi atrox praelium fuit: scandentesque iam vallum pluribus locis audacissimi quique Malabares cominus trucidati: tormentis verò eminus longè atrocior edita caedes est. inde turbati hostes: & nequicquam increpante ignauiam Rege ducibusque, acies uniuersa fugam arripuit. caesorum ea pugna hostium numerus relatus non est: magnum procul dubio fuisse constat. è Christianis (quod vix credibile videatur) planè desideratus est nemo. Atque is dies vltimus oppugnationis fuit. renata dein vtrinque per inuicem colloquia voluntates, & de pacis conditionibus agi ceptum: quas Laurentius ipse sibi suisque perhonorificas tulit: neque Cananorius rejicere est ausus, partim diuturni belli taedio fessus, partim etiam Tristani Acuniae metu perterritus, qui per eos ipsos dies, Oceano secunda nauigatione transmissus, Cananorem incolumi classe tenuerat. Eius maximè aduentu soluta obsidio est: cuius ad quattuor menses forti animo toleratae, decus eximium Laurentius & commilitones tulere: quamuis aded lutos & insperatos euentus periti rerum aestimatores Diuinæ Bonitati sine vlla dubitatione tribuerent: cuius beneficio & vltimæ inopiae subsidium praeter expectationem fuisset oblatum, & Cananorius princeps tanto suo periculo. Regis affinitate posthabita, contra consuetudinem gentis, in Christianorum causam ac partes planè dininitus inclinasset. Renouato fœdere, obliuio praeteritorum indicta, inuictaque iterum dextrae &

Malabates in suas quisq; domos fremente Zamorino dilapsi. Inde ad Cocinam processit Acunia. eius aduentu Lusitanorum animi confirmati recreatique, & vario aromate ex conuecta iam copia in naues imposito, infestis classibus duplicato nauium numero, ab vtroque simul imperatore Pananem est ventum. In ea tum statione complures onerariæ pretiosis referre mercibus hyemabát; insitiores erant Saraceni, furtiuo cursu per intermissa custodijs Lusitanorum loca in portum illapsi. & Zamorinus preparatis iam antè copijs, si quid ab Cocino moueretur, locum præclare munitat vallo circumdato, & duobus ad introitum castellis maguo cum tormentorum apparatu excitatis. cohortes præterea quattuor in eo præsidio collocar. Nostri sub vespetam in Pananis conspectu cùm in anchoris cõstitissent, insolita classis magnitudine permoti barbari, totam eam noctem in renouandis augendisque munitionibus posuere. Delecta verò Saracenorum manus, Mahometis fanum ingressi, de gentis more cõiurant, se nõ nisi victores è prælio redituros. Si secus faxint, se se caputque suum dicis omnibus deuouent. Vt primùm illuxit, communicato iam antè cõsilio Lusitanus Imperator vterque adolescentes filios, Laurentiũ & Nonniũ, cum scaphis & actuarijs iubent præcedere, quòd ea nauigia, propter humilitatem, minùs ad obliquos bõbardæ ictus pateret. ipsi mediam aciem cum triremibus aliquot sibi deposcunt. agmen clausere onerariæ. Ac iuuenes quidẽ, obseruato maris accessu, per media tela globosque inter vtrumque castellum audacter inuecti; eo minere detrimento, quòd ex præterito milites interim strati iacebant; & librata in excelsas maxime naves Malabarica tormenta irritis ictibus aëra fectebant. Vt nostros iam intra portum illatos videre, deuota præcipue capita Saraceni, alienatis ab omni periculi sensu animis, certatim in prælium ruunt, seq; vltro in aquas imittunt, at nauigia maxime ducum cõferti circumuenire nituntur. Paululũ morã facit, dum lymphata cohorts, gladijs cõstitque, & incitato remorum pulũ percuipitur. tum raptim in terrã descensum. iamque sub ipso vallo varijs locis eo sauius pugnabatur, quòd vltim oculorum intermicantibus fulgetris densus è sulphureo puluere fumus abstulerat. dissoni tantùm clamores, & morientium gemitus passim exaudiebantur. Simulatq; euanescente atra nebula redijt lux; Lusitanus signifer cum strenuis aliquot viris in vallo conspectus, reliquorum animos ad æmulationem decoris & gloriæ vehementer accendit. & imperatores ambo, testes cuiusque virtutis, & hortatores aderant. cũ deuotis maxime Saracenis atrox era. pugna. Exijs, vnus, notæ fortitudinis Ceturio, Laurentium

tium conspicatus, & è ptoçera statura, totòque corporis habitu, ratus, id quod res erat, principem virum esse; condito subter clypeū corpore curuus ad eius genua succidenda profiliit. ille, pedibus leui momento reductis (vt erat in primis exercitatus & agilis) elatā vtraque manu macharam in hostem demisit iis viribus, vt barbari caput ad ipsum vsque pectus horrendo profus hiatu diffiderit. Inde non dictis magis quàm factis prælium eiens, obuios aliquot sternit. Nec segnius ab Nonnio cæterisque res geritur. Cùm aliquandiu barbari præter solitum restitissent; victa demum ardore Lusitanico Indorum pertinacia est, nec impressionem nostrorum vltra sustinuere. A Malabaribus maximè fuga captā, cæteros traxit. Deuoti duntaxat Arabes, cùm pauci iam & vulneribus fessi trucidarentur, obnixi corporibus (tanta vis est nefariæ superstitionis, ad vnum omnes addictas æternis ignibus animas profudere. Interim, pari ex alia parte conatu hostium naucs oppugnabantur. nauæ propugnatorésque, quandiu ad castella æqualibus viribus certatum est, egregiè dimicarunt. vbi inclinatham tetrestrem aciem & incolas fugatos videre, ipsi quoque certatim in mare defiliunt. complures inter enatandum occisi. Ac tum denique ambo castella imperatorum iussu disturbata & euerfa. nec modò naucs cum ipsis oneribus inflammata, sed oppido quoque diuitiis inelyto subditæ faces, demirantibus barbaris, tantam tamque paratam opum vim ab hoste contemni: militibus verò, tot periculorum præmia eripi sibi, perquam indignè ferentibus. Verùm Almeida consultò exercitum à præda continuit, ne in occupatos rapinis palatòsque repentinus aliquis, vtsæpe contingit, è vicinis locis impetus fieret. Magnus vtrunque eo prælio fauciorum fuit numerus. desiderati ex hostibus ad quingentos; è nostris duodeuiginti non amplius. Eius cladis nuntium Zamorinus ægerrimè tulit. Duces Lusitani conjunctis classibus Cananorem petiere. atque ibi demum ingenti cum amoris ac beneuolentię significatione degressi, Acunia vela fecit in Lusitaniam, Almeida retro vnde venerat Cocinum tetendit. Dum hæc apud Indos geruntur, interim Alphonsus Albuquerqueus, pacata Socotora, Arabicum & Persicum Oceanam exigua, vt dictum est, obtinebat clauē. Is ab oppido Adeuo & Arabicis faucibus (nam ea quoque littora explorare placuerat) aduersa tempestate repulsus, ad Armuzianas res, diuina magis ope quàm humanis viribus fretus, animum adjecit. Armuziæ regnabat eo tempore Zeisadinus hoc nomine secundus, admodum puer, stipendiarius Ismaelis, cognomentoq; Sophi, Persarum Regis: eratque in tutela paterni

mancipij Aetaris Eunuchi, eximia sagacitate viri: cuius omnia con-
 silia eò spectare videbantur, vt, quoad viueret, penes pupillum dia-
 dema & regium nomen; penes vnum se arbitrium ac potestas rerū
 omnium ellet. iamq; per eam tutelam, cunctis inuisus, ad intole-
 randam superbiam opesque peruenerat. Hoc tam impotenti do-
 minatu Albuquerque Regē & populū liberare, & kminaueli vel
 in primis id cupienti omni ratione conciliare decreuit. Igitur Lu-
 sitanorum animis in rerum ingentium spem & cogitationē erectis,
 ad ostia Persici sinus iter capessit: ac prospere circumuectus Siagrū
 promontorium, quod Rosalgatum hodie vocant; ad Calaiatū no-
 bilem urbem Armuzianæ ditionis applicat naues: missoq; nuntio,
 ciues ad colloquium euocat. illi repentino metu cōpulsī (iam enim
 inclytum erat apud eas nationes Lusitanorum nomen) ne quid ac-
 cerbius paterentur, non modò aduenientem Alphonsum benignè
 excepere; verū etiam conscriptis pacis & amicitiaē cōditionibus
 abeuntem largo cōmeatu & omni officij genere prosequuti sunt.
 Longè dissimiles animorum habitus ad Curiatum Lusitanus of-
 fendit. incolæ, dum hostis in vicino moratur, & copijs & operibus
 ita se munierant, vt omnem pacis mentionem superbè respuerent;
 ac propius nihil est factum, quam vt interpretem ab Albuquerque
 de fœdere ac societate missum, iaculis ac sagittis obruerent. Ad eā
 ferociam reprimendam Albuquerque illico bombardis ignem ad-
 moueri, & omnia circum magnis cōcuti fragoribus iubet. Cū nihil
 ne eo quidem terrore oppidani cōmouerentur; postridie urbem iu-
 sta oppugnatione adoriri constituit. Tumulus erat ad insulaē mo-
 dum ex aqua paululum eminent; qui aestu recedente aditi ex urbē
 pedibus poterat. In eo tumulo barbari tormenta aliquoz cū fir-
 mo præsidio collocarant, vt in auersos intentosque in urbē oppu-
 gnationem nostros impunè iacularentur. Eo periculo animaduerso
 Albuquerque Alphonsū Lupium Costam & Antonium Cam-
 pensē cum expeditis militibus ad exturbandos inde barbaros ce-
 leriter mittit. Neq; illi defugere periculum. ingenti conatu statio-
 nes aggressi; aliquot Mahometanis occisis, cæteris in oppidum ar-
 ctis, haud tamē sine suorum cæde vulneribusque, locum occupa-
 re. Tum verò Albuquerque nequicquam prohibētibus oppida-
 nis, ad lirtus cum robore copiarum exscendit. ac valida impressione
 facta, proruto vallo, cuulsisq; cancellis, intra ipsam urbem præliū
 intulit. Ac primò, quamquam iniquo iam loco positam rem oppi-
 dani animo atque audacia sustinebant. dein, cū acrius vndique
 Lusitanus instaret; non tulere diutius impetum. effusa omnes fuga,
 per auctam urbē portam, de gentis more sylvas ac nemora

petière. Albuquerque, ad aliorum terrorem vrbe direpta & incensâ, Mascatum octo leucas inde processit. Is locus, quo iam ab Armuzia propius aberat; eo rum operibus firmior, tum viris armisq; erat instructior. itaque Albuquerque, magnam videlicet ratus dimicatione instare, se suosq; parabat ad prælium. Cæterum missis ad tentandos animos inrenuncio, præfectum vrbis vel in primis miteni ac liberalem, contrâ quàm putârat, expertus est. Igitur instituta certis legibus amicitia, præfectus magnam pecoris, & oryzae, & careptę numerū, triburi quodâ inodo nomine, in classē exhibuit. is com meatus dum in naues imponitur, & securi Lusitani ad littus aquantur; ecce ribi repentinus armorum strepirus & dissonę voces. Prædie sub noctem Arabes ad duo millia oppidum ingressi, præfecto non sine contumelijs ac probrijs increpito, quod locum ad eò propinquum regiæ, & opere præsidijque munitum, per ignauiam ac metum vagis latronibus prodidisset; frustra nitente eo factum excusare, populum ad arma conciuerant; atque vbi illuxit, infesti mari petebant; quo Lusitanos, oneribus & aquarione occupatos, in ipso littore opprimerent. Præfectus, Arabas ab ea mente reuocare conatus, eum nihil omnino proficeret; Deos hominesque contestans violari ius gentium, vrbiq; exitium imminere; vt fidem pro virili parte præstaret, ad littus accurrit, nostrosque præmpnuit, vri sese in naues extemplo reciperent. Vix inde tumultuario consensu abduxerant scaphas; cum infensi ad sunt Arabes, ac missilibus primùm è litrore nostros abeuntes lacerant: dein è propugnaculo classem ipsam tormentis maioribus impetunt. Ad ea vel capienda vel occæcanda tormenta, missi aliquor è classe, cum male multati rediissent; postridie Albuquerque copias omnes ad vrbem exposuit. Ibi verò, accensi ira Lusitani, quod interposita pactione per fraudem oppugnati fuissent, ingenti ardore prælium incunt; perfidos Arabas ruptores fœderum appellant; magnam vbique edunt cædem; factisque simul ac dictis iniuriam puniunt. Cum obfirmarus hostis aliquandiu resistisset: ad extremum renouato impetu Lusitani acriter inferunt pedē, ac nouas munitiones ea ipsa nocte perductas magno ausu transfiliunt: cumq; intra mœnia confugeret hostis, hærentes in terga prius quam portas occluderet, velur vno agmine irrupunt; turbatamq; ac pauentem Arabum aciem toto oppido expellunt. Fusis fugarisq; hostibus, ad prædam permissu ducis discurret miles, dein subditis ignibus, non oppidi tecta modò, sed naues etiã in portu arserunt complures. In eo tumultu cum alijs ipse quoque vrbis præfectus per imprudentiam occisus. quam rem Albuquerque

cuis ægerrimè tulit: & quando viuū pro meritis tueri & ornare ne-
 quiuerat; defuncti adibus cum cura conquisitis, ne diriperentur,
 custodes apposuit. Cæterùm vr̄bis excidium comprobati diuini-
 tus quodammodo visum est. Excelsa Mahometis conspiciebatur
 ædes, egregio in primis opere perfecta. Ad eam disturbandam in-
 flammādanq̄ue immissi fabri dum columnas demoliuntur, totum
 repente ædificium corruit. Cūm elisos ruina & pondere nemo nō
 crederet, intacti præter spem & incolumes cuncti euasere. Inde
 ad Xoatem vr̄bem eiusdem oræ ptogressus, incolas alieno doctos
 malo sine certamine in fidem ac deditiōnem accepit. Biduum
 ibi moratus, cūm ad Orfazānum adisset, oppidum incolarum
 fuga desertum reperit. Exhausta inde præda per triduum, ab in-
 cendijs, quōd regis propinquus admodum erat locus, honoris
 causa temperatum est. Ex eo loco, classe instaurata & resecta, ad
 caput belli Armuziam est ventum. Ad famā Lusitanicæ classis Atar
 Eunuchus præter urbanas copias, magna insuper auxilia è Perfide
 Arabiaq̄; cōtraxerat, & noua exspectabat in singulos dies. Ingētem
 præterea nauū numerū habebat in portu: minoris forme acturias
 ap̄lius ducētas, maiores onerarias ad sexaginta. in ijs duas inusitatę
 magnitudinis; quarum alteram Principem, alteram nomine Me-
 rim vocabant. octingentas amphoras capiebant singulæ. Hasce
 duas, præter naualem turbam armati mille, cæteram classē duo
 circiter millia tuebantur. Albuquerque tormētōrū genere & vir-
 tute militum haud dubiè præstabat: cæteris rebus lougè erat infe-
 rior. verūm ad ostentandā animi fiduciā, fulgentibus vndequaque
 vexillis, cum horrifico bombardæ reboatu (ea maritima salutatio
 est) portū inuectus, sub ipsas quas dixi maximas naues iaci ancho-
 ras imperat. Ibi cūm aliquādiu frustra expectasset, præter insitū in
 Mahometanos odiū insuper irritatus, quōd nemo ad se, vt sit, refa-
 lutandum accederet; Zeifadino puero tutoribusq̄ue palām nūn-
 tiari iubet: Emmanueli Regi Lusitanicæ contra nominis Christiani
 hostes, ac Mahometanos præsertim, funestū ac perpetuum bellum
 hæreditario pænè iure susceptum. id non nisi alterius partis dedi-
 tiōne posse finire. Si in fidem eius ac potestati venire animum in-
 ducant, & vestigal annuum pēdere, multorum Africæ Asiæq̄; Re-
 gū exemplo: se inde cum bona pace abituram. sin iugum recusent:
 pro certo habeant, secum ad interneccionem vsque certandum. ter-
 tiam conditionem esse nullam. Atar, tam acri denuntiatione sus-
 pensus, tamen si terrestribus naualibusq̄ue copijs abundabat, vt di-
 ctum est: tamen quo magis ex tuto rem gereret: blandis verbis &
 callida tergiuersatione re extraxit, dū expectatæ in singulas horas

nouæ sociorum cohortes adessent. ijs proxima nocte in urbē admittis: tantum spei & audaciæ barbaro accessit: vt quasi explorata iā victoria, Lusitanos mox captiuos futuros, ad supplementū nauarum & remigū in suam ipse classem prapropera gratulatione describeret. itaque ob id iptum suis accuratè præcepit, darent operā, vt quamplurimi ex hostibus viui in potestatem venirent. Dein omiſſis ambagibus Albuquerque respondit: Armuzianos Reges nō pēdēte aduenis vectigal: sed ab ijs exigere consueſſe. Si pari cum ceteris negotiatoribus iure Lusitani esse velint: fore illis agendū contrahendiq̄ue in eo potu potestatem & copiā: sin vim & iniuriam moliantur: senluros quantum armati Arabes Persæque seminudis Casribus & inconditis Æthiopibus antecellant. Plus viginti hominum millia sub signis habebat Eunuchus. iamque minimè dubius adesse certamen, & multo milite instruxerat classem; & curulia tormēta ac mercenarias cohortes ad terrorē littore toto prætenderat. oppidani ad spectaculum intenti, non mænia modò tutēsque in mare verſas, verum etiā tecta & fenestras oplebant. Albuquerque, vbi & ex apparatu hostium, & ex Eunuchi nūtio præceptam animo dimicationem instare perspexit: naues primū suas mediocribus interuallis ita disposuit, vt neque circumueniri à pluribus facillè possent: & leni citcūactu singula deinceps tormenta in hostes obuertērent. Dein precatus immortalē Deū, vt sibi pro nominis Christiani gloria præliante propitiuſ adesset: nauarchis iam sua sponte sat incensis cupiditate victoriæ præcipit; eminus initio bombardæ rem gerāt; congressu abstineant, quoad ab se primū confertum ex propinquo prælium sit. vbi tormētis disiectam & dissipatam barbaram classem, ac se cominus iam dimicantē vidēt: tum demum in proximas quisque hostium naues fidenter innadant. Sub hac, iugenti clamore, concrepantibus buccinis tympanisq̄; pugnæ signū vtrinq; propositū: ac simul tormētis passim ignes admoti. eodēq; panē momēto & acie oculorū coruscates vndiq; flāmæ perstringūt; & aures exsurdāt horrēda tonitrua: & meridiana luci cæcas tenebras noctēq; atra nubes obducit. Necdū caligo euauerat; cū speculatoriæ hostiū naues destinato procursu in nostros imbrē sagittarū effundere: dein, cū propter agilitatem momento refugerent: ac rursus incitato remigio interiores relis hostium fierent: haud exigua improuiso malo clades Lusitanis illata, cōfixiq̄ue nō pauci. At barbaris lato successu mutisq̄ue adhortationibus in tantum ereuit audacia, vt iam cōferre pede & naues Christianas certatim scandere niterentur. Tum vetō ex omni parte cōtis mucronibusq; repetiti, audacissimi quique

præcipitantur in mare, dein minoribus machinis ad libellam aquæ
 dispositis, nauigia compluramerguntur. Hunc maximè in modum ea pe-
 stis auersa. Atar, multitudine maximè fretus, & oculis utrâq; me-
 tiens classem, primò contempnim prælium inierat: & egregiè in-
 structo parone ordines interuectus, militem ad prædam veriùs quàm
 ad pugnam hortabatur. Sed mox volitantium pilarum stridore
 perterritus, tuto loco sese ad litus post onerarias abdidit, quò simul
 suis & fugientibus in terram obstarer, & noua identidem subsidia
 laborantibus opportunè submitteret. Inter hæc, summo iam absce-
 dente, onerariæ remulco propter inopiam venti attractæ concur-
 rerant, injectisque ferreis manibus, quam quisque indeptus erat
 nauem, in ea transilire, ac nudate propugnatoribus conabatur.
 Ante alios Albuquerqueus, Principe naui, itemque alia crebris icti-
 bus perforata ac depressa, ingentibus animis Merin inuaserat.
 Non vigore animorum aut corporum, nec naualis belli sciètia par
 Lusitano erat Persa. tantùm abundante multitudine cum anceps
 aliquandiu steteret pugna, tandem a nostris in hostilem nauem in-
 genti ardore transcensum est: obtinebatque iam cædes omnia, cum
 desperatis denique rebus barbari in aquas ex omni parte desiliunt.
 Hinc reliquis terrore injectus, ut eximiam armamentis & alui ma-
 gnitudine ac militum numero nauem expugnatam videre, fugien-
 tesque passim, seque in mare mittentes, partim è scaphis occisi, par-
 tim fluctibus hausti, multi etiam increpate nequicquam Eunuchò in
 terram euasere. Albuquerqueus victoria vsus, complures naues in po-
 testate redegit, multis ignes iniecit: quas præcis anchoralibus ve-
 hementior venti coorta vis, toto pelago collucetes Carmanicùm ad
 litus abripuit. Eodem impetu naualibus etiã faces illata, magno
 periculo, ne suburbana, & ipsam denique urbem, ardēsque regias
 flamma peruaderet. Hisce tot malis fracta demum Ataris contu-
 macia est. ac metu percussus ancipiti, ne simul externam vim & do-
 mesticam inuidiam sustinere non posset, oratores pacis veniãque
 petendæ confestim ad Albuquerqueum misit. Parceret ita, cædibusque
 & incendiis temperaret: sat iam magnas temeritatis & perui-
 caciæ pœnas exactas quicquid præterea damni Armuzianæ rei in-
 tulisset, id Lusitanæ illaturum, quandoquidem Zeifadinus se sua-
 que omnia in Emmanuelis fidem permittere paratus esset. Respi-
 randi tantùm daret spatium, dum sedatur militaris tumultus, dum mu-
 liebris ploratus & pauida concursatio vulgi reprimitur. postmodum
 Albuquerqueum ipsum victis quas vellet pacis leges omnium con-
 sensu dicturum. Hæc trepidus orator & supplex, per interpretem
 exposuit. Albuquerqueus, qui nec in perniciem urbis pugnet, &

milites diuturno labore fessos quietè reficere cuperet, (certamen à meridiano ferme diei tempore in vesperam extenderant) partiam victoria, receptui canit. Eunuchus per eosdè interpretes renūtiari jubet: se, quāvis captā pēnè urbē sine cōtrouersia posset euertere; tamen Zeifadini gratia, cuius ætatem à culpa abesse intelligeret, incitatos Lusitanorum impetus de industria reuocasse: insequenti luce Atar ad conditiones pacis adesset, fidemque promissi præstaret. in præsentia licere illi subditos naualibus ignes extinguere: veruntamen caueret etiam atque etiam, ne fallendo postmodum, longè sæuius in Lusitanorum pectoribus excitaret incendium; nihil eos aequè ac perfidiam & fraudem ac dolos odisse. Cum hoc responso oratores dimissi, & in stationes è prælio reditum est. Inter paucas, præcipuè memorabilis hæc fuit victoria. Desiderari ex hostibus mille sexcenti, è nostris non amplius decem. ac præsentis è cælo subsidij haud dubiam fidem cū alia multa fecère; tum verò fluitantia mox Mahometana cadauera, sagittis (cū eo teli genere Christiani carerent) pectore aduerso transfixat ut ab illis missæ, in ipsosmet retortæ diuinitus viderentur fuisse. Albuquerque, ducibus militibusque pro merito cuiusque collaudatis, ne quid ea nocte repentini ab urbe motus existeret, acriter intendi vigilias iussit. Postero die, uti conditum erat, de conditionibus agi cœptum. Pax ita conuenit, uti Zeifadinus, alter eo nomine Armuziæ Rex, in Emmanuelis Lusitanicæ Regis clientelam ac ditionem quam optimo iure cōcederet: eidemque Emmanueli Serafinum (is nūmus aureus est) millia quindecim tributum nomine pēnderet in singulos annos. Præterea, locum Albuquerque ad arcem ædificandam, ipsius Albuquerquei arbitrato assignaret; ædificationemque adiuuaret præsentem pecunia, cæmentis & operis. denique, dum exstruitur arx, ædes interim in urbe Lusitanis ad negotiandum ac diuersandum idoneas commodaret. Emmanuel vicissim Zeifadinum in fidem ac patrocinium benignè susciperet; & ubi necesse foret, ab hostium incursum omni ope tueretur. In hæc, solèni ritu data fide acceptaque, primū omnium locus ex ædificandæ arci deligitur, ex altera parte in mare versus, ex altera ad ipsam regiam pertinens; quò simul ad maritima subsidia libero esset aditu, & ipsa propinquitate Regem regiòisque in officio contineret. Cæterū, quæ res Lusitanici imperij firmamentum fore videbatur, ea vel in primis omnia labefactauit ac perdidit. Ædificio quippe inchoato, succedentibus inuicem classariis, cū Albuquerque parceret nemini, quin etiam ipse ad ceteros animandos, operi manus interdum admoueret; nostrorum paucitas, quamquam

artificiosè obtegente Albuquerque, facilè patuit. Duo millia bellatorum, vt minimum, esse barbari putarant, cum vix ad quingentos vt supra dictum est, summa pertingeret: dein, Atare magnis præmiis clam sollicitante, transfugia maximè fabrum ac nautarum fieri cœpta. quos cum Albuquerque minaciter ab Eunuchò repperet; ille subinde variis mendaciis & frustrationibus eludebat. Per idem tempus è Perside Legati duo ad Armuziã appulsi, vt ab Zeifadino vectigal annuum Ismaëlis nomine exigereut. Ea seu vera fuit, seu ad metum Lusitanis incutiendum, ab Atare in tempus ficta legatio; confestim ad Albuquerque a Zeifadino defertur. ille, præsentis animo, & hilati vultu, Regem suæ cura esse iubet: sese cū legatis illico transacturum. dein globis aliquot è ferro liquato, hastarumque cuspidibus & missilibus variis in ferculum impositis, eico ferculo mittit, qui suo nomine Persis apertè denuntient; ab iis qui in Emmanuelis fide & imperio sint, alienis Regibus, si lacessant, tributum ex ea moneta persolui; qua ludificatione vehementer offensi legati, re infecta, pleni minarum irarumque in Persidem redière. Interea cum arx, quamquam acriter instante Albuquerque, tamen tardiùs cupiditate omnium cresceret; Lusitana ipsa pubes atque nobilitas indignari ac fremere; se tot iam dies in seruili opere detineri; cum interim Ægyptiæ naues contra Emmanuelis edictum impunè toto ferantur Oceano, quarum opibus ditari omnes nullo negotio possint. Nam quod ad ipsam arcem atineat; cui non apparere ludi operam, vel potiùs prodi sanguinem Lusitanum? quippe, simul atque ab Armuzia soluerit classis, metum omni sublato, & arcem & præsidium ipsum Persis & Arabibus illico prædæ futurum. Ergo, per tot miseras & ærumnas id agi; vt, Lusitanorum humeris & sudore, castellum aduersum ipsosinet Lusitanos in barbaro solo exstruatur. Hæc, & alia id genus, quæ in tali re segnitie & auaritia suggerit, occultis primùm inter paucos agitata sermonibus, paulatim in vniuersam classem manarunt. Nauarchi, qui alienæ leuitati & licentiæ moderari debuerant, vltro se tumultuanti militis, duces & auctores præbent. Denique, ipsorum nomine, libellus singulorum chærographo subscriptus, ad Albuquerque a publico scriba defertur: in quo erat; nautas & milites omnes iamdiu profectionem ex eo loco postulare. frustra ibi teri tēpus, finitimisque nationes, quibus nulla ope resisti possit, atque Ismaelem in primis Persam, eo factò irritari; cui ad eam diem Armuziani Reges tributa persoluerint. Qui vt maximè sileat; & impositam suis ceruicibus arcem incolæ æquo animo patiantur; minimè tamè expedire, ommissa Indica navigatione, marisque custodias

tenues aded copias in tot ac tam longè disjuncta præsidia dissipari carpique. Proinde classem vel ad Arabicam oram rucndam reduceret, vel in Indiam trajiceret ad Prætozem Almeidam adjuuandum. Idni faceret, minimè ex Emmanuelis re & boni ducis officio facturū vidcri. Hæc à minoribus præfectis Imperatori proposita. Verū ea denuntiatione Albuquerqueus, & natura minimè blandus aut in milites ambitiosus, & regere nō regi, à suis præsertim, assuetus; aded deterritus ab incepto nō est, vt lectū mox libellum in ipsas muri cōpages per cōtempzum includi à structore imperauerit. id verò perquam indignè passi Nauarchi: non modò nihil se tā bene meritos impetrasse, verū etiā ludibrio fuisse consuetientem omnium voluntate inatque iudicium. itaque ipsismet sine intermissione instigantibus, nautici, rerum nouarū cupiditate, plerique, & in Imperatorē odio magis ac magis accendi; paucos ingenita probitas aut metus, aut verecundia continebat. cæteri desidia, negligētia, prauitate certare: si ad tesseras & accipiēda imperia vocarētur, vix ad nomina respondere: si maturandum quippiā esset, operam consultò remittere: sin cautè & cōsideratè agēdū; vniuersa præcipitare, miscere, cōfundere: præsentē Albuquerqueium cōtracto vultu intueri; absentē exsecrari & proscindere maledictis: denique, ad apertā pænè seditionē res haud dubia animorum inclinatione spectare. Nihil horū Eunuchus interea nesciebat: quippe, & ab infensis omnia vulgabatur; & ipse discordiæ scendæ alendæque artifex mirus, præfectorum plerosque donis ac promissis priuatim sibi habebat obnoxios. itaque nostrorum dissensione freris, iugum excutere ac bellum reparare sine mora constituit: grauitè semetipsum accusans, quòd Christianis hominibus aded & numero paucis, & voluntate dissentientibus, regnum Regemque præceleri desperatione prodicasset. Igitur officinis in proximo per transfugas institutis, ænea clam tormenta conflare; noctu armatos in vrbein admittere, naues in tutam ab incendio stationem occultè subducere; conjunctos arci parictes perfodere pluribus locis, vt in nostros munientes repentè impetum faciat. iis rebus per Abrahamū quendam Ataris inimicum ad se delatis, Albuquerqueus intestinæ prius fraudi, tum externæ obuiam eundem ratus, Nauarehos alloquitur. docet quanto in periculo ipsorum culpa res sit. Atarē; Christianorum maximè certaminibus odiisque subnixum, extremam cunctis moliri perniciem; discordiæ mala, sacramenti religionem, Emmanuelis Regis præcepta commemorat. caueant, ne gloriosam aded victoriam, ac pænè diuinam, cuius fama iam longè latèque manauerit, perfidis coitionibus ac detestabili animo.

rum obstinatione corrumpant. Hisce castigationibus minisque insuper exterriti præfecti, cum sese purgaret, & in officio fore promitterent; Lusitanos, qui que in vrbe qui que in aree versarentur, illico in naues cum omni instrumēto Albuquerqueius reuocat. Inde patefacta sua consilia sensit Eunuchus, neque vltra iam distulit bellum. Nauis actuariæ carina erat ab Albuquerqueio in littore posita: in eam primū inijcit flāmas, deinde in classem nostram ex vrbe varij generis tela contorquet. Albuquerqueius, nequicquam Rege, regisque præmonitis, vr fœderis & iurisiurandi inemores pacta fidemque seruarent, applicitis ad terram nauibus, urbē continuis octo diebus pergit quaterc. Ea diuerberatione quamquam ciuibus luctuosa; tamen eum haud ita multum ad summam vniuersi proficeret belli, ab oppugnanda ad circumsedendam Armuziam vires & consilia transtulit. Neque admodum difficilis fore videbatur obsidio vrbis in arido ac sitienti solo, pænè cunctis non modò ad eibum, sed etiam ad potum importatis vtentis: & vna situs opportunitate, vr supra dictum est, in admirabilem celebritatem frequentiamque perductæ. Siquidem, paucis exceptis olcribus, nihil ferme tota insula feritur. Cisternæ aliquor intra ipsa mœnia eadentem è eçlo excipiunt imbrem, idque perrard. Ad Turumbacum (quattuor ab vrbe millia passuū is abest locus) aliquot numerantur putei; extera mirum in modum squalent arētque. Albuquerqueius Nauarchis ad opporrna loca dispositis, scaphas etiam remige ac milite instructas, insulam dies noctesque circuire iubet. multa paucis diebus nauigia cum ipsis com meatibus intercepta, nautæ militēsque ad terrorem decisis naribus, auribus, manibusque in littore expositi. Præterea Turumbacū Georgius Barretus Castrius cum expeditis octoginta viris noctu profectus, circa quartam ferè vigiliam, quod tempus altissimo somno mersos homines tenet, nec opinato aduentu sopitos palatosque; eustodes oppressit. sagittarij ducenti, equites quinque & viginti in eo præsidio erant. cæsi cum ipso præfecto plerique, & cæsorū corporibus, pedum equorumque, & alia materia oppleti putei. ac, ne aperiri denuo possent, cum delectis non amplius viginti viris in ea statione relictus Laurentius Syluius Castellanus, egregia virtute Centurio. Aduersus eum manipulum cohortes aliquot ex vrbe cum erupissent: circumuentos Lusitanos, & in orbem pugnantes, ad vltimum iam discrimen adduxerant, ac superfuisset nemo, ni Albuquerqueius in omnes hostium motus intentus, cum centum & quinquaginta armatis celeriter affuisset. eius aduentu integrata pugna, & ex altera parte Atar & Rex ipse hortatores aderant: ex altera, inter pri-

mos ordines Albuquerqueius præliū ciebat acerrimè, ad extremū, su-
 perante ho⁹ in multitudine, plurib⁹ iaculis frustra peritus, cū iclus
 omnes impenetrabile scutum & egregia lorica respueret: haud ta-
 men exiguo cum vitæ discretimine, pleriq; suorum laucijs, vno tan-
 tum desiderato, sese ad scaphas in proximo stantes recepit. Ex ho-
 stibus cecidere cōplures. in ijs princeps iuuetutis Amis (qui hono-
 ris vocabulo xa dicebatur) manu præoptissimus, cui nuper ob cōiu-
 rationis crimen exulanti, redituū in patriam Albuquerqueius ipse
 met impetrauerat: ac tum ex cataphracto equo in liberatore suū
 impia tela torquenti, missus in incertum è tormento globus fe-
 mut alterum abstulit. Actiote inde custodia cū omnes vndique
 comneatus ab vrbe arcerentur, inopia primū, dein fame sitique
 vrgeri ciuitas capta: quæ mala cū diuicias ferri natura ipsa nō si-
 neret: concursus quotidie plebis in regim fiebat detestātin bellu,
 sibi que, & vxotibus, ac paruis libetis alimeta precibus itatis eslla-
 gitatum Atar interea per idoneos viros tumultum sedare vix po-
 terat: & in cassum propinqua Persarum auxilia & explorata victo-
 riæ spes iactabatur: ingens quippe teru desperatio populu ceperat:
 iamq; in eo res erat, vt Albuquerqueius vrbein malo subacta rursus
 in potestatem acciperet, legelq; denuo imponeret victis: cū nihil
 tale mentem, in ipso articulo rei ad exitum perducendæ, Nauar-
 chi ferè omnes repentè destituunt: & passis velis in Indiam cōsen-
 su transmittunt. neque id modò, verū etiam ad suā ipsi leuandam
 infamiam, vt fit, in fontem Albuquerqueium fictis criminibus vltro a-
 pud Almeida Præotem insimulant. Ab ijs tali tempore desertus
 Albuquerqueius, Quexomen tamen insulam subita incursione vasa-
 uit, ac subsidio venientes Armuzianis duos Latecij Regis propia-
 quos cū sagittarijs quingentis cæcidit: & in cōspectum vrbis cada-
 uera vtriusque proiecit. Sub idem tempus, è captiuis est cognitū,
 ab Lata Carmanix vrbe, & Bahateno insula Perlici sinus, classè ad-
 ueritate nauū septuaginta, rebus omnibus ad dimicandu paratā. ac
 simul ab Socotora nuntij tristes venere; arcè Lusitanā præsidiumq;
 in summo versari periculo. Fartaces, post Christianæ classis profe-
 ctione cōcitatis denuo ad arma incolis, acriter Lusitanos preme-
 bant. Harum rerū fama permotus Albuquerqueius, nouis cōmeatib⁹
 ex hostico duas, quæ solæ supererāt, naues instruxit ac dolore rāte
 ad irritū cadetis victoriæ fremes gemēsq;, Socotorā Ianuatio me-
 se reperijt. Eius aduētū soluta statim obsidio est; fugati denuo Far-
 taces: & Socotoranis quòd iterū defecissēt, multæ nomine, grauius
 vectigal impositum.

LIBRI TERTII FINIS.

G

HISTO.

HISTORIARVM

INDICARVM

LIBER QVARTVS.



EQVITVR annus octauus à sesquimillesti-
 mo, insignis graui clade Lusitanorum, & a-
 cerbo Laurentij Almeida eximij bellato-
 ris interitu. Is, cum ad Cocinum è Ceila-
 no insula reuertisset, ad custodiam inde
 Malabarici maris nauibus octo prodierat.
 Interea Calecutanus & Arabs, sine uterque
 gentis ac scetæ populos Regesque ad arma
 instigare; accusantes ignauiam, quod abditi intra menia & portus,
 alienigenas homines, natura, sermone, legibus, institutis multo
 magis quàm maris atque terrarum interuallo distinctos, tam diu va-
 gari toto pæne Oriente populabundos, neque classes modò, sed
 iam, si Diis placeret, colonias quoque in Asiam arbitratu suo mit-
 tere paterentur. Huiusmodi castigationibus monitisque cum alios
 principes ac dynastas, tum vero Mamulium Cambaia Regè, præ-
 pollentem ea tempestate opibus armisque, in causam traxerat. Est
 autem Cambaia regnum, quàm bicornis Indus in mare fertur, soli
 ubertate, finium amplitudine, fluminum, vicorum, urbiumque fre-
 quentia inclutum in primis Ab Oriente Mandoam terram, ab Oc-
 cidente Nauracos seu Gedrosios attingit: a Septentrione Sanga
 ac Dulcinda regnis; à Meridie mari & limite Decanio terminatur.
 Ipsa regio, Cambaia: populi, incertum unde, Guzarates appella-
 tur: superstitionibus & mercaturæ apprimè dedita gens, bello ad-
 modum inutilis. itaque externo serè milite Reges vruntur. Ac Ma-
 mudius, quod erat ex hæresi Mahometana, Ægyptium Campsonem
 ciuilem superstitionis præsidem per litteras ac legatos vrgerè
 non desistebat, vt promissa Zamorino auxilia tandem aliquando
 summitteret. Id ipsum Zamorinus & Ægyptij negotiatores assidue
 flagitabant. Hisce tot stimulis actus Campson, quamquam suo pte
 ingenio pacis quàm belli cupidior; tamè cognita ex Mauro mona-
 cho ferocia Regis Emmanuelis, Christianæ quidè rei in suo regno
 pepercit, quod ita futurum Emmanuel sagaci conjectura prospere-
 xerat, ceterùm ad exturbandos armis ex India Lusitanos, quado ni-
 hil

hil prorsus minæ valuerant, animum & curas intēdit. Igitur ad materiam nouæ classi petendā, onerariæ quinque & viginti cū valido præsidio Mammalucorum (ea erant Ægypti robora) in Ciliciam destinata. In eas cum oneribus re seantes diuinitus factum est, aduenerit deinde omen euentus, vt Andreas Amaralius Lusitanus, qui tū erat in principibus Rhodię militię, cum nauibus egregiē instructis decem, incideret. Is audacter commissio prælio, Mammalucis ferre trecentis occisis, onerarias sex deprellit, quinque captiuas abduxit, cæteras in fugam actas fæda coorta postmodum tepestas lacerauit ac distulit: decem tantum quassatæ fluctibus Peiusium tenuere inde aduerso Nilo Carrum subuecta materia, & à naualibus fabricis particulatim elaborata, tridui itinere camelis Suezium maris rudi deuehebatur. ibi demum intextæ & compactæ catinæ cum necessariis armamētis deductę sunt. Eę fuere in præsentia triremes tãtummodo sex, celsiores onerariæ quinque; ad quas Calcutanus orator Maimames, de quo supra diximus, Mahometicæ prauitatis antistes, cum vna lōga naui se adiunxit. In eā classē, præter nauitas remigēsque, Mammaluci mille & quingenti propugnatores impositi. Expeditioni præerat Hocenus Perla, qui patria lingua Mir, hoc est itax sine præfectus, honoris causa fuerat appellatus, rei natalis gloria per id tempus admodum illustris. Hunc Maimames, regionum peritus, præter littus Arabicum, superato Persico sinu, ad insulā & oppidum oræ Cambaicę seu Patalenæ Diu adduxit: quam regionem præcis Carmaniam scisse nonnulli recentiores falso putarunt. Huic insulæ imperitabat eo tēpore Iazius, natione Sarmata, quem olim finitimi Turcæ, prædā è Christianorum agtis agentes, a patricis vberē auulsum vnā cum aliis infantibus puerisq; in seruitutem abduxerant. Mahometanis inde factis initiatus, vt erat lacertoso corpore ac viuido in primis ingenio, ad summam sagittandi scientiam quotidiana exercitatione peruenit: ac per manus, vt fit, aliis aliisque diuenditis dominis, in regnum denique Cambaicę defertur, & Regi Madrafaxo Mamudij patēti pro amicitia dono datur a mercatoribus. Apud quē, auguriis mirē deditū, cum sagittarię artis egregium specimen præbuisset, imunda inter volandum aut destinato confixa; ab ea primū laude commendatus, dein aliis quoque muneribus prudenter ac dexterē obeundis non vulgarem gratiæ locum breui tempore nactus est. Cū in dies familiaritas cresceret, libertate donatum, Rex in prætorianorum ordines cum largo stipendio adscribit. dein, virtutis ergō, Melicum vocabulo gentis appellat. postremò vicum ei maritimum & insulam, de qua dicebamus, Diu, iure beneficiario attribuit.

La n̄ insulam, vestigijs tantum diruta quondam vr̄bis nobilem, ceterum eo tempore rectis & incolis infrequentem, lazius, tum loci opportunitate (quod medio veluti è spatio facilis inde vel in Arabica litora vel in Decania regna decursus est) tum vigilantia solerriaque pelliciendis vndique mercatoribus, ad insignem celeberrarem breui perduxit: sepsirque insuper mœnibus & propugnaculis. Ad hæc, trans euripum sen fractum, quod insulam facit, in orientali continentis plaga oppidum condidit; receptaculum aduenis militibus, maximè Turcis; vr̄ ab Diæsis fretu diuisi, rixadi eū nis ac tumultuadi causas procul haberent. id oppidum primò Gogala, dein Rumeopolis vocitatū ab ipsa re. Duplicis quippe generis Turcæ versantur apud Indos, militiæ causa mercede conducti: Asiatici & Europæi: illos æquè Indus ac Lusitanus proprio nomine Tutcas; hosce, quod a Byzantio ferme euocantur, quo transarum ab vr̄be Roma quondam imperium est; corrupta Græca voce Rumes, quasi Romæos appellant. huic ergo nationi lazius, vr̄ dicebam, separarum ab incolis locum ad commorandum attribuit. Tum etiam pecuniis in dies auctus, prædatoriam classem hanc contemnendam instruxit. Hic aduenientem cum expectatis iam pridem auxilijs Hocenum gratulabundus accepit. ac sese, quod ita Cambaie regi cōtdi esse intelligeret, adiutorem illi & socium ad omnia fore professus est. Communicatis inter se consilijs, dum de ratione gerendi belli deliberant; à specularioribus affertur, Laurentium Almeida cum paucis nauibus ad Ciaulum stare, expositis in terram copijs, nihil minus quàm de aduentu classis Ægyptiæ cogitatem. Ultra Diu leucas circiter quinquaginta id emporium est; duas recedit introrsus à mari. Præterlabitur eiusdem uominis fluius, quem, vr̄ ceteros ferme Orientis amnes, longo tractu æstuarium insidens, capacem ac patientem omnis generis nauium reddit. Ei tum oppido impetabat Nizamalucus, vnus è Decani regni præfectis, qui Rege in custodiam incluso, totum eius imperium libi nefaria conspiratione diuiserant. Quæ portio Nizamaluco obuenit, in eius ora maritima Ciaulum est. ipse mediterraneis maximè se regionibus continebat. ac licet ob diuersitatem religionis ac generis, Christianos odisset; questus tamen & commercij causa, mandauerat præsidibus loci, vr̄ cum aduenis Lusitanis amicè ac liberaliter agerent. Ergo, dum ibi securus moram ducit Almeida, vr̄ Cocinensibus onerarijs, quæ ad Ciaulum stabant, præsidio redcūtibus esset, incerto auctore affluxit rumor, Ægyptias naues cōplures cum egregio militum armorumque apparatu in Indiam penetrasse. Primò nihil eiusmodi sermonibus commouetur Almeida.

increbrescente dein fama, concilium aduocat. omnibus incredibili-
 vis res. quibus enim machinis naues, maioris formæ præsertim,
 ab interno in externum mare, tanto continentis terræ spatio trã-
 uehi, aut quomodo nouam in Arabico intimo sinu classem adifi-
 cari ornariue potuisse, locis circa siticulosis arenibusque, nulla
 ferme cædua sylua, nulla ferramentorum, nulla fabrum, ac nautarum,
 aut remigum copia: Scilicet annuæ farias à Meca naues ma-
 jore fortasse quam soleant præsidio, Diu appulsas. id vulgo cun-
 cta in maius attollenti classis inusitatæ speciem præbuisse. Ad hæc,
 inanes sæpe iam autè rumores ad Lusitanos terrendos consultò
 dissipati, & vana ac fallacia incolarunt ingenia memorantur. His-
 ce aliisque id genus argumentis eleuata nuntij fides: & Lauræius,
 de more, certaminibus ludicris militariter tempus terebat; cum
 ab iis, qui carchesia speculandi causa tenebant, aduentans repente
 conspicitur classis, incerto, propter distantiam, numero & genere
 nauium. Hocenus is erat, dum suam Iazius quoque classem ex-
 dit, ad opprimendum, vel certè distinendum Almeidam celeriter
 antegressus. Initio, Albuquerqueius, quòd ex Arabia dudum exspe-
 ctaretur, adesse creditus a nostris. Mox, vbi propinquas ipsa Ma-
 hometanas naues peritis talium rerum aperuit, repente nuntiis
 aliis super alios missis, Almeida vagos in littore præfectos & mili-
 tes raptim naues conscendere, arma capere & aptare ad prælium
 iubet. Vix dum iussa peregerant, cum Ægyptij demissis antennis
 ad pugnam instructi portum inuehebantur. Trepidus inopinata re
 Lusitanos, metuque percussos, in potestatem haud ita magno ne-
 gotio venturos putauerat barbarus. ast vbi præsentiore quam cre-
 di posset animo frequentes armatos ad margines nauium, & pro-
 tabulat: & castellis asperit, ex tuto rem aggredi, & Iazium omni-
 no opperiri constituit. in agminetantem eò die leuiter dimicauit
 est, neutris vniuersi certaminis aleam subire ausis. Hocenus, ad vi-
 tandum congressum ordine simplici præteruectus, paulo supra
 nostrorum stationem, ad ripam fluminis loco vadoso naues appli-
 cuit; quòd ex plano alueo de industria fabricatæ, multo minorem
 quam Lusitanæ aquarum altitudinem postulerent. Proxima rox
 animando vtrinque milite & corporibus curandis insumpta. Po-
 stridie, ignarus Hoceni consiliorum Almeida, venturique mox ab
 Dio subsidij, vltro sublatis anchoris ad hostem subit infestus. Ma-
 xima Lusitano spes victoriæ in dextris erat, si naues Ægyptias in-
 jectis harpagonibus comprehendere, ac pugnam ex propinquo
 conferere potuisset. Vbi eos ab exoptato cõgressu natura loci pro-
 hibuit; tormentis admoti confestim ignes & missilibus vnique

certari caprum. Inde lanari subito corpora; & nauum latera atque armamenta perfringi; & horrendo fragore, variisque clamoribus, ac misso vulneratorum & morietium gemitu, cœda perstreperē. Barbari, & multitudine defensorum, & omni telorum genere ex præparata in idipsum copia; & non ero ac forma ipsa nauum superabant; quippe, præter quàm quòd etant testæ picatis funibus; a puppi ad proram usque reticulato opere pertinentibus; tanta erat insuper earum celsitudo, ut in nostras apertas, libratoria superne iacula, & certiore ictu pleraque incidrent. Verùm iniquitates omnes vincebat audacia Lusitanorum, & inexplebilis quedam gloriæ laudisque cupiditas. Multi eo die ex utraq; parte interfecti, plures vario telorum genere fauciati. Laurentius ipse, conspicuo loco prælium ciens, duabus deinceps sagittis haud sine acri doloris sensu configitur. Sacrificulus quoque Mamantes, dum infra puppim abdito loco Mahometem adorat, misso temere globo discerpitur, obitæ cum tanto labore legationis, & concitati aduersum Christianos belli præmium egtegium tulit. Hoc maximè modo pugna propemodum æquo Marte in vesperam extracta, lazius cum ætneriis circiter quadraginta superuenit. Ad eius æuentum index lætitiæ clamor ab hoste sublatus; & incerta victoria prælium lassitudo & appetentes iam tenebræ dircemerunt. Lazius Lusitanam classem perumpere nequequam ausus, ad osium fluminis anchoras jactit. dein silenti nocte diuersam abradens ripem quam longissimè à nostris potuit, sese cum Hoecno conjunxit. Ea re armadueta, extemplo ad Almeidam duces Lusitani conveniunt. Sati iam decoris ac laudis ex utriusque diei certamine partum demonstrant nunc tanto incremento auctis hostium copiis, cedendum aiunt temporis; & nulla interposita mora naues ex arcto & impedito loco in altum explicandas. Hæc pro sua cuiusque parte suadere præfecti. Almeida, ut erat existimationis ac dignitatis nimio plus retinens, nocturnæ fugæ ignominiam veritus, cedendum utique, sed sensim, & oborta demum luce, respondit, neque viis cuiusquam obsecrationibus demoueri se de sententia passus est. Vbi diluxit, accersitas iam à Ciualo locorum onerarias Lusitanicis intermissas, retrorsum aflu secundo iubet ad mare tenderi; p se, quod periculosissimum erat, antecedentium tuenda terga tibi desumpsit. Barbari nostros conspicati abeuntes, illico sublequantur; telisque ac tormentis morari ac retinere contendunt. In eo tumultu fortè ita accidit, ut insciis omnibus, majoris formæ ferrea pila sub ipsam clauum adacta perincon modo loco nauem Almeidæ perforaret, inde accepta clam aqua paulatim al-

ueum degrauabat: ac tanto denique pondere in piscatibus cancellos, transuerso anne prætentos, impegit; vt iniectis Pelagio Sosa trierarcho lotis, quamquam acerrimè concitato remigio, nulla inde vi vnquam auelli potuerit. Cùm vndique instaret hostis, & iam progressi nauarchi, animaduerso periculo frustra in aduersum æstum (& est ibi ad instar euripi rapidissimus) ad open Almeidæ ferendam toto impetu, nirentur; egregia velocitate lēbus a nautis imperatori ad fugam offertur. Hartari omnes & orare, vt confestim illuc è naui desiliat, seque Francisco parenti, ciuibusque, & Emmanueli Regi seruet incolumem. At ille, fortibus oculis, Deus, inquit, ac superi omnes; tale flagitium auertant, vt carissimos commilitones meos, adedè de me, deq; parente meo, ac de comunni patria bene meritos, in extremo discrimine derelinquam. Dein, reiecto nauigio, propugnatoribus ad loca idonea distributis, qua maximè parte laborari animaduertit, eò celeriter aduolar. Tam insigni virtutis & caritatis exemplo reliqui mirum in modum animati. Nulla, quamquam in tantis angustijs, mentio deditiois aut pacis. Cuncti sese ad vitam præclaro exitu decorandam intrepidè cōparant. At ex altera parte barbari, in eo verti victoriam rati, si duce hostium aut viuo aut mortuo potirentur, omissis cæteris nauibus, vnā prætoriam circumstant. neq; tamen ad inuadendum, vel ad rem propiùs gladio & cuspide gerendam est auarus: tantùm ex interuallo incendiarias ollas, & sagittarum examina, & plumbeam procellam in nostros effundunt. Cum litibus maximè iniquam certamen erat. Ea, ne respirandi spatium hosti daretur, propè ad Numidarum equitum speciem in turmas diuisæ, cùm in orbem pugnæ succederent, agilitate incredibili procurrētes inuicem ac refugientes, immobilem & hærentem vno loco prætoriam, haud tamen impunè eludebant. quippe non pauci, & promptissimus serè quisque, dum incautiùs subeunt, destinatis è superiore loco iaculis figebantur. Inter hæc, Laurentio, propter magnitudinem & animi & corporis in primis ad ictum opportuno, excussa è tormento pila dimidiatum femur abripuit. Eo vulnere debilitatus, cùm sese ad sellam malo appositam reclinasset, suos ex eo ipso loco ad gloriam ac decus intermortuis vocibus adhortanti, ac proposita motientibus pro Christi nomine referenti præmia, globus alter, auulsis à pectore costis, sædo & horribili aspectu præcordia patefecit. Corpus lacerum, quo mirus: conspici posset, raptim à stipatoribus è superiore loco detractum in tabulata projicitur. & nostros iam sanguis iam tela defecant: reliquis ex omni numero duntaxat viginti, & ijs quide ipsi

perpetuo labore ac defatigatione confectis. Tum demum hostes ad Prætoriam succedere, in eamque nudatam propugnatoribus transire aui. Duorum hinc Lusitanorum perditis in rebus facinora memorantur egregia. Vernaculus erat alher Almeida, Laurentium Frerium Catum vocabant. Is inter pugnam lumine captus ictu sagitta, cum ab heri cadauere auelli non posset, tero quo em altero lacrymas oculo sine sine profundens, ab inuentibus repentè Mahometanis opprimitur, neque se tan. eu circi uentus abiecit, sed præsentis firmi animo ferrum: ingentique edita strage, & hostium corporibus domino tumulto, super eam denique stragem, præclare seque & Imperatorem ultus, occubuit. Speculator & carchesij custos erat alter, Andreas nomine Portuensis. hic plumbea glande laucius humerum, & insuper usu la uæ manus anullo, nihilominus dextra plus biduum ex ipso carchelio dimicans, barbaris in tantæ virtutis admirationem adductis, accepto demum incolumitatis fide se dedit: ac suis postea restitutus, & honore (uti erat equu) & stipedijs auctus est. Caterù petri Prætoria Mahometani, traditis in custodia ijs, quos in potestatem uiuos acceperant, parta tanto sudore & sanguine victoriam inter se gratulantur: per eos quippe dies è suis omnino sexcentos amiserant, cum è Christianis cecidissent haud amplius centum & quadraginta. ergo ad humandos commilitones de more conuerth; & Mahometapo antisui Maimami, quod inter adorationem obicit, quam ipsi vulgo Zalam appellant, utpote sine controuersia in cælestes relato, sanum cum perpetuis luminibus posuere. adè vel adumbrata uirtus & hicta religio in admiratione & honore etiam apud barbaros est. Almeræ corpus, quaesitum ad sepulturâ, quâ. uis adhibita cura dignosci non potuit. Lusitanicæ naues, quæ maturè discrimen effugerant, cum in oculis parè duce amittent, opitulandi facultate præcisa, inde ad Cocinum plene luctu ac mœllitia reuertuntur. Cladis eius nuntium Prætor Almeida, ut signum erat illa persona, sapienter tulit: præclare, ut in malis, cum Laurentio filio actum affirmans, quod nulla accepta ignominia, contra nominis Christiani hostes egregiè dimicans, extr. mum obisset diem. Simul, eam insolita victoria elatos barbatos intelligeret, ad eam ferociam reprimendam, contractis undique nauibus militibusque, sese impigre comparabat. Iner hæc, Albuquerqueus compositis ad Socotoram rebus, nauibus tribus è Lusitania nuper eò delatis, & epibatis ferme trecentis, Annuziam reperit, inspicendi n. agis causa, quàm quod tã. nulis cogijs urbem recipere se posse consideret. Calaiatum ex itin-

Bere primùm, cuius autè meminimus, Armuzianæ ditionis emporium, quod ab Emmanuele Rege deticiuiffet, in prouiso aduentu cœpit, ac præda exhausta, ignem testis iniecit. Inde prouectus in Armuziæ vrbs confpectum, haud modico auctam incremento arcem offendit, ac turres ad alteram vique contignationem Ataris cura perductas. præterea, noui aggere & vallum vrbi circumdatū, aneis tormentis ad opportuna loca dispositis. ingentem denique com meatus & aquæ vim, per eos nentes inuectam, Rege regijsque de infesto Lusitanorum teditu haud sine causa sollicitis. Albuquerque, nauigijs tantum aliquot interceptis, ne tentata quidem oppugnatione, ad Nabâdem continentis oppidum è regione Armuziæ repente descendit. Validum erat ibi Zesfadini præsidium: & locus tortuosis ad obliquum ictum munitionibus Indico more cinctus. omnia tamen Lusitanus felici conatu perripuit; cæsoque præsidio, oppidum direptum incendit. Vastatis dein circâ agris, cū litteras ab Emmanuele accepiffet, quibus iubebatur Almeidae Prætori in administratione succedere; Oceano trāsmisso Cananorè venit, quò prætor item paulo antè sese ab Cocino contulerat. Ab eo cū Albuquerque provinciam ex Emmanuelis decreto repeteret; nondum, ait Almeida, maturum eius rei tempus aduenisse. Pulsis ex India Mammalucis, & pacata prouincia, sese tum denique magistratu abiturum. Ardebat cupiditate Prætor filij necis, antequam prouincia discederet, vleiscendæ: præterea, exulcerato fugitiuorum calumnijs & criminationibus animo, malè iam pridem de Albuquerque sentiebat. itaque, vt sunt nimium acuta ad suas cõfirmandas & fouendas opiniones hominū ingenia; interpretatus, neque è Lusitana re neque ex Emmanuelis maiestate esse, tantū imperium temerario & impotenti, & dubiæ sanitatis viro committi; nequicquā exposituram Albuquerque, per speciè capiendæ quietis, & relaxandi a tot laboribus animi Cocinum ablegat. ipse nauibus vnde viginti, & milite & instrumēto bellico præclarè ornatis, Cananore profectus circa initium anni insequentis (qui fuit seculi huiusce nonus) ad Anchediuam insulam tenuit. ibi dum nautici quantur; alloquendos præfectos ac milites ratus, concione aduocata, ita disleruit: Quando peccatis factum est meis, vt mihi vobisq; Laurentiu & comites ex vninerfa nobilitate delectos, in medio cursu atatis, honorūque casus magis aduersus (quod scitis ipsi) quam hostiū virtus eriperet; non ignoro, fortissimi viri, quiddam insuper à me piaculi contractum esse, quod insolita victoria tantū exultare Mahometanum, & nefaria passim vexilla gratulabundū explicare sim passus, ac nō protinus ab tristi nuntio, quāuis par-

,, ua & subitã manu, ad expetendas ab ijs pœnas, vna fretus im-
 ,, mortalis Dei præsentia duxerim. quid enim, tali præside ac duce,
 ,, non audendum nobis fuit? Ille, gentem nostram ex remotissimis
 ,, regionibus, ad Liberi, & Herculis, & Alexandri vestigia melioribus
 ,, multo auspicijs & fructu longè solidiore calcanda, subditis æter-
 ,, næ gloriæ facibus incitauit. ille, nobis, aduersus impuros nominis
 ,, Christiani aduersarios, & pia roties arma induit, & de tot tanquæ
 ,, opulentis nationibus clarissimas terra mariquæ victorias peperit.
 ,, ille, paucitati nostræ vires arque animos dedit, hostium multitu-
 ,, dini formidinem ac terrorem iniecit. ille, nobis, in alio pœnè terra-
 ,, rum orbe rerum omnium pressis inopia, diuinitus opem ac subsi-
 ,, dium rulit: A frorum, Arabum, Persarum, Indorum quæ tam sæpe cõ-
 ,, spirationes, machinas, apparatus memento disculit. vr optimo
 ,, iure, nunc etiam, vel exiguis copijs ad retundendam insolētis bar-
 ,, bari audaciam proficiscens, vnica numinis diuini fiducia secundos
 ,, mihi rerum euentus non sine causa polliceri potuerim. Quid ergo
 ,, tam laudabiles impetus & digna viro consilia retardauit? Fatebor
 ,, ingenuè id quod res est, Lustrani. humano quodam timore sũ veri-
 ,, rus, ne si ad hostes ita multos, & reccti victoria feroces, nõ pronisis
 ,, antè cõmeatibus, non enocatis Regũ sociorum auxilijs, non iusta
 ,, classe, & instructa hoc militum robore, extẽplo retendissem; in ali-
 ,, quam fortasse reprehensionem incurrerem, quòd iracundia præ-
 ,, ceptis, domestici doloris causa, cõmunem rem in apertum discriminẽ
 ,, obijcere minimè dubitasse. ita, dum summam rationum mearum
 ,, tacitus apud me subduco, nimium fortasse cæutus, quàm parum
 ,, prudens aut amans reipub. videri hominibus malui. Nunc, quãdo
 ,, & Deum ipsum, cuius agitur causa, propitium, vr spero, & classem
 ,, ita ornatam habemus, vr nihil meritò desiderari à quopiam possit;
 ,, est sanè, cur celso & erecto animo ad vlciscendum Laurẽtij & po-
 ,, pularium necem sine mora pergamus. veruntamen, antequam in-
 ,, iuriam hanc bello persequimur, delenda nobis est macula, magno
 ,, meo cum dolore iam antè suscepta: quod Sabaium hunc, Decaniũ
 ,, tyrannum, tot menses impunitum esse permittimus. Hic, qua im-
 ,, pudèria atq; audacia cũ Nizamaluco, & cæteris Decani regni præ-
 ,, fectis, commissum sibi ab Rege suo imperium, per scelus fraudem-
 ,, quæ possedit; eadem & cum hostibus Lustranici nominis consociauit
 ,, arma, & distentis ad Cananorem nostris, adificatam hoc ipso loco
 ,, à nobis arcem, nequissimo transfuga duce, non dubitauit inuade-
 ,, re. Quas ob res, equidem cupit ipsius regni Goam aggredi cogita-
 ,, bam. sed quòd ab alto retractior, (vr audio) & ab hisce nouis ho-
 ,, stibus nimium remotus est locus, rem in tempus aliud differemus.

Dabu-

Dabulum æquè nobile eiusdem ditionis emporium, atque à mari, & Aegyptijs stationibus haud ita seclundum, in praesentia petere est animus. id ubi propè in conspectu urbis Dij ceperimus; tum, percussis recenti pavore barbaris, in Cambaiatum & Aegyptium, signa infesta vertentus; & gloriosum, Christo savente, de vtriusque, agemus triumphum. Quod ut ita futurum esse pro certo habeam, cum alia multa, ut dixi, tum vestra in primis, Lusitani, egregia virtus & alacritas facit. cui, quoniam ita de me deq; sanguine meo metemini, ego quoque (sic me Deus bene iuuet) pro mea parte non deero. Magno silentio, maiore cum assensu, auditus est Imperator; atq; ad nò dubiam victoria spem incredibilis ex omnium fròte oculi; animorum ardor emicuit. Inde magistri Dabulum dirigere naues iussi. Id oppidum orae Decanae, eode ferme quo Cialulu situ, magnifico impositum flumini, duas ferme leucas recedit a mari; ac tum, assiduo cò cursu negotiatorum, & cumulatis longa pace diuitijs, erat insigne. Quocirca Sabaius, praclarè conscius cuiusmodi se in Lusitanos praebuisset, castello ad portus aditum exstructo, urbè insuper aggere & vallo munerat, praesidicque firmarat militum varij generis sex circiter millium, in quibus erant mercenarij Turcae quingenti. itaque ex tanto apparatu Saracenus loci praefectus adeò erat animo soluto & securo, ut ad Lusitanicæ classis rumorem, non modò quicquam ex urbanis apothecis, ut sit, in remotiora loca asportari vetuerit; sed etiam, oblectationis causa, uxorem è villa feminasque alias nobiles ad spectaculum euocarit. Erant in Almeidae classe Lusitani bellatores mille & trecenti: & è socijs urbibus quadringenti Malabares, quorum singuli de more feruos in armis exercitatos plures paucioresve pro censu in expeditionem eduxerant. Ut in conspectum Dabuli ventum est, nocte in explorandis vadis insumpta, postridie Almeidae triremes ad oppugnandum castellum praemisit, ibi dum tormentis & iaculis vtriusque certatur, ipse interim cum ceteris copijs abique vlla trepidatione in terram egreditur. Ad aggerem subeunti, patentibus portis vndique, se hostes effundunt. Quandiu missilibus agebatur, æquis viribus dimicatum. dein cum sese Lusitani acrius intuisent, & collato pede aduersa corpora gladijs hastisque confoderent; commota primùm hostilis acies; deinde, vincente pudorem metu, in fugam auersa. Et Lusitanos, praeter insitam virtutem & audaciam, illud etiam non mediocriter iuuat, quòd conferta iam pugna, oppidani è turribus ac propugnaculis tela necessariò sustinebant, ne ambiguo idu in suos nostris permistos iuciderent, ita, dum intra urbè sese effuso cursu lae hauris recipit;

recipit; eodem impetu tergis insistens Lusitanus irrumpit. Ibi verò quantam viam ad efferandos homines habeat ira, perspicui potuit. Siquidem externi, qui prælio superfuerant, eum se per auersam oppidi partem eiecissent, in oppidanos, nullo sexus vel ætatis discrimine, ab Lusitano sævitum est. dein tectis publicis priuatisque subditæ faces, ac prædæ magna pars raptim ad mare auecta; multo plus tamen voracissimus ignis absumpsit. & mortales plerumque, cum se metu mortis varias in latebras abdidissent, aut ruina oppressi, aut eneecti fumo, aut ignibus hausti sunt. Neque vrbe tantum sese flamma continuit: naues quoque in portu aliquot eodem incendio conflagrarunt. Ab hoc tam clarae urbis excidio, cuius fama confestim longè lateque manauit, Diuum victrici classe prouectus Almeida, ante ipsas portus fauces, parato ad pugnam agmine constitit. Hocenus, cum de hostium progressu per exploratores in singula partem momenta certior fieret, obuiam ire nostris, & in alto collatis viribus dimicare decreuerat. Sed Iazij suafu deinde mutato consilio, intra portum sese continuit, ut vno tempore maritimis atque terrestribus auxiliis contra Lusitanum vteretur. Nam præter Ægyptias & Dienses naues, & parones ferme octoginta, qui ab Cælecuto per eos dies accesserant; in muris etiam ac littore toto, varij generis tormenta erant locis idoneis collocata: & Iazij cohibendi a fuga militis, & nouas identidem copias e terra submittendi prouinciam sibi desumpserat. Almeida, ubi præter opinionem inclusos intra muuimenta vidit hostes; id ipsum victoriæ omen interpretatus, reliquum diem contemplanda natura loci & consultando consumpsit. Hoceni prætoriam sibi inuadendam ipse delegerat. Sed prohibitus consensu ducum, quod in eius capite salus omnium verteretur, gloriosum facinus nauarcho egregiè forti Nonnio Vastro Percriæ delegauit. Nocturnum deinde tempus, partim stationibus ad pugnam diuidendis, partim curandis corporibus, & quod caput erat, animis ritè expiandis est datum. Postridie, ut maris accessus apparuit, & meridianus ventus ex alto vela percussit; astu simul & flatu secundo, classis instructa, portum audacter inuehitur. Agmen præibat Nonnius cum ducentis ferme propugnatoribus, aut vinecre paratis aut mori. tum cæteri singillatim propter angustias & vadi pericula sequebatur. Postremo loco substitit Prætor ad hostium actuaria distinquenda, ne in nostros, certamine occupatos, repentinis de more incursionibus ab tergo impetum facerent. Dein, edito pugnae signo, sublatus utrinque clamor: & buccinarum cantus ac tympanorum sonitus ex omni parte percrepuit; mox tormentorum fragor, ædificiis intrementibus, pelagoque

hęc vibrante, omnium aures longo rcmugitu compleuit. Tum,
 intrepidè procedenti Nonnio, globus ab hoste contortus, nautas
 ipsos decem, demittendis antennis inrentos, vno impetu lacerauit
 ac perdidit. ac nihilo segnìus ille in medios barbarorum ordines
 inferre sese, quoad comprehensa ferreis vncis Hoceni Prætoria,
 prælium atrox vtrinq; commissum est. nec prohiberi Lusitana vis
 potuit, quominus in hostilem nauem ingenti transcenderent sal-
 tu; disiectisq; aut ruptis rerum regumentis, cominus hasta gla-
 dioq; rem gererent. ibi acerrimè dimicanti Nõnio guttur sagit-
 ta confixum, quo ex vulnere post triduum periit. Neque ad casum
 ducis, vr fit, percussis cæteri: quin irritari potiùs, ardentibus animis
 integrant pugnam. Pari sortitudine ab cæteris nauarchis vbique
 certatur. Neque barbarus, missilibus quàm gladio melior, flagrà-
 tes Lusitanorum vultus, collatumq; pedem, & micantes vndique
 mucrones ferre diutius valuit. Hocenus ipse, vr inclinatam haud
 dubiè pugnam animaduertit, quam occultissimè sese in lembum,
 tales ad vsus paratum, demisit; atque vr venalis & fluxa est barbaris
 fides, veritus, ne Christianis ab Iazio postmodum prodceretur, in
 terram egressus, equos arripuit; ac, ne salutato quidem hospite, cõ-
 festim ad ipsum Cambaia Regem plenus cladis & ignominia per-
 uolauit. Calcutani quoque, cùm depressas iam aut expugnatas a-
 liquos sociorũ vidissent naues, multis etiam ipsi paronibus amissis
 aut laceris; insulam circumuecti, ex altero euripi ostio, humilibus
 tantùm nauigiis propter vada & scopulos peruio, Calcutum tre-
 pida fuga repeterent. Triremes Hoceni duas, in fugã versas, Rho-
 teticus Soarius insecutus, epibatis exiit, ac puppi religatas ad Al-
 meidam victor attraxit. iamq; desperatis omnino rebus, cùm se-
 se hostes passim in mare præcipites darèt, instãte vndique è scaphis
 ac trirēmibus Lusitano, cęruleos fluctus atro sanguine infecerant.
 ac ne quicquam Iazius lirtore roto discurrens, fugam stricto mu-
 ctone sistere nitebatur. Vna restabat eiusdem Iazij nauis, & robo-
 re & celsitudine & numero defensorum instar egregiè muniti ca-
 stelli: tecta insuper crudo bouum corio, ad repellenda iacula duro,
 ad fallenda vestigia lubrico, ad prohibenda incendia madfacto. Ea
 nauis, cùm ausos non semel inuadere Lusitanos magno semper eo-
 rum damno ac vulneribus repulisset, ad extremum crebris tormē-
 torum ictibus repetita, pluribusq; perfracta locis, rãdem aliquã-
 do, subsidit. Illud verò non sine miraculo à peritis animaduertum.
 Nonnij nauis, dudum vetustate fatiscens, trahensq; senrinam a-
 dedò, vt antlias binas pænè sine intermissione requireret; ea tota di-
 micatione, quæ à meridie in vesperum vsque protracta est, haud

vno loco pertusa, nihil tamen aquæ prorsus admisit. eadem, finito mox prælio, multis partibus plures vno tempore vndas accepit. Cæsa eo die feruntur hostium ad tria millia; & Mammaluci ferè omnes aut capti aut interfecti. è nostris duo & triginta cecidèrè: vulnerati, missilibus maximè, plus trecenti. Qui in re durities & frugalitas eius ætatis Lusitanorum euidenter apparuit. Siquidem ad obligandum Nonnij vulnus, aded linamenta defuèrè; vt in idipsum, è suis tunicis vnàm (leuis dictu res, cæterùm haud quaquam negligenda) Prætor ipse protulerit. Vt iam præne portentum si nile videatur, aded masculum nuper asperumque in armis genus, ad rãtos tam breui deflexissè vestium apparatus, conuiuiorum elegãtiam & exquisitæ ac lautæ supellectilis instrumenta. Sed nimirum, quæ soli vbertas, & affluens copia rerum omnium, ad Capuam Patros, in Græcia Syriâque Romanos emolliit; eadè in Oriente, per Indorum Sinarumque commercia, variis captos voluptatum illecebris Lusitanos infregit ac primò paupertatis contemptus in mores eorum inuectus: inde luxus ortumque, succisis industriæ ac parcimonie neruis, præscam seueritatem & disciplinam, ingenti bonorũ dolore, labefactauit ac soluit. Verùm eo quod expositum est prælio, hostiles naues, vt dixi, variè magnitudinis demersæ complures. rotaræ majores quattuor, onerariæ totidem in potestatem venèrè. in iis, præter machinas & bellicum instrumentum, auri argentique vis ingens, & multum pretiosæ vestis inuentum: è quibus Almeida nihil omnino attigit. militibus ea cuncta largitus est. regia tantum Sultani vexilla tria in Lusitaniam missa, & in tẽplo Christi ad Nabantiam, seu Tomarium, ab Emmanuele Rege suspensa: quorum in vno, ad contumeliam nominis Christiani, captæ & occupatæ Hierosolymæ argumento, in modum trophæi depicta, sacrosancta altaris mysteria videbantur. Ita, Christo superisque fauètib; præclare demptum cladis proximæ, si quod ferat, dedecus; & Ægyptiis cum scœnore multo repensâ Laurentij cædes est. neque id optimum eius pugne fuit, sed quò l vna expeditione territis latè nationibus, Regibusque, Indici maris imperium in multos deinde annos Lusitano firmatum. Quo magis demiror, in signem aded testatamque victoriam silentio prætermissam à Paulo Iouio æquali eorum temporum scriptore: præsertim cum disertè ipsemet belli huius initia causasque tradiderit. Ex eo die Almeida, luctu & squalore deposito, cum Deo immortalis gratias, vti debebat, egisset; Iazio quoque, erroris veniam suppliciter petenti, spondentique se enixè daturum operam, vt omnes Indiæ satrapas Regesque fide in Emmanuelem & obsequio superaret, pacem dedit iis legibus, vt naues Æv-

ptias, quæ prælio superfluerant, traderet cum vniuerso apparatu, itemque Lusitanos ad Ciaulum captos illico restitueret: postremo, vt multiplici comæatu Christianam instrueret classẽ. omnia sedulò & obediẽter facta. neque illi quicquam in præsentia grauius imperatum est, & ab oppugnanda vrbe Dio, quamuis præclara sese daret occasio, temperatum a Lusitanis, non tam in lazij gratiam honorẽmve, quam ne Cambaia Regem, cuius vel in primis Emmanuel amicitiam expetebat, eo factò lacefferent. Inde ouans Prætor ingenti cum gratulatione Cocinum reuertit: & ex itinere, Nizamalucum ipsum tantæ victoriæ perterritum fama, ad persoluendum Lusitano Regi annum vestigal, quod antea semper abnuerat, negotio nullo perduxit. Eandem scøderis conditionem, eodem percussus terrore, subiit regulus Baticalẽ: quod oppidum oris Canarina, vltra Goam est leucas quinque circiter & viginti. Interea Emmanuel ab Andrea Amaralio (cuius virtute reduntẽm è Cilicia Sultani classẽ in Rhodio mari fusam antè docuimus) de hostium apparatu consiliisquẽ præmonitus, nondum tamen cognita Laurentij nece, Fernandum Cotinium è prima nobilitate virum, cù nauibus quindecim, & tribus armatorum millibus, in Indiam destinarat, vt pulsus inde Sultani copiis, & remisso in Lusitaniam Almeida, sese cum Albuquerque Prætorẽ conungeret, ipsamquẽ totius belli originem somitemquẽ Calecutum vrbe inuaderet deleretquẽ. Cocini tum inter Almeidam & Albuquerque, instigantibus vtrinque peruersis hominibus, de successione scødè admodum certabatur. Cotinij aduentu ea controversia statim sedata est; & Almeida, quippe cui nihil esset obseruantia & fide in suum Regem antiquius, deposito sine mora magistratu, repudiatisque improbis suasoribus, cum Albuquerque in gratiam rediit. Ducis huiusce oppidò miserandum scriptores exitum tradunt. Cùm circiter quadriennium India præfuisset, Lusitaniam repetens, circa Bonæ spei promontorium, ad reficiendos è diuturna iactatione comites, & simul aquandi & petèdi cõmæatus causa, in terram exscendit. mox, dilapsis ad proxima tuguria Lusitanis, inter emẽdum, vt fit, rixa cum incolis quorũdam temeritate cooritur. Ad eum sedãdum tumultum, suosquẽ tuendos, Almeida, raptis quẽ fors obtulerat armis, cùm aduolasset; cõcursu repente ex vicinis pagis factò, priusquam ad naues receptũ haberet, præusta sude trãsfigitur: nixusquẽ illico genibus, manus oculosquẽ in cœlũ attollès, ingenti omnium dolore excessit è vita. Circa eũ veterani complures, in iis egregij bello duces duodecim, dum instabili vestigio in arena luctantur, ab hostibus mira corporum agilitate,

petiti eiuſdem iaculis, eodem lethi genere periere. Ita, clariffimus Imperator, & vir integerrimus, cum Europam Afiamque victoris peragraſſet, in Africa demum ignoto littore, ad ludibrium rerum humanarum, ab nudis ac teterrimis Æthiopibus interfectus & ſpoliatus, non modò paratis ab Rege præmiis, verùm etiam ſepultura honore & ſupremis exſequiis caruit. Per idem tempus, haud abſimilis caſus ad Calecutum Luſitanos afflixit. Profectus ad excidium eius vr̄bis triginta nauium claſſe Cotinius, Prætor Albuquercio eiufdem expeditionis adiutore ſocioque, quâquam acriter obſiſtentibus oppidanis, copias tamen omnes ad littus expoſuit. Inde expugnato caſtello, quòd portus faucibus imminebat; Albuquerqueius ad vr̄bis incendium, Cotinius ad regiam ipſam occupandam ac diripiendam præmatura feſtinatione contendit. Et Albuquerqueius quidem, incolis metu perterritis, haud ita difficili negotio reſtis ignes iniecit: quorum pars magna (quippe ligno foliisque conſtabant) illicò ſtammis abſumpta. Cotinius regiam, abſente per eos dies Zamorino, audacter aggreſſus, magna ex parte caſo præſidio, clauſtrisque refractis, per vim irrupit hoſtes ex compoſito ſimulata deſperatione fugaque, ſeſe per poſticum in ſiluas eijciunt. Cotinius, potitus iam ædibus, quaſi nil vltra periculi ſuper'eſſet, ex longa deſatigatione æſtuque vehementi, & noctis proximæ peruigilio, quietis aliquantulum capiebat; cum ſubita conuerſione rerum ſors belli immutata eſt. Multa erant in regiis ædibus diuturna cura ſtudioque congeſta, quæ, ſubjecta præſertim oculis, cupiditatem incenderent. Ad ea certatim tapienda, ſuiſque ipſimet humeris auhenda Luſitani, dum auidè huc illuc, ab re bene geſta ſoluti. palatiſque, diſcurrunt; interea ſpatium datum Nairibus ad auxilia conuocanda, quæ ex vetere gentis diſciplina, ad certas ſignificationes, momento cõueniunt. dein conglobati hortatiſque ſe mutuo ad ſui Regis injurias fortiter vindicandas, repẽtè in regiam impetum faciunt; in ſtrotolque oneribus impeditos, & deprehenſos errore viatum, tub ſarcinis paſſim obtruncant, jaculiſque conuulnerant. Cotinius ipſe, dum ſero ſuos à præda reuocet, ab hoſtibus intra ſeptum regium oppreſſus ac trucidatus, occubuit. Et Albuquerqueius, ad opem laboranti ferendam trepido nuntio excitus, cum reſugientem & confertam in anguſtiis turbâ fruſtra perſumpere niteretur, vulneribus duobus acceptis, ad hæc, graui ſaxo in eum ſupernè dejecto ſemianimis cadit: ægrèque ad naues relatus, ancipiti aliquot dierum curatione conualuit. Periere eo die Luſitani, partim hoſtium telis petiti, partim in fuga à ſuis obruti, amplius octoginta. ſauciorũ numerus relatus circiter

trecentorum. Eius cladis culpam scriptores in vium Cocinium efferunt. quod is palmam euersi Calecuti cum intemperantius admafferet; non expectatis Albuquerquei subsidiis, quo gloriam rei gesta præcerperet, ignoto itinere, caloribus maximis, ad regiam antecedens, remete sese in apertum capitis discrimen objecerit; neq; Emmauelem Passanium audierit, spectata æquè prudentia ac fortitudine virum, in ipso rei gerendæ articulo sapienter monentem ea uerct insidias, militemque à præda & discursu quâ diligentissimè contineret. Neque tamen incruenta fuit hostibus victoria. Plus mille vel igne consumpti, vel in pugna desiderati. Eadem ætate, qua hæc ad Calecurum gerébantur, Antonius Laurerius, Fraciscanus, cuius antè meminimus, è Socotora Indiam perens, ad Surratû oræ Cábaticæ factò naufragio, cû aliquot Lusitanis ad Mamudium Regem captiuus abducitur. Et Didacus Lupius Sequeria ad ineundam cum Malacensibus amicitiam, è Lusitania missus, cû ad Cocinum appulisset supplemento in naues accepto, in Orientem portò cursum extendit: ac superato Cori promontorio, præter Gangeiticum sinum alto vectus Oceano, ad Somatram primus (quod quidem exstet) omnium Lusitanorum accessit. Ea insula, pari ferme ac Ceilanum genere loci, à Septentrione in Austrum obliquè porrecta, ab continente, in qua Malaca vrbs est, angusto & periculoso diuiditur mari, atque ob id ipsum peninsula quondam credita est, quòd ob frequentia vada syrtesque nõdum interiore patefacta navigatione, istomo quodam annexa continèti procul intuentibus videretur: culusmodi errore ad Siciliam captus olim, est Annibal. Sed nostrorum temporum audaciæ, vt nihil imperium; sic multo plura iam cognita & explorata sunt. Longitudo insulæ, ducentas leucas & viginti; latitudo, qua maximè patet, septuaginta non amplius colligit. Auri est apprime ferax (ex quo Chersonesum auream prisca appellarunt) nec non stanno, ferro, vitro, sulphure abúdat, in signis in super fonte petenni, ex quo naphra instar olei manat: & excelso cõspecta monte, (Balaluanum incolæ vocant) qui, ad similitudinem Siciliensis Ætux, fumum & flammæ horribiles euomit. Regio est, ob frequentiam fluminum ac paludum, nemorumque densissimorum, graui admodum cælo, ac præsertim aduenis vehementer infesto. È syluis, inter alia, primæ notæ sandalum album, gallochum, & exsudans in modum resinæ caphura legitur, quam ignari Arabicæ linguæ camphoram vocât: itemque vulgare piper, & piper oblongum, zingiber, casia. super hæc, magnam bombycis quoque, ad vestes delicates, copiam mittit. Incolæ, milio ferre, & oryza, & syluestribus victitant pomis. Frumentum, & cæte-

ram orbis nostri sementem, terra non patitur. Interiora, indigenæ tenent dediti simulacris: littora, Mahometani: quæ peritis ante ducentiesimum circiter annum inuicta, per vim compulsa ad montana incolis, maritimam planitiem, & loca maxime opportuna commerciis, occupauit. Ditio tota, complura in regna tribuitur, quæ recensere hoc loco non est operæ pretium. Sequeretur igitur in ea loca delatus, cum Pedirensi primùm, dein cum Acenorum Rege pacè & societatem a quis legibus iniit: & eius monumento columnam in utroque littore statuit. Ab Somatra cù breui trajectu Malacam venisset, tentata prius per interpretè Mamudij alterius tyranni voluntate (is etat ex Arabia oriundus, & sensim collectis viuis, a Sioniseu Sabanni Rege, qui trans Gangem latissimè dominatur, per summam fraudem iniuriamque descieuerat) Hieronymum Texeriam ab Emmanuele Rege legatum quàm ornatissimo comitatu in terram exposuit. Ei frequenter ab aulicis obuiam itum; & magnificè instrato impositus elephanto, ad regiam ingenti celebritate deducitur. Dein prolata munera, & litteræ Emmanuelis, Arabica lingua conscriptæ. Societatem & cōmercium postulabat Emmanuel, & sibi magnificum Malacensis ducebat, secum ab Rege tam inclyto, ex vltimis terrarum finibus, expectædus. itaque peracto primæ saluationis officio, pax & amicitia magna partis vtriusque voluntate conuenit. Sed hæc tam lata initia eundem videlicet exitum habuere, quem Calecutana sub aduentum Vasci Gamma decem antè annis habuerant. Saraceni & Atabes Malacæ negotiabantur: Lusitanis præter causam religionis, ob accepta insuper ab eis incommoda, & ademptam maris possessionem, infestissimi. ij, quemadmodum antea Zamorinum, sic tū Mamudium hunc, insigni perfidia ac leuitate virum ex nefaria pseudoprophetæ disciplina, per cōemptos pecunia calumniatores, ac præcipuè præfectum vrbis, quem vocant Bendaram, fictis criminibus in Lusitanos quàm acerrimè concitant. Gêtem ab extremo Occidente, omnium quæ sub cælo sint, leuitia & rapacitate maximè detestabilem, exitio natam Orientis, quocunque sese specie societatis insinuent, ibi arce confestim adificata, incolis acerbissimæ seruitutis iugum imponere. Testes eius rei Cocinum, Cananorè, Armuziã, Sotalam citant. proinde, quod optimum est, alienis doctus euentis Rex pacem caueat infidiosam ac funestam, rebusque suis maturè prospiciat non plus quinque latronum naues, valde imminuto & nautarū & militū numero, in tra ipsius præsidia & portum inclusas teneti: si paululum modò in id, quod est opus, animum & cogitationem intenderit; nullo prope certamine cuncto

cunctos ita opprimi ac deleri posse, ut ne nuntius quidem cladis
 ullus omnino supersit. Hisce igitur, & alijs id genus argumentis,
 licet ius gentium & fœderis religio non parum obstaret, tamen
 improvidum viri fallacis animum, & suapte natura Christianis in-
 fensum, Arabes in suam sententiam facile pertrahunt. Infandi sce-
 leris in præsentia talis ratio inicitur: Per summam officij simulatio-
 nem tyrannus Sequeriam & præcipuos ex eius comitatu ad con-
 uivium inuitat; suggestu præcelso ad canaculi amplitudinem ex-
 tructo, & pretiosis tapetibus ac peristromatis adornato regium in-
 morem, & quidem in ipso littore, scilicet honoris causa, ne Lusita-
 nus dux, in tanta peregrinorum colluione, longus ab suis abscen-
 dere cogeretur. ibi inter epulas incautum hospitem comitesque
 propalam trucidare, eodemque momento naues adoriri placue-
 rat. Sequeria, quamvis ad eam diem consultò pedem è naui non
 extulisset: tamen multis precibus inuitatus, ne fidem hospitij su-
 spectâ habere videretur; se ad festas dapes venturum promissit. dein,
 commurationis indicio ad eum delato, (neque enim in vrbe deerant
 qui faciùs improbarent) sociorum hortatu, sub ipsû conuiuij diè
 per internuntios morbum excusat. Ea spe delusus Mamudius, aliâ
 fraudem, ijsdem architectis & suatoribus, machinatur. Mos erat
 Malacæ, qui & in alijs emporiis; ut primus quisque emptor ad vr-
 bē accessisset; ita eum ante alios cum oneribus missum facere. Ea
 lex quoniam si obseruaretur, Lusitanis, qui recētes adgrāt, diutius
 erat in portu commorandum; ostendit tyrannus, se, cum Emma-
 nnelis, quem plurimi faceret; rum ipsius etiam Sequeriæ causa, qui
 ex tam lōginqua regione venisset, extra ordinem aromata & mer-
 ces exhibere Lusitanis decreuisse: (veruntamen, quoniam id peri-
 niquo passuri sin. animo cæteri negotiatores; qui iā dudum one-
 ra præstolentur, curandum esse ut quamprimum & quanta maxi-
 ma diligentia res transigatur. Ad certum diem quattuor seorsum
 locis quamplurimos Lusitanos cum scaphis præstò iubeat esse.
 mandaturum se, ut quæ maximè cupiāt, ab apothecæ curatoribus
 nulla mora interposita proferātur. Lætus ea conditione Sequeria,
 & gerendi negotij causa dissimlatis iis quæ de conspiratione co-
 gnorat; Mamudio, pro tam propensa in Emanuelem voluntate,
 gratias agit ingentes. Inter hæc, a tyranno classis lemborum ali-
 quot silentio cōparatur; & impositis sagittarijs, in occulta statio-
 ne post suburbanū promontorium collocatur. Vrimutis er. ex
 Insula Iaua, quem honoris vocabulo Kaiam appellabant: secundū
 Regem opibus & clientelis longè princeps Malacæ emporij.
 Huius filius, Patiacus nomine, cui paucis illis diebus cu Lusitanis

contracta familiaritas erat, conscendendi ad præfinitum diem pro
amicitia nauem Sequeræ cum aliquot armatis, & iugulandi repê-
tè ducis negotium suscipit. stationes præterea armatorum locis
idoneis disponuntur, vt in Lusitanos, quiq̃ in vrbe versarentur,
quiq̃ emendi causa scaphas ad littus appulissent, ex omnibus
locis impetus fieret. simul etiam subornati, qui eo die, per speciem
vendendi commeatus, ad Lusitanicas naues accederent; nauiumq̃
custodes, ignaros imminentis exitij, distinerent. Edictum omnibus
vt nihil mouerent, antequam è loco excelso editum fumo signum
aspicerent. Ad eam vetò significationem, & classis parata, subito
ex insidiis in semiplenas inuaderet Christianorum naues; & cæteri
pro sua quisque parte rem terra mariq̃ impigre gererent. Vbi di-
cta facinori dies affuit, Sequeria, cui nihil erat longius, quàm vt ad
Emmanuelem nuntios apetti Malacensis commercij perferret; sca-
phas aliquor cū mercaturæ administris ad loca destinata dimittit.
Ipse interim oblectandi animi causa, vt fit, latrunculo tum lusu tē-
pus terebar: cū Vtimutis Raix filius cum aliquor armatis per
causam salutandi superuenit. Adueniens cū omisso ludo Seque-
riam prodiret obuiam officij causa; Quin tu, inquit ille, cæpta pro-
sequeris? nam & apud nos quiddam haud absimile genus oblecta-
menti est; &, quibus potissimùm rebus ab isto vestro discrepet, dis-
tere vehementer aueo. Cū Sequeria ad certamen ludicrum, mo-
ris amico gerendi causa, reuertisset; interea Patiachus expectans
quàm mox fumus attolleretur: varia sciscitando animum tegere: ac
licet ab insita genti fallacia simulationem vultu egregiè sustineret;
tamen sensibus intimis è concepto scelere æstuabundus, modò re-
sistere, modò consurgere, tum licæ manubrium identidem stringe-
re. & is quidem, quamquam ad eandem paratus, præclarè sibi tem-
perauit, quo minus præpropetè consilia patefaceret. Non eadè cæ-
teris patientia in præstolando fuit. Nam & qui venalem annonam
ad naues admouerāt, & qui in scaphas ex vrbe imminebant, per tu-
multum ac rrepidationem, futiis instigantibus, non expectato si-
gno coorti ante tempus in Lusitanos irruunt: iamq̃ pluribus lo-
cis, inscio Sequeria, cædes fiebat; cū nauta è summo carchesio &
gestus eorum, qui cum gladiis aderant, specularus, & rixa eminus
animaduersa, cōfestim ducè inclamat, Deū hominesq̃ cōtestans
paratam fraudem, mucrones in caput eius instare, Lusitanos ad vr-
bem circumuentos occidi. Ad eas voces quasi è profundo veterno
excitus Sequeria, abjecto alucolo ferrum capit; idem comites &
nautæ faciunt. Sicarij, conscientia exanimati, in subjecta nauig-
ia momento desiliunt. ille, missis properè ad littus armatis, qui
suos

suos laborantes protegerent, & ad naues festinè reciperent; ad omnia prouidenda, quæ in tali re opus essent, extemplo discutrit. Et iam edito signo, lembi hostium ex alto aderant. id ubi Sequeriæ nuntiatum est; ne loco arcto & impedito repente oppressus, tormentorum vsum, quibus in tanta militum paucitate maximè nitebatur, amitteret, præcisit tactim anchoralibus, è portu se proripit; & obuiam hosti procedit. dein è tormentis æneis ferrea missilia horribili fragore cõtorquēs, barbaros ita contetrui, vt ne tentato quidem certamine, velis remisque sese in fugã præcipites dederint. iis dissipatis, ad suorum reliquias colligendas in pristinam stationem reuertit. neque ausus deinde quisquam ei negotium facessere. In eo tumultu cæsi Lusitani ferme triginta; paulo plures in vincula abrepti. in quos ne grauius à tyranno consulere; ab vrbe quatienda, & ab incendiis nauium Sequeria sese continuit. Cæterùm temperare non potuit, quominus Mamudio renuntiarì iuberet, Lusitanos tam insignem tamque atrocem injuriam, fauente Deo fœderum teste, propediem esse vindicatuos. in præsentia, quodd stata reuersionis tempestas adesset, quæ motio in iis locis non nisi tertio quoque redit mense, ne apud consceleratos & perfidos homines diutius ageret; velis in Occidètem datis, obuios aliquot barbarorum juncos (onerariæ nauis id genus est) pretiosis mercibus refertos expugnat; tum nauibus duabus Cocinũ missis, quæ de statu tetum Malacensium Prætorem Lusitanum docerent; ipse India & Arabia ad dexteram relicta, Bonæ spei promontoriũ præteruectus, ingenti labore ad Tertias insulas, atque inde in Lusitaniã rectã cõrendit. Et Sequeriæ quidẽ nauigatio hunc habuit exitum. Albuquerque interim valetudine recuperata, & re-
fectis è Calecuta clade suorum animis; in id maximè operam dabat; vt, quæ cõtra ipsius existimationem ab iniquis ad Emmanuelem Regem delata essent; re ipsa magis & factis, quam litteris aur oratione refelleret. In primis, ad Armuzianum bellum, quod ille iam diu coquebat; nauales copias, & omnia machinarum genera, quàm acerrimo studio comparabat: ac breui, non die, non nocte intermissa cura, nauium vnus & viginti classem om̃ibus rebus instruxit. in eas Lusitanorum duo circiter millia, præter auxiliares, imposita. Dein oratoribus principum & regulatorũ auditis, qui ad eum initio præturæ officij causa confluxerant, cum iis, quas dixi, copiis in conspectum oræ Decanæ prouehitur. parantiq; porrò in Arabiam tendere; nec opinata spes commodi propioris affulsit. Goa est vrbs (cuius haud semel iam est mentio facta) in Tiquarino insula, quam, & ignobiles alias complures, angusto in-

terfusum curipo, efficit mare: illa quidem, & soli vberrate, & egregij portus amplitudine, & ædificiorum incolarumque frequentia in primis Indiæ totius visenda. Ab ea non longè distat Onoris regnum: cuius regni paruatam insulam, haud contemnenda tum elasticè obtinebat egregius virtute nauali dux, nomine Timoia. Is, tyranno Sabaio, cuius antè meminimus, & Mahometanis Goæ inquilinis cùm alijs decausis erat infensus; tum ob auocatam illuc ab Onore & Baticala, inelytis quondam emporijs, mercaturam itaque & Saracenis Ægyptijsque negotiatoribus Goam petentibus plurima dâna in secebat: & coniuncta cum Lusitanis causa, merito quodam ardebat studio de Emman. Rege benemerendi. quocirca iadudum Frâncisco Almeida suâ operâ enixè detulerat; & tū ab Albuq. ad colloquium euocatus, confestim accurrit; atque inter cætera nuntiat, ab euerso Dabulo Sabaium proflus implacabili in Lusitanos ira concepta, naues ædificantem, magnis præmijs veteranos vndique milites contrahentem, ingenti machinarum omnis generis comparato iam numero, cùm bellum primo quoq; tempore Christianis inferre cogitaret, in ipso conatu rei aggrediendæ letali morbo consumptum. Eius morte & multos è subiectis populis rebellasse, & finitimos Reges ad veteres vlciscendas iniurias repente coortos. hinc, Idalcanem filium, exiguo rerum vsu, vixdum locatum in solio, cùm domesticis tum externis bellis vehementer implicatum atque districtum teneri: Goam ciuitatem, magna ex parte dilapso tyrâni exercitu, intestinis præterea discordijs laborare. Pro certo se habere, si Albuquerqueius, ommissa interim Armuzia, ad Goam recta contendat; fore, vt opportunam ad omnia insulam, & urbem in primis opulentam, aut metu aut armis in potestatem accipiat. Ac ne verbis duntaxat captare gratiam videatur: semet, ni Lusitani rejiciant, cum suis omnibus copijs in partem laboris periculi que venturum. Albuquerqueius, collaudata Timoia fide atque constantia, concilium vocat. Nemini spernenda res visa. quippe, Armuzianam expeditionem in alia tempora differri posse: Goæ potiundæ, si tam commoda præteruolet opportunitas; reuocari non posse. Cùm hæc sententia magno eum assensu plerisque infensisset; Timoia, per speciem Armuziani belli, ad conscribendos in vicino milites dimissus, paulo post eum peditatu & longis nauibus quattuordecim ornatissimis affuit. Sub eius aduentum, Albuquerqueius, mutata repente nauigatione, Goam peterent, magistris edixit. Cùm in ipso ore portus in anchoris constitisset, Antonium Noroniam sororis filium, & Timoiam cum actuarijs præmittit, ad oppugnanda castella duo, ex vtraque parte aditus posita. quorum

Alterum in ipsa insula Pâginum, alterum in continenti Portugesum appellabant. ijs felici euentu captis, caesoque aut fugato praesidio, mittit qui oppidanis denuntient, si voluntate urbem tradere, & Christianam clementiam, quam vim experiri malint; se & legibus ipsorum passurum eos viuere; & tertiam partem tributû, quod tyranno pendere soleant, remissurum: sin minus, obsidionis mala & omnem belli eladem expectent. Goani, dissipatis fuga militibus, & absente Idalcane ad fines regni tuendos, iam antea trepidabant. Tum verò, non modò expugnatis arcibus territi, sed etiam benignitate promissorum illecti, pulsus aduersæ factionis hominibus, Albuquerqueium & Lusitanos ingenti gratulatione patentibus portis admittunt: eique, deditiois insigne, claues oppidi & arcis, in quaerant ædes regiae, porrigunt. Albuquerqueius, cataphracto equo summa omnium ordinum frequentia urbem inuestus, Crucis vexillum pietatis causa præferente quodam ex Dominicana familia, primùm omnium, Deo immortalis, partam sine cruore victoriam gratulatus, promissi fidem ciuibus egregiè præstitit: urbem & arcem diligenter inspexit, grauique ante omnia edicto milites à præda iniurijsque continuit. In naualibus, partim inchoatæ, partim absolutæ varij generis naues inuentæ non paucæ. armamentariû, telis, tormentis æneis, sulphureo puluere, & omni apparatu bellico refertissimum. & in stabulo regio militares equi permulti, quos & Perside aduectos (nam India ciuimodi armentis caret) Malabarici, & Canarini, & Nattingæ Reges impenso parant pretio. Ad hæc, locandis publicis vectigalibus, tollendis ex insula latrocinijs, & componendo ciuitatis statu, reliquum æstatis insumptum: iam enim urbem illam Albuquerqueius, propter eximiam (vt diximus) agri bonitatem, & opportunitatem loci, (quòd quasi cardo inter Cori promontorium & Cambaia littus interiacet) ad continendas in officio cunctas eas nationes, caput ac sedem Indici imperij destinarat. Dum igitur componendis insistit rebus, ac potissimum conciliandis incolarum animis, haud ignarus vim ac metum, exclusâ beneuolentia, malos diuicinitatis esse custos; interea Idalcane, amissæ Goæ perculsus nuntio, pacem vel iniquis conditionibus cum hoste interno pariter & externo componit. dein, auctis maiorem in modum copijs, ad Goam exemplo contendit. Ducem habebat in castris, eximia rei militaris peritia, Camalcanem nomine. Hunc, ad tentandum æstuarij transitum, quo insula cingitur, cum expeditis octo millibus peditum, equitibus mille & quingentis præmittit. ipse cum cætero exercitu (cæ erant equitum quinq; peditum plus quadraginta millia) tardiù propter machinas & impedimē-

ta subsequitur. Camalcan, celeritate vsus, ad ipsum litus applicuit castra. Eius aduentu, praesertim quod Idalcan cum reliqua copia- rum mole propediem affuturus nuntiabatur, magnus tota insula motus animorum est factus. Duo incolarum genera Goam habebat. inquilini alteri est secta Mahometana, qui dudum ex Arabia profecti, ut supra dictum est, magnam Africi & Asiatici littoris partem infederant: alteri indigenae, deorum inanum cultores. Illi, ab infito in Christianos odio, eiusdem superstitionis hominem, Sabaii filium, Regem expetebant: hi, metu ne deditae sine sanguine urbis poenas postmodum luerent; eius flagitij turpitudinem & culpam redimere insigni aliquo promerito nitebantur. Ergo inter sese clam officijs in Camalcanem utriusque certare: omnia Albuquerquei consilia (quoad possent) per occultos internuntios patefacere: ad transitum hostes non hortari modò, sed etiam in idipsum naues ex occasione summittere: denique nulli rei deesse, quae ad Idalcanis aut placandam iram aut gratiam incundam facere videretur. Neque ad barbaros modò pertinebat hoc malum, ipsos etiam Lusitanos quadam ex parte furor inuaserat: atque ut ad Armuziam nuper, sic tum dementiae & imperitiae Praetorem accusabant, quod Idalcanis maximè absentia fretus, urbem tot tamque potentibus undique nationibus cinctam, aded parua manu inuadere esset ausus; & inanis gloriae cupiditate, relictis non minùs quaestuosae, quam honoratae mercaturae compedijs, Lusitanicas opes, & parua ad eam diem decora, in apertum periculum temere coniecisset. Albuquerquei, in tantis rerum angustijs, tamque multiplici discrimine, tamen neque animus neque consilium ad omnia defuit. Ac Lusitanos quidem, quando animaduertendi non erat locus, admirabili quadam lenitate ac patientia sustentabat. Ex inuolulis, capita cojur- rationis, per speciem consultandi in arcem euocatos, (si fuere amplius centum) repete vinciri iussit. Miracenum è principibus ciui- tatis, quem ille demerendi causa quadringenariae cohorti praefecerat, interceptis eius ad Camalcanem litteris, continuò stipato- ribus sui corporis tradidit sparis, haud inusitato mortis genere, fo- diendum. laqueo insuper aliquot è turba suspensis; ceteri ad incer- tos rerum euentus in vinculis adseruati. Iam verò, ad arcendum insula Camalcanem, idoneis locis tormenta cum praesidijs collo- cata, propter Lusitanorum paucitatem, incolis necessario admi- stis, quos quidem Albuquerquei minimè infidos aut ab se alienos existimauerat. Subductis praeterea in tutum leuioribus nauigijs, ne hosti, ad transitum vsui forent; nobilibus trierarchis circum- eundae sine intermissione insulae negotium est datum. Camalcan

vārijs locis haud semel conatus trajicere, cū tormentis vndique pelleretur; ad extremum silentio noctis tempestatem nactus turbulentam ac pluuiam, cuiusmodi multæ per autumnum existunt; raribus peditatum; vitilibus nauigijs, corio circumfusus, equitarum trajicere instituit. neque ita difficilis transmissio fuit, tenebrarum & imbrum iniuria, prospectus & ignium beneficio Lusitanis adempto. Ac nihilominus inter tumultum aliquot abreptæ rates, cæsiq̃ue ex hostibus aut demersi non pauci. Sed ingruenti omni ex parte multitudini vlt̃rā obsisti non potuit. Primi agminis ductor erat Zusolarinus, notæ audaciæ vir. is, cū duobus ferme partim equitum partim peditum millibus primū in siceo statuit signa: dein, cū iam dilucesceret, Camalcan illico subsequutus. iamque passim armati in terram exponebantur: & è stationibus incolæ, mutata repente fide, cū sese ad hostem adiungerent; Lusitani ab suis deserti effusa fuga urbem vndique repetebant. cæterū ne ibi quidem tuto consistere licuit, oppidani conspectis intra insulam Idalcanis insignibus, in Lusitanos tota vrbe dispersos aded̃ vehementer se intulere; vix vt illis in arcem confugiendi spatium fuerit. eodem ij etiam qui mate tenebant, saluis nauibus tormentisque, recepere sese. Interea Camalean cum cæteris copijs per otium transgressus, ad duas arbores (ita locum appellant) haud longè ab vrbe cōsedit. Atque vt receptæ Goæ decus Idalcani præriperet; per Lusitanum exulem Ioannem Machiadum, qui specie desertoris apud Idalcanem stipendia faciebat, Albuquerque pacis conditiones obtulit; magnopere suadens, vt apptopinquante iam hyeme, tam arctis com meatibus, tanto inferioribus copijs, ante Idalcanis aduentum vrbe excedere, quàm belli fortunam temerario ausu periclitari mallet. Haud inania proponebantur: & cū aliæ multæ Albuquerque difficultates angebant, tum nihil magis, quàm hyemis imminentis incommodū: quodd̃ à Maio mēse, qui tum agebatur, ad vsque Septembrē, in Oceano Indico sæuissimi turbines ac sædissimæ existunt procellæ: quarum impetu fauces Goani portus, aggestis arenæ cumulis, per eos dies ita obstruuntur, vix vt minoribus nauigijs & magno cum labore transitus pateat. Ac nihilominus, Albuquerqueius, cū tanta rerum ac temporū iniquitate premeretur, existimationis ac dignitatis rationem antiquissimam duxit. Idalcanem expectare; oppugnationem, quoad posset, sustinere; & vbi demum cedere necessitas coëgisset, in ipso portu inuitis hostibus hyemare cōstituit. Camalcan, Albuquerqueii pertinaciam demiratus, experiendi magis vires causa, quàm tertę victoriæ spe, machinis nondum aduectis, multifariam Lusitanos

tanos aggreditur. à quibus cùm egregiè propugnantibus haud sine detrimento recederet; interea cum vniuerso exercitu bellico-
 que instrumento Idalcan affuit, omnemque latè regionem tabernaculis occupauit. Desertis propter paucitatem nostrorum Pangino & Bardesio castellis, praesidia cum tormentis imposuit. Dein, cognita Lusitanorum peruicacia, vt rem quam minimo suo damno conficeret; intercluso vndique exitu, veluti indagine cinctos, fame ac desperatione compellere ad deditionem decreuit. id quo faciliùs adsequeretur; misso caduceatore simulatam pacem offerebat obsessis. ipse, dum de conditionibus agitur, paulo infra urbem, qua in angustias cogitur aestuarium, multa saburra grauata onerariam ad instar molis demetgit. dein, cùm ad alteram eodem modo suppressere maturasset, animaduerso periculo trepidi nauæ rem ad Albuquerqueium deferunt. consilium habetur extemplo. neque vlli dubium fuit, quin proxima nocte, priusquam planè interseptus euripus esset, sese ex letalibus iis cancellis eriperent. Igitur, luminibus crebris in speciem relictis, quarta vigilia ex arce sensim excedunt. neque tamen licuit fallere intentos ad cuncta oppidanos. fugam ignis maximè prodidit, armamentario injectus. Ergo confestim in abeuntes ex vrbe fit impetus; & Albuquerqueius cùm agmen cogeret, equo suffosso vix tutum ad naues receptum habuit; inde sublatis per magnam trepidationem anchoris, cùm vndique tela volitarent, praemissi qui transitum diligenter inspicerent: ac vix iam singulas angustiae capiebant naues. itaque ægre admodum traducta classis, remotiorem ab vrbe locum hybernis cepit. Hoc defunctos discrimine ram graui, alia deinceps atque alia incommoda Lusitanos excipiunt. primùm ipsa loci natura, multiplici & anguloso littorum flexu; vt inter nauigandum, quotiescunque res id exigeret, aperta jaculatoribus identidem præberent latera. dein adempta facultas aquandi, omnibus circa ab hoste infestis; vt ex ipso aestuario, hyemalibus pluuiis non nihil temperata falsugine, amaros latices & lutulentos haurire sitis intoleranda compelleret. omnis denique cū meatus tanta paulatim inopia premi capti, regiiis equis, quos in frustra dissectos sale condierant, quauis accurata dispensatione consumptis; vt vulgò mures, & putria animalia, pro cibo nautis ac militibus essent: quidam etiam, detracta seriniis coria, cacabis vtcunque mollita commanducare niterentur. Inde vagari passim morbi, & squallètia tæbe ac macie corpora miserandum in modum absumi. Sed cùm tot vndique instarent mala, nihil tamen æquè Lusitanos vrgebat, ac disposita in

vtrouque

utroque castello, de quibus antea demonstrauimus, maiora tormenta: ea cum à fronte, à latere, à tergo pænè assidue nostros impeterent; maximo incommodo captam relinquere stationem, & lateribus mutare subinde cogebant. Aduersus eam perniciosam Albuquerqueius aliquid ex Lusitana consuetudine audendum ratus; consilium cepit prima specie temerarium & anceps; cæterum exiripatuit, extremis in rebus fortissimos quosque conatus esse tutissimos. Valido præsidio Idalcanis ambo castella tenebantur. sed tanta barbarorum ab secundis rebus erat negligentia, quòd à Lusitanis, fame ac lue dira pænè confectis, deditioem in singula momenta expectarent; ut non vigiliarum ordo, non stationum locus aut numerus teneretur. Soluti ac securi milites, quasi nihil omnino timendum esset, somno & perpotationibus tempus terebant. Ea scordia satis comperta, Albuquerqueius, acerrimos viros ex vniuersa classe trecentos deligit, hos, & sua sponte incensos cupiditate vindictæ, & magnis insuper pollicitationibus incitatos, bifariam diuidit, cumq. egregiis ducibus noctu diuersos ad utrumq; castellum dimittit. Profecti silenti agmine, cuncta neglecta & solura, custodes ante vallum inermes ac sospitos inueniunt. Cum hæc tam imparatis, ac nihil tale opinantibus, ab Lusitano ex vltima desperatione feroci, multis simul partibus prælium initum. Indi repentino tumultu attoniti, & ignari quid esset, velut alienata mente passim cæduntur: pauci captis armis resistunt. Sed iis quoque momento dissipatis, intra vallum & portas prælium infertur. neq; vltra sustineri Lusitana vis potuit. in fugam auersi hostes: & memorabili ausu ab obsessis ac circumuentis vna nocte duo castella expugnata. machinæque ac tormenta (quam vnâ Lusitani adamârunt prædam) raptim ad naues æquecta. Quo tam insigni facinore ictus Idalcæ, vertiturq; ne tale quidpiam in suum ipsius caput Lusitani consciscerent; tabernaculum ab vrbe dicitur longius transulisse. Post hæc, ab hoste, malleoli & aridi virgultorum fasces olco resinaque perfusi, ratibus imponuntur, quos igne cõcepto in Christianam classem æstu secundo repente demitterent. Ea re per exploratores cognita, Albuquerqueius auerterit; vltroque ipse ad eam inflammandam materiam idoneos viros ad urbem occultè summisit. subiére quàm maximè surdo remigio: veruntamen intentioribus iam vigiliis sensit aduentum barbarus: & cum aliquot actuariis confestim occurrit. ibi sæuissimo contracto certamine, cum hostis multitudine superaret; António Noroniæ crus læuam sagitta transigitur, quo ex vulnere paucis diebus expirauit. Is casus Albuquerqueium grauissimè perculit; non domestici tantum incommodi causa, verum

verum publici quoque damni, quod eximia spe summa virtutis adolescentem, ac singularibus animi & corporis præditum ornamentis, Emmanuele approbante, successorem sibi in eo imperio designauerat. Neque tamen inuentum fuit hostibus prælium: multo plures ex iis, quam è nostris desiderari, & nisi mors Noronix interuenisset, Lusitani egregiè vicerant. Inde, virâdis vtrinque insidiis, aliquot dies per summas Lusitanorum ærumnas exacti. iâque magno eorum gaudio verè appetebat: marique nondum planè aperto, sæua necessitas, & extrema rerum omnium inopia, nostros ad profectiorem adegit. aliquot nauigia in transitu amissa. reliqua classis cum denique in altum euassisset; ægri, quorum erat ingens multitudo, in Anchediuam insulam deporrati; vt ibi desiderato cibo potuque, & insuper amœnitate loci, & cœli clemètia sese reficerent. Albuquerque Cananorem delatus, instaurandæ institit classi: dein Calecutanæ opis fiducia, & adempti Cocinensis regni dolore tumultuantem denuo Naubadoræ propinquum; celeriter eò profectus, cæsis aut fugatis Zamorini auxiliis, maturè compescuit, Regemque socium sollicitudine liberauit. Per eodem dies Narsingæ Rex ingenti exercitu comparato, præcipuam Sabaij ditioris urbem Taracolum aggreditur. Ad eam tuendam Idalcæ sine mora profectus; armatorum nouem millia Goæ reliquerat; nouis munitionibus, quod mœnium infirmitati diffideret, circa urbem intenta cura perductis. Et Albuquerque, de Goa repentina assidue cogitanti, quod in ea re dignitas & existimatio Lusitanici nominis ageretur; noua classis è Lusitania decem nauium cum eximio flore nobilitatis ac iuuentutis in tempore superuenit. His auctus copiis, purgato exercitu niissione turbulenterum, nauibus triginta quattuor, in quibus erant bellatores egregij Lusitani mille quingenti, & Malabares auxiliares trecenti, magno & erecto animo ad Onorem rediit. ibi cognito rei Goanæ statu ab Timoia, quem propter loci vicinitatem nihil ferme latebat; tres ab illo naues insuper accipit; cumque denuo ad conducendos mercede milites proficisci iubet. ipse cum iis quas habebat copiis interea rem aggredi statuit. omnino ingentis erat audaciæ, non expectatis auxiliis, tam exili apparatu urbem & operibus & præfidiis ad eò munitam inuadere. Sed si vnquam aliàs, tum vtrique fortibus cæptis affuit Deus. quando quidem tantus è prioris belli memoria terror non oppidanos modò, verum etiam extrinos inuasit; vt licèt ab omnibus rebus essent paratissimi, tamen præ metu vix mēre animoque constarent. Duò primùm castella, sub ipsum classis introitum, à custodibus, Lusitanicum horrentibus ferrum, extèplo deserta.

deserta. Inde Albuquerqueius, directis in frontem ex vrbe tormentis nequaquam exterritus, descensione facta, multis simul partibus oppidum oppugnat. neque ita magno certamine superatis munitionibus, cum intra mœnia sese Mahometani reciperent; permisti refugientibus Lusitani pariter irruunt: & omnibus viis armatos iuxta & inermes eadunt. Atrox maximè prælium ad arcem fuit, dum fideles aliquot ex Idalcans familia, regias ædes pertinaci tuerentur pugna. sed iis demum in vestigio trucidatis, turpem in fugam cæteri omnes effusi: alij ex muris pauidi sese præcipitant: alij ad aquas compulsi vel obtuncantur in littore, vel degrauantibus loriciis vulneribusque merguntur. maxima pars per agros insula tota dispersi. ita Albuquerqueius incredibili felicitate, rursus vrbe potitur VII. Kal. Decembris, quo die Diuæ Catharinæ sacra natalitia celebrantur. Finito iam prælio, cum tribus peditum millibus Timoia superuenit; seriùs omnino, si rem confectam spectes; ceterùm ipsius victoriæ celeritas (non plus sex horis pugnatum est) socium ab omni vel negligentia vel perfidia crimine vindicauit. quod equidem diuinus crediderim factum, ne scilicet è Christiana victoria, & singulari Dei beneficio parta, quicquam ethnicus homo sibi decerperet. Dimissi dein circum insulam equites, ad Mahometanos è latebris eruendos, magnam denuo stragem dedere. Ira, variis eladibus absumpta septem circiter hostium millia. è Lusitanis, quod credi vix possit, desiderati non amplius quadraginta. Post hæc, Albuquerqueius ad firmandum Emmanuelis nomine imperium toto pectore incubuit. ac primùm, defectionis auctoribus, exilio & bonorum proscriptione damnatis, perfidæ ciuitati ex ipsamet Idalcans formula vectigal indixit. dein, ad sobolem in vsum militiæ propagandam, sacro fonte expiatis Indicas puellas cum Lusitanis in matrimonio collocabat, fouebátque omni genere caritatis: tum aduersus imminentis belli pericula refecti celeriter muri turresque, & arx ipsa nouis propugnaculis aucta. In id opus dum idolorum fana, & sepulchra Ethnicorum, & alia ædificia diruuntur; in domus cuiusdam parictinis æneum Crucis, pendente Christo, simulacrum apparuit: euidenti planè argumento, in iis olim regionibus non modò Christianam fidem, sed cum ea salutarem quoque vsum imaginum (quem recentes isti scilicet pietatis antiquæ assertores ac diuinæ voluntatis interpretes funditus extirpare conantur) ex Apostolica traditione viguisse. magnum verò Albuquerqueius & boni omnes inde gaudium percepere, prælagientibus animis, eam vrbem ecclesiamque principem Indicæ religionis aliquando futuram. itaque signum illico purgatum, nec sine lacrymis

& cum solenni pompa & apparatu, pro ea quæ tum suppetebat cōpia, exstructo nuper Christianorum tēplo illatum a sacerdotibus: atque ad Emmanuelem deinde, talium rerum plus multo, quam auri gemmarumque sitientem, muneris amplissimi loco transfusum est. Neque huic tantum signo acceptam eam victoriam Lusitani ferebant; quod eius ope quodammodo introducti in urbem fuisse viderentur, sed etiam Divi Iacobi Apostoli Hispaniarum prefidis evidenti auxilio: quod amissa iterum Goa barbari sine fine requirerent, quisnam esset egregius ille dux, punicea cruce & fulgentibus armis insignis, qui tantam edidisset stragem, ac Mahometanas phalanges Christianorum paucitati cedere cōgisset. Neque Albuquerque, cœlestis promeriti sese immemorem ostendit. siquidem, peratis causa, inclusum vermiculati operis auro scipionem cum capulo ex pyropis & margaritis, & bombycinum peralum addito aureo gemmaroque conchilio; itemque pertulos in linea globos aureos (ea peregrinantis olim Apostoli insignia sunt) in Palmulano Iacobæ militiæ contubernio (qui locus Olisiponensis agri notissimus est) poni iussit: ac deinde moricus, Compostellano eiusdem Apostoli templo terræ Callaicæ, pensilem ingentis formæ lychnuchum argenteum cum perpetui luminis alimento legavit. Circa id tēpus, quo hæc in India gesta sunt, Emmanuel duodecim fratres Caruleos (vt appellant) è Lusitania in Congum vnâ cum architectis & fabris, & splendido sacrorum apparatu, & liberali viatico destinavit: vt nouum templum vero Deo exstruerent ornarētq; & erudiendis porro ad pietatem incolis, & augendæ per baptismū Ecclesiæ sedulo insisterent. Princeps eius legationis ex eadem familia fuit Ioannes Marianus, insigni virtute ac pietate vir. Omnes ab Alphonso Rege sanctissimo perquam benignè & honorificè accepti. Eodemque Rege vel in primis adiuuante, per aliquot deinceps annos in catholica religione promouenda egregiè operam posuere. Cumque ex facta diuini verbi semente aliæ subinde atque aliæ segetes ad messem inalbescerent; supplementum in easdem regiones ab Emmanuele sæpius deinde submissum est.

LIBRI QVARTI FINIS.

HISTO-

HISTORIARVM

INDICARVM

LIBER QVINTVS.



RECEPTA vrbe Goa, prouisisque iis, quæ ad insulam retinendam maxime necessaria videbantur; Albuquerque, quippe qui spe & magnitudine animi plura in dies & maiora conciperet, variæ simul torquebantur curæ. Caudum erat in primis, ne tot undique circumfusæ nationes, nimium lætis Christianorum successibus, ac tantæ crescentis in medio mollis metu compulsæ, positis intestinis inimicitis, contra communem hostem arma viresque conjungerent. Occurrendum Zamorini & Saracenorum consiliis artibusque, intento semper animo in perniciem Christiani nominis excubantium. Consulendum præterea Lusitanis ad Socotoram, in agro malè pacato, inter infida semper & effera incolarum ingenia destitutis. Pugebat insuper animum, iniuriæ Malacensis atrocitas, & popularium salus è Sequeræ comitatu, qui à Mahometanis admodum sæua custodia tenebantur, erantque nonnulli ex iis de Albuquerque priuatim optimè meriti. Iam, de Arabico freto obsidendo, ac Mecana & Ægyptia tollenda navigatione, haud leuis erat sollicitudo. sed ante omnia, ingentis spiritus virum Armuziani belli corrupta victoria, & amissæ tam opportunæ ac munitæ arcis dolor angebat. Cùm hæc igitur & alia multa undique instarent, in præsentia, contra Calecutanâ fraudem insidiasque, Malabaricum littus intèriore custodia & maioribus copiis placuit obtincti. Postò ad aliarum gentium vim & consilia præcauenda, ac partim conciliandos, partim exterrendos multitudinis animos, Albuquerque, orientalium Regum, aut populorum legatis, qui Goæ bis captæ fama undique exciti, ad Prætorem, vt sit, seu fictè seu ex animo gratulandi causa conuenerant: ea grauitate simul & moderatione cùm aures tum responsa dedit, haud inepto artificio magnificæ cuiusdam ostentationis adhibito, vt incertum in omnium existimatione relinqueret, plus ne Lusitanæ iustitiæ fideique, an opibus ac maiestati iure tribuendum putarent. Adhæc, Iacobo Fernando Pacensi, quem vulgi sermone

Beianum

Beianum vocabant, cum nauibus tribus in Socotoram misso, arcem ab Acunia conditam, quando ea tanti non esset, deducto presidio diruendam & solo equandam curauit. Reliqua erat deliberatio: è Malacensi, Armuziana & Arabica expeditionibus, qua capesseret potissimum ac primum. Ea quoque dubitatio exempta recetibus è Lusitania litteris: quibus apertè iubebatur Albuquerqueius classe in Arabiam proficisci; & Adeni regulum aut voluntate aut armis ad Emmanuelè adungere: id si minùs processisset; tum idoneo quopiam loco arcem ædificare; quæ Mahometanis classibus omnino transitum intercluderet. Igitur nauibus viginti tribus celeriter instructis, & imposito milite, (ij fuère Lusitani octingenti, sexcenti Malabares) mare rubrum, sicut imperatum erat ab Rege, petere intendit. Neque ita multum processerat, cum ab Occidente & à Septentrionibus aduersi præter expectationem obstiterè ventri. quibuscum aliquandiu frustra luctatus Albuquerqueius, ad extremum, necum aperto salutis discrimine tēpus & operam perderet: de minorum ducum sententiâ, quod iidem status in Orientem ac Meridiem erant secundi, ad vlciscēdum Mamudij scelus atque perfidiam, & eripiēdos è seruitute Lusitanos, retro ad Malacam vela fieri iussit, & eodem ferme quo Sequeria cursu ad Somatram appulit primum. Inde renouata cum Pedirensi & Paceno regulis amicitia, dum ad Sincapuranum prouehitur fretum, aliquot barbarorū naues haud leui certamine expugnat. Qua in re illud vel in primis accidit memorabile. Vehebatur quadam è nauibus iis Naodabegua Malacensis, vnus ex eorum numero, qui nuper in Sequeria exitium conspirauerant. is in itinere oppressus ab Lusitanis, cum egregiè dimicans aliquandiu restitisset; multis demum cōfossus ictibus ita corruit, vt è patulis vulneribus nihil omnino cruoris maneret. Mox, inter spoliandum corpus, vt primum detracta eius brachio est aurea armilla, (mirum dictu) tamquam vase contracto, ita sese cum anima vniuersus repente sanguis effudit: cuius rei stupore defixi Lusitani, cum de captiuus causam quæsiissent, cognouère inclusum esse in armilla os animalis cuiusdam Sionij (Cabim incolæ appellant) cuius, in sistendo sanguine virtus efficacissima sit. id ipsum os deinde cum in Lusitaniam deuehendum esset, vnâ cum pretiosis aliis rebus naufragio periit. Atque in hunc modum barbarus ille concepti in Sequeriam facinoris pœnas acerba persoluit morte. quo quasi quodâ totius belli prologo lætus Albuquerqueius, Malacam rectâ contendit. Ad eum rumorem Mamudius armatorum copias, & maximam tormentorum vim, vulgata iâ arte, summo studio comparauerat, mediocris ferè magnitudinis: vnum

etiã ingentis habebat formã, ab Zamorino per eos dies dono sibi
 transmissum. Versabatur eodem tempore Malacæ Panensium
 regulus, cui Mamudius filiam paulo antè desponderat: ædificata
 in vsum nuptiarum ambulatoria domo per ampla, rotis triginta
 subditis; vt in ea elephantis iuncta, & aulæis ac peristromatis ad-
 ornata, cum solenni tripudio cantibusque comessabundi princi-
 pes tota vrbe vherentur. Albuquerqueius ad Malacam anchoris ia-
 ctis; primùm omnium institutoribus & nauarchis variarum nationũ
 insolitæ classis metu perterritis, & parantibus fugam, circummis-
 so nauigio metum omnem ademit: sese nullius in damnum iniu-
 riamve, sed ad suorum salutem, qui Malacæ victi per fraudem te-
 neretur, eò aduenisse. ij ni bona fide sibi à Mamudio restituantur;
 tum suum ius persecuturum armis: neque sibi esse in animo quæ-
 quam eodem illigare bello. Spectatores dütaxat otiosos alieni pe-
 riculi sese præberet; ac peracta demũ te, virtuti Lusitanicæ testi-
 moniũ apud suos quisque Reges ex fide tribuerent. Hoc officio ac
 denuntiatione conciliati Lusitanis serè omnium animi eo faci-
 lius, quòd præter insignem inuidiam facinoris in Sequeriam ad-
 missi, priuatis etiam de causis erant infensi tyranno plerique. Po-
 stridie Mamudius, ab innata fallacia, per speciem amicitie ad Al-
 buquerqueium mittit Bandonium quendam è proceribus, salutandi
 causa, & simul quærendi quas potissimùm merces ex eo emporio
 cuperet: enixè curaturum Mamudium, vt Lusitani Regis, & procu-
 ratorum eius præcipuam ab se rationem habitam esse appareret.
 Ad ea Albuquerqueius, nullas in præsentia merces nominatim expe-
 tere sese: captiuos tantùm, quæque per fraudem ablata Sequeriaz
 sint, à Malacensi reposcere. vbi ea sine dolo malo receperit, tum
 de commercij conditionibus, si ita videatur, acturos. Hoc accepto
 responso tyrantus, quòd eo tempore aberat classis, in eius aduen-
 tum varijs artibus rem differre decreuit, quo simul ab tergo & à
 fronte, nihil tale suspicantes Lusitanos opprimeret. ita, præteriti
 sceleris culpam in alios transferendo; captiuos è custodia elapsos
 causando, alijsque super alia mendacijs de more eludebat. inter
 hæc, Albuquerqueium, fraudis haud ignarum, anceps cura agitare.
 nolle impunitam tyranni perfidiam: nolle exacerbata rursus a-
 mēciam: ne, aut ex dilatione ac lenitate hosti fiducia cresceret: aut
 ex damno ac dolore, barbara immanitas in captiuos innoxios, ca-
 rissima sibi capita, desuueret; stat sententia, præsertim id ipsũ ca-
 ptiuũ clam per codicillos hortantibus; quoniam ex postulando ni-
 hil proficeretur, malitiam ac peruicaciam ferro ignique subigere.
 Nec mora, ducentos serè mittit armatos, qui diuersis vrbis locis

incendium excitet. Eo incendio, nam & ventus & materia ipsa adiuuabat, tecta oppidi & negotiatorum apothecæ aliquot momento conumptæ. cumque porrò vagaretur flâma, consternati ciues, Mamudij opè frequentes implorant ille metu maloq; coactus, extèpio captiuos ad prætoriam sistit incolumes: tarditate purgans; oransq; Albuquerqueium ignes patiatur extinguî; & secum haud iniquis legibus pacem ac societatem instituit. Albuquerqueius ingenti lætitia suos recepit, ex quotidiano mortis metu ac miserrima seruitute, in pristinam dignitatē ac libertatem asserros; & in eorum gratiam, sæuientes flamas ab incolis cohiberi permisit. dein, quod ad commercium & amicitiam attineret, ita respondit: Locum in vrbe censestis sibi Mamudius attribneret, ad ædes ac diuersorium firmo opere aduersus rempestarum & incolarum iniurias extruendum; cuiusmodi aliquot iam Rex Emmanuel haberet in India. Ablatas per tumultum Sequeræ res (ni cæ comparerent) æqua æstimatione rependeret. æquum præterea censebat, impensas ab eo præstari, classem in vtramque factas a Lusitanis, quandoquidem illius damni & incommodi penes Mamudium ac suos culpa resideret. Hæ pacis leges ab Albuquerqueio dictæ: ac, si minùs placerent, legati vltra vetiti ad naues redire. Mamudius, tam aceri denuntiatione percussus, concilium cogit. ibi, simul ira metuque sententias variante, diu multumque cerratum est. magna pars, & prudentissimus ferè quisque, fauere otio: & palàm hortari, ac periculosi belli aleam quamuis magno auri pondere redimendam. Alij contra, & Regis Mamudij dignitate, & Malacensis nominis gloria indignum affirmare: si ad vnus ignoti aduenæ fremitum, ac tantuli exercitus terrorem, quantus ea classe vehi possit; per speciem societatis atque commercij, teterrimæ seruituris iugum scientes ac volentes accipiat. Huius sententiæ principes atque auctores erant, præferuido ingenio adolescentes regij duo, Panensis gener, & filius Aloidinus. atque horum vel auctoritate vel gratia res penè innito Mamudio ad bellum inclinauit: intentioreque inde cura ad arcendam vim omnia apparari à barbaris expta: & Albuquerqueius, cognitare, in diem tertium, qui patrono Hispaniarum Iacobo Apostolo erat sacer, oppugnationem suis edixit. Malaca vrbs, ad maritimas commoditates, littore plano, in longitudinem vnus ferme leuæ porrigitur. Hanc secat amnis ex interiore Asia defluens, in quem plus minùsve, pro varijs Lunæ momentis, exæstuat mare. idemque ponte iunctus egregio, vtramque partem oppidi peruiam facit. Tecta, Indico more lignea, folijs & frondibus arcet pluias. neque tum vrberum vlli aut muri aut

fossæ eingeant. populus ipse bellica laude, vt apud eas gen-
 tes, insignis; (& erat eo tempore ingens multitudo) sua late-
 ra, more Spartano, pro incenibus ac propugnaculis gloriabatur
 esse. Tantùm Mamudius ad loca maximè periculosa tumultu-
 arias munitiones raptim obiecerat. & cùm alias vrbis partes à-
 ditusque, tum verò pontem ipsum magno tormentorum appara-
 tu prædiis que firmarat. Hisce ita prouisis, filio ac genero, vt ò-
 nia circûspicientes ad subita occurrerèt, expedita armatorum ali-
 quot in illia sub signis attribuit. ipse sibi cum turritis elephantis,
 ad hostium terrorem, subsidiarias cohortes, & reliquum robur
 iuuentutis deposcit. Vtinutis Raia, licet in speciem tyranno suam
 operam & copias enixè deferret; tamen partim occulto in eum
 incensus odio, partim in omnes rerum euentus incolumitati suæ
 prospiciens, per fideles internuntios clam sibi suisque pacem ac
 veniam à Lusitano impetrauit. Albuquerqueius, non sine causa læ-
 tus tanto auxilio in tempore hostibus dempto, ad contemplan-
 dam loci naturam, & exploranda tyranni consilia totus incubuit.
 breuique comperit inaximum vrbis firmamentum in ipso ponte
 constare; quòd arcis instar, in omnes partes aditum & prospectû
 haberet: eo que si potitus foret, non modò opportunam ad omnia
 stationem ibi collari posse; verùm etiam dirini barbaris auxilii
 mutui societatem, qua, vt quisque locus maximè premeretur; ex
 composito inter se vti deereuerant. Vt igitur Apostoli natalis il-
 luxit dies; Lusitani clamore sublato Sanctum Iacobum ingemi-
 nant; ac volitantibus vndique globis, cùm pænè obruerentur; ta-
 men talium periculorum alluetudine intrepidi bipartito in ter-
 ram exscendunt. Quæ pars vrbis, regiã & Mahoineranû habebat
 delubrû, ea cû robustis cohortibus Ioanni Limæ expugnâda tri-
 buitur: Albuquerqueius, frequentiorè alteram vrbis partem ipse cum
 suis inuasit; condictu priùs, vt hostibus vtrinque summòtis, illico
 ad pontem omnes accurrerent. eodem scaphias aduerso flumine
 cum tormentis militibusque submisit, vt simul omnia circâ hosti
 infesta redderent: & ad nostros, vbi res id exigeret, recipièdos præ-
 stò essent. Lima descensione facta, dum ad pontem festinat, in A-
 lodini copias incidit. vixdum cum iis initum erat certamen, cùm
 à tergo repente Mamudius institit. is turrato ac phalerato cum
 ptopugnatoribus aliquot elephanto in prima acie vehebatur; alij
 duo eodem ornatu præibant: tum reliquum sequebatur agmen.
 Nostri, ancipiti circumuenti malo, fortem ac præsentem nihilo-
 minus animum in re subita præstitère. Lima, iussis interim cæteris
 Alodino resistere, ipse Mamudiq cum manu fortissimorû iuuenû

pleno gradu obuiam vadit; & arte contra vim vsus, patefacta re-
 te acie, aduersos elephantos in medium accipit: ac pilis certatim
 in eorum latera ac terga coniectis, cum ex propinquo cuncta in-
 hæssissent; consternatus ante omnes regius elephas rectorem ex-
 cussum proculcat. inde conuersi ceteri cursu præcipiti in suos ru-
 unt; editaque latè strage, non modò turbant ordines, verùm etiam
 in fugam auertunt. Mamudius, periculo animaduerso, confestim
 è turre desiliit; acceptoque iam vulnere, suorum concursu, recep-
 tus in tutum est. neque alterius agminis impressionem Alodinus
 vltra sustinuit; & ex diuerso iam Albuquerqueius ingenti certamine
 pontem occuparat. quò cum ex composito cuncti aduolissent; pat-
 tem alteram pontis, materia, dolijsque, & aggere muniunt: altera
 cum peræquè firmare nitentur, venenatis è proximo sagittis, &
 assiduo barbarorum incursum prohibiti sunt. iamque longa inedia
 & lassitudine simul æstuque fatigati, cum a prima luce in pò-
 meridianum tempus acerrimè depugnassent; vix arma sustine-
 bant. Itaque Albuquerqueius sat eod die periclitatus hostium vires,
 neque parum se profecisse ratus ad vniuersæ victoriæ spem; con-
 silio statim habiro, receptui canit. ac simul peractas magno labo-
 re munitiones, ne hostibus forent vsui, succendi iubet. quo incen-
 dio coniuncta quoque ponti ædificia, & mercatorum aliquot
 apotheca: & ornatissimæ, de quibus antea demonstraui-
 mus, nuptiales Regum ædes arserunt. Magnus Malacensium nu-
 merus eod die desideratus, & è nostris interfecti aliquot, com-
 plures vulnerati sunt. Regulus Panis, Lusitanica ferocia exterritus,
 & rei Malacensi diffidens, per causam adducendi noua auxilia, reli-
 cto socero & sponsa, in patriam discessit, neque postea redijt. Ma-
 mudius, quamquam aduersa ictus pugna, tamen ommissa pacimen-
 tione, vallum & stationes ad loca idonea duplicat, pontemque
 præsertim valido præsidio firmat. viam insuper latam, qua in vr-
 bem intimam, ædesque regias, Mahometis sanum, Lusitano pa-
 tebat introitus; veneno infectis tribulis occultè conspergit; actos-
 que sub terram cuiuculos, certam in hostium perniciem, sulphu-
 reo cõplet puluere. At Albuquerqueius, ex eo prælo ingenti fiducia
 concepta, dies paucos reficiendo milite & laucijs curandis insũ-
 psit. interea cellioris formæ iuncum, obiectis extrinsecus culcitris
 atque cetonibus, ad hostiles ictus molliter excipiendos, omni telorũ
 armorumque genere diligenter instruebat id opus vbi absolutum
 est. eximie fortitudinis dux Antonius Abreuscum promptissimis
 Lusitanis impositus. & obseruato nouilunio, cum plenissimus ma-
 ris æstus accedit, nequicquam prohibere conantibus barbaris,

iuncus

iuncus ad pontem applicitus est. & Albuquerqueius per media ho-
 stium iacula cum cæteris copijs in terram egressus, viâq; latâ, de
 qua diximus, petens, ad manifestum vtiq; ruebat exitium. siqui-
 dem ad viæ caput Mamudius cum exercitu multiplicatis in arcto
 ordinibus stabat; vt cum primùm spatia viæ nostri occupassent,
 cuniculis inijceret ignem; ac dissiliente solo, & erumpentibus vn-
 dique flammis, gratissimum è fædo Christianorum interitu spe-
 ctaculum mente oculisque perciperet. Sed planè singulari Dei be-
 nignitate fraudis indicio per conscios ad Albuquerqueiũ delato, no-
 stri modica declinatione in hostium latus ex transuerso impetum
 faciūt. Anceps aliquãdiu fuit certamē, dũ in angustijs cõferti sese
 barbari opponunt; proque aris ac focis & ipsi acerrimè dimicant;
 & è fenestris ac tectis pro sua parte adiuuat imbellis multitudo. sed
 ad extremũ, redintegrato clamore cum Lusitani gradũ acrius in-
 tulissent, cessere primùm loco barbari, dein prorsus tergo vertete.
 & eodem impetu fanum, cæsis pulsisque custodibus, ab Lusitano
 occupatum est. Inde, relicta ad fani tutelam armatis, Albuquer-
 cius ab insequendis hostibus metu insidiarum abstinuit. cæterũ in
 primis de pōte sollicitus, ne transitum subsidijs Malacensium daret:
 eò celeriter aduolat, & deiecto iam præsidio, expugnatum ab A-
 breo magna omnium lætitia reperit; expositaque ferramenta, &
 cæterum muniendi apparatus, quem è superiore prælio explora-
 ta loci natura per eos dies accuratè prouiderat. itaque collocatis
 ad vtrumque cornu stationibus, velisque nauium supra caput ob-
 ductis, quæ simul læuora hostium iacula, sagittasque, simul ra-
 dios flagrantissimi solis arcerent; totum eum diem in ponte mu-
 niendo consumpsit & ex vtraque parte vallum, & cupas inter se
 reuinctas constituit ingesta gleba, tutoq; aditu ad flumen relicto,
 ac dispositis circa scaphis, quæ valli vtriusque frontes ac latera tel-
 lis ac tormentis abraderent. sic ille transactus est dies. postera luce
 ad hostium delendas reliquias & regiam ipsam oppugnandam
 Lusitani audacter progressi, ædes, præter spem, vacuas & inanes
 offendunt. Mamudius quippe, deperatis rebus, noctu collegerat
 vasa, & in saltus vicinos ac nemora sese cum paucis abdiderat. ibi
 Alodinum & cæteros belli auctores nequequam execratus,
 paucis diebus mœrore amissæ vrbis extabuit. Alodinus, diuerso i-
 tinere, cum hæud longè ab vrbe, munitionibus excitatis, profugos
 è pugna colligeret, bellũq; renouare tentaret; missis ab Albuquer-
 cio celeriter cohortibus, iterum susus, in Bintanum denique iusu-
 lam, & eiusdè nominis oppidũ è regione Sincapuræ cõfugit: perq;
 vim ac fraudem exacto dynasta, locum natura tutum operibus

insuper cœcigè muniit. Interim vrbs Malaca, pulsus vndique armatis, militi diripienda permittitur. Ibi quanta vis opum fuerit, vel ex eo conieci potest; quòd, præter ea qua vel à mercatoribus intet tumultum auecta, vel a militibus per fraudem suppressa sunt, ex quinta dütaxat eius quæ apparuit præda parte (hæc ad Emmanuelem pertinebat) aureorum nummum ducenta millia in regium fiscum redacta dicantur. Inde ad constituendam ac firmãdam eius vrbs possessionem sese Albuquerqueius contulit. negotiatores primũ, qui aut varias in partes metu diffugerant, aut commearare in id emporium verebantur, benignis promissis inuitati, & cum fide clementiaque tractati sunt. ita, veterem frequentiam ac celebritatem id emporium breui recepit. Simul etiam, è vetustis Regum sepulcris ac monumentis eruto lapide, templum Salutationi Angelicæ sacrum ex manubiis positum; cuius mysterij Albuquerqueius præcipua quadam religione tenebatur: & loco opportuno arx ædificata, impositumque vrbi pariter & atci fidele præsidium, Rhoterico Patolino præfecto. Portoria insuper & vesigalia, & scripturæ magistri certis legibus instituti; simul iuri inter Mahometanos dicundo præpositus Vtimutis: inter ceteros autem inquilinos eiuesque, Ninachetus indigena, vir & antea de captiuis Lusitanis, & tum in vrbs expugnatione de Albuquerqueio ipso in primis optimè meritis. Ad hæc, Albuquerqueius de re gesta, victorique Mamudio, Sionis Regè per litteras & interpretes docuit; ille, & factum probauit; & victoriam gratulatus, amicitiam cum Lusitanis instituit, & ex eo tempore vltro citroque legati cum pretiosis muneribus commearunt. atque aliis item ex regnis Lusitanorum fama commoti, oratores ad Albuquerqueium, ineunda societatis & officii causa conuenere. Præterea quod de Banda Molucis que insulis, & earum mira fertilitate, opibusque ad Albuquerqueij aures dudum fama peruenerat, ad eas insulas cognoscendas, iungendamque cum incolis amicitiam, egregia fortitudine, ac maritimæ rei scientia vir, cuius modo meminimus, Antonius Abreus, cum nauibus tribus, Albuquerqueij missu discessit. Inter hæc Vtimutis, quòd spreta nostrorum paucitate, consilia de tyrannide occupanda cum hostibus agitarer, litteris eius ad Alodinum deprehensis, quæ manifestò viri perfidiam coarguerent, in ipso illo pegmate, quod nuper, ad ferale cœuiuium, Sequeris comitibusque in littore exstructum fuerat; recedente in capita auctorum in pœna seclerati consilii, vnà cum Patia-co filio, octogenarius ipse propalâ securi percussus est, frustra nitente vxore supplicibus verbis, & ingèti auri pondere, quod aureorum centum millium excederet summam, suorum capita salutemque redimere.

redimere. Per eosdem ferè menses, quibus hæc ad Malacam agebantur, Idalcan absentiam Albuquerqueii suam occasionem ratus, ad Goam recuperandam, Narsingano bello distentus ipse, strenuos duces minimè contemnendo cum exercitu miserat. ij transmissis pluribus locis, vt olim, æstuario, insulam & agros haud ita magno labore occuparant: ceterum vrbs ipsius oppugnatio non eundem exitum habuit. cum clade & ignominia repulsi non semel, ad obsidionē consilia verterāt. iamque omnes ferme circa aditus barbarorū custodia tenebantur: & cu alibi fossas & aggerē duxerant; tum verò ad Australia vada, loco in primis idoneo, munitissimum castellum excitarāt, quod à vici nomine ibidem positi Benestarinū hodieque appellatur. Quibus operibus cincta ciuitas, breui cum aliis incōmodis miserisq; tū verò fame vrgeri vsq; adeò cæpta est, vt Lusitani complures (de numero nominatim affirmare nil auisim, cum alij septuaginta ipsos, alij non plus vndeuginti tradant) in hostilia castra sædè transfugerint; perque summam impietatem citato Christi nomine, Mahometicam superstitionem induerint. Atque hoc ipso tempore Ioannes Machiadus memorabile facinus edidisse fertur. is exsul è Lusitania, vt suprà dictum est, cum apud Idalcanem Turcæ habitu mereret, variis contra finitimos Reges expeditionibus, magnam sibi & fortitudinis & prudentiæ pepererat laudem: & splendidum militiae gradum adeptus, in consilium de rebus maximis adhibebatur. Idem, in bellis quæ cum Christianis fierent, egregiam nostris operam occultè nauabat; quod eo erat illi facilius, quo major apud barbaros eidem auctoritas erat ac fides. Hunc ergo, persugarum misericordia cum cepisset, quòd vesano consilio exiguam huiusce lucis vsuram æternitati auferrent; non verbis modò, sed etiam exemplo factisque, si quo modo possit, eos ad sanitatem reuocare constituit. Duos ipse paruulos habebat filios, lustralibus aquis ab semet Christiano ritu expiatis. hosce primùm, ne destituti Mahometanis postmodum sacris inquinarentur, diuini iuris ignarus, clam intempesta nocte prefocat. mox, vbi diluxit, captiuos Lusitanos & transfugas, per speciem relaxandi animi, longius ab hostium castris, prope vrbem Goam, secretum in locum, sensim, vt sit, sermocinando perducit. Ibi sese Christianum apertè professus, ornatuque Turcico abjecto; de contemptu rerum humanarum, de breuitate huius vitæ, de sempiternis illius alterius æquè præmiis atque suppliciis, incredibili quodam animi ardore diseruit: hortatusque est omnes, vt secum in vrbem intrarent, cum Ecclesia & Christianis in gratiam redirent, ac diuina freti clementia, corporis incommoda

præ animæ cum salute contemnerent. Ac scelerati quidem deserto-
res, tam salutari oratione vix ad aures admiffa, terro vnde venerat
obstinata mente rediere. Machiades, neque famis, neque atrocif-
simorum suppliciorum, si Goa caperetur, metu deterritus, accepta
à nostris fide, vna cum captiuis in urbem introiit. Ea transitio in-
gentem non modò lætitiã, sed fiduciam quoque attulit obfessis:
vulgoque itaque interpretabantur, non sine causa, tam asperis tẽ-
poribus, tali viro mentem eam diuinitus datam, vt, stipendiis opi-
mis relictis, ex honorata libertate & commodorum affluentia se-
se in arctam ad eò custodiam penuriamque sponte conjiceret. Ne-
que eos frustrata spes est. quippe mitescente iam hyeme, variis è
regionibus, atque ad eò ex ipsa Lusitania naues cù commatibus &
militibus aduenerunt. quarum accessu non leuata solùm inopia; verùm
etiam ita nostrorum aucta vires, vt quotidianis eruptionibus vltra
fãtigarent hoste: propioresque iam obfessis, quàm obsidentibus es-
sẽnt barbari. Et Albuquerque, circumactò iam anno, compositis
Malacæ rebus, ad Sincapurani maris custodiam Ferrandu Petreũ
Andradium, insigni virtute ac prudentia virum, cum nauibus decẽ
reliquit. ipse de ceterioris Indiæ statu anxius, quamquam inuitis
Malacensibus, & propter externos metus omni studio tantùm apud
se ducẽ retinere conantibus, cum cætera classe in Malabarẽs eur-
sum intendit. Vt in conspectum Pacem Somatræ littoris ventum
est, noctu sæda tempestas oborta, & Albuquerque nauem saxis al-
lissam infregit; & cæteras panẽ cum omni turba demersit. multi
mortalis hæsti fluctibus, multi varias in terras eiectionis. pretiosissi-
ma quæque è spoliis Malacensibus & Regum donis amissa. Al-
buquerque per tenebras à nautis magno labore in scapham ac-
ceptus, cum ipse periclitantem puccum inter manus properè sus-
tulisset; collectis reliquiis naufragij Cocinum deuenit. ibique ma-
gna sui enim animi voluptate præter spem in eolumes reperit eos,
qui, vt supra dictum est, ab Socotorã redeuntes, in Cambaieum
littus eiectionis, atque ad Cambaia Regem pro captiuis abducti fue-
rant. ij, secundùm Deum vni maximè Antonio Laurerio Francisca-
no salutem ac libertatem debebant. cùm enim iam diu in eo serui-
tio degerent, atque ad eos eximendos accederet nemo; Laurerius
omnium consensu delectus est, qui Goam de redemptione contẽ-
deret, ea lege, vt, si nihil transegiisset, intra certum diem bona fide
rediret. atque eius reuersionis quasi obsidem & pignus ille sacrum
cingulum reliquit Regi: testatus, professionis suæ ritibus atque
institutis, haud minimam sanctimoniam partem horrido in illo su-
ne consistere. Vt Goam peruenit, absente per id tempus Prætore,
nihil

nihil decidi super tanta re poruit. ita, infecto negotio, protinus, uti receperat, in Cambaiam reuertit. Quæ res tanta admiratione Regem affecit purpuratòsque, ut confestim sine vlllo pretio, quin etiam ornatos lautòsque Lusitanos benignè dimiserint. neque id modò Laurèrij virtus & sanctitas consecuta est; verùm etiam apud illas nationès non parua cum utilitate egregiam probitatis existimationem & famam nomini Lusitanico peperit: sanè quam egregio documento, non solùm ad conscientia fructum, & officij religionem, sed etiam ad opes & gloriam, constantia promissorum & hęc nihil in rebus humanis esse præstantius. Magna Cocini tum erat, nondum condita, quæ nunc est, Lusitana ciuitate, rerum hominumque colluies. Quippe sub eodem tecto misti Christianis Mahometani ethnicique nullo discrimine debebant viri ac mulieres: multraque passim flagitia & fraudes admittebantur. Huic malo occurrendum ratus Albuquerqueius, cum Rege Naubeadora trãsegit, ut certo limite Malabaricam ab Lusitana commoratione dirimeret. id vbi factum, capitali pœna proposita, omnes sexus vtriusque mortales, qui a Christiana religione abhorrerēt, è finibus Lusitanis demigrare iussi. quæ res non ad purgandas modò nostrorum ædes ac domicilia, sed etiam ad augendum numerum fidelium valuit: quandoquidem eo edicto permoti circiter quadringenti, abjecto idolorum cultu, se se ad Christianam Ecclesiam sponte aggregarunt. Ab horum complexu Albuquerqueius Goam summo omnium gaudio, quòd pro mortuo putaretur, processit incolumis. Eius aduentu, multo vehementius vrgeri hostes cœpti, & à Lusitanis castra ad Benestarinum admora. ibi dum missilibus ac telis vtrinque certatur; missus ab hoste globus agentem eum Albuquerqueio quendam ex turba ita discerpfit, ut Albuquerqueium ipsum sædo cruore consperferit. Quo ille tanto ex periculo diuinitus ereptus, globum deinde ipsum argenteis bracteis coopertum, vnà cum affabre facto monili ex gemmis & margaritis in celeberrimo templo MARIÆ Virginis, ad Aquas Lupias veteris Lusitaniæ, ponendum curauit; reditu insuper annuo in vsum perpetui luminis Hieronymianis eiusdem templi custodibus attributo. Atque eo casu, nihilo segnior factus Prætor, nouis operibus & oppugnationibus crebris eum inclusum mœnibus hostem in dies magis ac magis premeret; variis cladibus denique fessi Roztomacan præfectus & Turcæ, qui in eo præsidio erant, flexère ad deditiorem animos: pactique vt naues, tormenta, ac perfugas traderent; cum cæteris rebus incolumes Benestarino excessere. Albuquerqueius, recepto castello, impositisque militibus, quassata & strata ruinis accu-

ratè refectus: impios desertores, amicorum precibus exoratus, vivere quidem passus est, sed grauiore multo circuncisione decurtatos, quamquam sese nuper ipsi ex initijs Mahometicę superstitionis affecerant, siquidem auribus, natibusque, ac dextris abscissis, & sinistrę in super cuiusq; pollice, per totam urbem ad pueros ac plebis ludibrium ignominiosè traduxit: dein, vt apud Indos, quoad eius fieri posset, omnem sceleris tanti memoriam obrueret; in Lusitaniam eo ipso anno remisit. Tum in gratiarum actionem, ob hostes ex insula pulsos, Christiano ritu supplicatio decreta: composito ad pietatem agmine, venerabundi Lusitani cum sacerdotibus infulisque ad templum Beatę Virginis adiere. valedudinariuin quoque publicum curandis ægrotis & saucijs institutum. Hisce tam secundis Lusitanorum rebus valde commotus Zamorinus, vltro per viros principes ab Albuquerque pacem petere induxit animum: locumque arci ad Calecutum ædificandę tandē aliquando assignauit. Et Rex Maldiarum aliquot insularum (ex frequentia planè mira non longè ab Cori promontorio in Meridiem distant) ob id ipsum in Emmanuelis ditionem ac fidem iure stipendiario sua sponte se cõtulit. Tū ab alijs quoque Regibus legati cum donis ad Albuquerque gratulandi causã conuenere. Quin etiam Idalcan ipse, missis oratoribus, pacem & amicitiam æquis conditionibus impetrauit. Earundem rerum constanti fama compulsus Abassinorum quoque Æthiopum Rex, cum Emmanuele denique societatem ac fœdus vehementer expetiit is tū erat, patre Nahu defuncto, Dauid admodum adolescens, atque ob id sub tutela degens Helenę auis, virili animo & consilio feminę. legati in eã rem fuere, insigni probitate ac prudentia vir, Mathæus Armenius, & alius ex Abassina nobilitate primarius. ij, quo arctius iungerent amicitiam, fidei pignus ad Emmanuelem ferebant sacrosancti ligni fragmentum eius, in quo salus humani generis olim ingemiscente rerum natura pependit. Hunc ergo Mathæum ad se rectã cum socio venientem, vt in Lusitaniam ex India transueheretur, Albuquerque, cum cætera benignitate, tum verò propter sacras quas afferebat reliquias, exquisitis cęremoniis & sacerdotum occurso gratulabundus accepit; & accuratè commendatum nauarchis, in Europam à Cocino transmisit. Per idem fere tempus, Emmanuelis hortatu Alphonsus Congi Rex Henricū filium, ac præcipuos ex eo regno, in Lusitaniã, vbi ferme alti educatique fuerant, atque inde cum honestissimo comitatu Romam vsque religionis ergo proficisci iussit. vbi magno totius Ecclesię Romanę gaudio excepti (augebat lætitiã ipsa longinquitas)

summum

summum in terris Dei Vicarium Christiano ritu suppliciter adorant. Sub idem tempus, Malacæ magni & periculosi motus repētē exstiterē. Quitirius inquilinus erat pollēs diuitiis, & rerū nouarū apprime cupidus. huic, Vtimutis Raxæ vxor, quod maritū (filiumq; nec prece nec pretio seruare valuisset, ex dolore in rabiem versa, petimagna cum dote filiam ea conditione desponderat, vt suorum vlciscere tur necem; ac perpetuum bellum cum nomine Lusitano capesseret. Ille, contracto clam milite, clientum mancipiorumque circumfluens turba, paucis diebus ad urbem castra communit. inde furtim in præsidia Lusitanorū incurfando, cædes edere, captiuos abducere, ciuitatem vniuersam trepidatione ac tumultu complere. Cæterum, haud ita diu impunita illi fuit audacia. Coorti repentē Lusitani castra multis simul partibus inuadunt; conuulsoque vallo, & superatis munimentis, trepidantem barbarum in lucos magna edita strage compellunt; dispositisque vigilijs, referta omnibus diuitiis castra diripiunt. Eo die captiuus quidam, ignoto nomine, Lusitanus, egregium qua roboris animi, qua fidei Christianæ specimen præbuit. is, librandi peritus, cum in nostros obuerso tormento eiaculari extremi supplicij metu proposito iubetetur; intrepidus abnuat: ac fortiter datis ceruicibus, ex hostium simul manibus & corporis custodia in cælum euolauit. At Quitirius, nequaquam ea clade fractus, bellum omni conatu renouabat: & statuis alibi positis, urbem, & omnia circa, latrocinis & excursionibus habebat infesta. Lusitani ad eum inde quoque exturbandum, nauibus profecti, dum facta descensione progrediuntur incautiùs, in insidias præcipitauēre, & fortissimi aliquot viri loco iniquo à barbaris interfecti. Sed ad extremum nouis ab Goa copiis Malacam aduectis, iterata oppugnatio; & Quitirius non exutus modò castris, verum etiam è Malacensium finibus cum ignominia & damno est eiectus. & Laclamana Mamudianæ classis præfectus, cum Quitirium maritimis copiis adiuuaret, ab Andradio fusus, & intra Muaris fluminis ostia sædè coniectus est. Ea depulsa molestia, multo grauius discrimen aliunde Lusitanis instabat: quod item ipsum Dei benignitate in perniciem hostium vertit. Iauæ sunt insulæ duæ (maiolem vnã, alteram minorē appellant) vltra Somatram in Meridiem sitæ, eadem ferme qua Somatra soli vbertate; sed longè ferocioribus incolarum ingeniis. Maioris maritimam oram obtinebat Onuzius Saracenus, viris, armisque, & omni bellico apparatu præpollens. is, ingenti classe adornata, quam dudum a duersus Mamudium admirabili silentio ac dissimulatione inchoarat; vt exactum illum è regno cognouit;

nouit; ipse met qui exegerat, ex improviso adoriri constituit. Nauigia leuiora duebat plurima: maioris uero formæ iuncos circiter sexaginta, rebus omnibus ad bellum instructos. Non latuit Malaceas, Onuzij aduentus. & à Lusitanis, nauium non plus sexdecim numero, Christi maximè fiducia, obuiam Saraceno est iru: contractoque certamine, quod, propter incredibilem pertinaciam gentis utriusque, biduum tenuit; multo maxima parte nauium amissa denique Onuzius laua turpi fuga repetijt. supra octo millia hostium, ea pugna, aut ferro aut igni absumpta dicuntur: cum è Lusitanis plurimi quidem vulnerati sint, uerum haud amplius triginta ceciderint. Ira multiplici paucis mensibus parata victoria, non exiguum militaris gloriæ decus Lusitani tulere. Cæterum, contra vim externam feliciter defensa res, domestico scelere propemodum perijt. Maxelzius erat quidam, è Bengata oriundus. is, cum Lusitanæ arcis custodibus ad Malacæam & Alphonso Persona præcipuè regio Quæstore, per summam simulationem armoris & obseruantie, magnam familiaritatem breui contraxerat. Hunc, Bintaui regulus Alodinus, ad occupandam fraude arcem Lusitanam ingentibus promissis induxit, militibus habitu mercatorum occulte summissis, qui in tanta hominum colluione haud ægre latebāt. Hisce clā ad loca idonea distributis, Maxelzius, per speciem salutandi Quæstoris, uti solebat, in arcem admittitur. A prima salutatione, & mutui sermonis officijs, Personæ, tum fortè meridiandi causa cubanti, cum se in alterum auertisset latus; repentè Maxelzius ab tergo letale uulnus in caput imposuit. inde ad distinendas fotes aduocandosque suos accurrenti, quamquam in extremo spiritu Persona prosiliens, ut erat maximis & corporis & animi uiribus, anteuertit: clausoque per vim ostio, cum custodes ad arma excitasset, in ipso munere tuendæ arcis effrauit animam. Illi barbaros ad murum subeuntes cum eade magna repellunt; & Maxelzius intra arcem deprehensus, cum sese acriter aliquandiu defēdisset; multis ad extremum ictibus repetitus occubuit. Ita, summo Dei beneficio, & eximia Quæstoris uirtute, arx & urbs re-tenta; & quod ita res postularer, Bintaui regulo pax, petenti, postmodu data. Et ex alia parte, Antonius Abreus, & socij, ad Molucas paulo ante ab Albuquerque destinati, inter varios casus atque pericula regente Deo, haud exiguum operæ pretium fecere. Ad oppidum Agacinum Iauæ insulæ uentū est primum. Inde leucas ad sexaginta in Amboinum insulam delati, quæ ad Molucarū ditionē pertinet; positus utrobique columnis, ad Bandam eiusdem ditionis processere: ex qua, quod principem teneat locum, uicinæ aliquot insulæ de-
 nomi-

nōinantur. Hæ, totius orbis terrarum solæ (quod coniect) spon-
 te, lautiores in epulas, & medicamentâ mortalium, ex vna eadem-
 que arbore, macim, & nucem myristicam fundunt. Arbor, ad pyri
 similitudinem accedit. fructus, mala persica quadamtenus imita-
 tur. florere quo tempore ibidem aliæ quoque plantæ & herbæ va-
 rij generis: è quibus vniuersis mirificus odor incomparabilis eu-
 iusdam suauitatis existit. Vbi defloruit, maturescens pomum, pau-
 latim è viridi, tum ceruleas luteasque; tum purpureas & igneas
 transit in maculas, quales in arcu cœlesti cum voluptate mira-
 mur: atque eo ipso tempore psittaci & aliæ nobis ignotæ aues
 eximæ pulchritudinis, ad gratissimum sibi pastum aduolantes,
 augent oblectationem; cum folia, & fructus, & alites ipsæ varijs
 colorum picturis in certamen vsque luxurient. Hac aincœnitate
 cum reliquis insulas, tum in primis Bandam conspici affirmant:
 quippe, & maritimum haber tractum sylua felicissima viridan-
 tem; & ex insula media mons accliuus attollitur: cuius in ipso ver-
 rice lucus eodem & frondium vestitu & frugum copia satis amplū
 patescit in campum: atque inde splendidi aquarum riuus ad subie-
 ctam planitiem irrigandam leni murmure defluunt. Insula tota,
 ad equinæ solæ speciem, a septentrione in Austrum excurrentis,
 tres non amplius leucas in longitudinem, vnâ in latitudinem
 obtinet. qua sinus introrsum recedit, ibi emporium est Gens cœneo
 colore, fuso capillo robur in membris, in animis feritatem osten-
 tat. viri mercaturam, feminæ agriculturam exercent. Nullum ha-
 bent Regem. suis institutis acritibus viuunt: & vbi consulto opus
 est, ad seniorum cœtus refertur. In cultu Diuino, illata non ita pri-
 dem fabulosa Mahometis dogmata vulgò sectantur. Locus ad in-
 uenhendas & euenendas merces admodum est opportunus. Igitur
 Abreus eò delatus, vti è Malacensi victoria omnes eas nationes
 Lusitanici nominis fama peruasera; haud ita difficili negotio fœ-
 dus amicitia hospitiique cum incolis fecit: ac lapideum eius rei
 monumentum in littore posuit. dein, magna vi frugis pretiosæ
 cœempta, Molucis omissis Malacam reuertit: atque inde cu Andra-
 dio Lusitaniam repetēs, vt apertæ Bandæ nuntium ad Emmanuelē
 ipse perferret: inani spe delusus, in itinere perijt. Longè diuētsum
 habuit exitum nauigatio Francisci Serrani ex eiusdē Abrei comi-
 tatu. Is, post Bandam relictam, ipso profectionis initio ab socijs
 fœda tempestate distractus, ad infames & scopulis & latrocinijs
 Lucopinas insulas ultra Bādā, allisa oneraria, saluis corporibus
 armitque in terram euasit, fame siti que, ob solitudinem ac siccita-
 tatem loci, vnâ cum socijs vtique moriturus; ni, quæ res exitio cæ-

teris consueuerat esse, præsentem eis opem diuinitus attulisset. Prædonum erant in proximo stationes, in cuiusmodi casus intenta cura excubantium, vt eiectos in littus aduenas improviso aduentu caperent. ii, conspecto Serrani infortunio, ad prædam alacres piratico nauigio uehebantur, quã vulgo catacoram appellat. Non latuit scelus magistros & nautas Malacenses, è Serrani turba. quocirca præmonitus ab ijs, vt sibi consuleret; insidias prope littus occulto loco disponit. prædones in terram egressi, dum naufragos venantur, interim exorti ab tergo Lusitani caracoram inuadunt. qua re animaduersa barbari, metu, ue abducto nauigio, in deserta insula destituti perirent; confestim ab latrocinio versu ad obtestationes, culpæ veniam suppliciter petere: ac se, polliceri, si in caræoram accipiantur, duces nostris ad commodum hospitium haud procul inde futuros. Neque absuit dictis fides, ijs moderantibus cursum, ad Amboinum rursus delati Lusitani, ab incolis Rucutelli emporij admodum benignè tractantur. Erant Rucutellanis veteres inimicitia cum finitima ciuitate Veranula insula Batochinæ Muaris: ac tum, inter vtrūq; populū exorto certamine, Rucutellani aduenarum maximè ope superiores fuere. cuius rei cum rumor longè lateq; manasset; ad Molucarū etiã insularū Tidoris atque Ternatis regulos fama peruenit, quorum alteri Almanfori, alteri Boleifi erat nomen. A patrijs ritibus paulo antè ad Mahometanicam superstitionem ambo transierant. ac de finibus inter se contendere soliti; cognito Lusitanorum ad Amboinū impulsu, tam inelytæ gentis auxilio e contra hostem augeri cupidus vterq; cætatim naues ac præsidium ad inuitandos ac deducendos ad se peregrinos dimitunt. Diligentior in eo officio fuit Boleifes, celeriter instructis in id ipsū nauibus decem, & custodia mille ferme armatorū imposita, à quibus abducto iam ad Ternatem Serrano, Tidorenses ab Rucutello irriti redièrunt. At Serranus eum focijs magno apud Boleifem in honore habitus: multa de Molucentiū natura, commercijs, moribusque per otium cognouit: neque Emanuelem modò de rebus ijs accuratè per litteras docuit; verum etiam, comineantibus deinceps eodem Lusitanis, non mediocri vel solatio vel adiumento fuit. Sunt autem, quæ communiter Moluæ vocantur, complures numero, subiectæ Equatori, & à Borea in Austrum vicinis ferme leucis inter se distinctæ: quarum nulla plus leucas sex ambitu colligit. Hisce plurimæ circumfusæ aliæ sunt: verum ad Occidentem in sexaginta leucas tota fronte prætenditur altera Batochina, Mauricam appellant: ita naturæ muneribus Diuina prouidètia distributis, (nempe ad conciliandã

per mutuos vsus humanam societatem) vt Molucæ, cùm ingentis præij frugem caryophyllon vnæ omnium ferant; reliqua panè cū-
 da ad victum & cultum aliunde mutuari cogantur, quarum ma-
 gnam partem ea, quam dixi, Bathocina suppeditat. Arbor autem
 caryophylli & stipite & foliis lauro similis est, flore in primis odo-
 rato, qui è viridi in rufum immutatus, vbi obduruerit, caryophyl-
 lon Arabibus, at Hispanis, quòd capitatus est, clauus appellatur.
 atbor è deciditibus caryophyllis citra culturam enascitur: an-
 nuas fert fruges: quæ tamen, propter flagellorum & acrioris decus-
 sus injuriam, non nisi altero quoque leguntur anno. solum infra
 purum est, arbore in semet omnem attrahente succum: ipse verò
 fructus, potentiorù præcipuè mensis ac dapibus expectus, ab insti-
 toribus ingenti lucro & in Asia & in Europa diuenditur. Tellus
 arida est, & in modum pumicis fistulosa. itaq; non modò cadentes
 è cælo imbres momento combibit, sed etiã è montibus manantes
 absorber aquas, antequam directo alueo ad mare perueniant. Ea-
 dè aliquot locis cum infano reboatu ignes eructat. Sed præcipua
 camino Ternatensi nobilitas. Mons in nubes assurgit excelsus &
 arduus, cuius inferiora densis nemoribus vestiuntur; superiora ex
 incendiis glabra & horrida sunt. in vertice crater, hiatu vasto, in
 plures circulos circumductos majores minoribus, ad speciem am-
 phiteatri discedit. inde, per æquinoctia maximè, certis flantibus
 ventis, cum horrifono fremitu flammæ atro mistæ fumo & fauillis
 erumpunt, & omnia latè loca cineribus complent. Visendi annuæ
 sunt vices: nec nisi per funes aut ferramenta, quibusdam locis as-
 cesus est. Incolæ etiam sulphur alicubi optimum legunt. fusco ipsi
 colore, fluxo capillo, ad bellica studia strenui, cætera mirum in mo-
 dum incertes & pigri. Medulla quarundam arborum victitant: sagu
 vocatur. ea lentè purgata, & restaccis incocta formis, non solum
 in quotidiana alimenta, verù etiam in vsum nautici panis egregiè
 sufficit. Et ex eiusdem planæ ramis, artificii manu cõcis, leuandæ
 siti, mirifico sapore simul & salubritate cãdidus liquor exsudat, què
 vulgo tuacam appellant. Ipsas insulas olim desertas, & qua plani-
 ties est, mari merfas fuisse, testantur conchilia & arenæ, quæ fodi-
 tibus passim occurrunt: atque ob id ipsum ab indigenis incolæ ne-
 gant. Conueniunt sunt è Sinis, Iauis, & aurea Chersoneso, & aliis re-
 gionibus: origine dispares, & sono linguæ; cæterù contumacia, sce-
 lere, perfidiâ quesimillimi: quippe, nec nisi malo coacti rectè facere
 norunt; & non ferro solum & aperta vi, sed calumniis fraudibusq;
 & veneno grassantur. Neque Molucensium rantum id ingenium
 est, cæteræ quoque eius tractus insulæ eadem infamia fer-
 me la-

mè laborant. Ex ergo, ad quem dixi modum, cum antea Græcis ac Latinis profus ignotæ fuissent, nostris hominibus denique patuere. Dum explorantur, Albuquerque interim, firmato maris imperio, ad interruptam toties Arabicam expeditionem rursus animum adjecit. eoque consilio ad Goæ custodiam, præter Malabariæ auxilia, Lusitanos pedestres quadringentos, equites octoginta Petro Mascarenia præfecto reliquit. Benestarini præsidio Rhotericum Peteriam, oræ maritimæ rû sex biremibus Ioânem Machiadum præposuit. ipse, viginti nauibus, epibatis Lusitanis mille septingentis, ludis verò circiter mille ab Goa profectus, malacia diu remorante, ad Socotoram aquandi causa primùm, dein Adenum incolumi classe trajecit. Vrbs est præclara ad aspectum, ædificiisq; & incolis admodum frequens, non soli natura, (quippe inuectis omnibus vititur) sed loci opportunitate, vt supra dictum est, in eam celebritatem adducta. orini ferè ex parte ad pænisulæ modum alluitur mari. qua continentî annectitur, præruptus imminet mûs: mœnibus præterea & propugnaculis egregiè cincta est. attamen Albuquerque, repente jactis in portu anchoris, magnam trepidationem ciuibus pariter ac peregrinis incussit. nauæ & institores ex onerariis in urbem extemplo confugere Amirianus oppido præerat, Abalsinus genere, puer olim captus a Saracenis, & a religione Christiana per fraudem abductus. Is, tentatus ab Albuquerque, non vulgari solertia vir, blandis verbis muneribusque spem ditionis faciedo, rē distulit, dum è propinquo milites euocaret. ij cum celeriter conuenissent, ignarus eius rei Albuquerque, experiundi causa in oppidum ad nauicularios mittit, qui eos metu deposito ad naues redire jubeat. illi verò negare se redituros, aut capita sua toties iam expertæ Lusitanorum crudelitati & auaritiæ permitturos. Simul Amirianus per internuntios cum Albuquerque expostulat, quòd imperium vsurpet in aliena terra: & super tali ecum inquilinis & aduenis potius quam cum legitimo magistratu, penes quem summa sit rerum, suo iure sibi agendum existimet. ad extremum addit, eum non pro amicitia facere, qui tali tempore defensoribus urbem nudare conetur. Eo nuntio sat patefacta Amiriani consilia, & Albuquerque vim adhibendam ratus, vbi postera dies illuxit, vt hostem ancipiti distineret prælio, partem copiarum in ipso littore exposuit, partem ad Isthmum, quæ à tergo inuaderet, circummisit. Vtrobique a Saracenis acerrimè repugnatum est. & cum scalis distractis pauci Lusitani, qui iam in muros euaserant, cæderentur, & frequentes apparerent in oppido armati pedites equitesque; Albuquerque jactis ad pinnas funibus, per quos nostri

noſtri ſeſe demitterent; receprui cani iuſſit: omiſſa q; oppugnatio-
 ne vrbiſ, & natura, & opere, & valido præſidio inuicillitate, Maho-
 meranas naues in portu ferme triginta ſuccendit. inde ſublatiſ
 anchoriſ, dum Luianum inuehitur ſina, cum extremo ſalutiſ dif-
 erimine in ſyrtes impactuſ eſt. Saluti fuit, imploratu Beatæ Vir-
 ginis auxiliuſ: cui deinde, ad perpetuam beneficij tati memoriam,
 in vrbe Goa templuſ exſtruxit: & inde, Sanctæ MARIÆ Vada,
 Luianæ ſyrti nomen impoſitum. Ex eo periculo ereptuſ, ad Cama-
 ranum inſulam intra fauceſ Erythreæſ cu vniuerſa claſſe proueni-
 tur. Ad eiſ ſamam, incolæ in proxima continentis, metu diftu-
 gerant. Locus hauſ in amœnuſ eſt, perenniſ aquis & pecorū
 armentis abundat. ad hæc, ingenteſ ædiſiciorū ruineſ, celebrant
 olim rectiſ & opibuſ fuiſſe teſtantur. Albuquerqueſ in explorandiſ
 circa regionibuſ & maris eiſ natura noſcenda hÿemem poſuit.
 quo tempore duo in primis admiranda eueneruſ. Ad ſolem occidē-
 tem, qua Regiſ Aballinorū imperiū eſt; parpatæ Crucis in cæ-
 lo ſignuſ præfulgēſ aliquandiu apparuit. quo vilo Luſitani om-
 neſ venerabundi procubuere: & Albuquerqueſ, vt erat eximia pie-
 tate, ſublatis ad eam manibuſ, clara voce fuiſ in preceſ: O Crux,
 inquit, noſtræ redemptioniſ argumentuſ, ô ſignuſ Chriſtianæ
 victoriæ, ô decorata præcioſiſſimo ſanguine Domini I E S U, ô Di-
 uina arbor, cuiſ vitali fructuſ, letaliſ quondam plantæ repentiſ
 eſt fructuſ: in te, te inquam, ſpeſ noſtraſ omneſ habemuſ repoſi-
 taſ: te proſitemur, agnoſcimuſ, adoramuſ; ac ſuppliciter petimuſ,
 nobiſ inter tot pericula, terra mariq; præſidio ſiſ. Ab ea preca-
 tione abortæ omniſ lacrymæ: & index fidei ac religioniſ cla-
 mor ad æſtra ſublatus tum cōſono clangore hinc inde tuba cōcre-
 puit, & omnia torpenta diſploſa: dein cadida nubeſ conditā Cru-
 cem ſine ſine deſixiſ in cœluſ oculiſ Luſitanorū eripuit. Neque
 Albuquerqueſ prætermiſit, quomiuſ rem ſicuti acciderat, teſtatō
 conſcriptam, ad Emmanuelem Regem primo quoque tempore
 mitteret. Per eodeſ dieſ, vel ex intemperie cœli vel ex inſalubri-
 um ciborū ſueco, atrox morbuſ naualem turbam inuaſit. vulgō
 inter luſum aut quotidiana miniſteria repentiſ exſpirabant. In iſſ,
 milieſ vnueſ in mare proiectiſ, ingenteſ terrorē omniſ attulit.
 noctuſ quippe infra ſcintinam pulſuſ frequenteſ exaudiri cœpti,
 quem ad ſtrepituſ cum arrepta ſeapha vigileſ deſcend ſiſſent; im-
 plexuſ carinæ ſub ipſo gubernaculo deſuncti militiſ corpus of-
 ſendunt. ſcilicet piluſ cunctiſ inhorruit. vbi ex pauore collegere
 ſeſe, reſ ad nauarchuſ delatæ: nec dubiuſ fuit, quin cadauer traſ-
 latuſ in lictuſ hūmō contegerent. quo factō, poſtridiē ſuper ipſū

sepulcrum rursus inhumatus apparuit. Ea re attoniti cuncti eum apud se causam exquirerent; Franciscus denique, incertum ex qua familia, monachus, qui concionatoris munere fungebatur, sagaci coniectura suspicatus est, hominem aliquo interdicti vel anathematis vinculo constrictum, e vita excessisse, itaque in terram egressus, sanctissimi viri Benedicti Abbatis exemplo, e Põrificia formula conceptis verbis, animum demortui rite expiavit, ei que veniam a Deo precatus est. Mirum dictu, ab eo mysterio reddita mortuo pax, & vaga ossa tandem in suo tumulo quiescere. Inde, transacta iam hyeme, Albuquerqueus retro ad insulam Melium reuertit. in ipsis faucibus sita est: locusque exstruendæ arci commodissimus visus: sed quod maiore apparatu indigeret, differri opus placuit. Præcella tantum Crucis trophæa ibi defixa, quæ a quattuor passuum millibus conspici possent: & ab eadẽ sacrosancta Cruce nouum insulæ nomen impositum. Ex eo loco profecta classis, cum iam tempus reuersionis instaret, aduersa tempestate rursus in Adeni portum infertur. ibi dies aliquot mutua iaculatione consumpti: & quæ prima sese dedit occasio, in Orientem Albuquerqueus iter intendit. ab Adeno Diu accessit primum: ibi ab Iazio perthonificè acceptus, commercij procuratorem consensu reliquit. Ab Dio Ciaulum vetum est; & exactum a Nizamaluco tributum. Ac nulla admodum memorabili re gesta, Mahometanis tantum sex nauibus apprime opulentis ex itinere captis, Albuquerqueus ad Goam denique saluis rebus applicuit. Eodem tempore Zamorinus, post factam cum Lusitano pacem, emortuit. Regnum excepit sororis filius Naubecardinus, qui suo pte ingenio nostris enixe fauerat semper; auctorque auunculo fuerat Lusitanos omni officio demerendi. itaque ipso statim initio imperij non modo pacem firmavit; sed etiam stipendiarium se fieri voluit Lusitani Regis, certo vestigati sponte instituto, quod in singulos annos Emmanueli persolueret. ac simul, arci ad Calecutum exstruendæ magna eiusdem voluntate admoti cum machinis fabri. & opus, adhibita diligentia, breui surrexit: impositoque præsidio commercium cum Lusitanis fremente Saraceno renouatum est. Aegrè id passi veteres quoque socij, Cocinensis & Cananorius; veriti ne per eam societatem negotiatio Calecutum vniuersa transfiret. quos tamen Albuquerqueus adiit, & multis rationibus lenitum utrumque, operam dedit ut ab studio rerum nouarum auerteret. Hoc tam felici statim rerum Orientalis, Emmanuel, decretis Lusitania tota supplicationibus, gratias Diuinæ Bonitati agendas diligentet cutabat. ac per id ipsum sepe tempus Iulio II. Pont. Max. vita functo, Leo X. magna omnium

omnium approbatione successit. huic Pontificatum incun-
 ti Emmanuel per legatos non obsequium modò, more maiorum
 ritè deferendum, sed etiam Indicas opes religionis causa liban-
 das existimauit. Princeps legationis fuit Tristanus Acunia, qui,
 vt supra demonstratum est, res præclaras in India gesserat. Mu-
 nera fuere, complures ingentis pretij gemmæ, & Pontificalia
 vestimenta cum ara bene magno frontali, cuncta in varias Chri-
 sti & Sanctorum effigies ex auro primo, & vnionibus, arque
 lapillis admirabili splendore contexta: quorum, qui in eius-
 modi rebus intelligunt, simile nihil in Vaticano sacrario visum
 affirmant. Accessit è Perside animal, prisca Romanorum ludis
 ac venationibus mirabiliter expetitur, panthera tremendæ per-
 nicitatis, magnificè instrati equi clunibus insidens, ad equitis
 nutum in syluestres feras inuolare iam pridem assuera. Conspicie-
 batur etiam, cum Indo rectore militibusque, turtus elephas,
 aureo strato, cum alia egregiè doctus, tum verò ad certa symbo-
 la principem flexo poplite venerari, & in conditos edere ad tibiam
 motus; & haustam proboscide ingentem aquæ vim, repenti in spe-
 ctatores effundere. Neque ita multo post, rhinoceros quoque, non
 visum in Italia multis iam seculis animal, Romam deuehebatur;
 vt cum elephanto commissus (qui enim implacabiles gerit inimi-
 citias) veteris magnificentie spectaculum populo Romano re-
 præscutaret. Sed qui ab ultimis terrarum terminis in Europam in-
 columis venerat, ad Ligniticæ demum oræ scopulos factò naufragio,
 cum impeditus catenis enare nequisset, exoptata plebem vr-
 banam oblectatione priuauit. Ea munera, cum ipsa per se tum verò
 propter illustrem eximia cuiusdâ pietatis & obseruantie signifi-
 cationem, summo Pontifici & patribus mirè grata accidere. Inter
 hæc annus iam se circumegerat: cumque in omniû ore ac sermone
 Lusitanica religio & egregia belli facinora versarentur; Abassini
 quoque legati ex India in Lusitaniâ deuehuntur. ij, quòd cõtra Albu-
 quercij præscriptum malè accepti a nauarchis in itinere fuerant;
 nauarchos illico Emmanuel in vincla coniecit; nec nisi Matthæi
 precibus fatigatus absoluit. ipsis verò legatis, magni honores ab
 Rege habiti. aduentibus primùm frequenter obuiam itum est;
 ædèque magnificæ ad diuersandum attributæ. dein Petro Vafro
 Igaditano episcopo, & Martino Villanouano Comiti negotium
 datum, vt eos quàm honestissimo comitatu in regiam vsque dedu-
 cerent. intronissis, Emmanuel è solio comiter in amplexum oc-
 currit post salutationem, à legatis extractæ ex arundine aurea lit-
 teræ & dona prolata. Ea dona fuere primùm aurea quinque nu-

misinata Abassinis inscripta notis, quæ octonos ferme scuratos pē-
 derent singula. dein pyxis auro solida, fidelibus claustris adseruans
 Crucis adorandæ fragmentum, de quo supradocuimus, Abassinis
 Regibus è Hierosolyma ipsa transmissum. Eam verò pyxidē Em-
 manuel nixus genibus, & præ gaudio lacrymabundus accepit, im-
 mortales Deo gratias agens, quòd è tã remotis ab Europa regio-
 nibus, ab Rege tã inelyto, per legatos compellari se bearique in-
 super tam salutari ac pretioso munere voluisset. Post hæc, Helenę,
 ac Dauidis recitatę per idoneos interpretes litterę, tum Arabico
 tum Persico sermone conscriptę, quarum erat summa: si vrgere
 bello maritimo Saracenos & cęteros nominis Christiani hostes
 Emmanuel pergreret, terrestres Abassinorū copias, quandoquidē
 re nauali parum admodum valerent, & cōmcatu quantæuis clas-
 si non defuturos: ac Lusitanum hortabantur, gloriosis aded cęptis
 fidenter insisteret: postremò, si ad hospitij vinculū, affinitatis quo-
 que iura vellet adiungere; filiorū nuptias ac filiarū cum regiis do-
 tibus offerebant. Ad hæc, pari benignitate ab Emmanuele respōn-
 sum est: ac multa deinde ex legatis de Abassinorū ingenio, institutis,
 ac ritibus quæstita per otium, quæ à pluribus postea fusè ac di-
 fertè perscripta, inculcari à nobis hoc loco necesse non est. Dum
 in Europa Emmanuel Rex legatis mittendis accipiendisque dat
 operā, interim in vltiore India ab Lusitanis non Malacense mo-
 dō stabilitum imperium, sed sociis quoque Regibus latum oppor-
 tunè subsidium est. Rhotericus Patalinus (vti suprà docuimus) præ-
 fectus erat Malacæ. in eius locum è Cocino cum nauibus aliquot
 missus Georgius Albuquerque, cum ad Somatram deuenisset; do-
 mestico implicitum bello Regē Pacenum offendit. Factiosus qui-
 dā è popularibus coacta manu erat in armis: atque is quo maiorē
 ciebat tumultū, eo letior fuit Regi nostrorum aduentus; cique du-
 bus in rebus non inane fiduciam præbuit. siquidē post minuta ali-
 quot prælia cum ad summam vniuersi certaminis ventum esset,
 Georgius cum suis primam sibi depoposcit aciem. Neq; cōmissa
 pugna subsidiis opus fuit. studio laudis incensū Lusitani tanto ar-
 dore sese in hostem intulere, vt primo impetu pulsos loco rebel-
 les, magna caude, maiore cum trepidatione in fugam auerterint.
 Quo factō, Georgius, & amicum Regē præsentī periculo ereptū,
 artius Emmanueli deuinxit, & ipse nouo decore genti Lusitanę
 parato, victor Malacæm processit. in ea vrbe, Prætorio munere ad-
 uersa fama fungebatur is, de quo demonstratum est, Ninachetus
 indigena: multis in ignisque in Lusitanos officijs eum gradum ab
 Albuquerque Imperatore promeritus. Eundem forrè honorem,
 acceptus

acceptus nuper in fidem Abdala quoque dynasta Cāparis adamarat: præclarum sibi ad celebritatem nominis ratus, in Malacensi emporio tot tamque varijs nationibus è superiore loco ius dicere. huic Albuquerque gratificare cum admodum cuperet; eam tamen distulerat rem, verecundia prohibitus coram super tali negotio Ninachetum alloqui; tamque veteri amico (quamquam aliquin improbo viro, perque veneficia ac scelera præturam exercenti) repete magistratum abrogare. Sed quod præfens non erat ausus, abiens postmodum non omisit. Proficiscenti Malacam Georgio, in cæteris mandatis illud etiam dedit, Prætori Ninacheto Abdalam sine mora sufficeret, perductumque Malacam, in eo tribunali quam honestissime collocaret. Ille, quam difficili ac periculoso loco Campanana res esset, ignarus, Georgiū Botellium cum nauibus non amplius tribus, inscio Ninacheto, ad Abdalam aduehdum proficisci iubet. Cæterum Lingux Rex, qui Regis Bintani filium habebat in matrimonio, tum maxime terra marique circūfessum Abdalam premebat, id ubi Lusitanis nauarchis in itinere cognitum est, confestim a Malaca subsidiū per litteras & nuntios euocāt. Missi à præfecto Lusitani bellatores egregij centū, Malacenses ferme septingenti. Cum iis copijs Botellius initio, Cāparani estuarij fauces audacter inuectus; mox retro flexit iter, propterea quod æstuarium ad instar fluminis longum & angustum, depresso alueo, marginatis utrinque ripis, non sine causa metum afferebat, ne prætereuntes nostros barbari ex tuto supernè iaculis ac telis obruerent. igitur eo periculo animaduerso, portus aditum custodire, & mare com meatibus infestū reddere statuit: ut hostem vel extra munitiones eliceret ad pugnam, vel victoria panem iam parta inuitum ex obsidione detraheret. Neque inanis fuit coniectura. Linguanus, cognito nostrorum consilio, quod multitudine militum abundaret, in apertum prouehi ac sese ad prælium offerte decreuit. ergo relictis ad opera stationibus, ipse cum sex armatorum millibus, actuarijs octoginta, quas vocant Lanciaras, in Lusitanos mouit æstu secundo. Classem præibat ipse cum naui maioris formæ, crassioribus munita pluteis, & machinis varij generis: ac præter naualem turbam, propugnatoribus ferme ducentis. in eam conspectam Botellius hortatus ad pugnam suos, extemplo vim iaculorum tormentis emisit, adeo perite libratis, ut remiges ad transtra complures vno ictu discerperint: quo metu perterriti, qui in eo latere curabant, nauarum; partim in mare sese precipitant, partim infra salmos occulto loco se condunt. ita, ministerio destituta nauis, in obliquum intorta vorticibus, adeo tenaciter ad utramque fluminis ripam inhæsit, ut

neque ipsa moueri posset loco, & ponè sequentibus reliquis transi-
 tum intercluderet. Tum, ex propinquo initum certamen; & Ba-
 telius cum suis in regiam nauem egregio conatu transcendit. Æ-
 quis viribus aliquandiu dimicatum est, dum Regem satellites ob-
 nixè tuetur. Sed vbi ceteri Lusitani ipso tormentorū strepitu exci-
 ti superuenete; tum demum percussi nouo terrore barbari; & Rex
 metu, ne opprimeretur, è naui defiliit; perque auia & lutulenta cū
 paucis diu errabundus denique in turum euasit. At Lusitani regia
 naue expugnata, in ceteras gradum illico faciunt. ex cū obstru-
 cto, vt diximus, exitu clausa tenerentur, & in angustijs conferta
 atque implexa remis, atque armamentis, neque explicare se pos-
 sent, & contra vim æstus reciprocantis frustra niterentur; naualis
 turba, tentato vix prælio, sequuta Regis exemplum, qua cuique
 licuit, se in terram eiecit: ita, multis primo inæpetu cæsis, vacua
 panè classè Lusitanus potitur. Et Abdala, præter spem obsidione
 exemptus, Malacam ouantibus Lusitanis ingenti pompa deser-
 tit. Ibi iussus Niuachetus magistratu se abdicare, non tulit igno-
 miniam, veri honoris & solidæ virtutis ignarus. confestim ex
 aloë & sandalis odoratis exstructo rogo, quadratum iuxta sugge-
 stum nobilibus aulæis & alia pretiosa veste constrauit. ex eo sug-
 gesto, aurea ipse toga gemmisque præfulgens, ad circumsusam
 concionem de rebus ab se gestis totoque vitæ suæ cursu disse-
 ruit: expositisque beneficijs, quæ in captiuos primùm Lusita-
 nos, tum in Albuquerque ipsum difficillimo tempore contulisset,
 nullo suo delicto spoliari se dignitate, dolenter admodum
 & acerbè conquerebatur. Tum Lusitana ingenia detestatus, (a-
 deò sanctas humano pectori subdit faces ambitio) è pulpito se-
 se in ardentem pyram furibundus iniicit: mortemque paulo post
 sponte affuturam deuexa iam ætate virantè capere, quam vel
 ad exiguum tempus minùs inter suos honoratus conspici ma-
 luit. Verùm ne Abdalæ quidem diuturna felicitas fuit. Ini-
 quorum criminationibus in suspicionem vocatus, quasi de vrbe
 Alodino prodenda clam ageret, per speciem consultandi, in ar-
 cem, Georgij præfecti iussu, deducitur. ibi, nihil minus metuen-
 ti, diuinamque & humanam imploranti fidem, catenæ subito in-
 ijectæ. ac ne ex ipsis quidè vinculis facta dicendæ causæ potestate,
 paulo post in foro palâ iugulat⁹ est: quæ res propter spectatâ viri æ-
 quitatem, & amabiles mores, magnam apud eas nationes Lusita-
 nico nomini conlauit inuidiam. Inde minùs iam multi Malacã
 insitatores adire: nec regia modò vectigalia in dies minui; sed etiam
 ciuitas annonæ caritate primùm, tum etiã inopia laborare. Ob id

à præfecto ad reconciliandas circa nationes missus Botellius, nota probitatis ac prudentiæ vir, ciuitates ac regulos ad eũdo, virtute ac lenitate paucis diebus Malacam intermissa commercia reuocauit. In ea legatione cum ad Siacanum dynastam Alodini veſtigalem venisset, vltimum pacis salutis periculum adiit. Siquidem Alodinus, pacis immemor post Maxelizij eadem facte, Siacano cum alia tum filie nuptias offerrebat, modo Botellium sibi vinum aut mortuum traderet: processissetque haud dubie fraus; ni Botellius, iacola monitu, que captũ libertate donarat, maturè insidias præcauisset. Ea exspectatione delusus Alodinus, lanciaras ferre sex & triginta ad eum insequendum protinus misit. Ex in Lusitanicos lembos nouem cum incidissent, quibus Frãcisus Mellus præerat, atrox diu prælium & incerta victoria fuit, dum hostes multitudine maximè freti nostros circumuenite viruntur. Sed ad extremum, acrius instant, atque ad omnes occurrente impetus Lusitano, impares viribus ac dimicandi peritia barbari, in agno suorum amisso numero, terga vertere. Neque nostris incruenta victoria fuit: è socijs multi, & Lusitanis triginta quinque desiderati. Huius pugne fama tràquilliores in vltiore India fecit res: & Botellius, annonæ leuata, rebusque ex animi sententia confectis, auto pretiosissq; alijs onustus mercibus, Malacam reuertit. Neque segnius interim ad Goã Lusitana res ab Albuquerque Prætorè administrabatur. Intentus omni cura cõstituendo & propagando Emmanuelis imperio, nullam eius rei occasione elabi sinebat è manibus. Ante omnia, captus opportunitate Diensis emporij, legatos ad Mamudium Cambaia Regem cum donis misit, vt munitum de more diuersorum Lusitanis, negotiandi causa, in eadem insula certis legibus exstruere sibi liceret. Neque abhorrebat à conditionibus Rex, commercij spe illectus ad opus fructuosi. Cæterum Iazij, qui nihil minus quam Lusitanos accolæ cuperet, opibus artibusque discussa tota res est. Cum Idalcane præterea & Narsingano Rege confirmata per mutuos nuntios amicitia, actumque de communibus commodis. Verùm nihil tenacius in Albuquerque mente, quam Armuzianæ rei cura insidebat; cuius tum regni status erat eiusmodi: Post Albuquerquei discessum, & arcem scelere nauatehorum amissam, ingens rerum perturbatio erat Armuziæ consecuta. Primum, Arat eunuchus grandi iam ætate decesserat. Dein, Zeifadinum, sese:pris iam liberis regni potentem, Nordinus vrbes præfectus per Abassina mancipia veneno sustulerat: inque eius locum, præteritis silijs, successerat Zeifadini fratrem, nomine Torum. hunc, multis antè officiis, ac tum recenti

beneficio sibi deuietum, quo insuper magis haberet in potestate, fidei privatim sibi ministris ac satellitibus cinxerat. Et iis, tres germani fratres, Mudofar, Hales, Hamedes, quod Nordinum arcto affinitatis gradu contingerent, præcipuum dignitatis & gratiæ locum obtinebant; sed ante omnes longè eminebat is, quem è fratribus tertium posui, Hamedes: vir & manu promptus, & libidine dominandi, & solertia in rebus gerendis, Arari euncho persimilis. Is callidè conciliando sibi militum animos, & obnoxios sibi sensim in urbem introducendo, & grauisima quæque in se vnum trahendo nuntia, paulatim eo potentia viriumque peruenerat, regnum ut tunc suo arbitrato ageret versaretque. Quocirca & Nordinus jactare, & præ illo panè ciuilis ac modestus videri; & gemebundus Torus nusquam eodem inuito commouere sese, nedum majoris momenti quippiam aggredi. Iam verò, quod ad Emmanucleni Regem pertinebat, Lusitanis quidem ducibus illac iter habentibus patèbat hospitium; & Emmanucleni annuum stipendium ex Albuquerqueij formula pendebar: veruntamen ea erat conditio rerum, ut Hamedes nullo frænatus presidio, ubi vellet, ab Lusitano Regem regnumque posset abducere: & Emmanuel per fraudem arce de, cæcus, precariam quodammodo eius insula ditionem habere videretur. Hisce rebus probè compertis, Albuquerqueius, Torum reterissimo seruitio domesticorum eximere, & in fide ac patrocinio Emmanuelis omnino stabilire decreuit. Ea res quod in primis cogebat silentio, ne se Hamedes ad obfistendum instrueret; per speciem Adeni repetendi, magnis nauibus duabus & viginti, & minorum nauigiorum ingenti numero conparato, circa initium insequentis anni Goa profectus, in medio itinere cursum ab Arabia reperire in Persicum sinum auertit. Armuziam ut est ventum, nauis ecessum circumdat insulam, ne quid aliunde subsidij vel comitatus eò subuehi posset. dein missis vltro citroque nuntiis, de nouis auenturæ legibus agi ceptum. Summa postulatum Albuquerqueij erat præter stipendium Emmanucleni bona fide soluendum, ut aux ac directio in Lusitanis ad urbem daretur negotiandi causa. Neque Torus abuehat, cæsi quin etiam arce protinus: ceteram, quod minus reliqua explicaretur, maximè obstabat Hamedes, contrinuantæ scilicet don manentis auidus; &, si alteri cedendum foret, non Hamedes Persiam, quam non Lusitanum Regem longè propensior. Ea mentem cupiente, cum ad huc ea consilia reuocanda nulli esset spes molientiam in se per insidias, Albuquerqueius in nullo sperocæ bonem percussoribus, anteuerit è medio tollere. Idcirco de interempto, cætera expedita fuisse; ac facillè deinceps omnibus

nibus de rebus communi consensu transactum est: & in arcem ab-
 soluendam cum Albuquercius diligenter incubuit, tum ipse quo-
 que Torus materiam & alia necessaria largè subministravit Dein
 tormenta omnia, quæ ad rebellandum animos facere possent, Ar-
 muzianis adempta, & Lusitani regni stema mata & vexilla in turri-
 bus cum ingenti clamore & plausu publicè posita. Viri serme tri-
 ginta è stirpe regia, ob regni amulationem, à tyrannis candenti
 ferro occæcati, regio sumptu in vrbe alebantur. Hos quoque Al-
 buquercius, ne quid eorum causa rumultus existeret, Goam amā-
 dauit, dato Quæstoribus & præfectis negotio, vt cuncta eis ad vi-
 dum cultumque liberaliter Emmanuelis impensa præberentur.
 Inter hæc, Ismael, non modò sibi de Amuziano stipendio bellum
 cum Emmanuele suscipiendum non existimauit; sed etiam admi-
 ratione captus rerum, quas a Lusitanis per exigua manu gestas, cō-
 sentiens fama toto panè terrarum orbe vulgauerat, legatum jun-
 gendi scæderis ac societatis ad Albuquercium destinauit. is veidò in
 gratiam tanti Regis ingenti apparatu ab Albuquercio exceptus.
 Missi ad eum decucendum è Lusitana iuuentute præcipui. Pom-
 pæ autem ratio suit eiusmodi: Præibant in equis cū venaticis pan-
 theris, Persæ rectores duo: tum equi cataphracti sex nullo fessore
 sequebantur: dein equites, in argenteis ferculis regalia dona, vestè
 magnificam varij generis, itemque natiuas & factitias primæ notæ
 gemmas cum tiliarum ac tympanorum hilari pulsu gestabāt. Pos-
 stren:ò legatus ipse cum suo comitatu Lusitanisque incedebat. is
 in ornatissimum solium, adstante procerum corona, ab Albuquer-
 cio perhonorificè acceptus: cum muneribus litteras ad Emmanue-
 lem & ad Albuquercium reddidit: expositisque mandatis, omni ge-
 nere comitatus honorisque tractatus est. Ac demum redcunti, vi-
 cissim legatus ad Ismaelem adjunctus Fernandus Lemius: & mis-
 sa pariter dona: affabrefactæ lorice duæ cum galea inaurata ac
 thorace quàm optimo, armillæ aureæ quattuor, & nobiles py-
 ropi complures: itemque alia pretiosa ex auro gemmisque mo-
 nilia: necnon è singulis Indicorum aromatum generibus ali-
 quantem. Accessere, optatissimum Ismaeli munus, aliquot
 variæ magnitudinis aenea tormenta cum Lusitanis ballistis, arc-
 que Cypro & stanno, ac postea magistri quoque eius fabricæ cum
 peritis libratotibus missi, vt quoniam ab Turca nouæ illius terro-
 re procella nuper acie victus fuisset, ea quoque virium parte com-
 mitum hosti esset par. Dimissa legatione, & rebus ad Arnuziam or-
 dinatis, Albuquercius Torum hortatus est, vt Emmanuelis amici-
 tiam cum fide coleret; certissimumq; in eius maiestate præsidium

suis fortunis repositum existimaret. Inde Goam classe renauigans, cum iam sexagesimum tertium annum ætatis ageret, fluente sensim aluo contumptus, ægre ad Goani portus fauces animam traxit. ibi, cum sese è lectulo mouere non posset, in ipsa naui per confessionem elutis animi sordibus, & sacro ad supremam luctam oleo inunctus, Christum, cuius Cruci affixi in sinu souebat effigiem, suauiter alloquens, inter carorum manus & lacrymas expirauit, profusus inuicti ad laborem ac patientiam æquè corporis animique viri: & cum quolibet suæ ætatis ducum, vel naualis rei scientia, vel expediti consilij magnitudine comparandus. Facinora duo apprime gloriosa vasto ducum agitabat animo: alterum, vt Nili fluenta, nouo & spatij longè breuioris alueo, Abassinis adiuuantibus, in Arabicum sinum auerteret, ac totam Ægyptum Turcis redderet profusus instructuosam; alterum, vt ab Armuzia vectos hippaginibus equites velocissimos ad trecentos in intimum repenti litus eiusdem Arabici sinus exponeret: qui, antè quam è vicinis regionibus concursus fieri posset, Mecam non amplius septendecim leucarum interuallo aduolarent, & ex inclyto apud eas gentes fano abominanda Mahometis ossa raptim aucherent, scilicet in perpetuam reterrimi impostoris & heresiarchæ ignominiam Christiano ritu publicè concremanda. Talia meditati, iniquorum obtrectatio primùm, dein mors interuenit, vt seni matura, sic rei Christianæ atque omnibus bonis acerba. Elatus est quàm amplissimo funere, & comploratione tanta; vt sacerdotum Christiano ritu psallentiũ voces nequaquam exaudirentur. Conditus est in ædicula **MARIÆ** Virginis, quam Goa capta, vt supra dictum est, ipse construxerat: ac deinde Alphonfus filius (qui Olisipone hæc ibidem scribentibus nobis octogenarius agebat animam) suis impensis auxit ornauitque. Oræ Indicæ imperium, quæque illo imperio continentur, Albuquerque decedens pacata Emmanueli reliquit, & bellicam rem (vt iis locis ac moribus) egregiè constitutam. Paulo ante ipsius obitum, è Lusitania cum nauibus decem Cocinum appulerat Lupus Soarius prætor ab Emmanuele designatus. is cum iniisset magistratum; anno qui Albuquerquei mortem est insequutus, renouata cum finitimis Regibus amicitia, Fernandum Petreium Andradium cum nauibus octo misit in Sinas, ad instituendum cum ea natione commercium, & regiones è proximo cognoscendas. Vnâ profectus etiam Thomas Petreius, Emmanuelis nomine, cum donis ac litteris legatus ad Regem Sinarum: quorum nobis mentio, quando Inec semel facta est, iam & sapius, vt videtur, in posterum incidet; aliqua hoc loco

de gentis natura, moribus, opibusque posuisse, non incommodum fuerit.

LIBRI QVINTI FINIS.

HISTORIARVM

INDICARVM

LIBER SEXTVS.



SINARVM regio, quam hodie Cinam vulgus appellat, vltima terrarum Asia, ab Oriente & à Meridie alluitur Oceano, quem Sericum vel Eoum prisca dixerunt; ab Occidente Indiam vltiorem attingit, à Septentrione coniungitur Massagerarum Scytharumque limitibus. Multo latius quondam imperasse gentem, annales ipsorum, ac litterarum; & veterum aedificiorum illustria monumenta, & complures, in India praesertim,

ab his denominatae nationes, haud obscure testantur. Sed cum sua ipsi mole viribusque fatigarentur, (quod a Carthaginensibus in re simili factum legimus) sponte misso veluti sanguine, & castigata luxuria, intra hosce fines recepere sese; graui proposito edicto, ne quis in iussu magistratum eecederet. Regna, seu provincias vastae magnitudinis, numerant quindecim cum sua cuiusque metropoli: ad mare sex, mediterranea reliqua. Tellus, quod maxima ex parte intra temperatae plagae terminos continetur, radiosque Solis, suapte natura vitales, puro ac patenti excipit sinu; sic sit, vt saluberrimo caelo & purioris aurae dulcedine perfruatur; ac simul inelytae fertilitatis gleba, frugum omnis generis fundat copiam bisero triferoque pronentu. Accedit ad eximia soli fecunditatem, summa cultorum industria. Et infinita est multitudo, quippe subolescente in dies prole, & in alienas regiones migrationibus interdictis. Neque in tanta mortalium turba cessare cupiam licet: non privato dedecore tantum, & proximi cuiusque probris ac iurgis; verum etiam publicis moribus legibusque deliciae plectitur. Itaque rustici homines nullam agri partem

rem incuria squalere patitur. Saltus & colles pinu vitibusque, cāpi & planities oryza, hordeo, frumento, cæterisque segetibus nitent. quamquam è vitibus more nostro non exprimunt merum. vuas quodam condimenti genere in hyemem adseruare mos est. cæterum ex herba quadam expressus liq̄ or admodum salutaris, nomine Chia, calidus hauritur, vt apud Iaponios: cuius maxime beneficio pituitam, grauedinem, lippitudinem nesciunt; vitamque bene longam sine villo ferme languore traducunt. oleis alicubi carent: sed earum vice non desunt plântæ, quæ humorem vinctui præbeant. Pascua sunt etiam gregibus alendis vberissima; & in hortis egregiè cultis cum aliâ nostri orbis poma, tum sapidissimos melopepones, suauissima & optima pruna sicutq; , & medica citreaq; ; variaz formæ ac saporis, apprine generosa mala conspicias. Ad hæc, perspicui fontes, & miro colorum decore odorumque fragrantia flores ac rosæ perennant. flumina verò, quæ magnas quoq; patiantur naues, piscosa & amana, viridissimo riparum veltitu, pinguibus arnis interfluunt. Quin, & ora maritima pluribus introrsum æstuariis ad omnium rerum copiâ inuehendâ euehendâque, facili patet accessu. Ingentem præterea voluerum & ferarum vim, ad aucupium ac venatum, paludes, luci, saltusque suppeditant. Metalla auri & argenti & ferri probatissimi, & alia, incolæ effodiunt. Margaritas, & præcipuè nobilitatis vasa fictilia, quæ vulgò porcellana dicuntur; pretiosas pelles ad frigus arcendum; iteniq; gossipij, lini, lanæ, bombycisq; , & serici fila, vestimq; ; omnis generis mittunt innumerabilè. Saccari & mellis, rhabarbari, casuræ, minij, glastique ringendis vestibis expetiti, pronētus ingens: odoramentis cū aliis abundât; tum præcipuè mosco (cuius nullam apud latinos Græcosve scriptores mentionem inuenio): è seris quibusdam vulpecularum effigie, crebro verberere enectis, dein putrefactis. Denique nihil aliunde, non ad victum modò cultumque, sed ne ad delicias quidem ac voluptates requirunt. ac proinde nulla sub Sole gēs est, apud quam aliarum gentium opes æquè consistant. quippe vendētibus cuncta Sinis, nihil inuicem redimentibus, nisi fortè in vsum tectorij cuiusdam odorati, piper ex India. Neque erat externo commercio locus; ni Sinam infinita quadam teneret argenti cupiditas. id præferunt auro; & cum indidem effossum, tum è remotis regionibus illatum, avidissimè accumulant. Iam de ædificijs priuatique ac publicis operibus explicare, infinitum sit. Vrbes præcipuè magnitudinis celebrant ferme ducentas, inferioris autem ordinis longè plurimas: porrò castella & pagi, quorum nonnulli tribus familiarum millibus incoluntur, vicique passim ita multi sese offerunt,

runt, vt summa iniri vix possit: sunt autem egregio situ plerique: scateat aquis, proceræ circumdati silua; ex qua turritæ prædiuitum aratorum eminent domus. Porro, dispersæ in æstiuos maximè secessus nobilium villæ, opere in primis eleganti; vel ad opacas amnium ripas garrulos auium concentus, & fugientis aque læne murmur excipiunt; vel e montium iugis verticibusque, subjectos vallium anfractus, & vasta maris ac terrarum spatia, longè latèque despectant. Sed ipsarum præcipuè urbium pulchritudo mira. Navigabilibus impositæ fluuiis, admodum profunda & lata fossa, mœniibusque cinguntur quadrati ab imo lapidis, lateritiæ ad summum stucturæ. lateres autem, ex eodem argillæ genere quo porcellana vasa cõlecti, & calce optima interliti, in eam duritiem ac firmitatem breui tempore coalescunt, vt ferramentis postmodum labefactari vix possint. crassitudo mœnium, quatuor & alicubi sex capit homines: additis ad prospectum pergulis ac mœnianis, & occultis ambulationibus, qua præfecti oblectationis causa pererrent: pomœrium, intra extraque, libero ad circuitû spatio, senis in ordinem equitibus parat. Ad obliquos autem ictus, modico interuallo, turres & propugnacula prominent, artificiosis contexta fastigiis, & podium elegantibus adornata. Ex iis mœnibus cum quæ iam ante bis mille annos constet exstructa; nullam tamen in eis rimam aut sinum aut labem aspicias, adeò seuerè acriterque facta recta ab regis curatoribus exiguntur. Urbis verò totius ea ferme dimensio est: Latissimæ viæ duæ se interfecantes, perpetuo tractu, qui illustrari oculis possit, præcipuas quattuor portas aperiant, præferratas, ornatu magnifico aditûque ad aspectum præclaro. Ab hisce rectis viis, aliæ dein aliæque transuersæ, priuata & publica, ædificia vicôsque distinguunt. Er ab vtroque latere viarum excurrunt porticus, quæ commeantem plebem & fabrû atque institorum apothecas ac tabernas à tempestatum injuria vindicent. iam verò, è lapide trifores vt plurimum, & quidem summo artificio perfecti cum inscriptionibus, fornicès passim visuntur. quæ monumenta, magistratu abeuntes, regij præfecti relinquunt. magistratibus autem ipsis, celeberrimo loco stant ampla & operosa prætoria, cultissimis hortis, capacibus piscinis fontibusque pellucidis, & variis aquarum deriuationibus ad omnem animi remissionem instructa. Nec desunt auitaria & ferarum septa, & operis topiarij confiles syluæ lucique densissimi, & distincta floribus prara: vt singulæ præfectorum domus oppidi propemodum instar obtineant. Priuatorum ædes, circa maritimam oram humiles; mediterraneis verò locis, multiplici contignatione tolluntur, vel pi-
ctura

ctura decoratæ vel opere albario candoris eximij. A primo ingressu panditur atrium, armarijs circumquaque dispositis: in quibus inanium Deorum statuæ collocantur. accedunt lacus pleni piscium ac pensiles horti. materia in ædificationes vtuntur mirè læuigata, & certo lenocinij genere in auri colorem ac splendorem adducta. Pari læuore tegulum est, calce spillatum atque cõmissum ad pluias arcendas: durantq; seculis tecta talia, extremis imbricibus è marmorato pereleganter elaboratis. ad singulas verò ianuas viridi opacitate arbores ad lineam directæ confurgunt: quarum gratissimo aspectu, quasi pabulo quodam, oculorum acies quamlibet fatigata relicitur. Porro vrbes, præterquam quòd magnis, vt dixi, fluminibus pleræq; alluuntur; sunt etiam quæ, ad subuectionis euectionisque commoditatem, canales nauium capaces introrsum admittant. quales multis locis apud Belgas & alicubi etiam in Italia cernimus; marginatis vtrinq; semitis ad terrestre iter adstructis: lapidei quoque pontes egregiè facti, non ad oppida solum, sed etiã in agris plurimi. quæ flumina propter altitudinem pilas arcusque rejiciunt; ea confertis & contabulatis nauibus pro ponte junguntur: sin ex imbri vehementius intumuerint; solutis interim ordinibus, viatorem, gratuita cymba, Regis impensa transmittunt. tam voraginibus & hiatibus terræ, & stagnantibus aquis, quæque alia ad iter impedimento sunt, publicè occurritur. quin etiã, asperis locis ad montium iatera excisis cautibus; viæ patefcunt, ea molitione sumptuque, vt Romanam in eo genere magnificentiam non requiras. Tempia etiam cum turribus culminibusque spectantur (licèt alioqui Deos contemnant Sinar) pulcherrima & maxima. Trans pomœrium dein, præsertim ad mare, suburbia, eodem ornatu & laxitate viarum, aduenas serme ac negotiatores frequentissimis diuersorijs & cauponis accipiunt; in quibus, præter delicatas de gentis more portiones, omnium etiam generum cocti crudique prostant cibi, & exquisita capedia. Sunt autem Sinarum populi, (quemadmodum eiu. (dein plagæ alij) prout ad Septentrionem vel ad Meridiem vergunt, magis aut minus aëneo colore vel candido; finis naribus, exiguis admodum ocellis, rara barba, longis crinibus, quos accuratè comptos, & in verticem coactos illaqueant, & oblongum ex argento clauum in laqueum inserunt. neque tamen vna est omnibus capillamenti ratio. quippe calibes comã a frõte discriminant, matiti confundunt; atque hæc præcipuè nota ordinè vtrunque distinguit. Primarij ac diuites, quique militiam exercēt, versicolore serico: plebeij ac pauperes lino seu gossipio regūt corpora. nam apud Sinas lana, cu maximè suppetat, minimè textitur.

Sagis ad veterem Hispaniæ consuetudinem vtuntur, media sui parte crispis ac rugolis, cæterum fusa & explicata lacinia, & laxis manicis: ipsum vero sagum ab leua parte consibulant. Accedit talaris tunica, quam qui è regia sunt stirpe, vel superiore aliquo magistratu funguntur, circa baltheum maximè; cæteri limbo tenus acut pingunt. Caput operiunt præcelso ac rotundo pileo, è tenuissimis virgulis atto filo prætextis. Caligas induunt affabre factas, & elegantes eothurnos aut ealecos bombycino obstragulo perpolitos. Vestimenta per hycem præiosis murium Scythicorum pellibus, quas vulgo martas vel sabellinas vocamus, calore admodum suauis, & ventis impenetrabili densitate suffulciunt; iisdemque separatim pellibus circumfouent colla. Molestias flatuum, munitis egregiè fenestris ac specularibus, prohibent. Per ætatem verò, ad reliqua remedia caloribus leniendis, illud etiam accedit: Subterraneos idoneo loco effodiunt specus, inde conceptam auram, intensiorem aut remissiorem prout libuerit, per omnes ædium partes admirabili machinatione dispensant. Mulieres circa curam capitis multæ sunt, crines diu pexos concinnatosque in summo circumligant vitta gemmis auroque distincta; reliqui corporis ornatus minimè lasciuus. Præcipuam decoris ac formæ laudem in pedum breuitate & exilirate constituunt, atque ob id ipsum tenellos ab infantia fasciis petquam arctè constringunt. Magnus apud nobiles matronas honos pudicitia; rarò visuntur, nec in publicum prodeunt, nisi gestatoria sella, prætentis ex omni parte velis, & occultæ speculationis causa, reticulatis ex ebore fenestellis ad latera appositis. succollant serui, magna vndique stipante familia. Deprehensum adulterium, æquè viri ac feminae, capite luitur. Ad nuptias dotem non viro femina, sed vir feminae desert. Singulae vxores in maritis familias numerantur loco: pelliees procul à conspectu variis locis aluntur. Prostitutis ac meretricibus (ea ferè mancipia sunt) proprium ac separatim in suburbiis domicilium est. Annum è lunatibus periodis duodecim ita conficiunt, vt tertio quoque anno ad duodecim vnã addant. Principium à Martij mensis nouilunio auspicatur. Eum diem, publica hilaritate, natalem quisque suum priuata gratulatione concelebrant. inueta sibi & sportulas inuicem mitterunt. apparatus deinceps epulis, noctu præsertim, exquisitissimi interponuntur ludi. Comædias ac tragædias exhibent sumptuosas, vel fabulis in præsens à poëta confectis, vel actionibus è veteri historia repetitis, perotistæ, aretalogi, præstigiatores, mimi non desunt. parietes fornicesque vitidi stonde, micantibus rosis, & pretioso peristromate vestiuntur.

untur. fragrant odoramentis ac floribus viæ; accensis funalibus ac
 larnis, arbores, pergulae, fenestrae collueunt: neruorum pulsu, ti-
 biarum vocumque concentu omnia personant. Conuiuiorum au-
 tem ratio est talis: Inuitantur multi, propria singulis mensa, aut
 summum binis, apponitur ex ligno ad iustar ebene splendidissimo,
 varijs syluestrium maximè rerum figuris, ac certis linearum ducti-
 bus (quo in genere Sinæ admodum excellunt) capreolatim ex ar-
 gento vel auro discurrentibus. Ea pictura nitorque pro mappa est.
 serica frontalia dein ad humum vsque dependent. Conuiuæ fuca-
 tis confident eathedris, præmolli, vt apud nos, culcitra ad gratio-
 rem quietem obductis. Inde elegantissimi primùm canistri ferris
 redimiti, onusti baccis pomisve, toto margine disponuntur. Intra
 id veluti septum, admirabili structura, ceteræ exsurgunt dapes. cū-
 que sagina omnis generis, ferina æquè ac domestica, & piscibus,
 ostreisque, & cunctis ferme illecebris, & continentis abundant;
 suilla tamen præcipuè caro summorum pariter & infimorum ex-
 peritur mensis: neque ex alio vllò animali copiosior ganea. Cibos
 digitis atrectare (vt sunt vulgo nuditiarum diligentissimi) rusti-
 citatis putant. bracteatis paxillis, vel argenteis aureisve fascinulis,
 concisa minyrim frustra in os inferunt. Exiguus poculis crebro
 haustu sedant sitim: & magno cum honore verborum mutuò sibi
 propinant. Miro interim silentio atque ordine lances ab attrienti-
 bus inferuntur: & in singula fercula mensæ instrumentum omne
 mutatur. Hæc separatim viri, ac matronæ item seorsum (quæ mar-
 ritorum zelotypia est) eodem apparatu in penetralibus conuiuau-
 tur. Salutandi ritus, inter plebeios, eiusmodi: læuâ in pugnum com-
 pressam obtegunt dextra. ambas dein pectori sæpius adpouent, &
 simul, accommodato ad gestum sermone demonstrant, amicum
 sibi conditum hæere in medullis. At primores, brachijs arcuatim
 extensis, ac degitis vtriusque manus implexis. identidè sese ad ter-
 ram vsque summittunt: certantque verborum officijs inter se, vt
 posterior, alterius honoris causa, quiescat. Opificum ac sellulario-
 rum ingens vbique numerus; & certus ordini cuique vicus est, scul-
 pendi ac pingendi artem, itemque plasticen, toreuticen, en-
 causticen, nec non fabricas, ætariam, ferrariam, cæterasque metal-
 licas ac materiarias egregiè callent. neque ad conflandos ignes
 (quod vel in primis mirè) cuiusquam egent opera. quippe, cer-
 ta ratione ita libratis tubulis quibusdam, atque ad caminum
 aptatis, vt acceptam è cauernis auram perpetuò reddant. mecha-
 nica qualibet, vel ibidem excogitata, vel ex alijs terris inue-
 cta, celerrimè attripiunt. Ænea tormenta conflare; litteras ima-
 ginel.

ginesque subiectis prælo typis excudere (quibus commentis Europa recentibus adedò gloriatur) vetustissimo in vsu apud Sinas esse, compertum est. Accedit ad artificium tormentorum, quòd ex ijs quædam solutilia faciunt, perque partes imposita baiulis aut iumentis, quocunq; opus est, sine vexatione circumferunt. Ad scribendum autem, arctas & oblongas adhibent è leui admodum ac tenui papyro pagellas. neque versus ab læua ad dextram, vt Græci, neque ab dextra ad læuam, vt Hebræi, sed ad imum ab summo perducunt. cuius generis impressum volumē, atque inde transmissam, Romæ in Vaticano, iteinque in Laurētiana Philippi Regis bibliotheca videre me memini. Litteris vtuntur velut Ægyptiis, quas hieroglyphicas Græci dixere. Eæ singulæ singulis nominibus seruiunt, atque etiam integris interdum sensibus. Ita fit, vt cum Sinæ varia lingua, quippe tam multis regionibus tamque disunctis, vtantur; tamen, quæ litteris consignata sunt, peræquè omnes intelligant. Præter suum cuiusque nationis atque prouinciae, certus insuper & communis eruditorum est sermo. Latina apud nos linguæ respondet. vulgo Mandarinum appellant. hoc aulici, scribæ, iurisperiti, iudices, magistratus vtuntur: huic impensa cura dant operam. Qui per plateas erret otiosus, vt supra docuimus, vel manum supplex ad stipem porrigat, ferme est nemo. Mancii, vel aliqua parte corporis debiles, vel morbo impliciti grauiore, quàm vt sibi parare victum villo modo possint; cognatis affinibusve alendi attribuuntur à magistratu. sin propinqui desint, vel propter inopiam alendo non sint, causa probe cognita, ne quid sublit fraudis, in regia valetudinaria deportantur. Luminibus capti, si premat egestas, pistrino ac molæ; manci, aut quoquo modo mutili, dam suppetunt vires, aliis alij ministeriis assignantur. Denique nullus in ortis vel ignauia locus est. Itinerum spatia hoc pacto distinguunt: Minimam omnium mensuram patrio nomine vocant Li. hæc, interualli continet quantum æqua planitie, die puro ac sereno, vox humana percurrir. Li decem, vnum explet Pu, quod Hispaniensi ferme leuæa respondet; siquidem Pu dena, diei vnus iter efficiunt, quod vulgo ychan appellant. Peregrinationibus autem non iumenta modò, sed etiam varij generis cista, lecticæ, pilenta deseruiunt: accedunt rheda ac vehicula, partim equis iuncta, partim etiam, vbi camporum æquora patiuntur, velis euntia. Nec verò minùs peritè ac scienter aurigæ, quam nauigæ & gubernacula moderantur, & varia velorum inflexione, pro lato vel reducto, prout opus est, pede, ventos excipiunt. Pretia rerum (vt quondam in Latio) non moneta nummisve, sed, ne locus

adulterio pareat, concisi maximè argenti pondere metiuntur: atque in id ipsum forfices, &abilem trutinam ligneolæ inclusam thecæ, in sinu circumferunt. ad majora verò pondera cum lancibus libram, publicè probatam obliquatamque, habet domi. teruncios duntaxat ex ære publica forma percuriunt, gestantque pertusos in linea, supplendis argenti pretiis. vel etiã ad quilibet coemendas. Nihil, quod vlli vsui possit esse, perire per incuriam sinūt. excrementa sordēsque ad stercoreandū agrum, vilissima seruta in charrarias officinas, ipsa denique canum ossa in cælaturam & sculptilia conferunt. Fœneratores, utpote reipub. noxij, eum aliis pœnis, tum pecunia multantur in fœnore deprehensa. debilibus tantum aut cæcis ex infima plebe, ad sustentandam inopiam, aliquid vsuræ nomine exegisse impune est. Suarum quisque mercium institor descriptum indicem; pharmacopolæ etiam singulorum simplicium, quæ appellant, specimen ipsum coguntur pro tabernæ foribus habere propositum. Ea sæpe ab ædilibus inspiciuntur: neque componendi miscendive, nisi præsens necessitas urgeat; neque composita diutius adseruandi, cuiquam omnino ius est. Vocales & gesticatorias aues enutriunt impensa cura, venduntque, præter naturales colores, vario etiam vestitu ornatuque distinctas. Iam, naualium copia, ac totius rei maritimæ apparatus, pænè incredibilis: adeò largè, materiam & omne instrumentum, cædua siluæ, & ferri optimi venæ, & lini gossipiique frequentissimæ texturæ suppeditant. Maximas naues, vento duntaxat mobiles, (quarum supra meminimus) vulgò juncos appellant. ex iis partim ad bellum parantur, eminentibus ad proram puppimque castellis: partim depressiores, ad mercaturam & onera. Sunt quas Lanteas, quas Bancones vocant: illæ sex remis ingenibus; hæ tribus tantum, quaterno vel seno in scalmum reinige ad utrumque latus instructæ. Longis etiam, tricenium instar, vtuntur; sed sine rostro, & ad amnes ac vada sulcanda plano alveo fabricatis. Aliæ conspiciuntur, maximè peragrandis animi causa licitoribus, auro & argento cælata puppi, enbiculis, reticulatis fenestris, porticibus, pæsilibus hortis pænè in maris contumeliam exornatæ. Ad summã, variaz magnitudinis ac formæ nauium tâta copia est; vt præfecti oræ maritimæ, si quid urgeat subitæ rei, militares juncos à quingentis ad mille contrahere momento dicantur. Neque vlllo tempore anni desunt classes, ad tuenda & purganda piratis maria, pluribus locis paratæ. Hæ, magno totius regni bono, mercatoribus & nauiculariis omnium nationū præstare conatur non modò tuta, sed etiã secuta cõmercia. Carinas oblinūt certo bituminis genere mirè si-

deli cū ad explēdas rimas, tū ad teredinem & noxia lignis animalia prohibenda. Purgandæ verò naui, pluribus cōsertam vasculis antiā, ad latera introrsum applicant eo artificio, vt vnus quilibet sedens, alterno pedū ac perleui motu, paucis horis quantalibet sentinam exhauriat. Nauigiorum fluuiatium incredibilis copia. quippe in ils magna pars hominum cum conjugibus & liberis degūt: e quibus alij vecturam exercēt; alij pro caupōnibus & institotibus in perpetua statione sunt: nec solū in cibos, verū etiam in cultu ac vestitum, ipsasq; delicias habent cūcta venalia; vt in ipso itinere ac fluuiis vrbana commoda & copiam non requiras. Sunt qui intra eas naues, altitium, atque anatum præsertim, ingentes alāt turmas, & facillima est soboles; propterea quòd ex ouis, nō matris incubitu, sed leni tepore ex ignibus tēperatis adhibito, quot quot visum est pullos excludunt. Noctu, animātes eas intra septa nauium tohibēt, manē vt diluxit, in cāpos orizæ seraces emittunt. ibi, non paruo agricolarū cōpendio, noxias frugibus herbas, mira quadā auiditate depastē, sub noctem, ad cymbali seu tympani pulsum, in suas quæq; cohortes ac receptacula redeunt. Minutz verò cymbæ, non fluuiatilem modò, sed ne marinum quidē saporis egregij piscem interioribus incolis deesse patiuntur. Verno tēpore anni, tumescētibus imbre ac niue fluminibus, cūm ad ipsas maximē fauces fœtificādi causa æquorei greges ex alto succedunt; cōfestim è vicinis regionibus hand ignara prouētus magna hominū multitudo tū retibus & vericulis aduolat. ingēs captura nullo negotio fit: inde amnici nautæ à maritimis quā optimos pisces vili cōceptos pretio, & vimineis cōditos corbis, peruncta charta ad continendum liquorē in tectis; mutata subinde aqua, & pabulo injecto, quamuis intima in loca incolumes vehunt ibi ex angustiis in ampla trāsflussiuiaria, & latas vrbū fossas, ad lautiora conuiuia popinaq; toto anno sufficiunt. Capiendi autē cūm aliæ sunt artes, tum illa vel in primis iucunda: Prægrandes ac domesticos habent coruos, eiusmodi prædæ assuetos. horum colla nodo ita laxo constringunt; vt nequaquam interclusa respiratione, cibos tamen transmittere ac deglutire non valeant. ita è caueis dimissi, admirabili solertia sese in aquas immergunt: pisciculos minutos ore conceptos, maiores autem rostro apprehensos, domum, vnde abiere, identidem referunt; quoad solutis omnino faucibus, ad satietatem ipsi quoque pascantur. Ea magistratum oblectamenta præcipua. Rei literariæ magna pars hominum vacat. Medicas artes & physica & astronomica attingunt pauci; iura legēsque habent ante annos bis mille scripta, neque vnquam (vt ferunt) exinde mutata. his

verò, quòd ferme ad honores ac magistrarus adirum parefaciant, plerique certatim infudant: deque poliricis rebus, regnorumque administratione, & quærunt ipsi inter se, & vbi licet, è peregrinis auidè sciscitantur. Gymnasia cū egregijs doctoribus ferme oppidatim amplè & copiosè sustentat Rex. in ea gymnasia è ludo litterario primisque rudimentis pueri & adolescentes leguntur, studiorum præfecti, quos cessatores vel tardos animaduertent, obiurgant primùm, dein plagis afficiunt, ad extremum ignominia notatos expellunt. ceteros, pro cuiusque profectu ac diligentia, rollunt laudibus. Ad hæc regij censors terrio quoque anno gymnasia publicè recognoscūt. ab ijs ingenij & doctrinæ hoc ferè modo specimen sumitur: celeberrimis in regni cuiusque gymnasijs, ad eam ipsam rem, mensis & subsellijs instructa visuntur ampla & spariosa conclauias. In ea ex alijs prouincijs (ne quid gratiæ detur) euocati adolescentes, prætenrato sinu ne què secum inferat librū, manè cum pugillaribus includuntur. ibi à censoribus theses de re-pub. & regno, irémque de priuarorum controuersijs, ponuntur ex tempore. in eam sententiam, clausis ostijs, adhibitisque custodibus, pro sua quisque copia & facultate scribunt eo intentiore studio, quod in eiusmodi certamine non dignitas modò, sed etiam res vniuscuiusque disceptat. sub noctè, apertis foribus, pensa exiguntur, adscriptis auctorum nomine, origine, & patria. deinde missa iuuenture: censors per orium ea scripta perpendunt: & ex vniuerso numero tria primùm millia; rursus ex hisce, trecenta; postremò ex trecentis, nonaginta quam oprima seligunt. atque is demum habetur sapientiæ stros, neque vltra subcernitur. quippe, totidem iuris peritos, ad supplementum, in singula regna describi solenne est. Post hæc, edicirur dies, quo die victorum nomina voce præconis pronuntianda sunt. Fit denuo ex omni parte concursus qui palmā tulère, ij eum exquisito verborum honore magistri appellantur: atq; is dies magna conuiuorum ac ludorum pompa & celebritate peragitur. Noui magistri, phaleratis in equis, ingenij omnium ordinum studio & comitaru, per urbem incedunt. dein missos in regiã, referri Rex iubet in Loytias; quo maximè titulo nobilitas vniuersa censetur: & annum singulis honorarium ad eã personam tuendam attribuit, actum denique inter se amplexantur, eiusque collegij necessitudinè persanctam existimār. Porro ex Loytiarum corpore iudices, & consiliarios, & magistratus creari mos est. neque per ambitionem, aut corruptelas, nullo modo dari in imis documento, raptim ad summa transfiliunt: sed inferioribus probati spectatiq;e, gradatim ad superiora conscendunt.

Magistratum minorum ingens vbique numerus; maiores in vna-
 quaque metropoli cum amplissima potestate quinque: neque ii
 indigenæ, quo magis inter ignotos, odio & amore vacui, rectam
 in administrâdo rationem sequantur. Inter hosce, omnium cōsen-
 su, primum dignitatis & imperij locum obtinet Tutan. is, quasi
 vicario Regis munere, vniuersæ prouinciæ præpositus est; ac dig-
 nitatis causa, proprio ac separato à reliquis præfectis habitat loco.
 ad hunc grauissima quæque & maxima referuntur: pleraq; decedit
 ipse, ac de toto rerum statu subinde Regē per litteras edocet. Pro-
 ximus huic honore habetur Ponchasius, penes quem vectigalium
 & fisci regij est cura. is cum ingenti scribarum & custodum copia
 tuetur ararum; rationes & codices recognoscit; annua stipendia,
 salaria, mercedisque distribuit. Sequitur Anchasius, qui cum consi-
 lio delectorum virorum, non de civilibus modò controuersijs ac
 litibus iudicat; sed etiam rei capitalis quæstiones exercet: atque
 ad hoc tribunal toto eo regno in causis grauioribus prouocatio
 est. Porro Aitan rem bellicam administrat, cōscribit exercitus, cō-
 parat classes; ac præcipuè in id excubat, ne peregrini in vrbes ac me-
 diterranea sensim irrepanr. Aitani subest postremus omnium Luiti-
 sius, vir, militaris itē rei peritus, qui ad Aitanis arbitrium, prout
 opus est, varias in expeditiones cum exercitu proficiscitur. Sunt
 qui præfectorum alia quædam tradant nomina, & plura: sed vtique
 magna omniū species; mira maiestas. ac singulis, excepto Luitisio,
 à consilio sunt viri decē lectissimi, verum impari dignitate. superioris
 ordinis quini ab dextra sedent, quod apud Sinas honori duci-
 tur: aureo baltheo, & (qui regius est color) croceo galero: inferioris
 classis ab laua totidem, cingulo argenteo & caruleo galero di-
 stincti. Si præsidem in prouincia mori contigerit, antiquissimus è
 consiliarijs in locum defuncti succedit. Ex eodem numero, ad ob-
 eundam ac lustrandam Regis iussu prouinciam, legati mirtuntur.
 Cæterum cuncti peræquè præsidem & conciliarij regium in signe
 gestant ad pectus humerosque, serpentem ex auro textili. Neque
 minoribus præfectis, alijsve, magistro custodiarum excepto, quem-
 quam è superioribus hisce nisi de genu alloqui aut compellare fas
 est. Euntibus in prouinciã, præter vestimenta & famulos aliquor,
 nihil omnino vel ad iter, vel ad hospitium, vel ad cæteros vitæ vsus
 parandū; in singulis oppidis regij sunt parochi, ab iis cuique pro di-
 gnitate cuncta benignè præbentur. quod si priuatis amicorum ho-
 spitijs vti malint, pro cibarijs numerantur pecuniæ. Ineuntibus
 magistratū obuiam primum sub signis peditum cohortes & equi-
 tum, turmæ tum reliqui ordines cum insigni pompa; & vario sym-

phonix cantu procedunt: ea frequentia per vicos vr̄bis, magnifico peristromete ornatos, non sine honore florum odorumq̄ue, nouus præfectus in prætorium vsque deducitur. Præterd̄ sunt regij famuli & curatores, qui sine vlla ipsius molestia cibos, instrumentum, & supellectilem ex maiestate suppeditent. intra easdem ædes proprijs conclauibus ac cœnationibus assellæ, scribæ, accensi, lictores, & forense ministerium omne alitur vnus Regis impensa: quo plures omnium actionum & vitæ quotidianæ arbitros ac testes habere se magistratus intelligat. Iura autem hoc ferè pacto redduntur: à primo manè ad vesperam, paucis horis ad meridiandum intermissis, præcelso in tribunali cõsidet prætor. cingunt latera iudices. cohors ad imperium parata circumstat. qui ad ius petendũ accedunt, intromissi ab janitoribus, procũbunt illico, & vel eminus ipsi, quid velint, elata voce pronuntiat, vel supplice libellũ recitadũ propalã offerũt scribis. Prætor, agitata re, de cõsiliij sententia respõdet; ipsũq; responsũ litteris cõsignatũ à scriba, ipse dein rubricato pigmento sua manu cõfirmat. Ex aperto administrantur omnia. solitudo, & secreta colloquia, & arcani susurri vetãtur, quo minor flagitijs & fraudibus, quæ oderunt lucem, aditus sit. Capitalis noxæ reos identidem comperedinant: nec nisi lentè quaesita, & ad liquidum cognita causa, condēnant. itaq; oppidò pauci in tanta hominũ multitudine carnificis manu finiunt vitam. Cæterũ interea, vincti quàm diligentissimè adseruantur loco amp̄o, instar oppidi, cellis admodum parietibus circumsepto; eodemq; rerum venalium copia, tabernis, & opificijs, ne quid extra petendũ sit, ¶ omnes vitæ vsus instructo. carceri, eum magno vigilum numero præest non leui auctoritate vir. is per se, perq; suos, custodiarum seriem quotidie recognoscit: & quam attentissimã excubat cura, ne cui, delinitis pretio ministris, vel per fosso pariete, suspensisc alicunde funibus, aut alia quapiam ratione effugium pateat. Fori verò ipsius, & prætorix turbx seuera admodum disciplina. graui malo, erratum, atque adedò murmur omne compestitur. qui deliquere; ijs, quo conspectior ignominia sit, vexillum quoddam in manus datur. cum eo vexillo, ad conuentum vsque dimissum, genibus nixi persistunt: ac deinũ ad Prætoris arbitrium verberibus acerbè mulctantur. ac multos passim videas (neque id propter adsuetudinem probro est) vibicibus liuida, & medicamentis oblita facie. Porro præfectis, cùm in publicum produnt, multo cum satellitio, gregibusque clientum & amicorum, scilia, vti dicebamus, magnifica gestari mos est: & quidem defixis in vno obtutu oculis, (quo in genere à prima etate exercētur) ac toto vultu ad se-

veritatem tristitiamque composito. Frenari sequuntur equi; varix
 umbellæ circumstant: licetorum anteit manus: quorum, hi regia ve-
 xilla, arundines illi costas ad verbera, alij clauas argenteas ferunt;
 alij, pendente ex humeris tabella gypsata cum seticis floccis, in-
 scriptum magistratus imperium ac potestatem ostendant. Hi cuncti,
 in ordinem bini, magnis clamoribus submouent plebem, quæ vel
 in domos festina se proripit, vel etiam honoris causa vias euerit.
 in transitu verò mirum silentium, non modò inerpellare præfe-
 ctum, sed ne contra quidem intueri fas est. Rem militarem non
 tam audacia vel firmitate, quam numero, & machinis, & egregia
 in primis disciplina sustentant. Præter extraordinarias copias, quæ
 varijs locis, vbi res postulat, comparantur; in singulis vrbibus fir-
 ma ac certa præsidia sunt. pro muris aguntur excubiæ, quas iden-
 tidem obit circitor: itemque validæ stationes ad portas. earum fo-
 res, præter alia repagula ferasque, impresso chartæ, & commissuris
 agglutinato signo, quotidie muniunt: nec nisi eodem à ministris in-
 specto ac probe agnito, aperire concessum est. Ad limites regni
 crebræ & minutæ visuntur arces. quæ verè Scythæ contigui sunt,
 insanæ substructionis murus in ducentas amplius excurrit leucas,
 quantum inter duos admirandæ altitudinis montes interuallū est.
 hæc regionis claustra firmissima: Vbi ex illa parte inerebuit belli ru-
 mor, confestim à custodibus dato signo, è vicinis castellis & oppi-
 dis concursus ad munimenta fit; quoad ab Rege duces iusto cū ex-
 exercitu superueniant. Equites, elegantissimo ornatu armatuque; præ-
 lium ineunt, quaternis ex ephippio pendentibus gladijs, quorum
 simul duobus perquam sciēter vtuntur, pedites irem egregiè arma-
 ti pugnam capessunt, largum vnicuique stipendium optima fide
 persoluitur: spectatæ virtuti certus ab imperatore honos; contrà,
 ignauæ perfidiæque supplicium. Qui ad militiam adscripti nō sunt,
 ijs arma priuatim nulla; quæ maximè res ab intestinis tumultibus
 otium præstat. Atque vt ceteri magistratus, quo magis castè rem-
 pub. administrant, ferantque incorruptam in iudicando senten-
 tiam; è longinquis petuntur locis: ita, ordinum ductores, ac mili-
 tares præfecti, ea de causa leguntur indidem, vt eos ipsa meriti caritas
 liberorum & coniugum, ad subeunda belli pericula, & acrius
 pro aris ac focis dimicandum, accendat. Porro hisce ror præfectis,
 iudicibus, populisque, cum regio nomine ac potestate vnus præest
 vir, necis ac vitæ omnium dominus. huius, vel è stipatorum & appa-
 ritorum frequentia, vel ex ædium admirabili ornatu & laxitate,
 vel ex ipso genere domesticæ disciplinæ, veneranda maiestas. Octo
 habet à consilijs è toto Loytiarū ordine lectos viros: is ab Rege fe-

cundus dignitatis est gradus, summumque totius gentis oraculum. sexaginta circiter alit uxores, feminae tantum vel eunuchi ministrant. ipse, nisi mutandae sedis causa, vel cum ad bella procedit; ferè nunquam excedere solet è regia. De omni statu prouinciarum & praefectorum actis certior assidue lit; veterarijs seu cursoribus ita distributis, ut in singulos menses ex qualibet prouincia litterae in regiam perferantur. ij, per equos paribus ferme interuallis in via dispositos, celerissime peruolant; summumque in singulas positiones aduentum, quo recentes equi, seu ad flumina trajicienda naues illico expediantur, vel tintinnabulis perargutis è belluae ceruice pendentibus; vel etiam, ut apud nos, cornu saepius inflato praenuntiat. Super haec, stans ipse temporibus idoneos viros, ad cuncta coram inspicienda, per omnes regni partes cum ampla potestate dimittit. quin etiam, extra ordinem certos è suorum fidelium numero in ea ipsam rem destinare consuevit, sacramento priuatim adactos muneris cum cura & cum fide fungendi: id ut quam occultissime fiat, multa Rex habet apud se diplomata, suo notata chirographo & signo; nominibus tantum speculatoris, & locorum, & perionatum, ne quid emanet, consultò suppressis. Inde, ubi tempus est, clà accepto diplomate inspector idem & censor, quam Rex iusserit verbo prouinciam, tanquam vnus de populo circuit; praefectisque ac praetoribus, inter publicae rei administrationem, ac praesertim inter dicendum ius, dissimulanter assistit. Vbi quae voluit, probè cognouit; tum demum adit consilium; & prolato repente diplomate; mira omnium veneratione summus totius consilij iudex & arbiter in solio collocatur. Inde, prout exigit res, alios ornat laudibus, atque ad altiores extollit gradus; alios, nulla cuiusquam tergiversatione, vel in ordinem cogit, vel etiam supplicis grauioribus afficit. Atque eo praecipue metu magistratus ac iudices in officio continentur. In singulis prouincijs aurea tabula velata inscripto Regis nomine custoditur. Eam tabulam singulis nouilunijs velo reuoluo, Loytiae & praefecti omnes honoris causa inuiliunt, & aequè ac Regem ipsum adorant. De mortuo Regi, è filiis maximus natus, si dehisce libeti, (quod in tanta vxorum turba perrarum est) proximus è regia stirpe succedit. ceteri, ne quid eorum causa tumultus existat, remotis inde palatijs ad instar oppidorum incredibili magnificentia, regio cultu apparatusque, in libera custodia detinentur, proposita capitis poena, si extra eos fines iniussu pedem extulerint. Legatos Regum; qui vel amicitiam expetunt, vel aequo iam antè se dedere iuncti sunt, missa obuiam nobilitate Rex comiter accipit: ac legatione peracta, Loytias appellatos honoris causa,

cum

cum amplis muneribus domum remittit. Iam de thesauris, & coaceruatis auri & argenti laminis, admitanda narrantur. nec defunt qui ad nostræ monetæ supputationem, aureorum annua millies ferme ac ducentes centena millia Regem capere pro certo perhibeant: quantum vix moriens Imperator Vespasianus, & quidem pecuniæ diligentissimus, in arario Romano reliquit. Ingens omnino summa: & in cuius contéplatione haud immeritò laboret fides. veruntamē satis constat, in vno Cantonis emporio, quod aliis eius plagæ multis & celebritate & diuitiis inferius est; ex annonæ salariæ vectigali, centum circiter & octoginta millia coronatorū; & in medioeri quodam oppido eiusdem oræ Cantonis, è decimis ortyæ duntaxat, amplius centum millia percipi. vt minimè dubitandum sit, quin ad fiscum perueniant immanes pecuniarum acervi quotannis: imperij magnitudinem, frequentiam populorum, exactiones capitum & ostiorum, portoria mercium, frugum omnium decimas, fructus metallorum, & cætera vectigalia reputantibus. Accedit non medioeris ad summam opulentiam momenti res: quòd more Turcico & sectæ Mahometanæ totius, in ditione finibusq; Sinarum, tributa & stipèdia, præter vnum Regem, nemo prorsus omniū imperat. nulli, vt apud nos, Comites, nulli Duces, Marchiones, Barones, vel dynastæ censentur. Magistratus ac præfecturas, non tã in beneficij aut præmij, quã in laboris ac muneris loco tribuit Rex: neque splendida honorum vocabula, & optimi redditus, hæredem sæpe degenerem sequuntur. suas sibi quisque diuitias ac dignitatē studio ac diligētia parat: nec virorū fortium & vigilatium loca, per nobilitatis fucum, ignauia & segnitie occupat. Hæc ferme Sinarum bona laudisque: quas tamen easdem grauioribus malis vitiisque superari non dubium est. Religionis, quæ iustitiæ prima & præcipua pars est, cura genti postrema. Sacrificulis (quos patrio sermone vocant Hoxiones) exiguus admodum honos. tēpla vulgo ad eunt consuetudine magis & instituto quodam, quã quòd mortalia curari ab Diis, vel humanis dictis, factis, cogitatis interesse cœlesti numē existiment. Sanè Euangeliū accepisse olim ab Apostolo Thoma creduntur, vt suprà dictum est: & imago testatur id ipsum procerę mulieris, puerulum in sinu fouētis, cui ardētes hodięque lychnuehos more nostro suspēdunt. Sed nec Apostoli vlla iã ibi mētio, & cuiusnam ea sit effigies, prorsus ignorant. aded, vel ipsa regionū lōginitate, vel diuturno cultorum desiderio, in ea terra semē omne Christianæ pietatis interiit. Qui sapientiores habentur, ij arcanis & quę non temere vulgent decretis, Pythagoræ ferme somnia de transmigratione animorum sequuntur:

& pro meritis actæ vitæ, sua cuique præmia & supplicia, ex cõmunis omniũ gentium opinione, constituunt; sedesque fingunt referatas cunctis ijs, quæ vulgò vel ad felicitatem prima, vel ad miseriam extrema ducuntur. Capillum tam diligenter idcirco nutriunt, quòd credant ea se tamquam ansa in cælum aliquando sublatum iri; sacrificuli contrà (qui quidem cœnobiticam agunt vitam) abradunt capita, quòd sine tali adiumento sydera se conscensuros esse confidant. Mundũ vniuersum ex aqua initio conditum affirmant, quæ vehementius agitata, è spumis ampullisque, cælo; ex iniis partibus & crassioribus, materiam terræ præbuerit: reliqua reseruarit sibi. Interrogati, quisnam initio aquas agitarit: sponte eiendi vim ijs inditam fuisse respondent. Rursus, vbi quaritur, à quo eam ipsam vim ac virtutem acceperint; subrident, quasi planè ibi sistendum, neque sit vltrà procedere. Primos homines, vnà cum cæteris animantibus ac plantis, aiunt è terra exstitisse: ac sine legibus aut vlllo iure, vagos ac feros, arborum baccis & crudis carnibus initio vesci, & sanguinem potare assuetos; ipsa dein ratione duce ac magistra, frugibus ali, tecta moliri, vrbes condere didicisse; adhibitoque studio, paulatim à barbara & agresti vita, ad cultum & mansuetudinem fuisse traductos. Non pauci, muta simulacra, vel etiam informes adorant lapides: namque ij ferme Dij gentium sunt. Adhæc, artis cuiussibet inuectores, aliõsque priuatim aut publicè benemeritos, quidam etiam parentes, carõsve, in numina referunt. ijsque & statuas ac templa ponunt, & vota faciunt, & adolent thura, non mortuis modò, sed interdum etiam (quod magis detestère) viuentibus. Alij Solem, & Lunam, ac stellas, cælumq; præcipuè ipsum, vnde cuncta in terras bona promanent, omni studio colendum existimant. Sunt etiam, qui inferna venerentur monstra succincta colubris, & igneo vomitu, cuiusmodi cacodemones in Europa depingimus. neq; id tã impetrandi cuiuspiã cõmodi, quàm depellèdi malèficij causa. quippe obuersantia interdum eiusmodi visa, maiorem in modum extimescunt. Sed qui simulacris diuinos habent honores; ij inter cætera illo vel in primis ridiculo genere superstitionis vtuntur: Ad captanda itinera, vel grãtiores quaslibet auspicandas res, adhibita ad statuam precatio, sorres obseruat: quarum est ritus eiusmodi: Dimidiaros globulos è ligno duos, ad iuglandis ferè magnitudinem, filo traictos: coram simulacro ipso temere ac foruito jaciunt. Si ambo supini, vel etiam alterno confederint situ (quod vulgò infaustum putatur) idolum verbis ac iurgiis malè admodum accipiunt: dein, quasi contumeliæ pœniteat: rursus delinimentis, votisque, ac supplicationibus propi-

propitiare contendunt. Si nihilominus aduersæ appareant sortes, idolum videlicet accubiùs plectitur. ad verba accedunt verbera: in aquas projicitur, amburitur igni, dein blanditijs denuo ac promissis placatur. atque in hac vicissitudine tandiu persistunt, quoad facta in sortes ambo missilia prona consistant, Tum verò, modulato carmine grates laudelque agunt inani Deo. mox etiam, egregiè conditas coctasque gallinas, anates, anseres, oryzam, &, quod præcipuo est in honore mensarum, offerunt suillum caput, & cantarù vini. Ex iis vbi singulis aliquid iu disco: porcini capitis imas aurículas, reliquarum altitium vngues, vini guttas aliquot in ara simulacro opposuerint, (qui vetus est libandi mos) cæteras ipsi daptes magno cum tripudio & effusa læticia comedunt. Mortuorum extequiæ celebrantur in hunc ferè modum: Patrem familias, vt exspirauit, quàm optimis vestimentis indutum, in cathedra collocat. huic ad genua procumbès vxor primùm, dein filij, tum reliqui deinceps propinqui & amici cum lamentis & lacrymis vltimum dicunt Valc. Postea corpus in arcam includunt, ex odorata & minime putri materia: commissuris cum alio spissamento, ne sator emanet: tum lamina ferrea diligenter obstructis. eam arcam in amplo conclau, vestitis lino parietibus à terra suspendunt, ac linteo tegunt, in quo picta imago defuncti conspicitur. Ante id cõclau, aut iu ipso ædium vestibulo, stant mensæ opiparis onustæ dapibus. quindecim ipsos dies arca domi adseruatur: cognati & noti locũ officij causa frequentant: sacerdotes verò, noctu præfertim, piacularia sacra Dijs manibus faciunt: ac pictilem chartam vel super demortui cadauer cum certis carminum præfationibus cremant: vel præteritis toto conclau funibus appensam agitant; vociferantes, eo motu animus defuncti ocyùs ad astra tolli. post quintumdecimum diem, arca in campum sepulturæ dicatum solenni pompa deuehitur. ibi cadauer inclusum, paulatim absumit dies. interea sese identidem Hoxiones ingurgitant cibo: eaque illecti sagina, locupletum, præcipuè funeribus iuihiant. Mortuos, proximi biennium, vel etiam triennium lugent. quo temporis spatio crassiflorem tunicam apprimunt carnibus, & horrida sese reste præcingunt. filij, si personam gerant publicam, illico se abdicant magistratu. Hęc de sepulcris. Ac ne maritimę quidẽ res suis carèt superstitionibus Quæ naues primùm deducendæ sunt, hæc Lunæ vel cuipiã fabuloso dicatas Deo, varijs expiammentis & supplicationibus lustrare mos est. Ac cæteris item in rebus alias alij cæremonias ac ritus obseruant. Sunt qui omnem de Dijs ac spiritibus opinionem planè & impunè derideant: vnum esse interitum hominum ac ju-

ac jumentorum; neque post mortem restare quicquam omnino, arbitrentur. Huic de superis persuasioni consentanea hominum ipsorum inter ipsos est fides: quam eatenus colunt, quatenus commercij necessitas & fructuosa existimationis ratio postulat; ea remota, nequaquam ij sunt, quibuscum in tenebris mices. quin etiã, totius humanitatis multis in rebus videntur expertes. alienigenam ferme auersantur, & interiore (vt dictum est) vsu & hospitio prohibent. Erẽ alieno pressi, liberos vel mancipio & nexui dant; vel etiã, (quod multo flagitiosius est) adhibita omni lenociniorum arte, prostituunt. Vngues enormem iu longitudinem exerescere patiuntur: quasi verò id (quemadmodum apud Græcos olim & crepidis vti & comam alere) ingenui hominis, & sordidis operibus nequaquam occupati, indicium sit. Cognitores capitalium rerum, amplianda toties causa, per speciem lenitatis, diram crudelitã exercent. quippe rei, quorum magnã semper est multitudo, interim onusti catenis, noctu præsertim, arctissimãque inter se constipati & constricti, ad eò sæua ac tetra custodia detinentur; vt dilatam à iudicibus mortem haud pauci quotannis accersant, sibi que ipsi afferant vim. Interea, in conspectu comestantis ac ludibundi sæpe iudicis, seriã quæstiones per tormenta exercentur: quorum cùm alia sunt genera, tum illud quotidianum: Pro virgarum fascibus cubitali arundine vtuntur, cuius antè meminimus, lata digitos quattuor, crassa vnum; & quidem igne tosta, quo grauiorem faciat plagam. hoc sæuitiã in instrumento, humi stratorum ac sæpe insonituum artus ac plantæ ad eò acriter & acerbè exduntur, vt qui non robustissimo sunt corpore, vel fracti ac debilitati discedant, vel etiam inter ipsa verbera nonnunquam expirent. Cum hac gentis immanitate, profusa libido conjuncta est. abdomini cæterisque indignis homine voluptatibus intemperanter indulgent. Leges & edicta magis ad seruitutem & abjectionem, quàm ad virtutem & animi magnitudinem, informant populos: atque ob id ipsum, etiam in bellica re, nationibus aliis inferiores haud immeritò existimantur. Extremum ad grauiores expeditiones conducunt militem. Id firmamentum est belli. Rex, barbara & stulta quadam arrogantia, sese dominum mundi, cæli filium appellat. Priuatorum fortunas, & partam sudore & vigilantia re, per publicanos & exactores durissimos atterit: ex ipsis etiam capturis impudicarum, quod à Caligula olim factum legimus, scædissimo vectigali instituto. Externorum Regum oratores, quos quidem iure beneficiario sibi habet obnoxios, (sunt autem plures variis impositi nationibus, quarum olim imperium deposuit Sina) per summum fastum & superbiam tractat.

Non nisi humili equo insidentes, qui pro habenis vili regatur fune; in regiam urbem despiciatissimi introeunt. dein pedites intra palatij aditum accepti; ad partem eam in qua latere audierint Regem (nam ipsius quidem aspectu prorsus arcentur) cum quina ex interuallis adoratione procedunt. tum elata voce legationem nixi genibus petagunt. adest regius apparitor, qui cuncta per scribam excipiat; idemque, veluti numinis internuntius, ferat ab Rege responsum. Eo accepto responso, cessim orator, & subinde flectens genua, planè in honoratus abscedit. Inter hæc, & alia longè turpiota, quorum vel mentionem bene morata horreat mens; nihilominus elato supercilio Sinæ reliquas omnes gentes præ se cōtēnunt: tudes, inertes, barbaras purant. de suis tantum ipsi rebus magnificè & gloriosè non sentiunt modò, sed prædicant. Nostris tamen hominibus tribuere non nihil videntur. quippe Sinas utroque oculo præditos aiunt, Europæos altero, cæteros neutro. In hosce mores & instituta, Christi disciplinam inferere, quantæ sit molis, quilibet non imperitus rerum existimator facilè iudicauerit. Obstant regia edicta, & difficultas introitus. Obstant conspirationes antistitum, qui peregrina in eas tetras inferri sacra, & extorqueri sibi nefarios quæstus, & coargui mendacia minimè patiuntur. obstat regionis feracitas, & libidinum illecebræ, & cæteta malorum irrimameta; & quo nihil cœlesti philosophiæ inimicius est, fastus & superbia, & suarum omnium rerum amor quidam infinitus. accedit educatio puerilis, & fabulæ, & opinionum hausta cum ipso lacte peruersitas. Verùm nihil planè majori est impedimento, quàm nostratum Christianorum (quos Ethnicis præluere ad omnem iustitiam & castitatem oportuerat) tanto nomini ac professioni minimè consentaneæ quotidiana vitæ documenta. neque enim tantam spectata paucorum innocentia & virtus astruit Euangelio fidem; quantam insignis multorum, & notissimi ferè cuiusque, avaritia & improbitas adimit. Hactenus de Sinarum motibus: quo in genere varia, tametsi nōdum ad plenum explorata, subinde in Lusitaniam perferuntur: quæ ego si petsequi velim, immemor propositi mei sum, quo mihi præcipuè nostrorum hominum acta, non aliarum gentium ritus vel instituta, litteris mandare decretum est. Nunc ad institutum reuertor. E Sinarum prouinciis maximè occidua est Cantonia. Eò priusquam peruenias, multæ occurrunt insulæ; quas præfecti regij præsidibus & classibus tenent: neque ipsorum injussu progredi aduenas Cantonem est fas. Fernandus Andradius, ut exponere cœperam, cum ad Tamum insulam peruenisset; post diuturnam moram, transitu ægre tandem impetrato, cum

duobus

duobus expeditis & egregiè ornatis nauigiis, cætera classe ad Tamum relicta, Cætonis portum inuehitur: ac magistratum permissu Thomæ legatū exponit; cui ædes & lautia de more attributa. ibi Fernandus, mira lenitate ac iustitia contrahendo cum incolis, haud ita difficili negotio aditum ad ea commercia nostris aperuit: auxit probitatis existimationem, quòd sub tempus reuersionis de suo discessu per præconem tota vrbe denūtiari iussit; vt si quis quid vel ab se, vel ab subrum quopiam, vel crediti, vel commodati, vel quouis alio nomine repetere vellet, maturè profiteretur. Ea res videlicet magni & innocentis animi visa, & ex vnus viri moribus, de totius nationis virtute nimirum existimabant: apparebatque maximo cum rei Lusitanæ inclemento societatem hanc institutam; nisi post Fernandi profectioem, aliorum deinde nauarchorum cupiditas ac licentia, qui Malaca ad spem ingentis lucri in eadem loca venere, opinionem Lusitanicæ iustitiæ fideique propemodum sustulisset omnem. Siquidem ex iis quidam ad Tamum in terram egressi primò, ne appellatis quidem magistratibus, castellum excitarunt. ibi tormentis vigiliisque dispositis, imperium usurpare, negotiationem communem interuerrere, ac sibi propriè vindicare; externos æquè atque incolas injuriis & contumeliis intolerandis afficere, virginibus vim inferre, a plagiariis ingenuos ingenuasque coëmere, nò popularibus modò suis, & optimo Regi, verum etiam, quo nihil atrocius est, Christianæ disciplinæ, sanctissimisque parentum institutis, dedecori ac probro esse. itaque paucis diebus, instigante malo dæmone, meriti sunt; vt non pro sociis amicisve, sed pro immanibus piratis atque hostibus haberentur. neque verò sum nescius, hæc ipsa minuere Barrium & eleuare dicendo. cuius ego auctoritate fretus, multa reticissem; nisi eadem ille Goesius primùm, dein Osorius planè disertis verbis arguerent. Igitur Lusitani, à præfectis regiis valida classe circumfessi, cum in eo iam esset vt caperentur; sæua tempestas repenti coorta Sinarum naues dissipauit ac distulit. Per eam occasionem elapsi, pecunia, quam gloria conspectiores Malacam redire. Tristior multo fuit Thomæ Petreii legationis exitus. is magno labore quadrimestre amplius iter emensus, cum ad regiam denique peruenisset, præoccupatas, cum aliorum tum verò Cantoniorum magistratum litteris & criminationibus, Regis & Satraparum offendit aures. ita, non modò Regis conueniendi potestas legato facta non est, sed etiam de consili sententia pro exploratore comprehensus, & Cantonem remissus, in carcerem cõditur: vbi omnibus incommodis paulatim absumptus, inter maleficos furesque nocturnos vitam miserabili

fine

hoc concludit. Hunc maximè in modum, paucorum scelere alienati Sinarum animi, & famæ fideique inæstimabile damnum est factum. ac deinceps, quotquot ex orbe nostro in ea loca vel suis vel alienis nauibus deuenère, pessimè accepti multatiquè sunt: & complures in annos nomini Christiano, ac Lusitano præsertim, ora nulla fuit infestior.

LIBRI SEXTI FINIS.

HISTORIARVM

INDICARVM

LIBER SEPTIMVS.



INTEREA Sultanus Campson, ad abolendam acceptæ ad Dium cladis maculam, & arcendos Arabia Lusitanos, classem omnino conatu ad Suecium reparabat, auctore maximè Hoceno Persa, de quo supra docnimus. Is, cùm ex Diensi prælio, Campsonis iram non sine causa pertimescens, ad Mamudium per fugisset Cambaia Regem; placandi Campsonis, & recuperandæ pristinae dignitatis & gratiæ, tale consilium iniit: Gidda est emporium in Arabico sinu, dici ferme itinere à Meea, idemque portus peregrinis, qui praua inducti religione, ad falsi prophetæ sepulchrum vndique confluunt. Ea vrbs, quòd nullis clausa mœnibus, nullo præsidio vel arce teneretur; & aliquoties iam à Campsone defecerat, & Arabum campestrium, quos vocant Baduinos, incursionibus repentinis erat vehementer infesta. Porrò Lusitani si frequenti navigatione iis regionibus adsuescerent; metuendum erat, ne Gidda nullo negotio occupata, eodem impetu Meeam euerterent ædem, ac Mahometis reliquias, ad solatium interceptæ ab Saracenis Hierosolimæ, dissiparent. Eo animaduerso periculo Hocenus, totam rem cum Cambaiano Rege primùm, dein cum satrapis & principibus contulit. publicæque iactando causam, & religionem ac pietatem (ut sæpe fit) priuatis rationibus prætexendo, facillè obtinuit, ut contra vim Lusitanâ, cingendæ

cingendæ muris Giddæ magna sibi cùm a Rege, tum à priuatis, pecuniæ subsidia præberentur. Cum iis subsidiis Giddam delatus, ingenti oppidanorum lætitia excipitur. Inde primùm ausus Cæpsionem compellare per litteras, culpa cladis nuper acceptæ, neglectas in religiones, & justam numinis iram artificiosè collata; docet, sibi esse in animo, ad sacrarium Mahometis ab omni tuèdum injuria, & Lusitanos Arabico littore prohibendos, Giddam vndique apertam firmare munimentis: id vbi summa ciuium voluntate perfecerit; tum etiam, in Campsonis gratiam, nec opinantibus iis, arcem imponere; ne, quod antea fecerint, in posterum ab eius imperio atque auctoritate deficiant. In eam rem affatim sibi pecuniæ aliunde suppetere: tantùm a Campsone sibi peritis munitoribus opus esse. postremò hortabatur, vt aduersum conatus nostrorum, classem sine mora reficeret: accensisque ad Mahometanam tuendam rem; Christianosque pellendos, Indorum principum studiis, ne deesset. Ea satisfactione, tamque enixo studio religionis, delinitus Campson, non iras modò posuit, sed etiam structores & architectos Giddam extemplo deportandos curauit: quorum assidua opera, & Hoceni sedulitate, breui murus cum propugnaculis vrbi circumdatus est. arcis exstruendæ, quòd maturum eius rei tempus nondum esset, cura in posterum dilata. Simul etiam, comprehensis in Alexandrino portu naualibus fabris Italici maximè generis, & cum noua materia transmissis, vt antè, Suezium; classis ædificata majorum nauium, quæ partim remis partim velis agerentur, septem circiter & viginti. In eas epibata; impositi ad tria milia, misti Mammaluci, Arabesque, & ex aliis nationibus Christianæ ferme fidei desertores. Omnibus iis præpositus cum summo imperio nobilis archipirata Solimanus Mitylenæus, què tum propter latrocinia Turcicis finibus exsulabat, adjuncto legato eodem Hoceno; quem pro Mir Hoceno, Amirasen, vocabuli similitudine decepti, dixere nonnulli. Erant tum Arabica; fauces, quasi victoriæ præmium, Ægyptiis ac Lusitanis in medio positæ: neque erat dubium, quin vtri priores ea claustra custodiis occupassent, Arabicum pelagus, totamque eam nauigationem essent in potestate habituri. itaque iisdem vtrinque artibus & consiliis certabatur, vtrisque propositum erat Adeno potiri: sin id minus è sententiâ cederet; vicinum aliquem locum permunire, atque obrinere præsidiis. Quod cùm Albuquerque iam antè frustra tentasset; tum Solimanus quoque aggressus, cum vniuersa classe primùm omnium Adenum accessit. & initio conatus oppidanos ad voluntariam deditionem allicere, cùm ferocia responsa tulisset, urbem summa

vi oppugnare constituit, ignarus, præter muros turesque prævalidas, quam illa firmo ac fideli præsidio teneretur. Si quidem ad primos Ægyptiæ classis nuntios, Amiriani præfecti accitu, non è vicinis modò locis magna auxilia cõucnerant; sed ipse quoque Rex, ab Elach vrbe, quæ caput est regni, cum haud contemnenda militum manu raptim eò sese contulerat. Igitur admotis à Solimano trirēibus, vario genere tormentorum vrbs acriter quati cæpta. iamque crebris ictibus labefacta non exigua muri pars cum ingēti fragore prociderat: & Solimanus Māmalucos ad incundā forti animo pugnam hortatus, veteremque militiæ gloriam nouo decore augendam; copias ad littus exponit. perque patefactū ruina iter ausus in vrbem irumpere, præter opinionem acerrimè resistentibus oppidanis, cum magna suorum cæde vulnerebûsque repellitur. Ergo, tum ex propugnatorum frequētia, tum ex vnus temere tentari prælij euentu coniectans, quam non suarum virium ea oppugnatio esset; conscensis trepidè nauibus, retro ad Camaranū auertit iter. Ibi, exposito omni fabrili instrumēto, idoneus arci exstruendæ locus eligitur. ac positis fundamentis, intenta cura & labore inurus ducebatur latus pedes duodetriginta. Cæterum, superante in id multitudine, Solimanus, ne otiosa interim haberet statua, Hocenū cum nauali maximè turba ad opus promouendū reliquit. ipse cum expedito milite in continentē egressus; oppidum Arabiæ Felicis, Zebitum, duodecim ferme leucas a mari, improuiso aduentu cepit. Locus erat cum refertus opibus, tum etiam elegātia & cultu visendus. ibi dum Solimanus, partim amœnitate regionis, partim dulcedine prædæ retentus, moram trahit: interea ad Camerantum tristes nuntij incerto auctore afferuntur, Campsonē cum omnibus copijs ab Selymo Ottomano deletum. Hocenus, qui & ab innato Persis in Græcos odio, Solimanum auersaretur; & antelatū eum sibi in maris præfectura periniquo pateretur animo; oblatam occasionē auidè arripuit, ab eius auctoritate classarios abducendi. concione aduocata, cunctos hortatur, vt quoniam Ægyptia res in extremum sit adducta discrimen; operosa & inutili abiecta munitione, secum ad vrbem Giddam è vestigio redeant; oppidumque in primis opportunum ac recenti firmatum opere, itēque classē tanto impendio & labore paratam, Ægyptio impetio seruare nitantur. Neque in id consulto imperatore opus esse; qui & incerta fide vir, & natura Ottomanico addictus nomini; quæ prima se dederit facultas placandi ac demerendi Selymi, nulla iurifurandi religione rem Ægyptiam sit hosti terribimo proditurus. Ea oratione gratius nihil ad aures Ægyptiorum accidere

posuit. nam præterquam quòd cæli & aquarum grauitate vâle-
 tu. lo maximæ partis rentari erat ccepta; fremebant insuper, se in
 sordido ac laborioso & nullius emolumenti ministerio relictos;
 cum interim cæteri partim vrbs opulentæ spoliis ditaretur, par-
 tum etiam ad satietatem sese in somnum ac cibum aliasque volu-
 ptates immurgerent. Inde, omiſſa ædificatione, vnanimes Giddam
 exemplo trajiciunt; nauigijs aliquot ad Arabicum lictus, nō tam
 in Solimani grariam, quàm ad Malimaticos deportandos, relictis.
 Id vbi rescit imperator, ictus atrocitate facinoris, perfidum ac
 seditiosum Hocenum increpitans, cum ea quam habebat manu
 sine mora subsequitur. Ad vrbs Giddam appropinquanti porre-
 ab Hoceno claudit. tum verò accensus rabie ac furore Solimanus
 palàm se ad oppugnationem accingere, cruentaque inter ipsos
 Mahometanos haud dubiè pugna inninebat; ni Paracazes, Me-
 canæ præsul ædis, cognito periculo, confestim aduolasset. Eius ad-
 uentu sedata certamina, paruit que Solimano introitus, ea lege, vt
 dum de Campsonis voluntate vel obitu certiora afferrentur, in-
 quas tum habebat copiis dux vterque separatim præſſet. Cæterum
 intromissus Mitylenæus, fide nimirum egit Ægyptia. Comprehē-
 sum fraude Hocenum, vt opibus imperioque plus poterat, in vin-
 cula conijcit: dein silentio noctis prouectum tritemi in altum flu-
 stibus mergi iubet. Ita, ad vnum Solimanum, rerum omnium po-
 testas & arbitrium rediit. Ac paulo pōst, explorato & cognito exi-
 tiali Campsonis exitu; vt in gratiam cum Selymo rediret, trahēdis
 in Ottomanicam ditionem omnibus circà nationibus populisque,
 operam deinde nauauit egregiam, ac demum ab Solimano Sely-
 mi filio Cairi præfecturam adeptus est. At Emmanuel, de Sultani
 comparatione rursus ab Rhodijs certior factus, ad Prætorem Lu-
 pum Soarium de rebus iis maturè perſcripserat; mandaueratque, vt
 contra eum apparatus summa ope instrueret sese: ac quanta ma-
 xima posset classe vltro ad Arabiam tenderet; neu Ægyptios cum
 Indis coniungi (nam id erat iis initio constitutum) vlla ratione pa-
 teretur. Soarius, ab dimisso in Sinas Andradio, statim ad eam ex-
 peditionem omnes curas & cogitationes intenderat: adhibitaque
 diligentia, naues, quot antea nunquam, septem & triginta cunctis
 rebus ornatas. Cum iis profectus ab Goa, præter Cambaram Ar-
 muziamque; repēntè ad Adenum applicuit. Percussus inopinato
 aduentu & classis magnitudine Amirianus, qui magnam parti-
 nem haberet; excidium metuens, tempore paruit; & clauis vrbs cō-
 festim ad Lusitanum suppliciter misit; & euz sibi minus cum Al-

buquerio conuenisset, caufatus præfractum & asperum ingenium
 viri, sese ad urbem dedendam, accipiendum intro præsidium, &
 imperata facienda paratum ostendit. Omnino præclara erat occa-
 sio tam opportunæ potiundæ urbis, & maximo rei Lusitanæ cõpen-
 dio, Saracenis & Ægyptiis Indicum mare in omne tempus inter-
 cludendi. Verùm Soarius, antiqui moris homo, qui nimirum ali-
 nam de sua æstimaret fide, ne quid copiatum in ea custodia relin-
 quere cogeretur; atque ut quâ integer inas ad hostem afferret vi-
 res, prauo, quin potius nullo consilio, rem in posterum dilulit in
 præsentia, cõmeatu multiplici in classem exacto, ad Camaranum
 processit. At Amirianus & incolæ, ingenti leuati metu, nulla nota
 interposita reficere muros, alimenta conuehere, custodias augere,
 atque certatim, ut ram eximix tamque insperata superunt in se-
 se indulgentiæ pro sua quisque parte respondeant. Interim ad
 Camaranum. fœda tempestate naues Lusitanæ amissæ quat uor;
 quibus, præter validam iuuentatem, omnis etiam uehebatur ad-
 ficandi apparatus. dein, cùm nusquam apparet hostis, dimissæ,
 ad explorandos maris recessus aliquot actuatiæ. In eas cùm inci-
 disse excussum ex Ægyptia classe nauigium, in quo erant hæc
 fabri ferme triginta, cognitum ex eis est, Solimanum Giddæ se
 tinere, subductis in tutum nauibus. magnam ibi sollicitudinem,
 magnum esse terrorem, quòd Lusitani ad dimicandum parati om-
 nium vitium mole aduentare dicantur. proinde, si percussis quam
 primùm instent, urbem haud dubiè vel armis vel conditionibus
 in potestatem esse venturam. Hoc nuntio erectus Prætor, ex tẽplo
 Giddam iter edixit. Ut in conspectu fuit classis, primò in vrbe vs-
 que ad eò trepidatum est, ut desperata defensione oppidani vulgo
 patarent fugam: Prætoris dein mora, & Solimani adhortatio resti-
 tuit animos. Et copiæ ab eodem extra mœnia productæ, ad osten-
 tandam hosti fiduciam, instructo agmine decurrere. Addebat au-
 daciam ipsa loci regio: quòd vrbs a mari, admodum insidioso ac-
 cessu, cœcis & humilibus circa vadis, vno tantùm, & eo sinuoso ac
 peragusto, aditur enripo. cuius cùm in ipso flexu castellum excita-
 rant, tum etiam aliis locis tormẽta in hostes opportunè direxerãt.
 Quæ omnia non tam ad reficiendos ex timore oppidanos, quàm
 ad absterrendũ a congressu Prætorem valere. Ergo, ne Lusitanam
 rem in discrimen objiceret, nequicquam exposcente pugnam mi-
 lite, & minoribus præfectis tantam ignauiæ notam inuri nomi-
 ni Lusitano querẽtibz, Prætor oppido abstinuit, paucas tantũ naues
 in portu succendit: ac tanto apparatu nulla re gesta, explodẽtibz
 & exsiliãtibz de more barbaris, ineunte iã hyeme ad Camaranum

reuertit. Ibi, quod nulla ad ædificandum camenta suppetere, inchoatum ab Ægyptijs opus institit demoliri. Quo in opere dum dies noctesque naualis turba versatur, ex æris, intemperie grassari morbus in classiarios cepit, ac paucis mensibus terra lue absumpti permulti. accedebat ad grauitatem cœli, magna annonæ difficultas, vt in deserto loco, & hostili circâ regione. Tantùm è Ceilifo proximo vico Arabes venalia cibaria ad littus comportare ceperunt, sed carè Lusitanis id subsidium sterit. Lembus vnus è classe ad commercium quotidie comiebat. Is, cùm nihil tale nostri timerent, ab duobus speculatorijs Ægyptiorum nauigijs, indicio & fraude Ceilifanorum, excipitur. Lusitani septendecim in eo lembo nauigabant. Comprehensi omnes, & minimè tum vulgari munere, ad Selymun ab Solimano transmissi sunt. Inter hæc clades & ærumnas hyberna transacta: & aperiente se iam vere, Prætor, ne nihil omnino egisse videretur, ex Arabico sinu ad Africum littus trajecit. Aualites ibi est emporium olim nobilissimum: nunc, vt humanæ sunt vices, negotiatoribus infrequens, ac vulgò Zeila appellatur; nullis, yallatû mœnibus aut propugnaculis: ac tum, propter finitima cum Abalino bella, magna ex parte desertum, modico, tantùm in speciem, reguli præsidio tenebatur. Id oppidû, quod Solimano Adenum petenti enixè fauerat, omniâque necessaria benignè suppeditârât, Lusitanus Prætor oppugnare ac delere constituit. Expositis cohortibus aliquot, per minores duces hand ita magno certamine confecta res est: cælisque custodibus, in ipsa tecta facibus & incendijs adedò acerbè scruitum, vt ne alimentis quidem, quibus vel maximè cgebant, Lusitani pepererint: nimirum Adenica: freri copia, quo Prætor tanquam ad certam possessionem tota spe & cupiditate ferebatur. sed cum improvida lougè seculit opinio: siquidem ab Zeilana clade transuectus Adenum, cùm ab Amiriano fidem promissi repeteret; magno suo dolore denique sensit, quàm fugacia sint occasionum momenta, & quàm irreuocabilis rerum bene gerendarum præteruolet oportunitas. Amirianus quippe, dum rubro mari Lusitani vagantur, non modò nouis operibus militibusque firmarat urbem; sed etiam per exploratores de naufragijs interitâque nostrorum ac turpi ab Gidda recessu didicerat. Itaque rediens quassata classe & imminutis copijs Prætor, adedò non mouit oppidanos, vt ijs etiam ludibrio & contemptui fuerit. In summa rerum inopia, portu exclusus, modica vix aquatione impetrata, plenus damni ac mæroris, Indiam irrita expeditione repetiit. Quictæ dein ab Ægypto res per aliquot annos fuère, dum Ottomanus, extincto Sulthano, & sublatis ab radi-

te Mammalucis, Alexandrinum imperium & Africæ noua regna sibi constituit. Per eosdem ferme dies, quibus circa Arabiam naturalis afflicta res est, ne Goa quidem vrbs multum ab extremo periculo absuit vnus hominis temeritate, quem arcta sibi affinitate deinctum discedens Prætor, Goæ Præfectum per ampla cum potestate reliquerat. Huic sin ultras vetus cum Calderia quodam intercedebat, Albuquerque alumino, viro egregiè strenuo, qui post Prætoris profectiõnem, vbi summam rerum omnium penes aduersariũ vidit, veritè, ne is pro magistratu exerceret inimicitias; ex insula in continentem profugit Põdam, quo nomine portus vicusque abest ab Goa passuum circiter octo millia. Pro Idalcane Ancostan ijs sibi præerat. Ab eo, propter fortitudinis famam, Calderia comiter acceptus, in honore habebatur. Id vbi Goanus rescit, per internuntios inimicum exsulem ab Ancostane vehementer expetit. Ancostan, qui ad rem ac dignitatem Idalcanis pertinere arbitraretur, tutum ad se euilibet esse perfugium, præsertim cum in fœdere nihil eiusmodi nominatim cautum fuisset; adduci se nõ est passus, vti receptum in fidem Lusitanum exposcenti proderet inimico. Ea re accensus Goanus, per interpretem conuitia primum & minas in Ancostanem iacit: dein, specie transfugæ, percussorem Calderiæ submittit Ioannem Gometium, virum audacem, & ad eiusmodi promptum facinora. Is à Calderiæ in hospitium benignè acceptus, & in Ancostanis amicitiam ac familiaritatem bene perductus; cum innitatu Ancostanis, oblectandi animi causa, in campum vnà cum cæteris primoribus prodiisset; per causam secretoris colloquij seductum paulisper à comitatu Calderiam, penè in Ancostanis conspectu, nihil minus opinantem interficit, ac subditis equo galaribus inde se proripit. Enimvero indigna res omnibus visa: & dimissis continuò equitibus, è fuga retractum insidiatorem sua ipsè manu Ancostan iratus obruncat. Tum verò amens furore Goanus, omnibus modis amicum vlcisci, ac priuari odij causa, publicè rem in discrimen vocare non dubitat. Paschales tum fortè agebantur feriæ; & instabat quinquagesimæ diei celebritas, quam Græco nomine Pentecosten appellat. In eum diem Præfectus, per simulationem ludorum atque certaminum coacto milite, Fernandum fratrem, & Ioannem Marchiadum, de quò supra commemorauimus, Põdam quam occultissimè iubet inuadere; & Ancostane ipso interempto, vicum præda exhausta delere. Octoginta non amplius equites in eam rem vtrique attributi, & pedites Lusitani septuaginta, & Indorum malo: aliquanto numerus. li, noctu vadò transfusso, cum, si maturatum foret, hoste alto

sopore meritos in tenebris opprimere potuissent, atque id ipsum
 enixè Machiadas hortaretur; Fernandus, puer quem erat impe-
 ranti, lucem opperiri, atque stolido ac peruinaci consilio maluit.
 atque hæc ducis ignis, illa militum fuit culpa. Campum, in quo
 Ponda iacet, ab Goâ petentibus, arctior & impeditioni salus intrâ-
 dus est: cuius fauces vel pauci homines facillè tueantur. Ad eas
 obtinendas angustias, quo iucam, si res posceret, copiâ receptum
 haberent: proquò Machiadi monitu pedites relictî complures.
 ii, ut agmen præcessit, ne prædæ postmodum expertes forent, sta-
 tionem per summam fecias deserta, protinus antecedentium vestigia
 subsequuntur. Vti Pondam appropinquatum est, obscura nox &
 quæ utrinque tenuit inceptum. Adventante dein luce, fremitus e-
 quorum & armorum fulgor insidias prodidit. Conclamatum er-
 go confestim ab incolis ad arma est: & primò ignari quanta Lusi-
 tanorum esset manus, Ancothane duce, fluvium qui Pondam præ-
 terfluit, lapsim transgressi, in tutum sese recipiunt. mox, paucitate
 nostrorum animaduersa, collectisque è repentino pauore animis,
 denuo traiciunt flumen; & in hostes palatos, atque ad rapinâ po-
 nens quam ad pugnam intentos, conferti ipsi & conglobati dant
 impetum. Vix primam impressionem sustinuit Lusitanus: & paucis
 exceptis, cæteri cursu angustias repetunt, loci difficultate, si mi-
 nus virium præstantia, sese defensuri. verùm eas quoque nudas cu-
 stodiis barbari iam infederant. ita, in medio deprehensi Lusitani
 passim caduntur. Machiadas, egregia corporis & animi fortitudi-
 ne cum aliquandiu resistisset, neque ullam cerneret spem salu-
 tis, ad Fernandum conuersus, erumpere, inquit, si qua potes, dum
 hostem ego utcumque sum moueo: & Goam ubi peruenieris, fratri
 tuo renuntiato, dum iracundiæ dolorique intemperanter indulget,
 quam expectanda ad præmia opimamque prædâ præcipuos è Lu-
 sitano præsidio miserit. His dictis, miro animi ardore se rursus in
 hostem concitat: & egregiè dimicans, multis confossus vulneribus
 ipse & circa cum quinquaginta ferme Lusitani pedites aut equites
 cadunt. è reliquo numero capti septem & viginti, in ijs nobiles &
 honorati viri aliquot ex Emmanuelis familia. E sociis Indis, am-
 plius centum aut occidit aut in seruitutē abducti. cæteri notis calli-
 bus trepida fuga latebras ac nemora petiere. Fernandus, inter ho-
 stium reia strageq; suorum, perniciosi equi beneficio præter spem euasit.
 Ad eius cladis nuntium, ingens luctus, & mæror in vrbe fuit. ac vul-
 go liberis aut cognatis oblati, atque viri ac mulieres, præfecti te-
 nerritate & furore excerebantur. Idalean verò nõ tã eo successu,
 quam violata ab Lusitanis pace lætare oblataq; sibi occasione, quã
 dudum

dudum expetisset; Goa bello recuperanda. quippe tū p̄alio custo-
 dibus minutis, tum etiā ineunte per eos dies hyeme, quę in ali-
 quot mēses clausū externę opi mare esset habitura. Addebat fidu-
 ciam, delectę in Arabico mari Lusitanę classis quamquam incerto
 rumor; & quod inducis nuper cum Nasringano Rege Crisna-
 rao pactis, vniuerso apparatu ac totis vitibus in bellum Goanum
 sibi liceret incubere. Hisce adductus rationibus Idalcam, primariū
 eius ducibus, Ancothane adiuncto, Zufolarinum, eum sex & vigin-
 ti peditum, quattuor equitum millibus ad Goam proficisci iubet.
 Eo terrore in urbem allato; Præfectus, quotquot per ætatem ferre-
 arma possint, custodire muros, & locis opportunis stationes agere
 iubet. Ad Benefarinum præcipuē intendit vigilias: & quoniam in
 eo publica salus verti videbatur, ne hosti pateret introitus; quic-
 quid naualiū copiarum fuit, partim vada obsidere, partim circum-
 ire interdū noctuq; insulā imperat. ad hæc, paganos & agricolās,
 ne, vt olim, iter barbaris aperirēt, intra urbē euocatos, vel in opera
 vel in præsidia maturē distribuit. Zufolarinus, admotis ad litt^o co-
 piis, eualiquoties trāsitu frustra tētaffet, ad extremū operibus insu-
 lam cingere: & quoniam à mari (vt dictum est) nihil eo anni tem-
 pore subuehi posset; terrestribus quoque com meatibus omnino
 insiuit prohibere. Ita, præciso omni vndique aditu, penuria pri-
 mum, dein fame laborari tota insula ceptum. ventumq; ad vltima
 foret; nisi, vixdum hyeme exacta, singulari Dei beneficio primum
 à Quiloa Ioannes Sylueria cum vario com meatu, & quadringentis
 armatis, tum ex vltiore India Raphael Paræstellius cum fortis-
 sibus viris, ac demum ex ipsa Lusitania cum nauibus sex. Antonius
 Saldania subuenissent. Huius noui subsidii fama non absistere
 modo oblidione Zufolarinum coegit: sed etiā Idalcans nomine
 pacē ab Lusitano petere: quæ ex vetere formula Idalcani est data;
 cum eo, si nuper ad Pondam capti restituerentur; & eius pacis Præ-
 tor adueniens auctor fieret, sequutū vtrumque. & cāptiui cum fi-
 de redditi, & Prætor Goam delatus, ratā habuit pacem. Hoc ma-
 ximē modo Goa tertium ab Idalcane obsessa, & in summum addu-
 cta discrimen, ex hostium faucibus præter opinionē eripitur. Eo-
 dem ferē tempore, scēdioribus etiam de causis, dum nihil minus
 Lusitani præfecti, quàm de officio cogitant, amissa Malaca prope-
 modum est. Georgio Albuquerque, qui Abdalam summa populi
 inuidia datū narat indicta causa, Georgius Britus in vrbis præfe-
 ctura successerat. Is, vixdum sanatis iis, quæ exuleerata per alios e-
 rant, Malacēnsibus æquē incolis ac peregrinis admodum grauis
 esse, & insitā ingenio violenciam in omne genus hominum cepit

expromere. Mamudianę familię seruitiſſe, quę portoriis vel munitioribus, Alphonſi Albuquerqueii decreto, operam dabant; mercedes quotidianas. & alimēta. ſubtrahere rarios a calumniatoribus circumuentos, in ergaſtula condere; ereptas juſtis poſſelloribus villas & prædia; quaſi ad ſcicum deuoluta; amicis aut aſſinibus peſſimo exemplo donare; junctorum magiſtris, qui antea noſtrorum merces quoquouerſus bona fide vectare conſueſſent, non modò custodes apponere Luſitanos; verùm etiam, nullo eorum delicto, ipſas nauis præfecturas adunere; denique, crudelitatis & auaritię nefaria paſſim edere documenta. His rebus territi qui nuper ad urbem redierant, cùm denuo diſſuſſent; ac nihil ferme villa ex parte ſubueheretur; tanta ruſum Malacę ſolitudò & rerũ omniũ caritas conſecuta; vix vt magnis propoſitis immunitatibus præmiſſi; & præcone circumqua; dimiſſo, urbata hominum mētes ſedant; atque ad modicam celebritatem frequentiſſimum nuper emporium redire potuerit. Cùm ius pejus quotidie cuncta inclinarent; acceſſit, ad res propemodum ex toto euerſendas, inſtina diſcordia. Primũ eo tempore & maximum erat Malacę munus, arcis præfectura: quòd nimirum tam recenti dominatit tamq; inſeſtis circa nationibus Regibusq; Luſitanorum ſalus in eius arcis tutela conſiſteret: ac proinde, omni contempto periculo, reliqui duces ac magiſtratus, eum honoris gradu certatim expetebāt. Georgius Britus per eos fortè dies dolore corporis animiq; cõſectus, eũ ſupremã ſibi horam adeſſe intelligeret, Præfectũ urbis Nonniũ Vaſcum Pereriam, vxoris fratrem, ſibi ſubſtituit; Regis decreto; quod ita mādarat Emmanuel, vt ſi atcls præfecto diē obire contigiſſet, in eius locum urbis præfectus exemplo ſuccederet. Britto igitur deſuncto, arcem Nonnius occupat. enimvero id nullo modo ſerte Antonius, Patiecus maritimę rei præpoſitus; quòd eam præfecturam ad ſe pertinere aſſirmaret; præjudicata iã antè re Alphõſi ipſius Albuquerqueii ſentētia; qui Rhoterico Paralino ea lege tradidiſſet arcē, vt eã poſtmodu ipſe relinquere: Fernando Petreio Andradio, penes quẽ eo tẽpore naualis item rei erat ſumma. itaq; nullũ eſſe dubiũ, quin Georgio demortuo, prorinus ea ſibi vigilia debeat. Hoc certamine accēſis animis, cũ ſuos vterque ſectatores haberet, nulla publicę rei cura, duas in partes diſceſſit nomen Luſitanum: ac veritus Patiecus ne quid ex ea concitatione tumultus oriretur; claſſem omnem, & quicquid naualis erat turba, partiam ad inſulam recepit è regione Malacę. Cùm dies aliquot obſtinati ambo, ſuſpectiq; inuicem, in prauo conſilio perſiſſent; neque demoueri ſe de ſententia vllius precibus vel auctoritate paterentur;

tur; festo die quodam Patiecus in continentem exscendit sacrificii
 causa: ac præter ipsam arcem cum honesto comitatu ad rēplum
 eunti Nonnius (edicto prius suis quid fieri vellet) in ipso limine
 apparuit, hominemque blanda compellans voce; Quin, ait, Patie-
 ce, nostrarum licium ac dissensionum cognitoribus vtimur, com-
 munitibus amicis ac popularibus nostris, eorumque arbitrato redi-
 mus in gratiam? cū ad ea audienda Patiecus propius ad portam
 appropinquasset; è latebris repente profiliens præualidis lacertis
 Thomas Nonnius elatum inter manus Patiecum in arcem rapit.
 Patieci comites; nouitate rei primū attoniti, p̄arumper hæsete:
 dein stupore in iram verso, cū ducis caritate vim pararent; par-
 tim præsidii metu, partim teglis iniuriis ac denuntiationibus territi,
 destitère. Ea res momento vulgata, non modò nouam furoris &
 amentia labem Lusitanis adspersit, quòd omisso concordia bono,
 tot vndique cincti periculis, inter se se contenderent; verū etiam
 locum Alodino, dies noctesque in id ipsum intento, ad regnū om-
 ni conatu repetendum, aperuit. Ciribiges erat apud eum Raia, in-
 ter suos clarus bellica laude. Is, validā longarum nauium classe ab
 Alodino accepta, Múaris fluminis ostia petit, leucas à Malaca non
 amplius quinque: aduerso que aethere subuectus, in tetra egrreditur,
 a loco peropportuno, è robusta materia densatòque aggere, per-
 munit castra: inde, vt̄i nuper Lacamana, repentinis excursionibus
 mare prorsus infestum habere, & in conspectum vr̄bis Malacæ idē-
 tidem prouehi, & mox recipere sese; vt̄, si quā posset, irritatos cer-
 tamine Lusitanos, ad paratas intra flumen insidias de more perli-
 ceret Harum rerum nuntiis Goam per Verissimum Patiecum An-
 tonii fratrem allatis, Prætor Soarius, qui ex Arabia paulo antè re-
 dierat, Alexium Menesium cum nauibus tribus, in quibus etant
 bellatores trecenti, Malacam celeriter misit. ac sub idem ferè tem-
 pus illuc è Sinis etiam Fetnandus Andradius; non exiguo cum ap-
 paratu & copiis, appulit. Horum aduentu atque auctoritate, gliscēs
 denuo Lusitanorum intestina discordia, quamuis ægte sublata: &
 simul, à Menesio ad Sionis Regem, quicum ab ipso iā Albuquerque
 instituta erat amicitia, legatus Emmanuelis nomine, Eduardus
 Coelius mittitur, partim eius amicitia firmada causa, partim etiā
 vt̄ eadē opera colonos ab Rege peteret frequentanda Malacæ, &
 quatuosissimo eius ore commercio Mahometanis eripiēdo. Coe-
 lius ad vr̄bem Hudiam, quod regni caput est; Sionia nauī delatus,
 Emmanuelis litteras ac dona reddidit Regi. dein iurejurādo vt̄tin-
 que renouatum est fœdus, cuius fœdētis testem Coelius celeberrimo
 vr̄bis loco præcellam ligneam Crucem summa Regis volun-

tate defuit. Ita Coelius, rebus admodum ex voluntate transactis, ac duarum insuper nauium praesidio adiutus ab Rege, letus Hudia soluit; & Camboianam oram panè praeteruectus, quoddam à Patanis accessu tempestate prohiberetur, dum ad Sincapuram necessariò cursum intendit, transuerso repente Euto in litus Panis eicitur. Portiebatuz eius terræ, vt supra demonstratum est, regulus is qui Alodini sororem habuerat in matrimonio: ac tum sortè ab Alodino ipso, incertum quibus de causis, grauius dissidebat. naufragos igitur Lusitanos haud immeritò sibi dissidentes metuentesque, nò modò non pro accepta olim ad Malacam ignominia damnoque tractauit; sed etiam contra gentis morem benignè & comiter excepit hospitio. Quin, proposito Lusitanæ societatis commodo simul & ornamento, ac Malacensis præcipue commercii vberissimo quaestu; facile sibi persuaderi à Coelio est passus; vt multorum exemplo dynastarum & Regum, sese cum honorario vestigali ad Emmanuelem adungeret, ita, vas autem librarum circiter sex in annu tributum est pactus. quam tamen deinde fidem, ab ingenii mobilitate, non diu coluit. Inter hæc, Alodinus de Menesii Andradiique aduentu per exploratores certior factus, tot in vnum coactis Lusitanis vtique aperta vi sese imparem ratus; ad solitas artes dolosque confugit: simulato belli tædio, pacem eo consilio petiit, vt nuntiis vltro citroque mittendis rem in discessum vtriusque ducis extraheret: quippe quos & reuersionis avidos, & secum vnâ sortem Lusitanæ iuuentutis deportaturos esse non ignorabat. Neque sagacem astutiam viri, frustratus euētus est. Deceptos jam aliquoties Lusitanos, improba negociandi cupiditas, & nimius reuisende patriæ amor, nouam in fraudem impulit. Iactatis vtrinque conditionibus, atque ita approbatis, vt nihil ad firmum stabileque concordiam, præter Soarii Prætoris auctoritatem, desse videretur; eius auctoritatis impetrandæ suscepto munere, quæ prima nauigandi facultas data est, Menesius & Andradius cum egregio comitatu Goam petiere. At Alodinus à Bintano progressus ad Pagum, (id vico nomen, alii Pagodè appellant) occulte paratâ interea classem ad eas quas habebat naues adjunxit: audiuoque ducum Lusitanorû discessu, ad atcè oppugnandam extemplo copias omnes æquè maritimas ac terrestres admouit. Nihil tam inopinatu nostris accidere tali tempore potuit. oppressi, vix ad arma capienda spatium habuere, itaque eo die defensa ægre mœnia sunt. Inde, cum sæpius vgerentur, nec vigiliis tantum, sed etiam omni vndique comœatu prohibito, fame laborarent; longè peiore, quam antea, loco res Lusitana esse cœperat: actumque de ea procul dubio foret; ni planè

insperatum

in speratum subsidium Deus rebus iam perditis attulisset. Iuuenis quidam erat in hostium castris vir cum pecuniosus & clarus, tum etiam consilio manuque promptissimus. Is, grauibus ab Alodino acceptis injuriis, quas salua dignitate ferre non posset; accensus viciscendi cupiditate, ad Lusitanos capta occasione transfugit, eoduce atque adjuutore, vt erat locorum ac temporum bene peritus, Lusitani fidei aliquot Malacensibus in expeditionem assumptis, agmine silenti profecti, subito vicissim impetu castra hostium cum magna exade expugnant. praeda haud ita multum in iis inuētum, tormenta, pleraque ex arte, aucta ad trecenta. Quominus pagum victrici classe potro contendere, ipsumque Alodinum oppugnarent; objectis transuerso flumine munitionibus, custodiisque passim in ripa dispositis, in praesentia prohibiti sunt. ceterum eo facto repressa interim tyranni ferocia, atque ad leuandam annonam, in aliquot menses laxamenti non nihil nostris est datum. Dum in hac rerum vicissitudine Malaca vrbs fluctuat. Soarius Praetor duobus aliis alio missis ad maria tutanda, ipse cum septingentis armatis ad Ceilanum, siue Taprobanam, nauium vndeuiginti classe contendit. Cum Callensi regulo ante multos annos, (vt supra memorauimus) Lauterius Almeida pacem ac societatem inierat; Soarius, Columbanum praecipue reguli, amicitiam & commercium expebar, quod in eius potestate laudatissimi cinnamomi syluae esse non dubie comperisset, cuius item rei fama commotus Emmanuel, id ipsum per litteras accuratè mandauerat. Igitur delato in conspectum Ceilani Soario, & Columbanam praecipue oram oculis perlustranti, locus occurrit ad nauium appulsus & arcis aedificationem idoneus. hamis figura litus in mare procurrit; curuoque anfractu capax efficit portum, in quem ex insula nauigabile flumen illabitur. huc applicita classe, nuntii confestim ad regulum missi, foederis & amicitiae causa, postularumque de more, vt in usum diuersorū merciumque custodiam, contra insidias maxime Saracenorum, castellum ibi liceret exstruere, non tam Lusitanis, quam incolis & regulo ipsi, praesidio ac munimento futurum. E Brachmanuta disciplina, vt ceteri ferme Indi, erat regulus, atque aded Brachmanes ipsemet, neque ita pollens habebatur, ea tempestate vitis armisque. quocirca, & patriis institutis peregrinas religiones auersabatur; & in tam tenera insula haud immerito Lusitanam extimescebat vim. Attamen, reputans apud animum suum, quam ex tenui fortuna vicinus Cocini Rex, post initam cum Lusitano amicitiam, ad quantas opes breui tempore peruenisset; eiusdem successus & emolumentum cupiditate

cupiditate ac spe captus; & de fœdere & de castello, nō tamen sine aliqua sollicitudine, assensus est. Cærerū haud ita diu in sententia perstitit. Saraceni ex continente profugi, vel in primis vtilem in ea insula negotiationem paulo antè instituerant. ij, morte tristius rati, inde quoque ab Lusitanis pelli se; toto connixi impetu, regio consiliarios pecunia muneribusque, regulum ipsam adhuc fluctuantem; cum aliis rationibus, tum proposito miserimæ seruitutis metu, facillè ab eā mente deducunt: neque id modò, sed etiam ad arcendos aditu Lusitanos, vltro suam ipsi nauant operam: usque præsertim instantibus operi, hortantibusque insulanos, munitiones raptim excitantur. ibi ferrea nonnulla tormenta disposita, & simul, ad nouam societatem planè dirimendam, Lusitani pauci, qui, vt in pacatam regionem securi descenderant, intercepti. Soarius ad opus inchoandum in tētram egredienti; objecta munitione præter expectationem apparuit. missi proctinus ad rem cognoscendam aliquot expediti, renuntiant, mistos insulani Saracenos in statione versari. ita Mahometanum scelus haud dubiè paruit & Soarius, omissa interim ædificatione, cōprias ad pugnam exponit: magnòque vsus militum ardore, quamquam assidue jaculantibus contrā barbatis, ad ipsa tormenta succedit. Aliquantum laboris ac periculi fuit, dum telis eminus dimicatur: at vbi ad manus ventum est, momento disiectis munitionibus, hostes in fugam auersi: tum fugientibus acrius instare Lusitanus; neque aut ignotis callibus, aut occurrentibus fluuiis ab insequendo desistere, quoad Prætor, signo ruba dato, palatos iam ac dispersos ab effuso impetu reuocauit. Magnus hostium numerus casus eo prælio, nec Lusitano gratis victoria stetit, vulnerati jaculis ferme sagittisque cōplures: nonnulli etiam desiderati, in iis Verissimus Patigeus, qui Malaca paulo antè redierat. Ab ea pugna Soarius, vnius diei quiete militibus data, postridie prima luce rursus cum omni fabrilis apparatu descendit; ac fossam a portu vastam ad mare duxit prohibente nomine. intra eam fossam vallum erigitur, tormentis in hostem obuersis: dein modico interuallo additur murus, barbarorum terrori magis, quam operis firmitati, propter calcis inopiam interclitis argilla cæmentis. Hæc ingenti classiariorum certamine confestim peracta: & regulus, cum aduersa ictus pugna; tum surgentis operis nec opinata molitione perterritus; missa confestim legato, veniam petit eorum, quæ alieno suasu inconsulte ac temere egisset: atque ad jungendam ex integro societatem hospitiumque sese paratum ostendit. At Soarius graniter questus non opera tantum sibi cum armatis opposita, sed etiam comprehensos interposita pacatione

Lusitanos; præcisè negauit, se pro tam atrocibus injuriis aliter satisfactionem accepturum, quam si regulus ipse in Emmanuelis fidem ac diuionem cum annuo vectigali concederet. Neque abnuit Columbanus, Lusitana horrens arma. cumque super ea re præfectus regius aliquoties non sine interprete commaisset; ad extremum ita conuenit: uti Regulus Emmanueli quotannis persolueret, stipendii nomine, cinnamomi pondo centum & viginti millia, annulosque duodecim, sapphyris aut pyropis ex eadem insula inclusis: & elephantos præterea sex. Emmanuel autem, receptum in fidem Columbanum, ab hostium vi conatibusque, ipse & successores ipsius, terra marique defenderent. His maximè legibus data pax: & nulla interposita mora, Soarius destinato loco arcem condere aggressus est opus, adiuuantibus etiam regiis, breui absolutum. in eius arcis custodia Prætor Ioānem Sylueriam valido cum præsidio collocavit. oram maritimam nauibus quartuor tuendam Antonio Mirandæ Azeuedio tradidit. ipse, rebus ex animi sententiâ cōfectis, & Arabicæ nauigationis magna ex parte compensato damno, circa initium Decembris ouans Cocinum est reuectus. Hæc ferme in utraque India cis Gangem & ultra, Soario Prætor, per triennium gesta Prouinciam dein ab Soario accepit Didacus Lupius Sequeria, is, qui primus Emmanuelis missu Malacam adierat. Huic, magna Indici exercitus parte variis casibus absumpta, naues nouem cum bellatoribus mille quingentis Emmanuel in supplementum attribuit, cum quibus anno seculi huius decimo octauo profectus Olisipone, Cocinum secunda nauigatione deuenit. in eo cursu, circa promontorium Bonæ spei, contigit res minimè prætereunda silentio: Magnitudinis vastæ piscis est in Africo Oceano, quem piscem, à figura videlicet, acum appellant, (Xiphiam ego fuisse crediderim) prælongo rostro, & in mucronem desinente; eodemque ita duro atque hispido, ut ferrum deterat in modum limæ. Ex his beluis vna, dum subierfugientem prædam futibunda persequitur, in aduersam onerariam, plenis euntem velis, roto impetu elata, in imas compages, pertuso alueo, acutissimum caput infixit. Ex eo laqueo dum sese per vim conatur excutere; quamuis libratam suis ponderibus nauem adeo quarefecit, ut se in Syrrim impactos nauem non sine horrore putauerint. Quo dein ex foramine, cū ignaro quidam esset rei magistro, sentinam traheret nauis; Cocini demum subducta, inferrum in carinam, ut dixi, planè cubitale rostrum ostendit: quod illico extractum, & in Lusitaniam, argumenti & miraculi causa, deinde transmissum est. At Sequeria, inito magistratu, primum circa omnes atces præsidia noua disposuit, dein Regu-

lum Baticalzæ, detestantem iugum; pactumque nuper Etrū-
 manueli stipendium persolvere (vt sunt leuia barbarorum in-
 genia) recusantem, millo ad eius portus fauces obsidendas cū na-
 uibus aliquot Alphonso Menelio, subsecuturus ipse mox, ad fidē
 officiumque aue minis aut malo redegit. Simul etiam, cognito
 Malacam rursus ab Alodino grauiter premi, Antonium Corream
 cum onerariis ad commeatus petendos, eoque importandos, pro-
 ficisci iubet in regnum Pegu, cuius regni, vltra Gangem positi non
 longè a Malaca, Triglypton olim vrbe caput fuisse quidā exi-
 stiniant. Correa, prospero cursu ad Mattabanum emporium Pegu-
 siorum delatus, ne in terra adhuc ignota longiūs ab suis nauibus
 ipse discederet, Antonium Passanum & Melchiorem Carnallium
 cum honesto comitatu muneribusque misit ad regem in vrbe Pegu,
 (ex qua tota regio denominatur) inde aliquot dierum itinere
 commorantem. Magna tum erat, (vt saepe diximus) toto pænè O-
 riente, gloria nominis Lusitani: magna cū bellicæ virtutis, tum
 opum ac diuitiarum existimatio. neque minor, si per Lusitanos li-
 citum esset, omnes circa nationes tenebat in Malacensi empotio
 negotiandi cupiditas. Itaque Pegusianus Rex, quamquam in pri-
 mis tum potens ac nobilis: tamen handquaquam indignatus, An-
 tonium Corream nuntios pro se misisse, comiter iis acceptis, duos
 vicissim ad eum. ipse cum donis remisit stabilendę societatis &
 amicitia gratia: satrapam vnum, alterum pontificem: hunc Rau-
 linum, illum Samibelganum, Pegusiorū vulgus appellat. Vt Mat-
 tabanum est ventum, post. mutæ salutationis officia, conscriptæ
 communi consensu, pacis & fæderis leges. tum, ad eas solenni iu-
 rejurando firmandas, in celeberrimum vrbis sanū Antonius Cor-
 rea regijque summa populi frequentia conuenere, totius autem
 caeremoniæ ordo fuit eiusmodi Samibelganus prior, in autea pla-
 gula diligenter inscriptas eius amicitia leges, tum Pegusia tum
 Lusitana lingua, vt & populares & hospites intelligerent, ela-
 ta voce recitari iussit. idem à nostris vicissim est factum. lectis
 & subscriptis conditionibus, Raulinus, seu sacrificulus, quædam
 ex ritualibus Pegusiorum libris de more pronunciat, papyracea
 dein segmenta crocei coloris, (qui colos apud eam gentem cul-
 tui diuino dicatus est) & aliquot simul arbotis odoratæ folia
 certis notata litteris, igne subiecto comburit. Tum, suis in-
 fertam manibus, manum vtramque Samibelgani cineribus iis
 imponit, pauca ex eo percuntans, quibus ille ita responde-
 bat, vt sui Regis nomine ratam & fixam eam societatem fore,
 iureiurâdo promitteret. Hæc omnia, summa attentione miroq;

flētio peracta. Dissimiles animorū habitus Antonius Correa comitesq; in cā ceremoniā attulerāt; quippe qui vano errore ducti, Christianā fidē ethnicis iururādo obligari fas esse vix ducerent. itaq; Antonij accitu, linteatus antistes, qui nauticis præerat sacris diuini humaniq; iuris haud multo quā cæteri Lusitani peritior, in mediū prodit; sacræ paginæ, Christiano ritu, erāt ab Anronio cū solenni imprecatione tangēdæ; atqui sacerdos, pro Enāgelus bibliisve, librū ex cōposito protulit, elegāter & artificiosē cōpactū; in quo varij generis lusus & cātica Luhranico sermone scripta cōtinebātur, nōnullis tamē immistis, vt s̄ir, sentētiis moralibus, atque diuerbiis. Huic ergo libro dum Antonius fallacem admo- uet manum; diuinitus factum est, vt in ea verba ex Ecclesiaste incidere: VANITAS VANITATVM, ET OMNIA VANITAS: quod ille vbi præter omnem expectatiouem animadu- uerit, subita percussus religione cohorruit, ac præclare sensir, quā integram & inuiolatam fœderum fidem vel cum ipsis barbaris ethnicisque, esse cœleste iubeat numen. ergo apud se perinde iūūm atque legitimum id iusturandum Antonius habuir, ac si pro vulgari eō libro sacrosancta vtriusque testamenti volumina contigisset. Sancito in hunc modum fœdere, impositisque in onerarias mercibus, & omni genere comæatus, Correa perop- portunē Malacam defertur. Eius aduentus, non modò ex diuturna fame & squalore obsessos refecit: sed etiam animos iis addidit ad Alodinum ipsum vltro lacessendum, & si qua fieri posset, ex tam vicinis sedibus tandem aliquando exturbandum. Quod ille quasi præfagiens, ad omnes eiusmodi casus multo antè sese para- uerat. transuersis primū cancellis non vno loco interseperat flu- men; angusto dumtaxat singulis paronibus lembisve transitu re- licto dein, sub aquas passim fistuca stipites præcutos adegerat. ad- hæc densissimas vastæ magnitudinis arbores, quæ ripas fluminis dextra læuaq; prætexunt, ad radicē ita incidi præceperat, vt perleui niomēto impulsæ, nauigātes obruerēt. Deniq; nō lōgè a Pago, quæ sinuoso fluminis ambitu longiorē in cubitū prominēt ripa, cōsibu- latis è valida materia trabibus, & cespite ingesto, nouū castellum excitat: idque non modico præsidio, nec paucis ex arte tor- mentis ad hostem ex obliquo feriendum instruxerat. His re- bus cognitis (neque enim deerant qui cuncta renunciarent) Correa & Eduardus Mellus, contracta minorū nauū classe, qua- tū plerq; remis agerētur, & bellatoribus circiter quingentis im- positis: Muaris fluminis ostia petiere. inde præmissi cū securibus dolabrisque, & firmo præsidio militū fabri ad hostiles munitiones

amoliendas; ij quo validiores ac peritiores talium erant artium, eo celerius confecta res est. discisci cancelli, euulsi ex imo stipites, insidiosa arbores in diuersum proiectæ. ita sequenti agmini tutus ad castellum vsque fuit accessus. neque ita magno negotio, ad motis nauibus machinisque, deiectum inde præsidium. Hinc, magna concepta fiducia, Lusitani ad Pagum victricem succedunt classe. Ut in conspectu oppidi vetum est; dispositæ extra vallum Alodini copiarum cum elephantis, & sublatus de more ingens clamor, & emissæ tormenta, nonnullam cruenti prælij speciem præbuere. sed ubi egressus è nauibus Lusitanus in sicco signa constituit, & cominus gladiis contisque dimicari ceptum est, tanta planè diuinitus formido (veterum Hebræorum victoriã dices) tantus terror hostes inuasit, ut oppido ad prædam relicto, sese in proximos lucos & nota latibula fædo cursu coniecerint. nec pauci ex ijs in fuga verius quàm in pugna cecidère; cum è Lusitanis (quod præsentem diuinæ opi acceptum sine controuersia referas) nec vnus quidem desideratus sit. Fusis fugatisque hostibus, ad spolianda tecta raptim discurret miles; exhausto quicquid erat pretiosi, oppidum concrematum. dein Alodini parones & varij generis nauigia in vnum coacta ferè centum. quorum erant aliquot; puppi proraque tegium in morem cælatis inauratisque: ex eo genere nonnulla in triumphis speciem reseruata, cæteris ignes injecti. Hac tam insigni victoria parta Lusitani cum summa gratulatione redeuntes in urbem accepti, Alodinus, fracta, sed nõdum perdomita, ingenti ferocia, ad recolligendas è tanta clade vires, Bintanum insulam fremens gemensque reperit. Interea vicini Malacæ barbari, alienas angustias & incommoda suam rati occasione, multis & grauibus injuriis nostros affecerant: ac Pacenorum præsertim tyrannus, qui nuper in id regnũ inuaserat, delatosque in Pacenũ portum negotiatores aliquot Lusitanos partim exuerat mercibus, partim etiam per summum occiderat scelus. Ac ne Acenus quidem, quamquã societate ac fœdere iam pridè nostris obstrictus, in ea rerum difficultate sat se pro amicitia gesserat. Ad eas vindicandas injurias, regulosque ab instituto latrocinio deterrandos, Garzias Sala Malacæ Præfectus Emmanuel Patiecum, vnica, verum egregiè instructa nauis, dimisit. is, præcipuo in Somarranos odio instinctus, quod Antonium fratrem paulo antè in vincla coniecerat, cum alia Somatrem littora, tũ verò Pacenum Acenumque; breui aded fecit infesta, ut non peregrini modo institores multi ab ea nauigatione desisterent: sed etiam incolæ, pisceatu, quo maxime alimèto victitat ea gens, intolerabili cum dolore damnoque abstinerent. Neque præcellam Patieci nauem,

atque

atque à machinis ac milite paratissimam, semiermes ipsi minoribus nauigijs aggredi satis audebant: tantum ad opportuna insidijs loca excubare instituerant, si quos, ut fit, in terram egressos, per occasionem excipere possent. Fortè ira accidit, ut Patricus, aquandi causa, Malacensi quam exercitatissimo remige instructam scapham intra Iacaparini fluminis ostia mitteret. abest ea aquatio à Paceno portu millia passuum ferme quattuor. neque ad remigum præsidium propugnatores plus quinque attributi, Antonius Veranus Portuensis, Antonius Palsanius Alanquerianus, Franciscus Gramaxius, Ioannes Almeida Quintelanus; postremi nomen intercudit Aquatione per otium facta, priusquam ad suos Lusitani sese recipiant, à barbaris aggriri. Et Pacenorum Præfectus, Raia Sudamicinus, rei subita nuntio excitus, lanciaras tres confestim expediri iubet, correptisque quæ fors obtulit telis, in singulas, aptas instructasque remigio, centum & quinquaginta atmatos imponit. Ea dum parantur, coorti repente ab vtraque fluminis ripa barbari, sagittis & iaculis abeuntes nostros detinere non desinunt. & ea quidem mora non admodum Lusitanos retardat. quippe hostium tela densatis vtrinque scætis excipiunt. grauius aliunde malum instabat; quòd vno eodemque tempore contrarius ventus & æstus accedens, exitum intercluderet: neque ab socia naui, procul in salo iactis anchoris, erat in re trepida cur opis quicquam expectarent. iamque raptim instructæ lanciaræ haud dubiam ad prædam cum ingenti clamore festinant. longè tamen reliquas antecedit ea, qua Sudamicinus ipse cum iuuentutis flore vchebatur. Ea re animaduersa Lusitani, tot vndique pressi difficultatibus, consilium ab ipsa desperatione capiunt, vltro in aduersum hostem eundi, ut, quemadmodum sit nomine Lusitano dignum, fortiter dimicantes occumbant prius, quàm per metum mortis in teterissimam seruitutem abducantur. Hoc ergo consilio scapham repente circumagunt: validoque remorum impulsu vix dum concurrerant prorax, cum Lusitani salutari LESV nomine pariter inuocato, strictis gladijs aut hastis, priores in nauigium hostile magno ausu transiunt: ac ferro primùm summouent barbaros: dein conglobatos in vnum, ipsaque audacia obstupefactos, haud tamen incruenti ipsi ad satietatem trucidant. Nec in longum extracta est pugna. Paceni, cum ad vehementes gladiatorum & cuspidum ictus nuda præbuisent aliquandiu corpora, & emicantem è Lusitanorum oculis ardorem ferre vltra non possent, quæ cuique commodum est, certatim sese in flumen eiciunt. Sudamicinus, perterritos nequicquam precibus minisque cohibere conatus,

denique se ipse quoque de naui præcipiat; doloreque ac rabie accensus, vt quemque suorum nando adeptus est, elato pugione cõfodit. Ceteri duabus lanciaris ex intervallo sequentes, cum, si acrius institissent, nostros vulneribus affectos ac propemodum exsanguis nullo negotio conficere potuissent; nec opinata suorum clade percussi, terga vertunt. Ita, IESV adiuvante, è rebus perditis repètè Lusitanus victor euadit: ac nullo è suis amissio, captiuã ipsius Præfecti lanciarum in altum abducit: eo maiore omnium gratulatione ac lætitia, quo propior exitio fuerat res. Eius tã præclari facinoris fama cũ cæteris circa populis, iũ præcipuè regulo ipsi Paceno magnũ terrorem incussit. Missis extemplo ad Patiecu, mox ad Garziã Salã legatis, demissè petit pacem; eaque cõditione impetrauit; vt cuncta per scelus ac fraudẽ ablata Lusitanis cum fide redderet. Hoc rerum Malacensium statu, Sequera nouus Prætor enixè operã dabat, vt pedem, si posset, in Maldiuus insulis figeret. Ex, vt supra docuimus, Canarino & Malabarico littori obiectã, numero plus mille censentur. Multitudinẽ hanc intercurfantes euripi faciunt, adeò angusti, vt alibi nauium antennã iubar arborũ deterant; alibi etiã, qui valentiores sunt viribus, ramo quopiã manibus apprehenso, ex vna in alteram insulam saltu transmittant. Multis rebus ad victum necessariis carent incolæ: sed pro iis omnibus vna est palma, (sic enim appellant) Iudæis & Africanis, carceras ferentibus, longè præstantior. quippe, non proceritate solùm & pulchritudine excellit; verùm etiam tota profus in vsu est ita multiplici, vt vulgo, si quem frugi & industrium laudibus efferre volunt, palma vtiliorem appellent. Prima dos, in fructu ipso. Tendam Narlème Indi; cocum, seu nucem Indicam Lusitani dicunt: humani ferme capitis magnitudine, duplici operimento: quorum exterius, in summo læue, stupea inus desitrate, (cairum vocant) nectur ac texitur, cannabis & sparti modo, cum alios in vsus, tum præcipuè in vitiliũ nexus, & anchoraria: neq; materia ylla ad nauicos funes & maris impetus obsequentior. namque, vt saluginem amat ea planta; cairuni quoque ex ea progratum, & marinis aquis immersum, identidem reuilescit: & anchoris illigatum, fluitantes in salo naues egregiè continet, nõ tã ab innata duritie, vel operis firmitate, quam viriditate ipsa, & læritia quadam ad instar corii: vt se se vel in altum elato nauigio, nitam in tenuitatem extēdat; vel residente, rursus in crassitudinem contrahat. quod secus in nostris euenit rudentibus, quæ nimirum ipsa vi ac pertinacia sæpe rumpuntur. interior autem calix, rufo colore & globosa rotunditate prædurus, addito auro vel argento, in pocula figuratur; ip-

Iam uero pomi caro, amygdalæ in modum, pinguedine quadam
 & grato sapore lactescens, non per se tantum in cibo grata est
 ac salubris; verum etiam, ubi visum fuerit, exhausto lacte,
 paulatim in oleum eliquatur. totus autem racemus, dum ex eo
 tener adhuc emicat fructus, nodo constrictus, ac leuiter incisus,
 in obdita oris angustia vascula opimum instillat succum; ex quo va-
 riis artibus coctionibusque, veteri, ut Strabo ipse testatur, iuen-
 to, mel seui faccarum, vinum, acetumque perficitur. iam folia, cum
 & librarijs pro papyro sint, & loco regularum imposita domibus,
 arceant imbres, tum etiã in vestes formã facili simul ac spisso con-
 textu uentantur. Denique, vna eademque arbor, omnia prorsus ad
 rem nauticam instrumenta ac materiem præbet. quippe truncum
 & ramos in malum, assamenta, clauosque: comam in vela; cai-
 rum in fanes (ut dictum est) omnium optimos, filaque ad laterum
 futuras: postremo cocum ipsam, quæque ex eo conficiuntur, in o-
 nera. ita, nõ sine miraculo quodam, omnibus planè rebus ex semet
 apta & instructa nauigat palma: eademque discissa per hyemem,
 viuaces ad prunas, lenta ignium alimenta suppeditat. Incolæ im-
 portato lino sericòque talares tunicas eleganti opere texunt: qui-
 bus lionestius multo, quam ceteri Indi, velant corpora. Piscantur
 etiã palmeis verriculis minuta conchylia (sunt qui Venetæ côche
 genus putent) miro splendore, & colorum varietate. hæc, faburræ
 loco in onerariâs indita, ac diuersas in regiones euecta, apud Gã-
 gatidas & Sionios, vilioris monetæ explent vicem ad res parui pre-
 tii cõmendas: apud Hesperios autem Æthiopas cum rebus etiã
 carioribus permutantur. Insularum omnium caput est Maldia,
 ex ea cæteris cognomentum; ibi frequenti emporio domicilium
 est Regis; quicumq; inita iam a Sario per Ioannem Sylueriam,
 ut supra demonstratum est, amicitia; ad eam stabiliendam, locum-
 que munitæ apothecæ de more petendum, Sequeria deinceps
 Ioannẽ Gometium destinauit. Neque magnæ cõtentionis fuit res.
 Ab homine donis ac promissis illecto, & cum Lusitanæ felicitatis
 opumque haud ignaro, tum vectigalibus nouis rem augendi per-
 cupido, facilè non de societate modò, sed etiam de castello impe-
 tratũ. id castellũ a mare Gometius, quòd lapidibus & calce care-
 ret, è lignea materia glebisque raptim extruxit ac munit. Eius
 deinde operis, & quadam nominis Lusitani fiducia, vix quindecim
 armatorum custodia sepius, cum iam non pro inquilino vel
 hospite, sed pro tyranno ac domino sese gereret, & commeantes
 in id emporium peregrinos variis vexaret iniuriis, repentina con-
 spiratione Saracenorum oppressus, vnã cum suis occiditur; arce,

& iis quæ intra arcem asseruabantur, Mahometanus poritur. ita Lusitani, quàm facili aditu in eas irreperant sedes, tam leui negotio mox deinde sua culpa dejecti sunt. Nec leuiores alibi plagæ per eos dies acceptæ. Goana oneraria commercii causâ Ciaulum petes, in Saracenorum, qui Dabulum incolunt, biremes illara, prælio commisso deprimitur. In eisdem biremes Lusitana carauela postmodum incidit, (rotundæ nauis genus, cum ad onera, tum ad militiam vrile; dromonem Græco vocabulo haud incommodè fortasse quis dixerit) contracto mox certamine, dū tormenta exercentur, ignea scintilla in sulphurci pulueris eadum illabitur; inde læuum repente coortum incendium, nautas vctoresque omnes, vna muliere excepta, protinus hausit. Ad earum rerum nuntios, ira percitus Christophorus Sosa, qui cum nauibus aliquor Canarini maris custodia præerat, nocte sublustri Calacinum (is locus est agri Dabulensis) inuasit. Sosa aduētū præcognito, incolæ paulo antè diffugerant. Lusitanus ad prædam versus, quamquam erat barbarica vilifiquæ supellex; ramen ab ea dulcedine auelli non potuit; quoad, illucescere demum die, Saraceni circiter quadringenti, sagittariæ artis peritissimi, superueniunt. Aduersus eam multitudinem Sosa cum ceterum & quinquaginta armatis egreditur, quorū erant scloperarij seu fistulatores non pauci. Accensis vtrinque animis, atrox pugna coorta. Saraceni, arcibus tantum instructi, primam hostilium glandium procellam submissis corporibus excepere: tum ad sagittandum ipsi consurgunt. tamque densus ac perpetuus fuit spiculorum imber, vt Lusitano ad fistulas replendas nihil vnquam temporis aur loci reliquerint. Inde cum, sensim cedendo, ad mare sese reciperet Sosa; minimè fefellit hostem. circummissus illico iuuenum globus reditum intereludit. itaque, Lusitani vndique vrgeri capti, nec sine multo sanguine, vix tandem ad naues effugium paruit. Soluentibus dein oram simul, & jaculantibus, adeo pertinaciter insistere Saraceni, alienato ab sensu periculorum animo, vt semet aquis vmbilico tenus immergerent, nauigijque remoradi causa propemodū injicerent manus. Ex eo discrimine Sosa denique elapsus, Ciaulū ad laucios curandos, minimè secūda fama, se contulit. Eodem ferè tempore quattuordecim nauū classis, cui Georgius Albuquerque præerat, Olisipone profecta, malè admodum nauigauit. quattuor tantum eo anno in Indiam peruenere. è reliquis vna è medio cursu in Lusitaniam ventro reiecta, aliā in ipso itinere Castellanus quidam nauarchus ab Indicis commercijs ad latrocinia piraticamque conuertit. tertia, superato iam promontorio Bonæ spei, circa Quiloæ & Mōbaza littora, magis
etiam

etiam miserabili genere cladis interiiit. Mahometani eas incolunt regiones: hi, Anconino Rege interfecto, iam pridem ab Lusitana societate defecerant. Cùm dira necessitas cogeret, aquandi gratia, ad Matuam, eius oræ vicum, quadraginta viri ex naui Lusitana appulerant scapham; in quibus erant primarii duo, præfectus & gubernator. Dum egressi ad fontes doliola complent; interim scaphâ, remigibus vacuum, recedens æstus in sicco destituit. Ad eam deducendam aprandosque remos, semiplenis vasibus illico Lusitanus accurrit. nec segnius barbari, animaduersa re, duo citciter hominum millia infensis animis aduolant: nauasque, partim sub oneribus, partim à terra molientes, ad vnum omnes occidunt: nequicquam ceteris Lusitanis, cùm ad bombardæ ictum accedere propter vada non possent, indignam suorum cædem ex alto spectantibus. Ac ne ipsi quidem lætiorem exitum deinde sortiti. quippe, urgente siti, dum alias aquationes in vicino conquirunt, rectore vacua nauis haud longè ab Quiloa in syrtes impingitur. Ad conspectam eminus prædam ingens repentè affuit hostium vis. momento spoliata oneraria: & quotquot ea vehebatur cæsi, vno duntaxat relicto adolescènte, quem tyranno Mombazæ muneri mitterèt. Albuquerque, dissipata classe, ignarus, ex iis quæ non comparebât, quò quæque delata esset, cum cæteris nauibus ad Mosambicum exegit hycem: atque inde, transmissio mari, Goam in sequenti demum æstate peruenit. Circa idem ferè tempus, Prætor Sequeria, toties iam ab aliis infelici successu tentatam Arabicam expeditionè aggredi statuit. Contractis ex omni ora nauibus maioris formæ quattuor & viginti, bellarum tria millia imposuit; quorum erant Lusitani mille & octingenti: cæterâ summam è Malabaribus & Canarinis expleuerat. Cum iis copiis Goa profectus Februario mense, anno seculi huiuscè vigesimo, ad Aromata promontorium Africæ secunda nauigatione transmisit. Ibi cognito ad Giddam stare sex Turcarum triremes, manusque armatorum cogi ad fauces Adeni occupandas; intra ipsas fauces inuehi, & longitudine sinus emensa, circa Giddam laceessere bello Turcas decreuit; vt si se occasio dedisset, signis collatis, de rubri maris possessione decerneret. Hoc animi proposito legens oram, ad Meten vicum, aquandi causa, applicuit, metu desertum ab incolis. vna tantùm vetula inuenta, cuius indicio in summa sicitate aqua patuit. amnis erat aluo glareoso; sub eam glaream, æstate, cursu tacito sese ita latices conduunt, vt nihil humoris in summo prorsus appareat. Anum inditem remuneratus, & in eius gratiam flâmis ab eo prohibitis vico, Sequeria in Arabiâ non longè ab Adeno trajecit. ibi dum ad Aram

(id loco nomen) anchoras jact; in scopulum sub aqua latentem illata Prætoria, solutis incussu compagibus extemplo diuellitur. quæ in summis tabulatis erant, cum parte machinarum agre servata cætera demerso alveo perire. navalis turba (quadringenti numerabantur) in cæteram classim distributi. à sancto Antonio nomen erat Prætoris; ex eo, Divi Antonii saxa, locus appellatus. Ab hac statione cum ad Giddâ rectâ contenderet Prætor, ad eò pertinaci complurium dierum Aquilone prohibitus est, ut interim aduentante hyeme, idoneum rei gerendæ tempus effluerit. Itaque omisso bello, ad pacem cum Davide Abassino Rege firmandum animum adjecit. cuius Regis imperium, cætera mediterraneû, modica tantum ex parte ad rubri maris litora pertinet. Eam oram Davidis nomine tenebat Præfectus maximus, quem honoris titulo Barnagazium vocant; oppidis ac vicis Præfecti minores præerant. Cum hisce Præfectis de societate agendum erat Sequeris, & legati duo in terram exponendi. alter, Matthæus Armenius, is, qui ab ipso Davide Helenaque ad Emmanuelem cum donis ante decennium venerat: atque ob suspectam eius legationis fidem, ab Lusitanis nullo suo merito indigna & acerba pertulerat. alter, Emmanuelis ad Abassinum erat legatus, Rhotericus Lima, successus in locum Eduardi Galvani, qui superioribus annis in ipso itinere, nõdum peracta legatione, decesserat. Simul etiam erat ei Mazua insula (quæ Ptolemæis ferarum olim fuit) haud procul a Camarano visenda, si fortè locus arci ad eius regionis custodiam edificandæ idoneus foret. ea insula, Arquico oppido maritimo Abassini littoris objecta, per angusto freto ab continente ditimitur: & lunato sinu in idem littus obversa, in primis tutam ac placidam stationem navibus præbet. ad hæc, cisternis armentisque varii generis, in usum classium & præsidiorum, abundat. Prætor, totam insulam per otium contemplatus, tamen Mahometani incolebant; tamen, vitandæ invidiæ gratia, suos ab incendiis ac præda continuit: Mahometis verò sanè ritè expiatum, intemeratè Conceptioni Deiparæ Virginis dedicavit: ibi per eos dies Christiana sacra peracta non semel. Interea ab Arquici Præfecto oratores affuere cum donis & comætu: quibus, utpote Christi cultoribus, sericum vexillum Cruce insignitum, amicitiæ causa, datum est. illi, cognito Christianos & Lusitanos advenas esse, cuius gentis fama iam pridem eo tractu increbuerat, mirum in modum gratulati; primum omnium de Mattheo Armenio cum cura perquirunt. hunc ipsum ubi adesse præter expectationem audire; & mox in conspectum est productus veneranda senectute senex; obortæ cunctis præ gaudio lacrymæ. &, vulgata

eius rei fama, certatim ad optatos viri amplexus & manuum oscula confluabant. Ea deinceps celebritas & Matthæum omni suspicione liberavit, & Lusitanis, quod in fontem ad eum asperere & inhumanè tractassent, dolorem simul ac pudorè iniecit: eo magis, quod etiam aliquot è sacra Visionis æde monachi, (multa autem cœnobia, ex Diui Antonii ferme institutis, eo toto regno visuntur) salutandi eiusdem Matthæi causa, ad classem accesserant: qui ab Lusitanis sacerdotibus linteatis cum symphonia & psalmis accepti, magnam animi voluptatem præ se ferebant, non è Matthæi solùm, sed etiam ex ipso Lusitanorum aduentu: quod vetus oraculum sibi à maioribus traditum ferrent; ex occiduis aliquando regionibus, Christianæ religionis homines in ea loca venturos. Eius vaticinationis promissa, tantæ classis appulsu, tandem esse confecta, & in illo sacratorum hominum cœtu, Hesperiam cum Eoa Ecclesia, rãto locorum intervallo, dextras quodammodo miscuisse, magno pere lætabantur. in sermonem dein cum Arquicano Præfecto vêtũ est, & paulo post, ad stabilendam societatem, (quod ita Davidem velle non ignoraret) Barnagazius cum per amplexu comitatu Arquicum procellit. Paululum ibi altercationis fuit, dum dies locusque colloquio constituitur: litus ipsum aduena, Arquicum oppidum Barnagazius præoptabat, nonnulla fraudis ac periculi suspicione ab Saracenis injecta. Ad eam suspicionem tollendam (quando per obsides transigi, indignum Christiana amicitia & hospicio videbatur) cum sinceri animi pignus Crucem nudari & porrigi ab Sacerdote iuberet Antonius Saldania, Lusitani Prætoris internuntius; severo vultu Barnagazius confestim exsurgens obstitit; negans, tam leui de re, tam angusta atrestandam, steria. Quin ego potius, inquit, de iure meo decedam, meque vltro in omne discrimen obijciam. ita, mediæ regionis campus, inter oppidum & mare, consensu deligitur. Barnagazius cum equitibus ducentis, peditum duobus millibus ab Arquico; Sequeria cum sexcentis non amplius armatis è classe descendit. iis copiis in statione vtrinque conspecta relicta; cum senis ambo comitibus in medium prodire. Primus congressus fuit, mutuo blandè & amicè consalutantium, & Regis vtriusque in alterum, benevolentiam studiumque accurata oratione testificatum: dein societas ac fœdus hoc maximè modo sancita. Classarius sacerdos argenteam Crucem in medium attulit: ea Barnagazius prior apprehensa, nixus genibus: Quam, inquit, pacè Iesus CHRISTVS. generis humani redemptor, discipulis reliquit suis; eadem esto inter nos, qui eiusdem Christi cultum profitemur ac fidem. Hanc ego pacem (quantum in me fuerit) Regis mei nomine

Spondeo; atque ita iuro per hanc sacrosanctam nostræ salutis efficien-
 tor. dimisso dein colloquio, per triduum ex utraque parte donis
 officijsque certatum. & ingens omnium fuit lætitia, quod opulenti
 duo Reges terra marique contra Christianæ rei aduersarios arma
 iunxissent; Post hæc, Sequeria Rhotericum Lin. à legatum Barna-
 gazio commendauit, ac tradidit, ad regiam vsque ruto mittendum.
 cuius in comitatu cum alij honesti viri complures fuere; tum ve-
 ro Franciscus Aluarus sacerdos: qui dein reuectus in Lusitaniam,
 eius peregrinationis seriem patria lingua descriptam edidit: eodẽ
 que postea auctore, Paulus Louius gentis ritus morẽsq; latino ser-
 mone diligẽter est persecutus. Per eosdem ferẽ dies, quibus in Ara-
 bico sinu Lusitanus agebat Prætor, è Paceno Somarræ insulæ re-
 gno, summus Mahometicæ superstitionis Califa seu antistes, no-
 mine Molana, supplex illuc vsque contendit. puerum adducebat
 duodecim ferme natum annos, Paceni Regis filium: cuius paten-
 te occiso, Geinal tyrannus, ab Alodino socero adiutus, regnum in-
 uaserat. huic si contra communem hostem suppetias Lusitani tu-
 lissent; restitutum in patrias fortunas puerum, in Emmanuelis au-
 ctoritate cum annuo tributo Molana spondebat futurum. Et pu-
 pilli orbitas & Califæ obtestatio apud Sequeriã valuit. Ad Geina-
 lem ex ea possessione pellendum, sex naues cum valida manu arma-
 torum, Georgio Albuquerque attributa. Cuius rei, & iunctæ cum
 Dauide amicitia nuntios qui ad Emmanuelem afferret, Petrus
 Vasaus in Lusitaniam a Prætoris missus, magna toto regno omnium
 ordinum gratulatio fuit, & in singulis oppidis miro populi studio
 supplicatum est. Prætor, cum egressus freto Calaiatum petiisset,
 Armuziam inde proecessit. ibi, clauo iam mari, cum magna na-
 uium parte hyemare coactus est. Dum hæc ad Arabiam & Persi-
 dem fiunt, Goæ Præfectus interea Rhotericus Mellus Lusitanam
 rem, haud contemnenda, si erinẽ abesset, vestigalium accessione
 ditauit. Idalcanem inter & Crisnarauni, Narsingæ Regem, atrox
 ac funestum per eos dies exarserat bellum; dum reconciliatẽ nu-
 per amicitia leges ambo parum syncera fide custodiunt. Idalcan
 perfugas & noxios è Narsingæ regno contra ius & fas clam admit-
 tere, grillari occultis latrocinijs, ac repetentem res Narsinga-
 num dolis fallacijsque frustrari. Crisnaraus vicissim, otij impatiẽs,
 bellum denuo optare; & in Raciolum urbem, Decani regni muni-
 tissimam, spe atque auiditate imminere: quam sibi maioribusque
 ademptram, Idalcanis accessisse regno ægre ferebat. Eius ergo repe-
 tendæ urbis, & Idalcani arma rursus titulo specioso inferendi, tale
 confi-

consiliū iniit: Saracenus erat in ipsius aula, Cides Mercar, Mahometano cultu ingenioque, industrius vir & experiens. Hunc, ad Atabicos equos in usum belli coemendos, magno cum auri pondere Crisnaraus Goam misit: & quo testatior esset res, ad Goæ Præfectum super tali negotio separatim litteras dedit, haud dubius, quin per Decanios fines necessariò iter habenti bene nummiato viro Idalcan, prædas eiusmodi sagaciter odorari assuetus, de morte structurus esset insidias. Quod putarat, euenit. Ingressum Decanios limites Cidem, utpote eiusdem sectæ hominem; quin etiam è Mahometis, ut ferebatur, stirpe genitum; Idalcan benignis admodum promissis ad se per litteras inuitauit. Cides, vel societate superstitionis, vel vberioris stipendii ostentatione adductus, vel etiam interuertendæ regiæ pecuniæ spe, haud grauatè ad Idalcane se contulit. ille, comiter acceptum, per speciem honoratæ præfecturæ, Dabulum extemplo amandauit. ibi, ne quid rumoris emanaret, pecunia spoliatum, per idoneos talium facinorum administratos, è medio sustulit. Crisnaraus interea, speculatoribus clam appositis, cum rei gestæ seriem haud magno negotio comperisset, lætus oblata belli occasione, missis quoquo versum ad Reges æ dynastas epistolis, manifestam Idalcanis perfidiam & violatas pacis leges minaciter & acerbè conquestus est: dein, maximis equitum peditumque contractis copijs, Raciolum urbem obsidione cinxit. Ad eam soluendam obsidionem Idalcan profectus, commisso prælio, magna parte suorum amissa, cum paucis elabatur. Crisnaraus victor, non castris modò Idalcanis est positus: sed etiam Raciolum urbem valido instructam præsidio, crebris iam oppugnationibus frustra petitam, metu denique in ditionem accepit. Idalcan interea, remotis oppidis, quo propter siccitatem Crisnaraus cum exercitu peruenire non posset, amissa in præfens renouandi belli fiducia, sese inglorius continebat. Ad eius cladis famam, cum alij ab Idalcane defecere; tum Gini, gens in Decano regno prænobilis. Eius gentis principes, germani duo fratres, Comus & Appa, contractis octo ferme armatorum millibus, in subiectos Gateis iugis agros impetum fecerant: inde sine dubio in oram maritimam transgressuri, crebris portibus & vectigalibus quaestuosam, (Concanum vocant è regione Goæ) quam Ginorum olim familiæ Mahometani eripuerant. Eius oræ Præfectus, Idalcani hero auaritia & fraude non absimilis, magna pecuniæ summa è vectigalibus portoriisque collecta, id vnum laborabat, quo pacto, inter eos tumultus, dominum rem ad suum peculium adiungeret. Omnia circumspectanti



commodissima ad fugam Goa Lusitanorum vrbs visa id quo tutius faceret, Lusitanum sibi præfectum antè conciliandū ratus; ad specimen probitatis ac fidei petiit ab eo per nuntios, primùm vt Idalcani contra Ginis tumultuantes opem pro amicitia ferret. id si facere grauaretur, (quod ita fore haud erat nescius) tunc libero mendacio suadebat, vt ipse potiùs in eos portus & vicus, Emmanuelis nomine, inuaderet. equiore animo idalcanè in afflictà fortuna laturum, suas opes & vectigalia in Lusitanorum, quam in perduellium potestate n venisse. Hoc nuntio accepto Mellus Præfectus, rem ad consilium detulit. ac tali tempore nemini dubium erat, quid ius, quid æquitas, quid amicitia postulatet. verùm apud homines lucra pensantes, utilitas valuit. Mellus cum octingentis ferme Canarinis peditibus, Lusitanis equitibus ducentis & quinquaginta, euripo traiecto, Concanum sine certamine vlllo occupauit, non ausis Ginis aduersus Lusitanos arma ferre: & Rhotericum Iusartem cum modico præsidio ei regioni præfecit. At Idalcanis procurator, domino prodito voti compos, Goam plenos argento auroque loculos ruli: & quo res occultior esset, amico Lusitano cuidam æquè fallaci custodiendos initio tradidit. Dein, eùm hic depositum ex occasione repeteret, ille alter se quicquam accepisse impudentissimè pernegaret, neque chirographum exstaret vllum: ex dolore ac desperatione Maho netanus in furorem & insaniam versus, mentem simul cum pecunia perdidit. Fraudator verò, dum thesauris malè partis incubat securus, inopinata morte postmodum, ab eo quod carissimum habebat in terris, auellitur. Quin etiam ipse Crisnaraus deinde malis artibus receptam vrbs Raciolum, bello vicissim superatus, amisit quæ bella, & numero peditum equitumque, & vniuerso apparatu, (alioquin fides Bætrium, & Osorium, & alios rerum Indicarum auctores appellet) orbis nostri expeditionibus longo interuallo præferenda, enarrare nostri instituti non est. Postremò, ne Lusitanis quidem ipsis, vt in loco exponemus, diuturna stetit minùs honestè quaesita possessio. Ita, per omnes eorum scelerum affines peruagata celestis ira, breui tempore pœnas à singulis improbæ cupiditatis exegit. Per eosdem ferè menses nouū & multiplex aliud in mari miraculum exstitit. Glasfis nauium nouem duce Georgio Britto dum ex Lusitania Indiam petit; rostrata celsior Rhoterici Vasa Peretia, in medio cursu, repente, veluti fræno equus adducto, ita substitit magno cum aquæ sonitu ac motu, qualis, vbi in vada & syrtes incurritur, edi consuevit. Eo ipso terrore percussi nauæ, demissa vtrinque bolide, profundum sine dubio mare comperiunt. Cùm inflatis vento velis

hareret

hæretet nauigium nihilominus; dispiciendi causa (quòd esset nox) admotis ad marginem luminibus, implexam alueo ingentem belluam vident Carinæ, cœtum & quinque dodrantium longitudine, applicuerat corpus; cauda gubernaculum illigarat; alis unmanibus latera ad summum vsque cingebat: quas iam in alas per imprudentiam nonnulli manus iniecerant. Ad spectaculum ad eò tetrum, ingenti videlicet horrore nauatæ militesque perfusi; vt verò, dolij magnitudine, vasto hiatus nouissimè caput extulit; metu examinati panè omnes, infernum profectò monstrum diuinitus immissum credere, ad viuâ tot noxiorum corpora glutienda. Pauci, quibus in tanto discrimine mens animusque constiterat, consultandi gratia in vnâ partem secedunt. erant qui contis, & iaculis, ballistisque depellendum suaderent cœtum: alij contra, nihil magis tali tempore vitandum aiebant; ne tantæ molis animal, vulneribus irritatum, concussu ipso & agitatione violenta nauem euerteret. in summa inopia consilij, cum nihil explicaretur, & maior in singula momenta terror instaret, suppliciter ac demissè veniam pacemque Dei & cœlestium exposcere, atque ad vota precesque confugere placitum est. Neque ea irrita fuere. Sacerdos cum linteo, & stola, & signo Crucis in medium prodiit. ab eo sacris carminibus & exorcismis delinita bellua, (mirum dictu) nulla cuiusquam noxa relicto nauigio, cum è portentosis narium fistulis ingentem reclasset aquæ vim, sese admodum placido lapsu in mare demisit. Lusitani, tamquam ex orco præter spem erepti, debitas diuinæ elementæ laudes & grates agebant. Circa idem ferè tempus. in Somatram Georgius Albuquerque cum orbo extorrique delatus est puero. Ante eius aduentum, tyrannus Geinal, Pacenorum, erga se voluntati dissisus, non longè ab vrbe munerat castra, seque intra id munimentum cum tribus millibus armatorum tenebat. Albuquerque, missis qui tyrannum iuberent iniusta possessione decedere, cum denuntiatione minisque nil nisi verba & frustrationes eliceret, fauente Aruano finitimo regulo, castra cum trecentis dumtaxat Lusitanis aggressus, non sine sanguine suorum expugnat. ac Geinale interfecto, & prædæ parte Aruano concessa, qui inter oppugnationem auersas castrorum portas obsederat, pupillum magno populi assensu plausuque Regè acclamatum, & cum annuo tributo in verba Emmanuelis adactum exfœdere, in patria sede ac domicilio collocat. Eius puetitiæ regendæ, Molana præpositus is, qui pupilli susceperat causam: & rei maritimæ cura, Lusitanorū amico Ninacunapani cõcredita: dein ad Mahometanos in officio continendos, castellum ipso in aditu portus extru

extrui captum. Quæ ne res, ad eò secundæ, nimium Lusitanos efferrêt; quo die Geinalis capta sunt castra, ipso die ad Accunum oppidum, leucas à Paceno serè viginti, dein ad Bintanum longè dispati successu pugnatum est. Georgius Britus, nauibus quinque ab Cocino Molucas petens, eùm ex itinere Acena littora tenuisset, auri occæcatus auiditate, cuius vim ingentem in proximo delubro esse audierat, cum ceterum & viginti armatis in terram egreditur. Huic Abrahamus tyrannus obuiam cum sex elephantis, peditibus mille progressus, pugna commissa, Lusitanos complures temere inuictos, & in iis Georgium ipsum interficit; ceteros grauiter saucios retro ad mare compellit. Inde in Georgii locum Antonio fratre suffecto, Lusitani Malacam trajiciunt. quò eùm item Albuquerque paulo post à Paceno superuenisset, duodecim amplius coactis in vnum nauibus, & propugnatoribus ferme sexcentis, Alodino, infestum de more Malacense littus habenti, arma inferre denuo placuit. Is nuper ad Pagum victus, vr supra demonstratum est, in Bintanum haud longè à Pago receperat sese. Ea insula, Sincapuranis obdita faucibus, nobili secatur amne; qui ponte iunctus, dein se in mare euomens, portum nauigantibus præbet. Huic impositam anni urbem, insulæ cognominem, Alodinus, pulso, vti supra docuimus, veteredomino, præclare munierat; ad pontis caput propugnaculum excitat; à cæteris partibus, ferratæ structuræ, ad latera ferienda, vallum & aggerem objecerat. Portum ipsum, & fallacia vada, & adacti fistuca flexuosi de more stipitum ordines, & in assidua statione paratæ lanciatæ seu lembi egregiè tuebantur. Lusitani, propè certa victoriæ spe profecti, nondum probè explorata regione, descendunt; duabusque simul partibus ad mœnia subire conati, cùm neque scalas attulissent, & stagnantibus circùm aquis ac voraginibus impliciti tenerentur; destinatis vndiquè hostium telis ac tormentis, promptissimi quique sternuntur. Nec felicius mari tentata oppugnatio est. cùm & incognita obstatent vada, & hostilium nauigiorum agilitas onerarias Lusitanas, magnitudine ipsa inhabiles, crebris detrimentis afficeret. Ita, omisso incepto, & præcipuis è suorum numero desideratis, diuersi duces; Albuquerque Malacã rediit; Britus ad Molucas, quò intenderat, nauigare perrexit.

LIBRI SEPTIMI FINIS.

HISTO-

HISTORIARVM

INDICARVM

LIBER OCTAVVS.



DVM hæc apud Indos alterna succedunt vice; interim ex alia quoque parte, atque admodò planè diuersa, perquam insigne ab homine Lusitano facinus editum est. Fernandus Magalianes agebat Olisiponc, ingenti animo vir, & rei naualis apprime callès. Is, quòd in India sub Albuquerque duce stipendia multa fecisset, nequaquam pro spe præmiorum (ut in suis plerunque meritis æstimandis nimium sibi fauere humana cupiditas) ab Emmanuele tractari se questus, ad opulentiorum Caroli Cæsaris Castellæ Regis aulam transit. ibi, cum astronomis aliquot communicato consilio, & implacabili odio in Emanauellem accensus, Cæsarem & consiliarios docet, Molucas insulas, quarum celeberrimis toto iam terrarum orbe diuitiis Lusitani fruuntur, intra Castellanae conquisitionis limites haud dubiè contineri. idque non pluribus tantùm argumentis è mathematica supputatione contendit; sed etiã acceptis inde litteris a Francisco Serrano, de quo supra cõmemorauimus; in quibus de admirabili quadam eius regionis cùm opulentia, tum ab aurea Chersoneso longinquitate disserteret. Profectò, si à fortibus & peritis hominibus tentetur ex Occidente iter, haud ita magno negotio è Peruana terra in easdem insulas penetrari posse. opem dein addit monitis, ac se, modò in eam expeditionem necessaria præbeantur, in omne discrimen, experiundi causa, patatum ostendit. Mouit Cæsarem & magnitudo promissi, & Fernandi auctoritas cum testimonio Setrani juncta. Quinque compactis egregiè nauibus, eximio & naua & milite ad Hispalim instructis, (quo in numero exsules erant Lusitani complures) vnus Magalianes cum summo imperio ac potestate præficitur. Cum iis nauibus, Bæti fluuio in altè Occanum cuctus, Canarias primùm insulas, tum Brasiliam cetto iam pridem itinere petiit. inde, velis in Austrum datis, cùm ignota littora diu legisset, ad magni fluminis ostia ventū est; quod Sancti Iuliani vulgus appellat. is locus quin quaginta gradibus ab æquinoctiali abest circulo. neque inde longè, infesto rigore, &

arctuo

aeterno pressa gelu, niuosa montium cacumina in caelum exsurgunt. terram incolunt homines inmani duodecim amplius draconium statura, efferis moribus, crudelis in cibum carnibus adfecti. quibus duo ad classem attracti, blandimentisq; ac muneribus a Magaliane deliniti, intra paucos dies ex insolita victus consuetudine periere. Ad eam oram explorandam missa naus una, cui praerat Ioanes Serranus, in scopulos illata, saluis tamen hominibus, frangitur. Hisce rebus conterriti classiatii, & praeter alia maris incommoda, struissimo frigore enecti; incerta vitae & perueniendi quod intenderant spe, reuersionem plerique suadere, quidam etiam conuicio esflagitare institerunt. Hosce Magalianes, obfirmato ad omnem patientiam animo, benignis adhortationibus aliquandiu sustentare conatus: compta demum coniuratione; partim capite, partim exsilio punit. qua supplicii ac minarum acerbitate, obstupefactis interim ab omni reru nouarum conatu reliquorum animis, ultra eum locum tres ferme gradus, hoc est leucas circiter quinquaginta, processit; atque ibi demum sese ostendit euripus, sinuoso meatu Oceanum utrunque coniungens. Ea re tum ex incitatissimo aquarum aestu animaduersa, tum ex cetorum ossibus in littus eiectis, quasi peracto iam itinere, gratulatio ingens a Magaliane facta, & euripus ipsi, ab inuentore, perpetuum ac nobile nomen inditum est. ibi, comitatibus valde imminutis, cum denuo fremitum vel querimonias quorundam inaudisset, capitis poena proposita, vetuit ea de re sermones inferri. Tum alia naus ad inquirendum exitum praemissa; ducem frustrata per tenebras retro unde venerat, Hispalim, reuertit octauo mense quam ex eo portu discesserat. Eam nauem missis qui quaererent, incassum dies aliquot praestolatus, cum reliquis tribus audacter ipse progreditur: perque varios mandros, & caecas ambages, crebro velorum flexu tandem ex altera parte vastissimum cursus in aequor euasit. & quoniam sub aequatore ipso positas Molueas esse didicerat; in eam partem proras dirigere magistros iubet. Leucas mille quingentas procul ab omni terrae conspectu prouecti, in desertas aliquot insulas incidere: quas ex aduerso Italiae oppositas nonnulli arbitrantur. inde continuato in Septentriones itinere, ad Subum insulam leucarum ferme duodecim ambitu, auri feracem, frequentem incolis ventum est. Ibi Magalianis labores exitu nec opinato conclusi quippe insulae regulus, quod armis eo tempore cum finitimo Rege Mathani contenderet, oblata recentis auxilii spe, aduenas non solum hospitio libenter excepit: sed etiam in eorum gratiam sese cum uxore, liberisq; & popularibus circiter octingentis, Christianum fieri voluit; & honoris causa in sacro baptismo Fernandi no-

men assumpsit. Hisce necessitudinum vinculis magis magisque Lustinus obstrictus, petenti opem & Christiano & hospiti negare non potuit. Descentione cum praestantibus aliquot facta, Magalianes, cum semel iterumque sudisset hostes; tertio denique ex insidiis ipse circumventus occiditur. Caeteri, partim circa eum interfecti, partim elapsi, vix ad naues cum tristi nuntio peruenere. Neque hic finis miseriarum fuit, ex quo facile existimari potest, quam non temere, nec sine diligenti praeparatione, barbaris Christiana sint imperitanda mysteria. Regulus, qui vix adhibito catechismo, vel anteactae vitae sceleribus cum salutari detestatione damnatis, amicitiae & temporis causa, peregrina sacra suscepisset qua mobilitate Christum induerat, eadem paulo post & Christum ipsum, & vna cum Christo ius scelerum, fas, humanitatem, fidem penitus exiit. Oblatam ab hoste pacem, cum eo si aduenas e medio sustulisset, recencia metita & iustas nuper dextras oblitus, minimè recusavit. Tam scelerati dein facinoris perpetrandi cum in aperta vi nulla esset spes, primarios e classe ad viginti, per officii ac benevolentiae speciem ad fetale conuiuium inuitatos, repente inter ipsas dapes & pocula contrucidat; vno Ioanne Serrano vel ad ludibrium vel ad lucti spem reseruato: quod ex redemptione se partem aliquam sulphurei pulueris, & aliquot aenea tormenta (cujus machinae in iis locis nihil unquam simile visum fuisset) captum esse consideret. Atque vna haec spes salutis afflicto quoque Serrano testabat. Verum utrumque postmodum euentus fefellit. namque productus in vinculis ad mare Serranus, noua clade exponenda primò socios ad misericordiam lacrymasque commouit: eodemque interprete, per consuetos iam auctus ac symbola, cum incolis agi de pretio captum. Paciscebantur utrinque pecuniae loco, duas minoris formae bombardas, & pulueris aliquantum. Ea cum in tribus ad terram nauis admouissent; subito pretium augere insulani, & recedere a conditionibus, ac redemptorem variis artibus detinere. Inde altercarione cum iurgiis orta, cum major maiorque hominum frequentia ad litus afflueret, vetiti fraudem & insidias classiatii, sese ad naues re infecta subducunt: anchorisque sublatis, miserum Serranum, frustra fas religionis, amicitiae, patriae, lamentabili vociferatione obtestantem, in barbara & crudeli terra destituunt. ad insulam decem leucas inde prouecti, variis casibus imminutas recensent copias, fufis ac laceris magna ex parte armamentis, centum & octoginta non amplius homines in vniuersum inueniunt. Cum in tres ipsas naues, neque nauis, neque funes, neque vela sufficerent; alueo vno, qui praeter caeteris quassatus erat, incenso, turbam cum instrumento omni in alteram transferunt:

ita,

ita, duabus tantum reliquis nauibus ex eo loco discedunt: ac prorsus in occidentem Solem obuersis, diu errabundi, ad Molucas insulas tandem aliquando perueniunt. ibi cum Tidoris regulo haud ægre societas iuncta. Lusitana tum aberat classis: eo facilius contrahitur; frugibus, regula enixè adiuuante, per tot ærumnas & pericula petiturum ex insula specimen auerunt. ac trito inde itinere utraque primum institit nauis. dein Lusitanatum classium iniecto metu: altera fluctibus quassata, cum omnibus compagibus aquam acciperet, ad Molucas recurrit: ibique egressis in terram hominibus, ad scopulos allisa diffringitur. altera Indis ad dextram relictis: immani ausu protinus altum præcidere, & rectà Bonæ Spei promontorium petere intendit. eo superato, cum ad Hesperidas usque insulas processisset: inaudito post omnium seculorum memoriã cursu totum orbem emensa, & æmulis classibus illuc usque feliciter euitatis, ab Lusitano demum Limenarcha in eo portu detenta est; & pauci qui superfuerant semianimes in eustodiam traditi: è quibus tamen aliqui, nauis deinde recuperata, in Hispaniam, vnus etiam, patria Vicctinus, obstupescens cunctis miraculi nouitate, in Italiam rediit. Huic naui non sine causa Victoriæ inditum fuerat nomen. Nauclerus erat Ioannes Sebastianus Canus, ex oppido Guetaria Vardulorum, ad Pyreneum; vir animi fortitudine, peritia gubernandi, & inaudita felicitate sanè promeritus, ut ipsius ac patriæ nomen, nullus vnquam casus, nulla temporum longinquitas obruat. Neque me fugit, hæc aliter ab Iouio aequali eorundem temporum tradi. Sed nos rectè totã ex fide retulimus: haud mediocriter locupletem huiusce narrationis auctorem sequuti Ioannem Barrium Lusitanum: ad quem, præter cæteram notitiã, & habita cum superstitis ex ea classe colloquia, conscripti insuper ab ipsis gubernatoribus eius peregrinationis commentarii peruenere. Ex eo deinde tempore sapius in Molucas è Bætica primum, ac postmodum è noua Hispania nauigari captum. quæ res ingentem discordiarum mole inter Lusitanos ac Bæricos peperit; nec sine magno motu, cum in Europa legibus, tum in Asia ferro, de illius maris & commercij possessione certatum est. Magalianes è Bætica Septembris mense anni vndeuigesimi soluerat, bienniũ circiter in ea nauigatione consumptum. Inter hæc, de rebus in Ceilano gestis nuntii ac litteræ in Lusitaniam venerant. Ad ea tam opporruna & fructuosa tuenda commercia, & fluxa fide Regem in officio continendum, arcem instaurari, & aucto præsidio diligenter custodiri Emmanuel iussit. Eius rei causa Lupus Britus cum supplemento fabrũ ac militum in Ceilanum profectus, accepto a Ioanne Sylueria castello, primum

primùm omnium concharum vim ingentem è proximo petiit; è
 quibus Indico more calce confecta; novos muros prioribus iam
 collabētibus ex arte perduxit; ac fossā probè purgatā statumine
 muniit. Ea re offensi vehemētius insulani, quos cōmuni vocabulo
 Cingalas vocant: quòd contra ipsorum salutem ac libertatem cū-
 cta parati haud absurdè suspicārētur. Et Saraceni inquilini de mo-
 te suspicionem ac metum augebant, in conciliabulis dictitando,
 veros videlicet vates initio se fuisse; cūm exitialem Colūbanæ ter-
 ræ Lusitanorum aduentum fore prædicarent. Per speciem societa-
 tis illapfos inaudita avaritia & crudelitate homines, paucis diebus
 malè multato hospiti Regi stipendium imposuisse. post hæc, alia-
 rum gētium homines, nullo iure aut exemplo, ab iis littoribus ar-
 cere cepisse: nō quieturos, quoad iniecto ad arbitriū fræno, popu-
 lis perinde ac iumentis abutātur, nec eorum fortunas modò, sed
 etiā succum & sanguinè hauriant. Habere Columbanū digna fa-
 ctis & moribus præmia; qui, spretis fideliū sociorum cōsiliis, nouā
 & incognitam veteri & expertæ amicitiaæ prætulisset. Huiusmodi
 facibus ad execrabile odiū nominis Lusitani accensa plebs, ve-
 nalia primùm alimenta cibosque castello subtrahere: dein eo au-
 dacia ventum, vt Lusitanos longiùs ab arce vagantes, vel iaculis
 eminus peterēt, vel iniquo loco circumuētos occiderent. ad hæc
 tam atroces iniurias, principiò, pacis & concordiaæ causa, leniter
 agere & coniuere Præfectus. Sed conuitia militum, segnitiam &
 ignauiam increpantium, diutius ferre non potuit. meridianis ho-
 ris, quod æstiuæ maximè quietis est tempus, cum centum & quin-
 quaginta armatis Columbū oppidū, arci panè coniunctum, quam
 tumultuosissimè inuadit. Barbari, qui vt in summo otio, nullis cin-
 ctis manibus, neque stationis neque vigilias agerent, metu perculsi
 repētè capessunt fugā, re familiari, pauidis coniugibus, paruisq; li-
 beris in tãto periculo destitutis. Britus sine certamine oppidum
 ingressus militē à direptione cædibusq; cōtinuit: tãtū feminas pue-
 toiq; ad fores ædiū alligari iussit, vt cū in sua potestate omnia fuisset
 redeuntes Cingalæ cernerent, ex eo ipso, quam non hostiles in
 Regem populumq; animos gereret, existimare facillè possent. Simul
 etiam ad retardandam eorum setociam, si ab tergo instarent, pa-
 tentioris viæ, quæ ad castellum fert, tectis ignes iniecit, salutari sa-
 nè consilio. quippe barbari, non celeriùs, attoniti metu, sese ex op-
 pido eiecerant, et à m̄i desiderio, & sollicitudine pignorum, con-
 globati furentesque in prælium rediere: instantesque Lusitanis iã
 se recipientibus, eodem impetu in arcem irumpere potuissent, ni-
 si eos cū demendi vincula suis, tum restinguendi incendii detin-
 uisset

uisset mora. Inde nostris ad arcem maturè adipiscendâ ocelu 15.
 daſq; portas ſpatium eſt datû, cû extremi tamè agniniſ ferme tri-
 ginta ſaucii rediiſſent. Neque iſ terror (vti putarat Brittuſ) ad pa-
 candâ valuit gentem. quin, exaſperati potiùſ animi, ſignoq; dato
 per agros, armati ad viginti millia conuenerc. ea multitudine fre-
 ti, cûn temere ad arcis mœnia ſubiſſent, magna cum cæde vulne-
 ribuſq; repulſi, caſtra cõmuniunt. in exitu iam æſtas erat: eo ma-
 jorem in ſpem venerat reguluſ, ſi minus oppugnatio procederet;
 intercluſiſ propter anni tempuſ maritimis com meatibus auxiliuſ-
 que, obſeſioſ ad vltimam inopiam redigendi. Neque tamè interea
 quieteſ ab armis & ab operibus erat, aggerem aſſiduo labore ad mœ-
 nia Cingalæ proferebant, miſſilibuſ dieſ nocteſq; fatigabant ho-
 ſte: inferiores vtique Luſitanis tormentorum magnitudine & arti-
 ficio; ſed molem ſupplebat numeruſ. ferreas contraxerant balliſtas
 ferme ſexcentaſ. eæ vel brachiis collibratæ vel innixæ canteriiſ, in-
 dita in ſiſtulam plura ſimul veruta decem palmorum longitudine,
 a prugno aduerſuſ ignem pennata corio, ita excuſſè emittebant, vt
 a 1 paſſuſ ferme ducentoſ obuia quæque perſiingerent. hiſce veru-
 tiſ interdum impetebant incluſoſ: noctu ignitiſ jaculiſ militares in-
 tra arcem caſaſ & diuerſoria, ramis & frondibuſ raptim exſtructa,
 incendere conabantur. Luſitano, in magniſ tetum anguſtiſ, nihil
 erat æque difficilè atque aquandi ratio, quòd putcuſ extra arcem
 non ſine eruore adeunduſ eſſet, neque eò per cuniculoſ, vt olim
 Cananore, penetrari loci natura permitteret. Acedebat, aduerſuſ
 tantâ hoſtium multitudinè, mira deſenſorum pauceitas; vt ſine vlla
 interdum viciffitudine iidem perſtare in ſtationibuſ & excubiis co-
 gerentur. Vna tantùm fiducia reſtabat venturi ab continente ſub-
 ſidii, ſi rem uſque in æſtatiſ initium extrahere potuiſſent. Verùm
 ea quoque ſpe excidère, poſtquam exacta iam per ingenteſ laboreſ
 hieme, Antoniuſ denique Lemiuſ ab Cocino cum vno tantùm tri-
 reme, neq; pluſ quin quaginta propugnatoribuſ affuit, & iſ quidè
 ægre coactiſ, quòd & Sequeria eo tempore cum maxima parte co-
 piarum abeſſet, neq; è præſidiis, in tanta inſenſarum circa gentiũ
 propinquitate, deduci militeſ expediret. Interea barbari diurniſ
 nocturniſq; operibuſ promotuſ vallo, turreſ inſuper è palmea ma-
 teria, eſpitiſ ingeſto, quaſ erexerant: vt è ſuperiore loco, dum foſſiſ
 complentur, ſagittis & jaculiſ hoſtem in muro conſiſtere prohibe-
 rent. Eo periculo animaduerſo Brittuſ, antequã allati ſubſidii te-
 nuitaſ emanaret, vltro in hoſtè erumpere ſtatuit. Concilio conuo-
 cato, Lemiuſ trierarehuſ poſtera luce circa meridiem repente à
 mari oppugnationem oſtendere, & majoribuſ tormentiſ quatere

turres jubet. ipse intento in eam partem hoste, cum trecentis & quinquaginta Lusitanis ex alia parte, semiplenas & incautas stationes aggreditur; turbatosque ipsa audacia barbaros vallo deturbat. inde transgressus munitiones eodem impetu simul utraq; turrim inuadit; auersosque hostes è propugnaculis dejecit. Turribus ab Lusitano captis, clamor extemplo circa vicos & palmeta perferretur; palati in vnum coeunt barbari, vt omni conatu Lusitanum expellant. iamque instructa acies tota Cingalarum, Saraccenis immixtis, admouebatur. centum & quinquaginta erant equites, haud spernenda in iis regionibus ala, peditum ingens numerus, elephanti quinq; & viginti praebant. ex iis erant primi ordinis quattuor, non turres modò cù sagittariis dorso vectare assueti, sed etià in decussim alligatas ad proboscide falces, tãta vi ac dexteritate vibrare, vt quicquid ab latere vel à fronte se objecisset, ancipiti ferro profunderet. Is terror Lusitanis offusus, primò referre pedem cogit: mox quod saepe fit, in ipsosmet recidit hostes; cùm desis icta glandibus belluæ, spreto rectorum imperio, terga vertissent. Vrente dein magis magisque introrsus plübea peste, doloris impatiētes, quacunq; ruerent, late stragè edere, ac simul cuspidibus iaculisque ab tergo Lusitanus instare. Ita suismet auxiliis, cum ingenti clade barbari dissipatisque. Brittus fugientem hostem aliquandiu persecutus, vbi ad lucos & nemora vetum est, contentus eius diei victoria substitit; & priusquã se barbari ex pauore ac trepidatione colligerent, non sine multo suorum sanguine, se in arcem recepit. Atque is dies obsidioni attulit finem. Amissis ex amicorum numero praecipuis, regulus Mahometana hortamenta stimulosque execratus, vnã cù arcis potiundæ spe, consilia belli deposuit: missisque ad Brittum oratibus, venia erroris & pacem denuo petiit: atque ab Lusitanis, vel quietem ex longa defatigatione desiderantibus, vel absente Praetore Sequeria nullã expectantibus opem, haud grauatè concessa. Ceilani res in pristinam rediēte. At Praetor ineunte iam æstate ab Armuzia profectus, Cambaia legens oram, ad Diem applicuit. ea vrbs, quod magnas (vt diximus) habet opportunitates, & furtiuis Ægyptiorum & Saracenorum nauigationibus tutum ab Calecutò receptum dabat; Lusitano praesidio locum aliquem ibi obtineri ad hostes arcendos magnopere cupiebat Emmanuel. itaque inter cetera Sequeria mandarat in primis, vt Cambaiani Regis & Iazii dynastæ voluntate, si fieri posset, sin minus, vi atque armis arcem arcu ad Diem ædificandã occuparet. Et Cabaianus quidem Rex haud multum ab ea societatis conditione abhorrebat. Iazius verò summa vi, cùm apud Regem tum apud Sartapas, nitēbatur, ne Lu-

fitanis in eiusmodi possessionem pateret introitus: & simul quantum ex tuto & occulto poterat damni præternauigantibus inferrebat: miro inter hæc artificio eximiam quandam in Prætores ipsūque Emmanuelē obseruantiam ac beneuolentiam simulans. Neque tamen eos planè fallebat. ergo pari utrinque fūco ac fallaciis agebatur. Sequeria cū ab Armuzia rediens Diū applicuisset, ut dicere instituerā, bona cum pace in speciem acceptus est. nec modò com meatus in classē benignè præbiti, verū etiam ipse & nauarchi donis egregiè culti. Verū appellatus de potestate ædificandi Iazius, ita se ad id propensum ostendit; ut rem interea totā sui arbitrii negaret esse. legatos necessariò mittendos in regiam, (vrbs erat Madaba, sexdecim ferè leucas à mari) magnopere cōfidere se, cū Emmanuelis honori, tum etiam suis ipsius precibus ac sua sionibus, id facile ab Rege datum iri. ita, blandis promissis ac singulari comitate extrahebat tē. At Lusitanus fraudē sentiens, ut verbis transigi nihil vidit: ad vim atque arma adiecit animum: neque ita difficilis videbatur futura oppugnatio: quò l cū a militibus impatata eo tēpore vrbs erat; tum in eo ipso littore stationē habenti Sequeria noua ab Emmanuele auxilia superucnerant. Sed tanta fuit Iazii in agendo lenitas, tanta in ostentandis viribus & omniū rerū apparatu solertia, ut Prætor, mitigata in præsens ira, neque ausu tali tempore summam rem in dicitrimen adducere, sine vlla nota recesserit: maioribus videlicet copiis anno proximo rediturus. Sequeria profectio duplici voluptate Iazium & amicos affectit: quòd non modò præsentem arcis apparatus consiliūque sine cruore discusserat, sed etiam ad urbem nouis operibus muniendam, & externo, quo maximè nitebatur, firmandam milite, spatium erat nactus. itaque in neutro cessauit: idoneis locis propugnacula extruxit, instaurauit mœnia, & in iis tormenta vigilasque disposuit. Castellum est in medio fœmæ introitu atque ore portus. ab eo castello catenam ingentem, ex ea parte que latius patet, ad oppidum vsque perduxit. ab altera, tres onerarias collocauit ponderibus ad eò degrauiatas: ut perforato, cū opus foret, aluco, repenti subderent. a fronte autē, ne subire triremes ad murum possent, prægrãdia saxa & cantes in mare deiecit, tortuosos præterea cancellos, & variis ad errorem flexibus in se recurrentes, obliquo amne defixit. ita omni aditu terra marique intercluso, lembos biremesque centū & octoginta, & aliquot insuper negotiatorū naues, in portu cohibuit. Arabas denique, ac Turcas, Persasque, & ex aliis nationibus, Christianæ maximè fidei desertores, mercede conduxit: ac, ne quid interea de ædificatione per legatos Prætor Lusitanus ab

Rege impetraret, omnē per se perque suos conatum adhibuit. Neque; segnius eodem tempore, diffusus legationi, Sequeria parabat bellum. Ab Dio Goam, atque inde Cocinum delatus, veteres naues & quassatas refecit, nouas deduxit, complures nauarchos, quibus in beneficii loco Emmanuel quæstuosos ad Malacā, vel in Molucas, aut in Sinas, aliōve dederat comineatus, pro impetio ac potestate, Cocini detinuit. ita, summo studio adhibito, duodequingaginta maiorum nauium classē varii generis, cū cætero instrumento machinisque, tum validis militum centuriis adornauit. è Lusitana sobole tria millia, ex Indica impositi Canarini ac Malabares octingenti. Cum iis copiis Sequetia, prætextu Armuziæ repetendæ, quod Rex Torus tributum Emmanueli soluere distulisset, rursus ex itinere Diu accessit. sub eius aduentum Iazius, per exploratores iam antè de Lusitanorum apparatu certior factus, ne coram agere cum Sequeria cogeretur, tanquam euocatus ab Rege magnis itineribus eò contenderat, Saca filio cum idoneis rectoribus eius adolescentiæ tribus, firmoque militum præsidio ad urbem relicto. Is, de area blandè per internuntios ab Lusitano appellatus, è seniorum sententia benignè respondit: Si comneatu, vel re quauis alia in classē opus sit, se assatim pro amicitia & pro consuetudine præbiturum: neque id, in tanta rerum omnium copia, quanta vbi tū suppetat, in magni obsequii loco numeraturum esse. quod verò ad ateam atei designandā attineat, se in potestate parētis esse: nec super tali tantaque re sibi licere quicquā eo absente decernere. mirari, cur ad eam diē Sequeria nullos ad Mamudium procuratores aut nuntios miserit. integram etiamnum esse rem: & Iazium partem, ab Rege accitum, eò etiam aduolasse libentiùs, vt præsens, auctoritate, studio, gratia, postulatis Lusitanorum adesset. simul, quoniam Sequeria per interpretē ambiguè intulerat, Lusitanos in eo genere iam dudum exercitatos, modò sese in id ipsum intendent, atcem nullo negotio excitaturos, ipse vicissim obscure iecit, nō vnā omnium locorum esse naturā, haud æquè facilem in eo emporio structuram forte, atque in aliis Indiæ vel Africę littoribus exstitisset. Sequeria, vbi Mahometanos nō minùs artibus ad eludendum, quàm munimentis ad propugnandum instructos videt, de summa rei præfectos in concilium aduocat. ibi, sententiis in diuersa tendentibus, aliquandiu certatum. Erant qui non diutius ferendam ludificationem, atque admotis vndique machinis mœnia protinus quatienda censerent. in iis, tormentotū magister, circumuectum specularia nauicula se, ad dextram oppidi partē, quę in mare imminet, animaduertisse haud ita firmi operis muros,

si placeat, se celeri strage illac transitum in urbem esse daturum ostendit. alii contra, & in præcipuè, quos Prætoris iussu ad Cocinum substituisse docuimus, nunc oppidi vires & armatorum frequentia, nunc ipsius Regis opes, quem bello prouocari non expediret, nunc naturæ gentiumque memorabant ius: quod vtrique magno piaculo violatum iri, si nō antè explorata Mamudii voluntate, inter ipsa beneuolentiæ & caritatis officia, oppidanis repenti vim attulissent. quin Prætor, vti Saca & Iazius ipse hortarentur, legatū & litteras ad Regem protinus mitteret, à quo si nihil æqui impetratum foret, tum deniq; armis decerni posse: neque vnquam Iazii oppugnandi honestas Lusitano causas defuturas. Hæc à nauarchis propalam iactabantur; illa tacita tulerat cura, ne, si dimicari cœptu esset, crescente in dies mole belli, interim ad optatos cuiq; portus & cōmercia nauigandi facultas effugeret. Eo vrgebāt acrius, & aliis aliquot in eandem sententiam adductis, facile tenuere, vt ab armis abstineretur; quoad legationibus tentata res esset. Id ubi manauit; classarios, victoriæ simul ac prædæ incensos cupidine, & pugna signum in singula momenta expectantes, magnus repenti dolor incessit: vulgo, se deceptos delulosque fremebant: nec modò querelæ, sed etiam probra & maledicta in Prætozem exaudiebantur. atque etiam præfecti, se bellum suasisse per summam impudentiam mentiendo, assentandoque militibus, in Sequeriam ducem (cui vel in primis parci oportuerat) omnem decreti eius inuidiam transferebant. Ea re Prætor cognita, rursum eosdem in

consilio vocat: & Quandoquidem viri nobiles, inquit, è vobis audio esse complures, qui sese militibus venditent, totamque dilata huiusce belli causam in me cōferant vnum; & aliter in cōsilio, aliter in circulis ac cœtibus disputet; denuo perrogare sententiâs placet; nec verbo solùm, sed etiam tabulis publicis cōsignare, vt quis quisque senserit, dixerit, suaserit, palam exstet: neu quis post hæc, ex mea alteri sũve infamia vel inuidia, splendorem ad vulgus & gloriam quarat. Sub hæc dicta, rogati præfecti, eadem illa de belli difficultatibus, de Cambaiana potentia, de spe legationis, deque amicitia legibus iterarunt, cunctas deinceps in codicem scriba publico referente sententias. Hisce ita peractis, communi decreto missi à Prætoze qui Sacæ nuntiarent: Quando nulla super tali negotio habet à patre mandata, nihil, ipso inconsulto, nedum inuito, Lusitanos de arce conatos. pacem eius, & Mamudii Regis, & sibi, & iis qui ante se pro Emmanuele Indiam rexerint, antiquissimam semper fuisse: & quoniam ita omnibus visum fuerit, se duos è classe prima-

nos ibi relicturum: Rhotericum Fernandum, qui ad Mamudium ea ipsa de re contendat; & Didacum Pacensem Beianumve cum nauibus paucis; & fabrili instrumento; vt simul atque cum Rege conuenerit, sine vlla cuiusquam injuria, in optatam & vtilem vtriusque ædificationem incumbat. interea se Armuziam, vti instituetur, perrecturum: petere ab Saca, & rogare, vt procuratores Emmanuelis pro consueta humanitate & hospitii necessitudine tractet. Ad ea cum Saca, non exiguo leuatus metu, liberaliter admodum respondisset; ex condicto Rhotericus legatus in terram expositus, Beianus enim nauibus tribus responsum ab Rege ibidem expectare iussus. aduentitii nauarchi ad viginti, mercaturæ causa, alii aliò dilapsi. Prætor cum cætera classe Carmaniæ oram legens, Armuziam venit. ibi cum Rege Toro & Lusitano præsidio collocatus, dilatae ab Toro pensionis causam reperiebat eiusmodi: Baharenum est, cuius antè meminimus, insula & vrbs in Persico sinu (sunt qui olim Icharam dictam putent) eum fertilis agro, tum verò margaritarum piseatu prænobilis. Hanc insulam iure beneficiario possidebat Motinus Arabs, vectigalis Regum Armuziæ. Is, cum viribus & ingenio contumax, tum etiam Mecani antistitis affinitate subnixus, cuius filiam habebat in matrimonio; indignari cepit, seruire se Armuziano Regi, qui a paucis Mahometanæ sectæ aduersariis, ex vltimo occidente profectis, regnum descendere paulo antè nequisset. Non esse verum, aliis imperare, qui sua seque ipsum tueri non valeat. Ergo, non modò jugum apertè detrectare instituit Arabs; verùm etiam prædatoriis nauibus omnes circa regiones infestas habere, & comneantes Armuziam vndique negotiatores auertere. è quibus incursionibus tantum paucis mensibus Armuzianæ rei damnum illatum est, portoriis magna ex parte imminutis, vt Regi ad tuendam vix personam, nedum ad vectigal Emmanueli soluendum, nummi suppetere. Hæc querimonias Torus cum ad Scqueriam antè per litteras detulisset; tum verò coràm vrgerè acrius institit, vt sibi aduersus rebelles auxilium ex fœdere præberetur. Neque abnuat Prætor. Virum æximè fortem ac bellicæ rei peritum, Antonium Corream, expeditioni præposuit cum septem egregiè instructis nauibus, & Lusitanis militibus quadringentis. quorum è prima nobilitate centum numerabantur iuuenes ad omnia prompti, laudisque ac decoris apprime cupidi. Ad eas copias Torus lembos, quos vulgo terradas vocant, ducentos adjunxit, Xaraso ex amicis præfecto, cum tribus circiter Persarum aut Arabum

millibus. ex altera parte Mocrinus, ipsa meritorum conscientia monitus, haud dubiè tali apparatu peti vnum se; tamquam indicto iam bello, sic omnia ad oppugnationem arcendam summo conatu parauerat. ac primùm, ex insula vicinisque locis, armatorum coegerat millia ferme duodecim: in quibus erant equites trecenti Arabes, è Perside sagittarii quadringenti; fistulatores præterea Turcæ, & ex ipsius Mocrini ditione perpauci. reliqui, de gentis more, gladio & jaculis utebantur. Ad hæc, quæ in Baharenum oppidum est descensus, vallum aggeremque perduxerat; passim obuersis in mare tormentis, & suis cuique præfecto stationibus ordine distributis. Correa, mense Iunio profectus Armuzia, aduersa tempestate diu retentus est; ac demum in Bahareni conspectum delata classe; & extra ictum bombardæ anchoris in salo jactis, habitoque consilio, placuit duabus simul partibus aggredi urbem: & hinc Armuzianos inde Lusitanos in terram exponere, non modò ad hostem ancipiti prælio distinendum; sed etiam, quòd Cotrea, in tam exiguo Lusitanorum numero, diffusus Arabum ac Mahometanorum ingeniis, separatim & ex diuerso rem gerere tutius putabat; præsertim cum contra Baharenios, eiusdem & sectæ & sanguinis gentem, inuitos arma ferre non dubiis iudiciis comperisset. Neque cum prouida sefellit opinio. Xarafus, infra hostiles munitiones facta descensione, copias proximum in collem subducit, & explicandis per tumultum ordinibus, & imperia turbando imperiis, data opera tempus terit, spectator interea futurus alieni certaminis, & consilium ex partis alterius euentu capturus. Cotrea, ne ipse quidem ausus in aduersum vallum rectà subire; & milirem in mari fluctuantem destinatis hostium jaculis ac tormentis objicere; paulo supra urbem per incommodo loco descendit: cum, exspatiantibus latè vndis, alibi femore, alibi genu tenus aqua pertingeret. expositis tandem sine vllò certamine armatis; Correa, ut nusquam nisi in virtute spes esset, Tristanum Castrum, nauali turbæ præpositum, scaphas procul à terra iubet abducere. Nihil inde temporis acie instruenda consumptum. quippe Lusitani vel à præferuido ingenio impatientes moræ, vel è nauibus ferme viritim depugnare assueti; si quando terrestri Marte certandum est, in iis utique regionibus, ad signa atque ad ordines egerimè continentur; sed vagantibus manipulis, palati ac dispersi qua tulit impetus, in prælium ruunt: & cum denis interdum singulos concurrisse, egregiam laudem ac decus existimant. quæ audacia, uti aduersus tumultuarium & cõcursorem valet hostem, cuiusmodi Numidæ & Arabes Indi que censeantur; ita, vbi cum ordinatis equitum turmis ac pedite veterano

res est, circumuentis plerunque, vel in medium acceptis, perniciem extremam afferte consuevit. Igitur ab Lusitano tum quoque de veteri consuetudine immutatum est nihil. Arius erat Antonii Correx frater, ætate ferox, & celebritatis ac nominis præter modum appetens, hic prior in hostem cum nobilibus tendit. raptim Antonius cum reliqua manu subsequitur, ac tantus fuit ardor, vt barbaros cum cæde primùm vulneribusque intra munimenta cõpulerint: dein, eodem impetu illati, longè summouerint. Ita, panè iam concessum ab iis de victoria videbatur; cùm effuso repentè omni equitatu, Mocrinus elatum successu hostem repressit; & sensim cedentem, vallo & munitionibus pepulit. Ibi, patentiore campo, affluente rursus ex oppido multitudine, recruduit pugna. cuius, non ex numero rantum, sed etiam ex ipso genere armorum, protus erat iniqua conditio: cùm Arabes è superiore loco prælongis triginta dodrantium hastis aduersa hostium ora crebris ictibus foderent, priusquam ii venabulo gladiõve succedere ad vulnus inferendum possent. ac nihilo secius obnixi animis Lusitani perstare, ballistisq; præsertim ac fistulis equitem sese audaciùs inferentè arcere. in eo tumultu dum Arius temere in hostium cætuas inuehitur; duabus primùm ictus sagittis, dein aliquot acceptis vulneribus cõcidit. eius cladis nuntii mœrore pleni, cùm ad Antonium aduolassent: Vos verò pergite, inquit ille, vt cepistis: nã frater quidem meus præclare vitam in suo munere posuit. His dictis, accensè rursus ad prælium animi, sed lassitudo & vulnera degrauabant. Medium ferme erat diei, & feruentissimo desuper Sole, arenaque infra æstuante, cum intoleranda siti mistus cruore manabat ex artubus sudor. Quæ cùm defatigatio simul hostem cepisset; quasi tacitis induciis, paululum vtrinque fuit quietis & spatii ad saucios è prælio subtrahendos. Inde, renouato impetu Lusitani priores in pugnam redeunt, ac sublato pariter clamore, Sanctum Iacobum appellant. Audiit Apostolus voces, ac suis de more propitius, repentinum hosti metum ac trepidationem incussit. Mocrinus, inter prima signa, duobus iam equis insidenti suffossis; dum tertio arrepto restituere pugnam conatur; acerrimè dimicanti femur plumbea glande traicitur. ex eo demum ictu, cùm sanguinis copiam funderet, fracta viri ferocia est: & elatus ex acie, præcipuis ex amicorum numero prosequentibus, cùm sese desperatis rebus in latebras abdidisset, intra tertium diem emoritur. Barbari, vt seminecem Regè prælio excessisse vulgatum est; armis passim projectis momento diffugiunt. ac tum denique Xarafus, deducto in campos exercitu, ad Lusitanos, victoriam gratulaturus ac tarditatem purgaturus, accessit.

cessit. Correa, tametsi perfidiam præclare senserat, tamen, ne res, alieno tēpore, in iurgia; dein, vt fit, in certamē excederet; in præsentia dolori & iracundiæ moderatus, fugienti saltem perduelli Xarafum iustare, & parta iubet vtī victoria. Mox ipse quoque, relictis parumper ex lassitudine & calore militibus, aderat. Cū nūquam apparerēt hostes, ad prædam victores illico versi, quæ non contemnenda ex ædibus præferrim regiis exstitit. Simul etiam centum & quadraginta nauigiis ignes iniecti, & Xaraso ad custodiam vr̄bis relicto, Correa se ad curandos maximē ægrotos ac saucios, quorum magnus erat numerus, in classem recepit. At Mocrini cadauer, dum ex insula in Arabiam sepulturæ causa trajicitur, ab Sadradino Xarasi propinquo interceptum, summo cum gaudio in vr̄bem asportatur; ibi abscissæ ab trunco ceruices, & coriū è caluaria per quā artificiosè detractum, Arabes gossipio inferciunt. id certum victoriæ signum, Toro missum munere, & cū ingenti gratulatione, in medio Armuziæ foro conditum est, addito titulo, qui Arabica & Lusitanica lingua rei gestæ seriem contineret. Ab ea clade, cognatus Mocrini Hametes, pactus vtī omnis generis mercenarii, relictis armis equisque, in continentem sine fraude transportarentur; quod reliquum erat insulæ, cum Carifa oppido, in potestatem Regis Lusitanicę tradidit. Mercenarii cum fide trāsmissi, & proposita venia, in suas domos incolæ reuocati: iurique inter eos dicundo præpositus notę probitatis senex, nomine Bucatus, natione Arabs, quæ res ad pacandos gentis animos haud mediocriter valuit, siquidem Persas præfectos populi Arabes egerimē patiuntur. Insula dein à Lusitanis Regi Armuziæ restituta, & ab ipso mox Rege tradita est Bardadino cuidam, Xarasi propinquo; cum eo, vt Ierasiū quadragesima millia quotannis tributū nomine pēderet. At Correa, insigni parta victoriā, & compositis ad Baharenū rebus, Armuziam reuertit. Adueniēti, vt æquum erat, magni eūm à Toro, & omnibus ordinibus, tū à Sequeria Prætorē habitū honores. Inde Rhotericus Botus, cū Antonio Abulæo scriba, & Lusitanis præterea septem, Baharenū petere, & ibi Emmanuelis negotia procurare iussi. Et Sequeria, cū Torum externo malo ac metu leuasset, intestinis præterea suorū fraudibus eripero aggressus est; quod certis auctoribus iam antè audisset, regia vectigalia & rationes a ministris & Quæstoribus interuerti. Ergo, præter Mahometana mancipia, Lusitanos quoq; iudices & scripturę magistrōs, magno Arabū dolore, in portu constituit. dein, cōfirmato Regis animo, & arcis præsidio inspecto, clasē ab Armuzia soluit, ac Diū recta petenti Peianus cū tristi occurrit nuntio, Rhotericum

Fernandum à Mamudio irritum rediisse: & Sacam, haud dubiè patris imperio, infida cum Lusitanis amicitia tandem abrupta, magno leborum ac biremium numero in suas naues fecisse impetū. circumuēto & oppresso pænè sibi vix ad fugam exitum patuisse, bellum atrox ab Iazio aliisque piratis instare. Hisce rebus cognitis Prætor, amissis nuper bene gerendæ rei occasionibus nequicquā ingemuit, suam ipsius leuitatem accusans, quòd omnibus rebus ad dimicandum instructus, semet ab imparato Iazio blandimentis infringi, rursus mercatorum consiliis auferri se passus fuisset. Cū simul ira pudorq̄ue versarent animum, in præsentia ab Dio tētando copiis adcò imminutis abstinuit, vltra Diu est locus millia passuum circiter quinque & viginti, sat capaci portu, & ad mercaturam exercendam idoneo, Madrafabam appellant; ibi Sequeria, Diensibus inuitis, repentè castellum excitare decreuerat. Sed Iazius, de nuper captis Lusitanis cognito maturè consilio, eā ipsam regionem firmis præsiidiis occuparat. Igitur, ea quoque spe dejectus Prætor, Ciaulum inde se contulit, & ab Nizamaluco tyranno potestatem petiit arcis ibidem extruendæ. In societate cum Lusitanis dudum erat Nizamalucus, vt supra docuimus. ac tum fortè aduersus Idalcanē gerens bellum, equis præcipuè militaribus indigebat, quos neque India fert, & ab Armuzia capta venales ad unum Goanū emporium Albuquerquei decreto deuehebantur. Quæ circa Nizamalucus, de potestate arcis ædificandæ à Præto appellatus, ea in primis lege annuit, vt trecetos quotannis equos è Perside vel Arabia Ciaulum importari liceret; atque vt ab institoribus, quātum in Goano portu, quadragenos in capita pardaos (nimis aureus est, denariūm circiter octo æstimatione) Lusitani procuratores exigerent. Conscriptis conditionibus, expositi a Sequeria in terrā fabri, atque ad ipsas fluminis fauces dimenso ædificio, confestim opus fieri captum. Ea re vulgata, Iazii quidā præfectus ab Dio celeriter quinquaginta biremes ad opus impediendum adduxit. cum ea classe ab Lusitanis vario cœntu certatum: ac nihibminus interea dies noctesq̄ue continuato labore, ad iustam altitudinem muri & propugnacula exereuerant. Ad ea diruenda, pelēdosq̄ue Lusitanos, cum longè maiore apparatu opus esset, Malometana classis, in periculosa statione multis acceptis incōmōis, tandē irritò conatu discessit. Et Sequeria ad custodiā loci præsidio terra mariq̄ue relicto, Cocinum reuēctus, Eduardo Menesio successori prouinciam tradidit: vna re maximè memorandus; quod ab insita pietate primus in vrbe Goa Diuo Francisco templum, & coniunctas templo ædes cœnobiumve, sodalibus Franciscanis

exituxit. At Eduardus inito magistratu, quòd cõtra piraticas clas-
 ses leuioribus nauigijs opus esse intelligeret; biremes duodecim
 ædificari iubet. cum ijs ad oram areemque Ciaulanam Simon An-
 cradius obtinendam profectus, in itinere audit, duas Turcarum
 uremes ab Dio Dabulum delatas (Mahometanum id emporium
 est dextra Ciaulum a Goa petentibus) intra eius portus fauces me-
 tu nostrarum nauium delitescere. haud quaquam negligenda res
 visa. Confestim ad vim ac pugnam paratus, Dabulum accessit.
 oppidanisque primò tergiuersantibus, dein terrore commotis, nõ
 nõdò trirenem extorsit vtranque; sed annum insuper vestigal
 inposuit. iisdem serè diebus, graues & periculosi ad Armuziam
 notus suère, initio à scribis & Quæstoribus orto; qui Lusitanos
 castodes ac præsidés, ad scripturam appositos, instar mortis duce-
 bant. Xarafus eo tempore plurimum Armuziæ poterat. Hoc maxi-
 nè patrono ac fautore Mahometani, qua veris qua falsis crimini-
 bus, Torum in Lusitanos accendere; superbum & immodicum pe-
 rigrinæ gentis, & cuncta paulatim in se trahentis, imperium con-
 cueri; furto surreptos ingenuos ingenuasque; & per vim ad Chri-
 stiana sacra cõpulsos; & super omnia, destinatos ab Toro legatos
 ad Emmanuclem, fraude Præfecti rerentos, indignari. Hæc & alia
 il genus identidem deplorando, Regem ingenio mobili adolescẽ-
 tem, ac libertatis audium, adduxère tandem, vt acerbissimæ serui-
 tutis jugum excutere, & regnum Armuzianum in pristinam digni-
 tatem omni ratione vindicare decerneret. Iam tum in exitu erat
 autumnus anni seculi huiusce vigesimi primi: & cõmodum Seque-
 ra Prætor omnem serè classem ab Armuzia abduxerat, Emmanue-
 l Sofia cum paucis admodum nauibus ad oram tutandam relicto.
 Ergo, secretis inter se colloquijs habitis Persæ, ficto primùm rumo-
 re disseminauit, Arabicam oram, qua ditionis Armuzianæ sit, à
 Eulochijs prædonibus è Perside maritima deuastari. hoc mendacio
 consequuti, quod vel in primis optabant, vt Sofia, ad eos piratas sug-
 gendos, ab vrbe discederet, certam & inter se, & cum cæteris oppi-
 dorum magistratibus, noctem occultè cõdicunt, qua ad Lusitanos
 vique delendos vno tẽporis momento consurgât. Vbi ea nox ad-
 uenit, regiæ classi Præpositus, quem Xebandaram vocant, cum ter-
 tidis octo, duas in portu reliquas Lusitanorum naues, triremem
 a dromonem, agmine silenti circumuenit, ac trireme quidem à
 custodibus pænè vacua extemplo potitur: & flammæ illico tabu-
 latis, arida palmarum fronde conspersis, inicit; qui tamen ignis,
 paulo pòst ab latitante puero extinctus est. dromonem verò, quòd
 iusto nauatarum numero tenebatur, ne aggredi quidem est ausus.

Cæterum,

Cæterùm, vt ex tritremi splendor emicuit, (id conuenerat signum) confestim è turribus, dein ex omni vr̄bis parte, cum ingenti æris crepitu, cuiusmodi Saturnalibus à plebe cieri solet, ad arma necè- que Lusitanorum conclamati cæptum. multi ex iis, ad maiorem laxitatem ædium, & liberiorem negotiandi facultatem, extra muros arcis, domicilia comparauerant. ergo, in semisopitos vndique imperus ab hoste factus, quibusdam etiam circumdati ignes: & simul exitus itinerum stationibus occupati. exinde cùm clamor & discursus, & nocturna trepidatio, nec audire nec providere quicquam sinerent; Lusitani partim intra domos oppressi, partim cursu protinus arcem petentes, aut flammis hausti, aut insidiis armatorū excepti sunt. nonnullæ tamen familiæ conglobatæ, cùm per mediâ tela ferro sibi viam fecissent; intra arcis portas cu tristi nuntio penetrarunt. Pari audacia eodemque tempore, ne mutui subsidii vlla esset facultas, ad Curiatum, Soarē, Baharenum, quotquot agebant Lusitani vel trucidati, vel in vincla coniecti. vnus etiam fuit memorabilis exitus, Rhoterici Boti: variis quippe tormentis discruciatas, vt ab auita religione deficeret; constanti ad extremū vsque spiritum animo, Christum vnum Deum Dominumque contestas, gloriosi martyrii palmam adeptus est. Desiderati in eo tumultu, præter seruos seruasque, Lusitani centum & viginti; numerus in tanta præsidii tenuitate nõ modicus: & apothecæ omnes ac diuersoria momento direpta. Hisce noctu ferre patratas, vt primùm illuxit, emissi raptim ex arce qui residuos è cæde conquirerent; nauesque frustra tentatas, intra iactum teli reducerent: simul etiam, oneraria Lusitana, cū iam esset in cursu referta caricis, peropportune retenta; & onera in cibum, & solutis de industria compagibus, asseres trābelsque in munimenta suffecit. aliquot etiam hostilibus nauigiis in ipso portu ignes injecti. hæc omnia ingenti cum ardore nec sine sanguine multo peracta: & prius quàm arx ab hoste cingeretur, Ioannes Meria dromonem expedire, & Goam petere iussus, ad opem à nouo Prætoro implorandam. At Sosa, per Mascati Præfectum (qui vnus Tori mandata aspernatus in fide manserat) de hostium fraude certior factus, ad Armuziam extemplo iter intendit. Verū ab eius cursu fœda tempestate diuulsus Tristanus Vasæus Vega prior ad vr̄bem decurrit, ac noctu per medias hostium stationes, deceptis ipsa audacia classariis, cùm quempiam è suorum numero putarent esse; felici conatu ad arcem ipsam applicuit. Solennia Dei natalitia tum fortè agebantur: & sacrificio nocturno dabant operâ Lusitani, eo attenriore obsecratione, quo vehementiùs erāt de communi salute solliciti, itaque inter ipsas preces Tristanus Vega

Vega repente superueniens, cunctos ingenti spe lætitiæque perfudit, quòd vel ex eo miraculo, sua vota salutemque Deo cordi esse haud dubiè cernerent. Sosæ dein exspectatione suspensis, & è specula identidem, vt sit, omnes circa regiones oculorum acie collustrantibus, tertio die, qui D. Ioanni Apostolo est sacer, duas procul ab arce leucas, anchoris in salo jactis apparuit. Rostratam onerariam ex iis quos galeones vocant, & vnã duntaxat biremem ducebat, easque propugnatoribus valde infrequentes; compluribus, conjuratorum scelere, ad Calaiatum nuper amissis. ceterùm aquæ, cuius maximè inopia laborabatur, & varii comœtus, peritiam è proximo vim attulerat. Eius rei nõ ignarus Vega, suadere Præfecto arcis Garziæ Cotinio institit vehementer, vt Sosæ, priusquã opprimeretur, opẽ ex arce sine mora submitteret. Res erat periculi plena in tam exiguo bellatorum numero, & Armuzianis in proxima statione ad omnes eiusmodi casus intentis. Attamen id sibi periculũ is ipse qui suaserat Vega magno animo depoposcit: neque fortius obtulit, quàm præstitit operam. Spectato milite etebrisque tormētis in paronem impositis egregiè velocem; præter hostium & Regis ipsius ora oculosque incitato remigio ad Sosam terendit. in retea, qui remanserant, supplices ad cœlum manus pro felici euentu cum precibus rollere. hostes audaciæ magnitudine attoniti, propemodum hærerent. Regis dein imperio, terradis octoginta raptim insequuti, cum aliquandiu ab tergo allatrassent, duce & triginta viris amissis, & faucibus aliis, malè mulctati rediēre. Vega, è summo discrimine elapsus, ingenti suorum gaudio se ad Sosam adjunxit. Ad id spectaculum percitus ira & furore Torus, domo se proripit, pauoremque & molliem territis ac mœrentibus exprobrans, reuerſi cunctos in prælium iuber. atque vt pro meritis quisque sibi aut præmium aut ignominiam paratam esse non dubitarent, mensas in littore collocat duas, quarum in altera fulgentes conspiciantur aurei nummi, in altera muliebres mitellæ ac delicata velamina, quo notæ genere apud eas gentes acerbius nullum esse consuevit. Equum dein conscendit properè, fusteque arrepro, promiscuã insuper multitudine cogit in naues, postremò eum stipatoribus in editum subit collein, vnde, singulorum virtutis aut ignauiæ testis conspiciere simul & conspici posset. Ac Lusitani pariter custodes è pinnis fenestrisque prospectant, cõmilironum vicem anxii, quippe quorum in virtute dextrisque nõ modò imperium, sed vita omnium verrererur. Aucta classe nouis copiis, terræ omnino centum & triginta infestis in Sosam rostris cirato cursu feruntur. Sosæ, in summa rerũ iuiquitate, illud etiam accedebat incõmodi: quòd

quòd omnis tum fortè ceciderat ventus, vnicum onerariis nauibus, quæque velis dumtaxat aguntur, aduersum frequentes actuaras agilesque, remedium. Deprehensus, cum nulla nisi in cælesti auxilio & vltima necessitate esset spes, Deum enixè præcatus, vt extremis in rebus, quemadmodum antea sæpe, sui nuninis presentiam ostèderet; sociosque ad honestum & Christianis dignum exitum paucis adhortatus, exiguas copias magno animo ad pugnam instruxit. Ac primùm, ne impunè circui ab hostium multitudine posset; neu quis casus, inter pugnandum, suos ab se diuelleret, paronem ac biremem, epibatis ac liberatoribus ad idonea loca dispositis, demissisque armentis, ad onerariam ita reuinxit; vt cum ad opem, vbi res postularet, ferendam facilis ex alia in aliam nauim transitus daretur; tum, ad arcendos vndique hostes, libera in omnem partem esset ei aculatio. dein ad auram, siquid afflaret, excipiendam, antennas tantùm onerariæ sustulit; quòd eæ, propter celsitudinem, nihil ad expeditum certamen obessent. Vbi propiùs ventum est, missilium nubes atro mista fumo tantam caliginem exciuit, vt mutuum hostibus conspectum prorsus adimeret. Certiùs tamen Lusitani è superiore loco figebant, cum in ædè densa nauigia vanum propè nullum incideret telum. Ausi dein Mahometani aliquot, ostentandæ fortitudinis, & Regis demerendi gratia, è propinquo certare, adhortati inter se, magno impetu in Lusitanam biremem è terrada transiliunt. Eo successu elati, cum onerariam porrò scandere niterentur, concursu ad periculum facto, partim contis ac ferro dettusi, partim etiam abscissis brachiis interempti; quæ res cæteros ab eiusmodi temeritate deterruit. Inter hæc, tum ipse maris ætus accedens, tum etiam lenis ex alto flatus vela vtrunque percutiens, onerariam per medios Armuzianorum ordines paulatim ad arcem admouerat. inde maioribus tormentis ex destinato summoti hostes: ac demum octoginta desideratis, vulneratis plurimis, cum ingenti luctu ac dedecore se in portum, vnde prodierant, recepère. è Lusitanis triginta saucii, occisus puer vnus dumtaxat è nauali turba: spiculorũ verò tãta vis intra onerariã & actuaras alligatas apparuit, nauiumque fragmenta collecta ita multa, vt cõplures dies materiam igni præbuerint. Sosa & Vega, cæteriq; victores, insigni parta gloria, gratulantibus ouantibusq; cum effusa lætitia sociis, in arcem accepti. Ea re maiorem in modum exterritus Torus, concessõ Lusitanis mari, arcẽ a terra oppugnare constituit. Tormentis librãdis, regia & valetudinariæ Lusitanorũ eedes electe, inde cõtinuis aliquot diebus arcis mœnia quatiebantur, inclusi, nouas ita pro dirutis objiciebant moles, vt spei multo

multo plus in virtute quam in muro fossisve reponerēt. Ergo, post editam locis aliquot stragem ausos ad incenia succedere Mahometanos, & scalis apposis in summum eniti, cum alio armorum genere, tum supernè vibratis ponderibus ac trabibus vndique deiecere. Multi in eo congressu & fortissimus quisque exanimati. Neque ad iterandā vltra oppugnationem Toto affuit animus. Et, circumagente se hyeme, ictus conscientia admissi facinoris, & Lusitana clausis aduentum extimescens; consilium formidine ac desperatione plenissimum cepit. Queixome insula distat leucas tres ab Armuzia. eò, cum vniuersa ciuitate, congestis raptim in tertadas iis, quæ tolli poterant, ingenti popularium dolore migrans: tectis vrbis, quorū erant complura egregio opere & picturis ornata, vltro subdidit faces: hinc, toto quadriduo petuagatum incendium, cuncta prepemodū haussit. Lusitani, rei nouitate defixi, primò ignium contagia, dein hostium insidias timere. postremò, vt flammæ quieverant; satis comperta vrbis solitudine, ad reliquias fumantis Armuziæ diripiendas egressi, paucis tantum exceptis com meatibus, omnia serme in cineres & sauillam redacta comperiunt. Inter hæc, Eduardus Prætor de suorum cæde & arcis periculo certior factus, Ludouicum fratrem cum nauibus decem & firmo præsidio Armuziam proficisci iusserat. Eius rei timore perterritus Xatafus, ne vulgata postmodum consilia rebellionis in suum reciderent caput; incautum & obnoxium sibi Regem, opibus ipse & auctoritate præpollēs, per satellites, ad scelus omne paratos, è medio sustulit; eiusque loco substituit è Zeisadini liberis Mamudium, tredecim circiter annos natum. Ludouicus, tetro spectaculo Armuziæ incensæ commotus, & cognitis iis, quæ nouo Xarasi scelere ad Queixomen accidissent; fluctauit animo, vtrū com meatibus interceptis, (quod erat per facile) deprehensos intra desertam insulam hostes, omnium rerum inopia & fame subigeret. dein, ex iis quæ ab exploitatoribus deferebantur, non sine causa veritus, ne si afflictos vrgere acrius institisset; malis coactus Xarafus cum regia gaza Regeque ipso secederet in Persidis interiora; leniter agere, & ostendāda veniæ spe, rebelles ad pacem & concordiam allicere statuit. Neque difficilem habuit exitum res. quippe, Lusitanis, emporii quæstuosi; Armuzianis, patrii soli desiderio laborantibus. Pax ergo in has serme conuenit leges: vti Mamudius cum suis Armuziam inhabitandi causa rediret. debita ad eam diem stipendia, & ex ea die in singulos annos vicena seraphinum millia Emmanueli persolueret. Ciues, ablatas inter tumultum Lusitano res captiuosque omnes cum fide redderent. Lusitani autem, neque iuri inter oppidanos dicundo,

neque

neque administrandis vectigalibus, exigendisve portoriis, vlla ex parte sese immiscerent. vtrique amicitiam & societatem rectè & ex animo coletent. Per hunc modum compositis rebus, læti Armuziani in patriam rediere, instauratisque ædificiis, & restituto commercio, propter eximiam loci opportunitatem, Armuzia breui in veterem celebritatem est restituta. Dum hæc ad Persicum gentur suum, in Africo item Oceano rei & existimationi Lusitanæ præclare consultum est. Reguli duo, Zenzibatis & Pembæ, aliarumque circa insularum, vectigal annuum pacti, sese in Emmanuelis amicitiam fidemque iam antè contulerant. Id egre passus Mombazæ tyrânus, magnum earum insulatum numerû, & in iis prænobilem vnam, Querimbam nomine, ab regulorum imperio vatis artibus ac promissis auertit, reguli, cum a tot simul populis destituti, vectigali soluêdo non essent, à Lusitanis ducibus, qui ab Mosambicum aduersa tempestate hyemè exigete coacti erant, per nuntios opem rebus afflictis implorant. Digna Lusitanis institutis & consuetudine visa res est. Et Petrus Castrius, ne otiosa hybetna traduceret, paucis nauibus ad Querimbam appulsis, bellatores non amplius centum in terrâ expoluit. oppidû erat littore petamaro, & cû diuitiis celebre, tum etiam incolis, & inuecto nuper à Mombaza præsidio frequens. Castrius multitudine hand quaquam exterritus, bifariam suos diuisit. Cum vna parte Christophorum Sosam occulè circumnite, seque ab tergo ostendete iubet: ac simul ipse cum cætera manu a fronte hostem aggreditur. Certaminis aliquantum ac periculi fuit, dum eminus barbati iaculis de more pugnant. vbi cominus geti cepta res est, micantes Lusitanorum gladios & præpilata hastilia non tulêre. Ac paucis nequiequam resistentibus, cum proximum quemque hostis caderet; omnes, quæ pauor tulit, perstragem corporum in agros effusi. Lusitanus, hand contemnendis egestis opibus, oppido flammam iniecit. Eius rei fama rebellium fregit animos, & confestim legati dedentium insulas, & in regulorum ditionem redeuntium, assuere. Castrius, minimè vulgati (si paucitatè militum spectes) relaxa victoria; & regulis nouo beneficio obstrictis, incunte iam æstate Indiam petere intendit. Interea Antonius Britus, vti narrate instituetam, ab Georgio Albuquerque digressus, ad Molucas longa ac difficili nauigatione peruenerat. Baccianam inter cæteras illius regionis insulas est, ea tum Laudino dynastæ patebat. Ibi, quòd è Simonis Correg iuoco Lusitani aliquot paulo antè per occasionem intempti fuissent, eam fraudem necèque protinus vlcisci placuit; & expolito milite Britus, insule agros ferro ignique vastauit, abegit prædas, ac documento non leui sanxit,

xit, ne quis Lusitanos homines, vel tempestate vel quouis alio casu in ea loca delatos, quamuis paucos & inermes, opportunos ad cędem & iniuriam duceret. Inde Tidorem progressus, ab incolis comperit, Bolcifem Ternatis Regem, Almanforis filia in matrimoniũ ducta, ac deinde Franciscum Serranum, ę vita migrasse. Bolcifis maximę acciru Brittus ab Cocino fabros & ędificandi instrumentũ aduexerat; cũ vltro nõ Boleifes modò, sed Almanfor etiã, in sua vtrq; ditione, Lusitanis, quo potissimũ vellent loco, artis exstruendę optionem deferret: & auaritia cęci ambo, dum peregrina commercia & noua lucra sectãtur, certatim in multas indignitates & in ipsum pęnę seruitium ructent. Verumtamen in Bolcife præcipua quãdam nominis Lusitani caritas eminebat. Is, vti supra docuimus, & Lusitanis, cęm primã in eas regiones delati sunt, hospitio inuitandis, Almanforẽ præuerterat; & Franciscum dein Serranum, aliosq; diu apud se detentos, mira comitate officioque tractarat: & cũ se suaq; omnia Emmanueli per litteras amicissimẽ detulisset, tum etiã nuper ab Indię Prætorẽ classẽ & structores castello apud se Lusitanis ędificando per legatos admodum enixẽ petierat. Deniq; morbo confectus, cũ hæc dem regni tenera etiamnum ętate relinqueret filium, nomine Boahatem; vxori, tutoribusque, & cognatis præcepit moriens, vt Lusitanam societatem summo studio retinrent; neque alias quærerent amicicias; sed in vnus Emmanuelis fide opib; sat firmum sibi fortunisq; suis præsidium constitutum arbitrarentur. Hęc præcepta, defuncto iã Rege, infixã in reginę & propinquorum animis, ad continendam aliquot annos in fide gentem, haud mediocriter valere. Ac proinde vbi nouam diuq; expectatam ex India classẽ, Britto duce, Tidorem aduenisse cognitum est; Aroezias illico, Regis ętor, cum nauibus festoq; apparatu, ad eum sociosque in hospitium deducēdos accurrit. Nec leuem interea voluntatẽ Almanfor detinendi apud se Lusitani & renouandę societatis ostendit. Verũ Brittus insulam vtramq; per otium contemplatus, Ternatem Tidori ad ędificationem & domiciliũ antetulit; non modò loci natura adductus; quod aliquanto cõmodiore Ternates habeat portum; sed etiã haud obscure insensu Almanfori; quod post iunctas cum Serrano dextras; nouis Bæricorum sese fœderibus illigasset. Ergo Ternatem ab Aroezio perductus in hospitium Brittus, ingenti reginę, regulique, & oppidanorum gaudio excipitur. dein locus ad ędificiũ contiguus vrbi delectus, materięque & camẽtis eò conuectis; Brittus, lætitię causa, caput perinde ac ceteri, scrtis ac floribus redimitus, primus omnium & rastello fodit humum, & lapidem in
funda-

fundamenta coniecit viij. Kal. Quintileis, anno sæculi huius altero & vicesimo: qui dies eo etiam maiore cum incunditate transactus est, quod in eum ipsum diē D. Ioannis Baptistæ solennia incidere: cuius felicē lētumq; humano generi exortum, è cœlestis oraculi promisso, rotus pænè orbis terrarū exquisitis ludis & anniuersaria gratulatione concelebrat. In hunc ferè modū, perpetua (vti rebâtur,) ac propria Lusitano cum Ælis gētibus cōmercia constituta. Eadē tēpestate funestus in Indiā nuntius allatus de Emmanuelis regis obitu. Circa finē prioris anni decesserat, duos & quinquaginta natus annos, cū sex & viginti regnasset. Huic, vt maiestas ipsius ac merita postulabāt, plurimis Europæ, Africæq; atq; Asiæ locis cum sumptuoso apparatu iusta funebria persoluta. Neq; Christiani modò Reges luxure defunctū, verū etiā ethnici, Cocinensis, Cananorius, Armuzianus, iidēq; posito luctu, postmodū Ioanni successori per nuntios litterasq; obsequium & operā officij causa detulere. Ioānes, annō ætatis vigesimo acceptis regni gubernaculis, ad propitiandū cœleste numē, ac populos in officio cōtinēdos, illud curabat in primis, vti studium Christianæ religionis antiquissimum sibi esse cuncti perspicerēt. Idcirco & in Lulirania salutariter in eo genere multa decreuit, & per litteras Eduardo India Prætori mandauit, cultui diuino & sacerdotum cōmodis enixè prospiceret; ac nominatim, diuini Apostoli Thomæ sepulcrū in Coromādelio littore peruestigandum curaret: darētq; operam, vti sacrosanctæ illæ reliquæ (quanquā eadē, vti suprā dictum est, vel earum certè pattē Mesopotamia sibi vindicat) cu dignitate custodirētur. Eduardus Emmanueli Friæ, præposito Coromandelicæ orę, cum sacerdotibus aliquot & architecto id negotium dat. Profecti Meliaporem (nam ibi situm Apostoli corpus audierāt) equatam solo ingentis amplitudinis urbē offendunt Paucę tantū pyramides, turrestque, & columnę, miserabili è strage supererant. nec non varij coloris lapides, ac veluti porphyretica peregre gię sculpta fragmēta, quæ antiquum vrbs ornatum & elegantia satis arguerent. In iis visebantur operosa magnifici cuiusdam templi vestigia, vno tantū superstitite ad orientalem plagam sacello, crebris intus forisque lapideis Crucibus è vetete disciplina consperso. Sub eo tecto latere Apostoli ossa cūm accolæ pro certo affirmarent; primū omnium sarcire ipsum ædificiū placuit, quodd testudinis pondere pressi parietes, aliquot locis vitium fecissent. Ad eos ergo fulciēdos, ac renouanda fundamenta, cōductis è vicino operis, dum effoditur humus, ad quīntum ferme dodrantem apparuit locus lapidea tabula tectus: in quam ab interiore parte incisæ

prisca gentis lingua (vti à peritis cognitum est) litteræ testabantur; templum id ab sancto Dei Apostolo Thoma quòdam exstructum: ei templo tuendo colendoque, mercium, quæ in urbem importaretur, decimam ab Sagami Rege attributam. accesserat obtestatio ad posteros, ne quid ex eo vectigali ac donatione imminutum vellet. paulo infra eam tabulam, ipsius Regis (vti ex priscorum traditione Indi assenerabant) cadauer inuentum. Altius dein molientibus terram, quadratum, primò lateritiæ, postremò lapideæ structuræ, septum apparuit, multiplici operimento, pedum circiter nouem altitudine. ibi, quòd sepultum haud dubiè corpus Apostoli dicebatur esse, adhibiti ad amouendum operculum Lusitani duo, (nam Indis rem eiusmodi committere non est vilium) non nisi noxis per sacram confessionem expiatis, & reconciliato per Eucharistiam Deo, aggredi rem ausi, locum aperiuunt. Immista calci & arenæ, candidissima specie ossa, & apposita lanceæ cuspis & viatorii baculi frustum, itemque vas fictile, fidem inuenti demum sacri thesauri Lusitanis fecèrunt. Sub hæc repertum aliud cuiusdam è Thomæ discipulis cadauer, cæterum terro ac terreo aspectu, quemadmodum & Sagami Regis. vt, si alia argumenta defuissent, ex ipso prope modum colore dignosci Apostoli ossa potuerint. Eo maior gratulatio fuit Christianorum: & affabrefactas, arte Sinarum, arcus duas, è proximo emporio Paleacate confestim afferti placuit: quarum in altera eximii operis argento cælata, ipsius Apostoli; in altera, discipulorum eius reliquæ inclusæ: & commune gaudium solenni supplicatione pompæque, & priuatis omnium qui aderant studiis celebratum est. Propositis deinde in ipso altari arcibus, adhibitoque custode, clauis vtriusque Emmanuel Frias Cocinum Prætori Menesio detulit. Hoc maximè modo, per eos dies, & sacello & religioni consultum. Biennio deinde post, eadem ossa intra ipsam aram occulto loco, duobus tantùm consens Lusitanis, abdita, ac postremò Gorn, Constantino Brigantio Prorege, (qui Diui Thomæ templum in ea vrbe exstruebat) a fratre quodam Franciscano translata fuisse comperio. Circa idem tempus, quo nuntii de Emmanuelis Regis obitu in Indiam allati sunt, Idalcantotium à Nariagano bello nactus, recuperando Concano littori animum adiecit: quod ei Rhotericus Mellus, per occasionem, paucis antè annis ademerat. Exiguis admodum copiis ea loca tum Lusitani tenebant, cæteris, vel ad Persicum & Arabicum sinum vel ad Molucas obtinendas, paulo antè profectus. Eius rei non ignarus Idalcantotius, misso præfecto cum quadringentis equitibus, & quinque millibus peditum; Lusitanos custodes, haud tamen sine cruore ac

certamine, populis; porusque & agros optimæ fertilitatis recepit. Et in Somatra insula, tyrannus Acenotû Abrahamus, ab eadē Geotgi Britti & comitem ferocior factus, ora totius maritimæ iam haud dubiè affectabat impetium: nec ferro solùm, sed etiam (quo nullum acrius telum est) auro muneribusque pugnabat. Ad hæc, mistæ blanditiis accedebant minæ, & vbi commodum esset, fraudes ac doli. Nullus amicitiaæ fœderumve respectus, nulla affinium caritas, nulla fidei vel iurifurandi religio. Exacta iam ætate patrē, à nefariis moribus & consiliis abhorrentem, oneratum catenis in caueam incluserat: ibidemque, veluti nouum & inusitatum animal, illuvie & squalore confecerat. Peditensem Regem, opibus & auctoritate præcellentē, cui & cognationis vinculo & iure beneficiario erat obstrictus, pellectis ad se popularibus, exegerat regno. Simili scelere Daianum dynastam, cuius sororem habebat in matrimonio, per summum scelus, omnibus fortunis euerterat. Inde magna eius oræ parte in potestatem redacta, infestis signis ad Pacenum urbē, quo pulsi cōfugerāt Reges, pergit ducere. Peditū milia quindecim habebat in armis, & complures elephantos. ii pro equestribus copiis genti sunt, nam equos non alit insula. Cum hoc exercitu castris duo millia passuū ab vrbe positis, primū omnium, ad tentandos oppidanorum animos, per præconem edixit, qui cibus Pacenus intra sextum diem ad se transtulset, huic nihil, ipsi, familiarique; & bonis ipsius damni illatum iri: cæteris non eandē veniā & clementiam fore victis, quæ ante dimicationē pateret. Hoc edicto vulgato, magna pars ciuium transiit. alii clam elapsi, in saltus auos refugere. ita, infrequentem defensoribus urbē tertio adortus Abrahamus expugnat. Restabat arx, in quam Pacenus regulus, & exules duo Peditensis, Daianusque confugerant: lignea quidem illa, & multis iam locis præ nimio Solis ardore fatiscens: verumtamen haud leui præsidio Lusitanorum ferme trecentorum & quinquaginta, & maioribus minoribusque tormētis instructa. Abrahamo nulla dū eius generis machinæ suppetebant; tantū ingentem vim sagittarū, quas letali inficiūt succo, & sarmentorū faces, oblitos naphtha, ad excitādū, vbi res ferret, incendium, scalasque plurimas ex atundine crassiore, leues gestatu, ascensu stabiles, nec non serra-menta operibus faciendis aduexerat. Ergo, vt sine certamine, si fieri posset, rē conficeret, Lusitavis per interpretem iusserat nunciari: atcē eam ad suum imperium pertinere: proinde cū bona pace abirent, secumque suas res, dum liceret, auferrent. Ad ea cū ferocius responsum inclusi dedissent, appareretque armis rem gerendam; summa vi, priusquam auxilium iis alicunde ferretur (it a-

re autem liberum, vicinamque Malacam, & amicos Reges nonnullos habebant) arcem aggredi statuit. Atque ad vitanda hostium iacula, qua maximè virium parte erat inferior, cuniculos agere ad arcem capit. nocturnum præterea tempus ac pluuium ad oppugnationes captabat; vt neque per tenebras nostri collineate possent, & madefactus imbre sulphureus puluis planè inutilis fieret. ad hæc, arietis loco, elephantos ipsos ad arcem admouebat: qui, rectorum instinctu valida impressione facta, munitiones euertereat, sublatoque interdum ingenti clamore, interdum summo silentio arcem corona circumdabat, scalisque erectis, ex omni parte simul transcendere nirebatur. & obsessi quidem, hostium opera nequaquam extimescebant. excepti obstructique ex aduerso cuniculi, nonnunquam etiam felici eruptione certatum est. Sed crebras ac repentinas oppugnationes diutius ferre vix poterant: cum Abrahamus, in magna copia militum, identidè alios aliisque summmittere; plii, propter paucitatem, assiduis pænè stationibus circa munimenta dispositi, dies noctesque in armis traducere cogeretur. Accedebat vulgata graui celo vis morbi, & extremæ inopiæ metus, quod per intestina de mote dissidia, dum suæ quisque intentus rei, publicam negligit, ad toletandam obsidionem cibaria segniter ac malignè conuexerant. Præsidio præerat Henricus quidam. Hoc demum autore, quod relatas nuperè captiua nauis pretiosas metes in Indiam venum asportare gestiret, non expectato subsidio, scædum consilium ineunt arcis deserendæ. cuius flagitii, post patefactam armis Indiam, Lusitani ad eam diem nihil simile admiserant. Id vt quam occultissimè fieret, minora primùm tormenta inuolueris objecta, ne ab hoste dignoscerentur, in naues imponunt maiora, quod amoliendi in tanta hostium propinquitate non erat spes, ita ad plenum inferciunt, vt, si flammam conciperent, ipsa (vt fit) boli magnitudine rumperentur. Sulphurei dein pulueris pæiles humi rænas quoquo versum, ac præsertim ad ipsius pulueris cellam, atque ad muralia tormenta perducunt: iussis agmen claudere magistris; & cum iam omnes extra arcem essent, ignes injicere. Vix dum euaserant, sarcinis quisque suis dissimulanter elatis; cum, exorta repente flamma cum ingenti fragore, fugam hostibus prodidit. Pars ad incendium extinguendum audacter accurrunt (& incertum qua de causa, nondum ad sulphureos cados ac mutalia tormenta peruaserat) pars ad litus effusi, turbatos auersosque Lusitanos cum eade insequuntur: ac denique appulsa ad terram naues, perculsis ac trepidantibus, magna ex parte impedimentorum amissa, vix atque ægre effugium præbuere, dum in magno tumultu, 06

tu, ne simul hostis irrumpat, alii cōfestim anchoras orasque præci-
dunt, alii ad naues adipiscendas, collo tenus sese in aquas immit-
tent. Abcuntibus cum oneraria vna, nauigijs tribus, per ludibriū
barbari tum inter fugam creptas, tum superstites ex incendio res
machinalq; præsertim ostentant, plenumque cladis & ignominia
agmē cum probris & cachinnis exhibitant. Auxit pudorem, in ipso
panē portus exitu, sociæ classis occursum. naues triginta cum omni
copia rerum ab Aruano Rege aderant, ipsumque Regem terrestri
itinere cum quattuor millibus peditum auxilio venire nuntiabāt.
Ea naues, cognita præpropera desperatione abcuntium, retro,
vnde venerant, in patriam reuertere. & Lusitani Malacam delati,
Antonium insuper Mirandā, & Lupum Azeuedium, cum recenti
milite & bellico instrumento iā in cursu ad opem ferendam para-
tos inueniunt. Eo magis & suum factum ipsi dānarunt, & omnium
conuitiis & maledictis excepti sunt. E regulis tribus, qui comites
fuerant fugæ, Pacenus cum rectore matreque Malacæ remansit,
reliqui duo sese inſitorum nauibus ad Aruanū Regem supplices
contulere. Lusitani è Somatra insula in perpetuum exacti. Et A-
brahemus, pulso mox etiā Aruano, regnis quattuor auctus, æneis-
que tormentis, (qui vel maximè terror gentem premebat) omni-
bus circa nationibus, atque ipsis aded Lusitanis, formidandus e-
uasit. Alodinus item, elatus nouo successū rerum, & à Bintano
reiectis Georgii Albuquerque copijs, classes denuo ad vexandam
Malacensem oram institit mittere, & cum Lusitanis obuiam ex vr-
be progressis, aliquot secunda prælia fecit. Iam apud Sinas, in Lu-
sitanum nomen, acerbiorē etiā odio & immanitate sauitum est.
Martinus Alphonſus Mellus cum sex nauibus eō contenderat, cō-
firmandæ amicitia & statuendi commercii causa, nondum probè
gnarus, quid Thomæ Petreio legato, de quo supra diximus, acci-
disset. Lusitanos adesse vbi Cantonem allatum est, ex templo præ-
fectis oræ maritimæ à magistratibus imperatum, nefarios prædo-
nes vel comprehenderent, vel ad internecionem delerent. Nihil
tale metuebat eo tempore Mellus, quamquam à peritis rerum se-
mel iterumque præmonitus. eo facilius repentino Sinarum aduē-
tu cum suis opprimitur. & initio quidem, vt sese concordia &
societatis cupidos probarent Lusitani, vel pluribus iaculis ap-
petiti, certare superfederunt; dein, cū vndique instaret hostis,
ac nullam pacis mentionem admitteret, iniquissimo loco & con-
ditione committitur pugna. Multitudine tormentorum ac nauū,
vt in suo regno, longè superabant Sinæ. itaq; circūuētos aduenas
partim bōbardis è tuto discerpunt, partim fessos ac sese dedentes,

in potestatem accipiunt. Mellus, cū aliquandiu egregiè sese defendisset, ad extremum, singulari Dei beneficio, per mediam hostium classem malè multatus elabitur. In captos, magistratum inssu, grauitè acerbeque consultum. in carcerem conditi omnes, & pro latronibus piratisque dani nati, aut pedote ac tæbe in vinculis expirarunt, aut ad supplicium producti summo plebis concussu vel sagittis confixi, vel in frustra disiecti sunt, praconibus vetera gentis piacula & recentem insuper audaciam referentibus; quod in regios perrus ac fines armata manu non dubitassent redire, in quibus omnium flagitiorum ac scelerum paulo antè vestigia reliquissent. Hæc, & alia id genus, elata voce de scripto subinde recitabantur, ad tollendam è vulgi omnibus opinionem, quam de Lusitani olim generis virtute ac probitate conceperant. Dum hac tam repentina rerum inclinatione tot simul regionibus Lusitani excruciantur, ne ad Molucas quidem insulas otium fuit. Retum ibi summa penes Aroezium erat. Hunc, Lusitana amicitia opibusque subnixum, & iammodicos gerentem spiritus, regina cæteri que primores minime concoquebat. Arx insuper, eodem in primis adnente, non parum excruciat: dispositaque in muris tormèta, longè latè que terrorè inferebant. Id sibi suisque iugum, per causam hospitij ac societatis impositum, regina seisdè ingemiteens, clam cōmunicatis cum Almanfore parente consilijs, fugā vnā cum liberis ac præcipuis amicorum parabat: vt per eam occasionem popularibus paulatim abductis, urbem desertam ac nudam Lusitano relinqueret. Ea re per indices cōperta, Eritus arcis præfectus, adiutore Aroezio, regias ædes militibus repente circumdat, elatumque inter manus Boahatem regulum, & paruulos fratres Aialum & Tabariam, in arcem asportat. Regina per occultos exitus inter tumultū elapsa. Inde conternatus Regis desiderio populus, cū frequens ad arcem accurrisset, Aroezij auctoritate & Britri accommodata ad tempus oratione sedatus est, cū inter cætera persanctè ambo affirmarent, consilium id publicæ salutis causa necessariò susceptū fuisse, fidemque obligarent suam, Boahati Regi diadema regnumque mansurum incolunt. Tum pluribus in amulum diuitiarum ac dignitatis Almanfore inuecti, barbaros natura cupidos belli cædisque, ad inferendum ei bellam hard magno negotio perpulere. Inde, inter vtramque gentem paruis, nec dignis reatu præliis vario successu cecitatum est. superior ramen ad extremum Ternatensis fuit res. Mariacura oppidū in summo editi mōtis vertice, quod insularum Timoris olim caput fuerat, Lusitanorū ope ab Aroezio cū multa cæde capti incensumque: & Maquienū insula, quæ reguli ambo æ-

quis

quīs portionibus obtinebant, metu coacta, in Ternatensem ditionem vniuersa concessit. Hæc ferme Eduardo Menesio Prætorē per triennium gesta. Successit Menesio Vascus Gamma, dux cū aliis laudibus, tum aperta præsertim India elatus ac memorabilis. Huic, pro trienni trimestri imperiū fuit. ornatissimas naues è Lusitania sexdecim, in iis triamillia delectæ iuuentutis ac nobilitatis, abduxerat. Vt in Cambaiana littora ventum est, (nam eā in primis regionem explorare placuerat) in summa repente malacia, silentibus ventis, ab imo fluctus intumuit; inde naues inter se nutant, crepitare compages, tabulata concuti cępta. Nautæ, subito panote icti, cū in Syrtes illatam haud dubiè classē crederent, in summa perturbatione rerum omnium, alij bolidè demittere, alij ad exhauriendam sentinam, vel ad clauū tenendum accurrere. Sapientiores alij, circumspectare fugam, atque doliola ac tabulas ad enatandum arripere, ipse imperator initio nequaquam expertus timoris ac sollicitudinis fuit: sed mox comperto eū esse terremotum, (quem nauigantes quoque sentire non dubium est) ad socios hilariter fronte conuersus. Adeste animis, inquit, viri; aduentu nostro perterritus Cambaianus Oceanus intremit. Atque hoc periculo defuncti Lusitani, Cocinū incolumes deuenire. Vascus, accepta prouincia, dum à Cocino varios hue illuc præfectos dimittit: nomēque Lusitanum in pristinā dignitatē conatur asserere; graui morbo implicatus, in ipso impetu mouendarum rerum excessit è vita. Vtbi Goærum Henricus Menesius præerat, eximia virtute & integritate vir. is, continuò in Gamma locum successus è successionebus, vt appellant; quarum est ratio eiusmodi: Transmissos è Lusitania regios codicillos, minimum tres, olim apud Quæstorē aut scribam, nunc apud Goanum Archiepiscopum, diligenter complicatos obsignatosque, custodiri mos est, quibus in singulis, quasi per gradus, ad rem cautiùs celandam, adnotatum regio ipso chirographo latet nomen illius, qui, si Prætorē in prouincia diem obire contigerit, è Regis auctoritate substituendus est. iis autem codicillis ordine superscribitur, prima, secunda, tertia, vel quarta successio: ita, vt, si eius qui primo loco nominatur, copia fuerit: secundū codicillum resignare vel aperire sit nefas. Ergo, vbi Prætor morbo aliòve quopiā casu decessit, consiliū cogitur, ibi, corā Archiepiscopo & magistratibus, qua diximus obseruatione, vt nullus aut fraudi aut errori sit locus, codicilli & signa soluuntur: cuius primū exierit nomē, huic defertur imperium; reliqua nomina rursus occulta ad Regis nutū arbitriumque; adseruantur. Id, ne per summi magistratus obitū prouincia diutius orba perielitaretur, neu ob id

ipsum inter præfectos cerramina existerent, sapienter in tanto locorum interuallo prouisum est. Per hunc modum renuntiatus Prætor Hæricus, ad regia negotia conficienda, Cocinum petiit: & ex itinere multos Arabum parones, Malabarica onustos fruge, vel cū ipsis oneribus cepit, vel dissipatos in littus eiecit. Tumultuantes præterea ad Cananorè piratas, locii Regis rogatu compescuit, & vicos aliquot eorum exussit. Inter quæ, ad Calecutū, ab Lusitanis ac Malabaribus denuo turbata pax est. Odiosæ primū controuersæ inter negotiandum exortæ; & partis vtriusque animi suspitionibus irritati: dein vltro citroque factæ injuriæ: postremò, instigantibus è consuetudine Saracenis, bellum exarsit. Hisce rebus cognitis Henricus Prætor, quinquaginta variæ formæ nauibus, in quibus erant duo armatorum millia, Cocino Panancem oræ Calecutanæ contēdit. ibi, cū ablatis res nequiequam repetiisset, munitum denuo locum & celebrē terra marique simul adortus, pulso aut cæso Mahometano præsidio cepit, ac direptum incendit. Multa inde relata tormenta: quorum aliquot antea Lusitanorū apparebat fuisse. Lusitanus desertor ac transfuga præfuerat vniuersis, huius projectum humi cadauer, densis concisa vulneribus facie, vix vt agnosceretur, inuentum est. A Panane in conspectum vrbs Calecuti prouectus Prætor, haud mediocrē hostibus terrorem incussit. Naues erant ibi cōplures. in eas flāmæ confestim injectæ; & simul, qui arcem tenebant, suorum aduentu animati; eruptione facta, variis locis ignem suburbii intulere. Inde Prætor, confirmato arcis præsidio, perculsisque hostibus, leucas in Septentrionem ferè sex ad Couletum emporium eiusdem oræ processit. curuo in theatri modum & accliuū littore is portus est, ac mirè factò ad jacula certis in omnem partem ictibus dirigenda. eo cliuo aggerem ac munitiones Mahometani perduxerant; infra, stationem habebant parones ferè centum & quinquaginta, prorsis longo ordine in altum obuersis, vt duplici vallo tormentisque aptè dispositis, & ingenti armatorum numero (viginti hominum millia conuenisse dicebantur) contra omnes incursiones oppidum egregiè tutum videti posset. Henricus, comperita hostium multitudine, sub ipsum portum anchoras jactit. inde cōtemplatus naturam loci, & genus operum ac litribus ad vada exploranda præmissis; tribus è partibus vno tempore, distinendi hostis causa, oppidum aggredi statuit. Simonem Menesium cum bellatoribus trecentis in terram egredi jubet; ac leuam cornu munitionum inuadere. ipse cum centum & quinquaginta, non amplius, descensu factò, ad leuam ducit, classariis imperat ad hostium naues recta succedant, ita, clamore sublato, simul à fronte ac lateribus

ribus pugna committitur. Non exigua tum hosti, officinis iam pridem institutis, tormentorum copia suppetebat. eo majori tenebantur spe, Lusitanum congressu arceri, & jaculis eminus obrui posse. quippe seminudi ipsi, patente ad plagas corpore, Hispanientes gladios & ingentia pila galeasque ac thoraces horrebant. Verum eos longè fefellit opinio. Siquidem inter jaculandum coortus è tormentario fomite fumus, ad instar nebulæ, subeuntem audacter Lusitanum egregiè texit. & flammæ intermicantis indicio, hinc parones injectis ferreis manibus nostri apprehenderant; inde in vallum ereplerant, & intra munitiones coniecerant signa, prius præne quàm eos appropinquare sensisset barbarus. Lusitanis, tum Saracenorum aspectus, tum pax a Calecutano toties per fraudem violata, acuebat iras. Nec diutius tulere dimicationem hostes. Pauci tantum conjurati ad extremum vsque spiritum acriter obstitere. cæteri, quibus patrio more nihil erat pudoris ad fugam, strage suorum exterriti, terga verterunt. Henticus, in magna hostium cæde, non plus quindecim è suorum numero amissis, vulneratis duodequingaginta, & oppido & classe hostili potitur. Inter cæteram prædam, tormenta variæ magnitudinis aucta trecenta & sexaginta, & minorum fistularum ingens numerus. parones abducti quinquaginta tres, Indico aromate onusti plerique; reliqui flammis absumpti: ac postremò totum oppidum, subjectis per iram igitibus, cõflagrauit. Lusitanus, gemina intra paucos dies victoria lætus ouansque, Cananorem inde Cocinum reuertit. Et Zamorinus, confecto quod per id tempus cum mediterraneis populis gesserat bello, omnibus dein viribus ad Lusitanam arcem expugnandã incubuit. Arx ea Calecutano erat imposita littori, quod, vt initio diximus, insidiosum asperumque, vix in summa malacia paruis nauigiis accessum præbet. Iamque hycnis aderat, eo acrius Zamorinus, ne id anni tempus elaberetur, milreres copias & omnem oppugnandi apparatus vndique contraherebat; vt inrerim vel operibus ac vi arcem caperet, vel necessitate ac fame Lusitanos in deditiõnem acciperet. itaque extemplo, præfectus cum duodecim ferè millibus peditum, ad urbem præmissus. quo in numero Sculus quidam erat persuga, non ignobilis architectus; qui Rhodiæ expugnationi cum Solimano Turca interfuerat. hoc maxime artifice ac præceptore, barbari vallo & fossa lata pedes ferè octodecim, ad dimidiatæ lunæ figuram, amplecti arcem instituunt, & ex vtraque parte, qua vallum in mare desinebat, arcendo nauali subsidio castella erigebantur duo, quæ obliquis icibus totum littus abraderent. dem, per ambitum fossæ, modicis iumentis,

propugnacula quinque excitabant; vnde majoribus tormentis ad idonea loca dispositis arcis mœnia quaterentur. Hæc opera, licet in munitores crebri ex arce impetus fierent; tamen abundante multitudine, adhibitis pluteis vineisq; , & instatibus præfectis, brevi ad exitum peruenere. Arcem, Lusitani haud amplius treceti obtinebant. præerat Ioannes Lima, vir & militiæ callens, & gloriæ in primis audus. is, cum nulla superesset nisi ab Oceano spes; duplici doliorum ordine, ingesta arena, & lorica extrinsecus addita, brachium ad mare protenderat; alternis inter dolia tormentis, ad ascendendum ab lætere hostem, aptè locatis; & per expedita nauigia Pætorum Henricum de statu rei Calecutanæ fecerat certiores. Sub hæc, ineunte Iunio mēse, cum hyems in ea regione sæuiret, Zamorinus ipse cum reliquo belli apparatu & nonaginta millibus hominum affuit. Arcu & sagittis pleriq; , alii gladio & parma, alii etiã ferreis fistulis instructi conuenerant. in speciem despicabiles, ceterum vsu armorum & corporum agilitate metuendi. Vt eæ copiæ confedere; Siculus architectus Zamorino perfecta opera diligenter ostendit, rudiq; ad eiusmodi commenta barbaro certam cum admiratione fiduciam iniecit, arcis breui tempore potiūdæ, atque id ipsum vti quàm minimo Indorum damno heret, Siculus, petito colloquio, Lusitanos, cum aliis rationibus, tum hostilis exercitus magnitudine proponenda, institit ad deditionem hortari. Verum eiusmodi oratione tantum absuit vt Limæ constantia moueretur; vti etiam ad lacessendum hostem vltro cum paucis etuperit; sed magna fuit merces audaciæ. Conensu ab hostibus facto, panè circumuenti Lusitani, multis acceptis illatisque vulneribus, agrè ad suos receptum habuere. Inde exasperatis vehementius animis, magno conatu & oppugnari & defendi arx cæpta. Tormentis vtrinque certabatur: è quibus erant Calecutano, quæ dodrãtali diametro emitterent globos. Sed jaculandi erat dispar admodum ratio. Ab Indis libratoribus, quippe nõdum sat in eo genere exercitatis, ictus languidi, infrequentes, incerti, & si qui muris inciderat, egregia laterum & structuræ firmitate respuebantur. Ab Lusitanis, crebri, destinati, vehementes, & vbi hostis arci succederet, confertæ ac seminudæ multitudini certam stragem perniciemq; afferebãt. Multos etiam squamis arborum & fragmentis (sunt autem ibi palmeta frequentia) repente carpi vel exanimari conspiceres. Verum ea damna hostes, vt in tanta militum copia, facillè sarciebant: cum deserta stationum loca alii subinde aliiq; supplerent, faucis ac fessis integros recenteq; submitterent. Longè iniquiore conditione erant Lusitani: quos, præter cæteras belli difficultates, ipsa, qua

qua laborare semper solent, paucitas fatigabat. Præfectus, idoneis ad propugnandum locis, notæ fortitudinis viros cum suo quemque manipulo collocauerat. ipse reliquos è præsidio circa se habebat: cum quibus circumspicere & obire ad repentina pericula posset. Verùm & militem consuebant, præter certaminis laborem & plagas, diurnæ pariter ac nocturnæ vigilia: & præfecto, ad subitos ac diuersos clamores, prout res exigeret, occurrendi vix erat facultas. Interea Henricus Prætor, cognita obsidione, duas naues cum propugnatoribus centum & quadraginta subsidio miserat. quarum alteram Christophorus Lusartres, alteram Eduardus Fõseca ducebat. Lusartres feliciore cursu paulum antegressus, propiùs ab Calecutano littore constitit. Fõseca, quòd tardiùs aliquanto nauigasset, ventis repentè cadentibus, ab lōgiore spatio anchoras jecit. Ad eas cõspectas naues, erecti partis vtriusq; animi; in clusorum, oprati auxilii spe; obsidentium metu, ne tot iam exhausti labores in irritum cederent: & locus ipse suspectus iādudum mentes Indorum curasque conuerterat, ne quid falleret tale. Lima, cum ad littus accurrisset, animaduersa paucitate eorum qui aduenerant, (non plus octoginta milites eo nauigio uehebantur) ne descensionem cum euidēti periculo tentarent, nutu & significationibus admonebat; & ex ipso auxilio plerique, conspectis Indorum castris & frequētia, subeundam eiusmodi aleam pernegabant. Verùm Lusartres cupiditate gloriæ omne discrimen impauido vultu contemneas, cum triginta quinque voluntariis in paronem desiliit, cæteris custodire nauem, & vbi primam tetram attigisset, missilibus procul hostem atcere iussis. Inde contento remigio ad ipsum lorice os, actuati proa dirigitur, quo subeuntes faciliùs protegeret statio Lusitana. sed illuc nauæ dum pari conatu enituntur, interea (vt fit) paronem paulo infra eum locum vehemētior æstus abrupit. Eo ferociùs progredi extra vallum barbari complures instare: atque, vt erant nudi, se se ad prohibendum accessu hostem aquis immetgere. Nec Lusitani segniùs è parone se certatim eiecere. ibi consetta in vadis manu, quàm acerrimè dimicatur. Cæteri ad spectaculum intenti, propter ancipites ictas, ne suos impetant hosti permistos, jacula cohibere coguntur. Cùm aliquādiu dubia sterisset pugna, Lusitani ad extremum deprimentibus vestimentis ingenti labore eluctati, quatuor è suorum numero desideratis, pluribus faucis, cum magna vicissim hostium cæde, intra lorice fauces audacissimè penetrarunt: ac nihil propiùs factam est, quam vt instantes ab tergo Indi simul irrumperent. In eo tumultu eximia Emmanuelis Cernicii constitit fortitudo. is, cum iam introisset munitiones, & fatigatus & faucius,

faucius, circumuentum respiciens præcipuum è commilitonibus
 quendam;recurrat protinus:ac laborantem, summotis acriter In-
 dis, recepit in tutum, magna vel mercede vel gloria: quippe, om-
 nium cõsensu ciuicam promeritus coronam; ipse post dies aliquot
 è vulneribus expirauit. Sed interim dum ad mare Lusitani præ-
 sidiarii suis adiuuandis atque intromittendis insistant; ex altera
 parte frequētes barbari, desertas rati stationes, arcem scalis inua-
 serant. Eo nuntio excitus ab littore Lima, cum promptissimis ad-
 uolat: & pluribus locis conantem scandere Malabatem, contis,
 gladiis, telis, igne deturbat. Erant Lusitano varia nouæ artis jacu-
 la, ad hostem cominus eminusque impetendum. Sed è propinquo
 nihil Indos æquè terrebat, atque incendiariæ bolides; quod est
 inuentum eiusmodi: Ollam ex argilla semicocta, quo facilius dein-
 de rumpatur, circumdatis ansulis tribus quatuorve, sulphureo com-
 plent puluere, & osculum diligenter obturant. tum ad eas ansulas
 igniti funiculi è gossipio vel stupa alligantur. vbi ad coniectū eius
 teli ventum est, contorta brachiis olla repentè diffringitur, & si-
 mul arreptis è fomite adalligato fauillis, ingenti circumstantium
 damno, flammæ edit inuitabiles; quod missile genus in præliis
 duntaxat naualibus primò vsitatum, ad terrestria quoque certa-
 mina exitiabili commento deinde trãslatum est. Hac maximè per-
 nicie repulsi à mœnibus Iudi vsulati cum insana trepidatione sese
 intra munimenta receperunt. Interea præfectus nauis alterius Fon-
 seca, quamquam probè animaduerso discrimine eorum, qui in lit-
 tus exscenderant, paratus tamen eandem alcem, si res ita postula-
 ret, subire, per litteras ad sagittã reuinctas quaesiuit ab Lima, quid
 sibi tali tempore faciendum censeret. Ille verò, eadem vsus arte sa-
 gitta, de consilii sententia respondit: Nequaquã se Fonseca suosq;
 in apertum ad eò periculum objiceret, tutum in arcem introitum
 haud minùs quingentorum Lusitanorum præsidio posse obtineri.
 Proinde rediret Cocinum properè, ageretq; cum Prætorè dilige-
 ter, (ad quem simul ipse in eandem sententiam scriptas litteras da-
 bat) vti militum quingentorum spectata virtute subsidium, & sul-
 phurei pulueris vim, & ad obfidionem tolerandam alimenta sub-
 mitteret. Cum hoc responso Fonseca per insensos infestosque flu-
 ctus hyeme summa Cocinum reuertit. & Prætor, cognito suorum
 periculo, Antonium Syluium ad opem obsessis ferendam cum ali-
 quot nauibus, & viris quot Lima petierat, extemplo proficisci ju-
 bet. ipse interea classi ornandæ operam dabat; vt cum primùm se
 apernisset mare, cum maioribus copiis eò contenderet. Hæc vbi
 per exploratores Calecutu allata, cõfestim Zamorinus, antequam
 inclusis

iaculis accederent vires, omni conatu rursus oppugnare arcē ag-
 greditur. Neque Sículus architectus, egregiè se se barbaro vendi-
 cians, incitatissimè deerat ipsius cupiditati, aggerè ex Turcica dis-
 ciplina promouèdo, mœnibus adæquarat. Cuniculos præterea sub
 terras agebat; locis etiã quibusdam statuebat oris vasti mortaria, è
 quibus in sublime acta ingentia pondera cum horribili strage in
 arcis tecta deciderent. Sed operum eiusmodi, quæ Zamorinū ina-
 ni fiducia inflarant, vbi ad pugnam ventum est, haudquaquam ex-
 spectationi respondit enētus. Indi telis ac missilibus ex aggere de-
 turbati, cuniculi excepti cuniculis, & mortaria, quemadmodum,
 vbi à perito magistro locantur, magnum hosti detrimentum im-
 portant; ita, si artificiū absit, in eandē pænè regionē recedente glo-
 bo, machinatoribus interdū ipsis exitio sunt. Quocirca Zamori-
 nus, haud mediocri suo malo peregrinas artes expertus, reliquum
 spei in sœuitia hyemis & fame reposuit, neq; ea spes sefellisset ho-
 minē, si ad arcēdos cōmeatus vel modicā classē instructā in pro-
 ximo tenuisset. Ex quo verum apparuit Themistocleum illud: Qui
 mare possideat, omnia possidere. Lusitani, Syluio duce ab Cocino
 præmissi, quãquã atroci tēpestare disiectis nauibus; tamē vt sese ex
 iactatione refecerāt, alii subinde atque alii Calecutū accedebant.
 Lima, fatigatis iã & ab oppugnatione deterritis hostibus, vnam
 inopiam metuens, modica militum auxilia recusabat, assututum
 mox cum iustis copiis Henricum exspectans. Tantum sulphurei
 pulueris & cōmeatus præsentem expetebat copiã. Vtraque, noctis
 intempestæ silentio, scaphis paulatim in arcem inuecta. & vulgo iã
 è muris, Lusitani, suadenti deditioem hosti, recentes carnes, alia-
 que cibaria, & ipsum denique in delicias betele ostentabant. Ea
 res Zamorinū contudit animos. & circumacta iam hyeme, cum
 nauibus viginti, bellatoribus mille quingentis aderat Prætor. is, tū
 à mari rum ab arce tormentis hoste summoto, cum ingenti cla-
 more pluribus locis armatos in terrã exposuit: immisitque intra
 hostiles fossas audacissimis è suorum numero, cùm ex aliis quoq;
 partibus alij ad vallū intrepidè subiissent: ad tria Indorum millia
 partim ferro partim igne deleuit: in quibus ipse quoque archite-
 ctus, proditæ ac desertæ Christianæ fidei noxam luit in cedio. è Lu-
 sitanis eo die paulo plus triginta cecidere. saucij relati amplius du-
 centi: & Henricus, prorupto Indorum valio, fossisque oppletis, ido-
 neo prope arcem loco casta communiit. Inde Zamorinus & suo-
 rum territus strage, & simul veritus, ne in proxima palmeta Lusita-
 ni sœuirent, (quo detrimento, vt suprã diximus, nihil genti gra-
 uius aut acerbius est) missò caduceatore iudicias petiit. in
 qua

quadriduum datae. interea de pacis conditionibus actum: neque
 conuenit, eo maximè, quòd Zamorinus insignem quandam è Co-
 cinensi ditione perfugam tradere abnueret. Ac demum Henricus
 pertaxus Indicæ leuitatis, & Mahometanae perfidiæ, præsidium ab-
 ducere ab Calecutis, & arcem a fundamentis excindere statuit: præ-
 fertim quòd ita velle Ioannem Regem è commentariis Vascei Ga-
 mæ didicerat. ergo, muris & propugnaculis, opere subterraneo, sul-
 phurei pulueris de more copiam subdi iussit. dein militibus, & ma-
 chinis, omnique instrumento raptim in naues imposito, (cuius
 rei facultatem & natura loci & nautica turba præstabat) ignes
 cauernis injecti; & barbaris illico, si quid fortè prædæ relictum es-
 set, stolidi temeritate in arcem ingressis, (tanta inest hominibus
 rapiendi libido) interim è specubus cæcis erumpentes momento
 flammæ plerosq; hausere, & cum horribili strepitu mœnium stru-
 ctura disiliit. Atque is finis & arcis & obsidionis fuit. Henricus,
 incolumi classe & exercitu Cocinum reuectus, alios aliò præse-
 ctos dimisit. ipse iude septendecim nauibus Cananorem petiit. ibi
 dum expeditionem in Cambaiam Diuinaque meditatur, cum nō
 toto biennio rem Indicam administrasset, grani oppressus in orbe
 paucis diebus è vita migravit año post Christū natū M. D. XXVI.
 Hoc Prætoris fama nominis Lusitani reflorescere visa quodāmodo
 req; ipsa comprobatum est, tanti militem quanti ducē esse. Atque
 in ciuilibus etiam rebus non vulgari prudentia fuisse dicitur: &
 quod perrarum in eiusmodi prouincia est, ab auaritia & à fordi-
 bus alienus. Sub idem tempus ad Malacam pariter bene gesta res
 est. Alodini copiam, cum urbem terra marique vehementer vrgerēt
 per paucis egressis obuiam Lusitanis, cum ignominia fusa & fuga-
 tæ. Et exacti obsidione, Linguanus regulus, parua manu Lusitano-
 rum exemptus est. Raia Nara, gener Alodini, Linguam obsederat. ex
 eius exercitu cæsi sexcenti, & plurimi vulnerati feruntur, vno tan-
 tum è nostris desiderato. Et è Molucis aliquot Lusitani ad Cele-
 bes populos auri causa profecti, cum littoribus arcerentur, fœda
 rēpestate ad insulam trecētas inde leucas abrepti sunt. incolæ, mo-
 ris antiqui homines, mira simplicitate ac securitate sese perñutus,
 & nonnulla Molucensis linguæ commercia, in consuetudinem
 extemplo dederunt. Egregio in primis habitu, & amabili vultus hi-
 laritate sexus uterque est, promissa barba & capillo sunt viri. præ-
 molliibus storeis tegunt corpora. Ad fabriles vsus spinis piscium
 pro ferramentis vtuntur. Ignoti ad eam diem & nominis & regio-
 nis erat insula. tum primū, à nauclero Lusitano, dimensis cæli
 plagis, nauicam in membranam ex arte relata est, de qua ipsius
 naucler

naucleri nomine Gomeii Sequeriq̄ insula exinde appellata. Non eadem erga Lusitanos comitas eo tempore in Arabici matis accolis existit. Hector Sylueria cum aliquot nauibus Erythræas angustias tuebatur. Hunc, in Arabia, qui Dofarem urbem incolunt, accessu prohibete conati, audaciæ p̄nas dedere: profligari qui cum armis ad mare prodierant, oppidum captum & diteptum est & insulæ duæ, Mazua & Dalaca, quòd sese ii populi infestos prætereuntibus Lusitanis præberent, ab eodem Sylueria domitæ, &, annuo stipendio imposito, in ditionem redactæ. Simul, Æthiopica legatione perfunctus, anno sexto quam ad Arquicum exscendat Rhoteticus Lima, in classem acceptus. Accessit ab Æthiopico seu Abalsino Rege legatus ad Lusitanum Regem nomine Zagazabus: itemque cum donis ac litteris ad Romanum Pontificem Frâcisus Aluarus, cuius supra meminimus, Rhoterici comes. Is in Lusitaniam teuectus, Italiam deinde petiit, ac Bononiæ, in celeberrimo conuentu, cum Casat coronatus adesset, Clementi VII, vti Ecclesiæ vniuersæ Pastori, & summo in terris Dei Vicario, paratam ad omne obsequium voluntatem Abalsini Regis ac studium solenni cum adoratione & pedum osculo detulit.

LIBRI OCTAVI FINIS.

HISTORIARVM

INDICARVM

LIBER NONVS.



ENRICO Mencio vita functo, à primoribus Lusitanis ventum in curiam est: ibi apertus alter codicillus, inscriptum ostendit nomen Petri Malcatenia, cui Malacæ vrbis tum prætat, vir bello fortis, & natura munificus, atque ob id ipsum apud omnes ordines gratiosus. Verùm illud erat in ea successione incommodi, quòd, nisi veritate anno, Malcatenias à Malaca, propter tempestatum rationem abesse non poterat: cum interea simul a Calicutano & Cambaiuo Regibus, &, quod magis erat formidandum, ab ipso Turca bellum

bellum immineret: minimeque expediret, eiusmodi rerum statu, parente ac præsidente tandiu carere prouinciam. Ob eam maximè causam Alphonsus Mexias regius Quæstor, cuius tum erat summa in Senatu auctoritas, censebat, nullam moram interposita, tertium deinceps codicillum aperiendum: neque expectandum è tam longinqua regione Mascareniam: quem, quo melior esset ciuis, & Regis rei que publicæ amantior; eo æquiore animo ferre oporteret, in tanto tali que discrimine, salutem communi potius, quam proprio ipsius honori consultum. Aduerius hæc amici Mascarenie tendere, tam insignem iniuriam deprecari, ac postremò denuntiare, haud leuiori quàm quod in præsentia proponatur malo, geminam succellionem intestinis odiis ac certaminibus materiam utique præbituram. nec verò dubitandum, quin ipsa dulcedo imperii, & ratio dignitatis, è duobus Prætoribus alterum ad retinendam, alterum ad repetendam omni conatu prouinciam, postmodum esset incitatura. Cum hisce aliisque difficultatibus non inueniretur exitus, multis altercationibus diu agitata, è denique deducta res est, ut tertium codicillum inspicerent, prouinciam que nouo successori mandarent ea lege, ut ipsam, quisquis ille esset, aduenienti Mascarenie confestim redditurum se iurejurando promitteret. In hanc sententiam convenere omnes: & resignato palam Codicillo, Lupi Valsi à Sancto Pelagio (contracta ut assolet voce Sampaum appellabant) nomen apparuit, qui per id tempus Cocini præfecturam gerebat. Is, cum solenni adiuratione pollicitus, sese Mascarenie, ut primùm adesset, honore cessurum; Præturam interim iniuncto cognito que prouincie statu, alios atque alios duces, ad obrinenda præsidia maria, destinauit. ipse cum nauibus aliquot, in quibus erant Lusitani circiter mille, Malabaricam oram sibi tuendam desumpsit. Profectus Cocino, circa initium Februarii mensis anni millesimi quingentesimi vigesimi sexti, Cananorè perit ibi, dùm cõmeatus in classem imponit, subito cecidit, Mahometanos è Calcutano emporio ad duodecim hominum millia intra Bacanoris fluminis ostium cum nauibus onestis latere, paratos ad exitum, quæ prima se se occasio nauigandi obtulisset. Ea re cognita, non dubitauit Prætor, quominus in angustiis deprehensos quamprimum inuaderet. Ergo sublatis anchoris è contendit infestus. Res erat difficultatis ac periculi plena, non modò in tam dispari numero copiarum, sed etiam quòd contra omnem eiusmodi casum egregiè se se Mahometani munierant. Fluminis alueum de more fixis utrinque sudibus atque cancellis in arctum ita coegerant, ut singulis tantùm nauigiis aditus pateret. cæcos præterea sub aqua,

veluti

veluti laqueos, idoneis abdiderant locis, in quos illata ex alto nau-
 igia sese induerēt; & munitionibus in vtraque ripa excitatis, cre-
 bra tormenta locauerant. Ad hæc, ex oppido fluminis cognomine,
 qui locus erat Narsinganæ ditionis, omnia illis ad victum necessa-
 ria suppetebāt: Hæc Prætor cū partim ab exploratoribus acce-
 pisset, partim speculatoriis nauigiis obeundo per se nocte sublusteri
 potasset, submissis primū vrinatoribus, laquos funesq; prætētos
 ab imo præcidi iussit: dein, sublato ingenti clamore, concinētibus
 undique tubis, aduerso flumine subiit; præibant oblectæ centoni-
 bus & inaidoribus tormentis instructæ aliquot scaphæ, tum cætera
 nauigia simplici propter angustias ordine sequebantur. In ea cō-
 specta, illico barbari vim omnis generis telorum emisere: quibus
 propter assuetudinem haudquaquam exterriti Lusitani, contento
 remigio ad ipsa munimenta succedunt. Ibi atrox & ambiguū ali-
 quandiu certamen fuit, dum conferti & obnixa corporibus Maho-
 metani hostē descensu prohibere nituntur. Sed postquam impetu
 ex omni parte capto sese Lusitanus in mediam aciem saltu mitte-
 bat, & dextris gladiisque res geri cæpta est; tum verò iniecta for-
 midine pulsi vndiq; barbari, & magna cum cæde præcipitē in fugā
 auersi, ac Prætor veritus, ne ab ira & cupiditate miles oppidum di-
 riperet, & Narsinganum Regem, cuius tum in ditione Lusitani cō-
 putes negotiabantur, alieno tempore prouocaret; vallo potitus
 receptui cani iussit, suosq; à præda & ab insequendo vltra hostē
 cohibuit. Apothea & diuersorium erat Mahometanorum in ipso
 portu, frugibus & merce pretiosa refertum. Eam apothecam Præ-
 tor & hostiles vna lembos incendi iussit, octoginta ferè tormētis,
 quorum erant enea pleraque, ex incendio ad classem abreptis. Ne-
 que, in magna hostiū strage, Lusitani desiderati plus quattuor quo-
 rumq; acerbiorq; Calecutanæ ciuitati, atque ipsi præsertim Za-
 morino cladis nuntius accidit: vt, non reuocata quacunque condi-
 tione cum Lusitano pacis & amicitie, magis in dies hominem præ-
 teret. Ab ea victoria Prætor ad excidium Dabuli perrexit: quem
 portum Mecanis negotiatoribus receptū dari contra fœdus cū
 dā cane ictum, & præterea, armatas inde triremes ad oram infe-
 standam egredi pro certo compererat. Appropinquāti, nouus præ-
 ter loci, quem Indi Tanadarem appellant, vnicq; nauigio prodiit
 obuiam supplex: & culpas omnes in eum, cui successerat, transfe-
 rendo, seq; affirmādo, vt oporteret, in fide officioq; mansurū, haud
 magno negotio Lusitani Prætoris mitigauit animum: & renouata
 pax, ita, si Dabulanæ biremes cum tormentis à prælide traderen-
 tur, Eduar extēplo omnes, ac traditæ. Et Prætor ex animi sentētia

gestis rebus, Goam victrici classe contendit. Inter hæc, Ioannes Rex, Henrici Menesii morte nondum audita, quatuor miserat in Indiã naues, & cum iis noua successorum nomina, ac separatim ad Mexiam Questorem litteras, quibus erat in extremis, vt superioris temporis codicillos irritos duceret, & clausos obsignatõsque, vt erant, in reditu ad se perferret, recentibus hisce vteretur, si forte Mensium è vira discedere contigisset. Eã clausulam Mexias, quod Mascareniam sibi minus propitium fore suspicaretur, ad res nouandas arripuit. E regiis litteris ad consilium refert, quandoquidem vetera inania fecerit Rex, de nouis diplomatibus apcriendis: quemcunque illa iusserint, hunc denique iustum ac legitimum Indiã Prætorem fore. Hæc, præter omniũ expectationem, à Questore dicta, magnos animorum motus fecerunt: ac ferme aduersis auribus (vti par erat) accepta relatio. Inter ceteros, Vascus Deza, Cocinensi arci præpositus, apertè disseruit, non modò superuacaneam, sed etiam perniciosam eam inspectionem futuram. Nuper declarato Prætore Mascarenia, per causam absentia, dignitatem optimi & clarissimi viri haud obscurè impugnatam, superinducto contra omne ius fasque nouo successore. Cùm inde certamen ac periculum ingens non sine causa timeretur, iurejurando ac promisso reddendæ aduenienti à Malaca prouinciæ, id periculum Dei benignitate discussum. Quid opus esse, certis & constitutis iam rebus denuo solui codicillos? & pessimo publico labefactari concordiam & pacè, cùm tantũ belli penè in manibus sit, cùm tot vndiq; terrores immineant? Nam quòd huic actioni regia prætaxantur mandata, profectò si in tanta regionũ distantia, cùm Ioãnis ipsius consulendi facultas desit, ad interpretationem regiæ voluntatis atque iudicii referenda sint omnia, nulli dubium esse debere, quin Mascarenia delatum è prioribus codicillis honorem, non quieris modò, sed etiam hominis causa ratum, inuiolatum ac proprium esse Rex iubeat. Id, vel ex eo apertè intelligi, quòd veteres codicillos ad se clausos atque obsignatos referri mandauerit. quos ille si vel apertos irritos omnino esse voluisset; id ipsum vtique disertis verbis adscripturum fuisse. Proinde superseedendũ hoc successionis malè auspicae periculo, noua Regis expectanda responsa, atque interim coniunctionem animorum atque consensum, quo vno maximè inter hostilia circa omnia Lusitanæ stent res, omni studio & cura fouendum. Maiori & meliori parti eorum qui aderant, admodum grata fuit oratio Deza: quinimmo ex oraculo missa videri quodammodo potuit. Siquidem paulo antè, Ioãnes Rex à nauarchis, qui ex India illo ipso anno redierant, audita

morte Mencia, & Mascarenia successione, veritus, è missis ad Me-
 xiam quas dicebamus litteris, ne quid controuersiarum existeret,
 Petrum Annum Gallum cum nauigio expedito submiserat ad ea
 reuocanda mandata, & Mascarenia nominationem sua auctorita-
 te firmandam. Sed Annius, nondum tempestiuo ad nauigandum
 mari profectus, superato iam Bonæ spei promontorio, circa sancti
 Laurentii insulam naufragio periit. Inde, non ad liquidum explo-
 rata Regis voluntate, cum plerique ex æquo & bono agendum, &
 cauendas omnes discordiæ causas prudenter monerent; Mexias
 tamen, paucis assentientibus, omne id periculum in se recipiendo,
 premendoque verbis iis quæ retulimus ex epistola Regis, peruica-
 cia & obstinatione tenuit, vt nouissimi codicilli consulerentur.
 In primo loco Prætorem declarabant Lupum Vasçum ipsum, qui
 secundum in priore nominatione tenuerat. itaque elatus hoc de
 se iudicio Regis, pro fiduciaria legitimam ac propriam sibi vindi-
 cate Præturam, & ad arcendum honoris aditu Mascareniam, si
 promissa repetere instaret, omnia præmoliti constituit. Ea remul-
 torum animi grauiter offensi, nonnulli etiam Vasçi imperium de-
 tractare palam ausi. Interea de interregno, & Mascarenia successio-
 ne, de quæ vicaria Vasçi munere, Malacæ litteræ nuntii quæ per-
 uenerant. Et satis comperta re, vtriusque Indiæ Prætorem Mas-
 careniam ritè consalutauerant socii coloni quæ. proinde, ne quid se
 absente respublica incommodi acciperet, maturandum ratus Mas-
 carenias, Malacæ Georgium Capralium præfecit: ipse, non exspe-
 ctata motione quam vocant, reclamantibus naucleris citeriorem
 Indiam petere intendit. neque in punè cessit illi temeritas. ad Pu-
 lo puarem insulam tenuit primùm. ibi dum stat in anchoris, subita
 procellæ vt, malo distracto, laceris quæ armamentis, pænè submer-
 sus, Malacæ retro, vnde abierat, redire coactus est. Natus ad res ge-
 tendas, & gloriæ in primis appetès erat Mascarenias. Ergo, dū an-
 nuersarius recurrat Eurus, ne frustra interim tempus absumeret,
 quod parum se iciter Georgius Albuquerque antè tentarat, harè-
 tem lateri tyrannum Alodinum oppugnare, & receptaculum pi-
 tatarum insulam oppidum quæ Bintanum omnibus moris parat
 excindere. Fortè tum Malacæ substiterant præfecti alique Lusita-
 ni, Borneum insulam alii, alii Molucas, alii Somatram ipsam
 Regis iussu petentes. Hisce non approbantibus modò expeditionem,
 sed etiam operam suam in id ipsum enixè offerentibus, Mas-
 carenias variæ formæ naues vnde viginti cōtraxit: & Lusitanis tre-
 centis, Malaccensibus ferme sexcentis impositis, ad Bintanum vela
 fieri iussit. Alodinus ad eius classis famam pontem urbem quæ; nouo
 præsi-

præsidio & munitionibus auxerat, venenatis tribulis circumquaque dispersis, plurimisq; tonnentis ad idonea loca dispositis. præterea, quæ acerrimè defixis in imo longuriis, tignisque in lapides molares impactis, ut pōdere ipso detinerentur, obstruxerat portū: & super hæc, opem à propinquo regulo Panensi petierat. Luitana classis, ob naturam vadum maris & frequentes insulas, cum tardè admodū nauigasset, ante ipsam Bintanū denique in anchoris constitit. Inde præmissus ad omnia contēplanda cū speculatorio nauigio Eduardus Coelius, retulit, fauces portus, nisi euulsis cæcellis, omnino esse impenetrabiles. porrò delcesum ad urbem planè exitiabilem fore; aded locū & præaltis munitionibus, & crebris tormentis, & omni apparatu bellico tutum videri. Hisce rebus permotus Mascarenias, vallum omittit, pontē ipsum, (vtri Albuquerque olim in expugnatione Malacæ) admota celsiori naui, & repagulis per vim extractis, adoriri decreuit. Ad eam rem, eximia fortitudinis nauarchus deligitur, Franciscus Serranus Eborensis, Lusitani propugnatores cum magno tormentorum numero additi quinquaginta: & naus, partim validis asseribus pluteisq;, partim etiā culcitrīs & gossipio, quæq; alia sunt miltibus eludēdis, egregiè tecta. Hisce mandatum, ut ostio repurgato, & faucibus utcunq; patefactis, pontem inuaderent: laborantibus in tempore subsidiū affuturum. Tum, ad breuia vitanda, catures duo, bitemiū instar, prætentatis canalibus, nauem remulca trahere iussi. Primus labor aperiendi aditus fuit: adacta ad imum tigna, inmissis ductariis funibus, ergata conuelleri nitēbantur, eo quidem impetu, ut nonnulli præ nimia contentione sanguinem euomerent, atque ut initia sese dabant, multorum dierū id opus proculdubio fore apparebat. Dum huic vni rei, in orbem succedentes alii assis, dies noctesue dant operam, noua repente ab alto conspicitur classis. tres & triginta erant lanciata à Panensi regulo missa: quibus, præter varios commeatus, duo circiter hominum millia vehēbantur. Ea re animaduersa Mascarenias, ne si pro; iis accessisset, elatus recēti subsidio Bintanus confestim crumperet, ancipitiq; prælio Lusitani postmodum vrgerentur; anteuertere, & cum parte copiarum ipsemet quā longissimè obuiam ire Panensē decreuerat: sed præfectorum dein precibus victus, ne se temere in discrimen obijceret, Eduardo Coelio cū faciatis quatuor, calaluziis quinque (eiusdem ferè magnitudinis vtraque actuaria sunt) id negotij dat. ipse ad exitum portus tuendum cū cætera classe subsistit. Barbari, quāquam multitudine superiores, tamen & oneribus impediti, & à tormentis imparati aduentabant, seminudo corpore, sagittis maxime

rimè freti. Ergo, ut propius ventum est; primum bombardæ fragorem & radiantia fulgetra non tulere. Perterriti, aliquot suorum amissis, turpem in fugam extemplo avertuntur; & harentibus rergo Lusitanis, lanciarum viginti res, ad proximam insulam directis proris, in litus eiecitæ, & certatim exsidentes barbari; nullo nisi vitæ respectu, omnibus ferme relictis rebus, hac illacque dispersi; reliqui, cum insulam tenere nequissent, conrenro cursu prælati, nocte iam imminente, per tenebras euaserunt. Coelius, haud parua sine vlllo suorum sanguine parta victoria, relictas ab hoste lanciaras cum ipsis oncribus ad Maltareniam cum ingenti gratulatione perduxit. Inter hæc, quod ad transitum saris esset ostio patefacto; Serranus, attracta remulco nauis, ad frontem valli processerat. hinc verò longè acrius desudandum Lusitanis fuit, dum ingruentem ab latere missilium vim excipiunt, atque alii recentia foramina raptim obturant, alii conceptas exhauriunt aquas, alii paucitatem ad præteruolantium globosum sibilos, abdentemque se remigem, adhortantur, Magnus in primis vsus centonum & gossipij fuit: nec dubium, quin alioqui nauem, quamuis firinis compagibus rabularisque munitam, creberrima pilarum grando pestumdata suerit. E tanto periculo elapsi diuinitus, quinto decimo instituti operis die ad pontem appropinquant: iactisque idoneo loco anchoris, in modum propugnaculi nauem ex omni parte stabiliunt. Tum verò indignatione atque ira percitus Alodinus surere, & suos incursare, quod in omnium conspectu claustris effractis, hostem ad interiora penetrare sint passi. Consectim è gentis consuetudine submissi, qui nando clam oras præciderent, ut in ipso fluminis imperu nauis in vada ferretur. Sed Lusitani, fraudè, iniectis ad anchoras ferreis catenis eluserant. Ea quoque spe destitutus Alodinus, euocatum è statione Laqueximenam præfectum, lanciaras undecim raptim deducere, & cum quingentis armatis interclusam a cætera classe nauem inuadere iuber. Simul, ne quid interim Serrano auxiliij superueniat, custodibus edicit, quam intètissimas pro vallo excubias agant, & vbi postulet res, tormèta sine vlla intermissione in prætereuntes exerceant. Vti imperauerat, factum. Laqueximena læciarum momento deductis instructisque, nauem petir infestus: ac nequicquam arcere conate Lusitano, circumuentam barbari à proa maximè ascendant; cumque abundante multitudine integri succederet fessis, & paucitate, & labore, & vulneribus fatigatos Lusitanos, capta iam proa, ad malum usque summouerant. Ibi Serranus graui ter faucias, egregie dimicans cadit, & pro mortuo habitus, collectis dein utcumque viribus, acrior in pugnam resurgit. Verum libero introitu,

irruentibus aliis super alios Mahometanis, nulla ope obsisti iam poterat. Cum in eo statu res esset, conspiciatus Mascarenias è prætoriam discursum hostium, & circumfusas nauim lanciaras, atque ex ipso numero & vociferatione haud absurdè coniectans, præsidium in extremo versari discrimine; confestim Eduardo Coelio, & strenuis aliquot assumptis, in balancum, quod leuoris nauigii genus est, ad falleda misilia, desinit; ac nulla deterritus vi, pertinaci remorù pulsu, præter ipsas munitiones, nequicquam ejaculantibus barbaris, ad locum certaminis appropinquat: disiectis que ignifera bolide lanciaris, qua proximum est, concendit nauem; atque ut propè ferum auxilium suis iam iamque captis, ita vniuersum gaudium & requie attulit, neque ascendente (adè certamine occupati erant intropus dimicantium animi) sensit quisquam. recentes, dein, respirantibus cæteris pugnam capeunt: neque ea diuturna vel ambigua fuit. Exterriti nec opinato aduentu hostes cessere primò, dein, cum dolor cadentis ad irritum rei ad rabiem atque ad iterandum certamen accenderet, cæsi ad vnum quotquot nauem int rauerant, & è Lusitanis, (quod pæne fidem excedat) in tanto sanctorum numero, ne vnus quidem amissus. Mascarenias, per summam fortitudinem præsidio seruato, magnam sibi ad omnes laudem & gloriam peperit. dein festinandum ratus, ne denuo barbari nauem adorirentur: vel rates, ut solent, secundo flumine ac vento cum ignibus ad incendium immitterent: adiuuandi ratione vires, & rei sine mora perficiendæ, tale consilium expedit: Duæ, præter annem, ferebant ad pontem via: alteram, qua vrbs condita est, munimentis & custodiis obtinebat hostis: altera, propter vligines & paludes, inaccessa & clausa putabatur. hoc ipso itinere, quo minus erat suspensum, Mascarenias noctu pontem aggredi statuit: atque ut ab eius rei sensu quàm maximè Mahometanos auerteret; quasi à vallo urbem inuasurus, ab ea parte pluteos erigi, vineas agi, & tormenta aliqua collocari iubet: inque hac statione primis tenebris Sanaiam præfectum Malacensem, cum quatuoraginta Lusitanis, & cum auxiliariis collocatis mandat, ut cum primùm à ponte micantes viderint flammam, confestim clamore sublato, continentibus tubis, tormenta displodant, & quam tumultuosissimè ex eo loco oppugnationem ostendent, hostemque inde omni ratione distincant; ipse cum cæteris Lusitanis, obseruato maris recessu, primæ vigiliæ silentio, tria millia passuum a ponte, diuersum in litus egreditur. inde per tenacem limum atque voragines ingenti labore eluctati, cum alibi umbilico, a ubi humeris tantum exstarent: integras tamen ac recentes haud sine miraculo vires ad pontem attulere. Quarta ferme

erat vigilia, quę gratissimę quieris hora est: & peruigil in nauī Sar-
 ranus ad incendium ollas ē composiro paratas habebat. ijs Mascarenę iussu in castella coniectis, simul ex arida materia splendor
 eluxit, & in id ipsum intētus ē cōdicto Sanaia, clamore tolli, canere
 rubas, & cum horrendo fragore, globorum vim in munitiones
 emitti iubet Dum simulato pręlio Malacętes Laqueamina egte-
 gię cohibent, & in eum vnum locum ex omni vrbs parte concur-
 sus fit; interea Mascarenias cum suis castelli portas & claustra per-
 fregerat. Inde pręlio in vrbe illato, cū cędes multisia locis ne-
 ret; trepidi ad Regē conuolant ciues: hostem intra mœnia grassari
 cum fletu enuntiant: ille, inania videlicet ex inconsulto metus ra-
 tus affert; pauidos ac tumultuantes cum iurgus increpat. Neque
 fuit fides, donec ipsa lux vniuersam aperuit cladem. Tum verò A-
 lodinus, conscenso properē elephanro, fuga arripuit; & mox infe-
 quentem à tergo hostem extimescens (namque Lusitani, omilla in
 præsens præda, vnū tyrannum perebant) ad pedes, ne dignoscere-
 rur, degressus, densas primūm petiit siluas: dein, parum turan-
 tus intulam, occultis itineribus ad mare se conuulit, & que ad Vgē-
 tanam cōtinentis orā transmisit, ibi, diuturna ægritudine & mor-
 bo, vti Mamudius olim pater, absumptus est. Lusitani interea, di-
 missis per omnes insulę partes, qui tyranno indagando, & comiti-
 bus ipsius excipiendis insisterent; Bintanu oppidū, exlo aut dilapso
 præsidio, diripuerant iute belli; neque contemnendam, cum e reli-
 quis tectis, tum verò ē regis adibus prædam exhauserant. tormen-
 ta insuper, & quidem ænea pleraq; reuecta omnino trecenta, quo-
 rum non pauca Lusitanis Alodinus ademerat. Propugnaculis dein
 ac munitionibus ignes iniecti, triduoque omnia prorsus absum-
 pra. Sub hæc, pulsus quondam ab Alodino dynasta Mascareniam
 victorem adiit supplex: ac tyranni questus iniurias, non modò pa-
 cem impetravit: sed etiam in solium testiturus est legibus ijs, vt
 Ioanni Regi annum persolueret vestigal; arcemque aut propu-
 gnaeula non nisi ex auctoritate Lusitani Prætoris exstueret. Per
 eosdem ferē dies, haud contemnendæ rei spes, cæterum mani suc-
 cessu, Lusitanis affulsit. Sunda est oppidum Iauæ maioris, ad Bo-
 realem plagam, Somatranis littoribus obiacens. id oppidum,
 præter maritimas opportunitates, agro est etiam cū aliarum
 frugum feraci, tum verò egregij piperis. ei tum oppido Mahome-
 tanus dynasta imperabat: is, finitimo bello cū valde premeretur,
 coactus inops ad potentiores confugere, otarores opis imploran-
 da ad Mascareniam destinatar: ac simul idoneum Lusitanis apud
 se locum & exereendo mercimonio & arcē adificandæ promisse-
 rar,

rat. Mascarenias, legatis comiter acceptis & confirmatis, peracto demum Bintanensi bello, Frãciscum Salam cum aliquot nauibus, &, præter aliam turbam, Lusitanis trecentis misit, nimis lentum perditis iam rebus auxilium. quippe hostes interea Sundam expugnant, locumque operibus nouis & valida militum custodia sepherant. At Lusitanos, à Bintano profectos, in conspectu præne Sundæ atrox tempestas oborta disperfit. Lembo etiam vno ad terram alliso, circumuenti à barbaris & casti triginta, nequicquam inspectante ac miserante procul Eduardo Coelio trierarcho; inde hostilia esse omnia paruit. Et Sala, collectis in alto nauibus, cum ad Sundanum litus tandem appulisset, vi armisque descensione prohibitus, Malacam re infecta redire coactus est. Cæterùm capti Bintani fama in primis læta cum vniuerso nomini Lusitano ac sociis accidit; tum iis præsertim, qui Malacensem oram intolebant, magno quippe eorum detrimento, Bintanii prædones, non mare solum infestum, sed omnes circa agros iam diu fecerant. Et Mascarenias, insignis gloria militari, Malacam reuectus, maturo iam ad eam navigationem Oceano, citeriorem Indiam petere intendit; ignarus quid, post priorem successionem, è regis litteris accidisset; ac minimè dubius, quin aduenienti sibi Vasæus, vti receperat, illico prouinciam traditurus esset. Ergo, Malacensi re constituta, & juncto vel renouato cum vicinis Regibus fœdere, Mascarenias à Chersoneso cum aliquot rostratis majoribus profectus, præter Gangeticum sinum, Cori promontorium superat; flexoque in Septentriones cursu, Colanum applicat primùm. Ibi à Lusitanis negotiatoribus Prætor honorificè salutat, acta Mexiæ, & occupatam à Vasæo prouinciam graui cum dolore cognoscit. Neque tamen idcirco despondet animum. Experientia causa Cocinum prouectus, qua tū in vrbe Mexias agebat, cum egressum è nauis & introitū in urbem peruicaciùs tentasset, concitante populum Mexia, vi & armis ad naues, haud sine damno vulneribusque; repellitur. Perculit grauiter ea res insolentem injuriæ virum, nec deerat suafores, qui ad contrahendas vndique copias, & vlciscendam injuriam accendere niterentur. At ille, de communi salute sollicitus, ac memot moderationis eius, quam Alphonfus Albuquerqueius in re simili præstitisset, iracundiæ temperare, & jure potiùs quàm ferro cum inimicis disceptare constituit. Ac primùm reposcenti Regis nomine classem cum nauali instrumento Mexiæ tradit, vno dromone contentus: inde ad Cananoris arcem delatus, cum à Simone Menesio præfecto non nisi priuatus admitteretur, omni non modò vi, sed etiam minis ac verborum atrocitate sapienter abstinuit: ipso

quin etiam dromone sociisque relictis, cum cature vnico, amicis duobus, totidem pueris, Goam ad Vafæi colloquium rectà contendit. Vixdum eò perlatum erat, aduentare Mascareniam, cum ab amicis & necessariis ipsius, magna & inter ipsos & cum aliis gratulatio facta: facileque apparebat, simulatque præsentis Mascarenia copia foret, consensu maximè ciuium partis, coactum iri Vafæum vel magistratu sese abdicare, vel certè rem totam bonorum cognitioni arbitrioque permittere. Id ipsum veritus Vafæus, Antonium Sylueriam & Simonem Mellum, propinquos suos, cum magno numero nauium ad custodiendas fauces Goani portus celeritè mittit: iubetque, appropinquanti Mascarenia denuntiare, in Cananoris arcem extemplo sese recipiat, ibique se ad Vafæi nutum in libera custodia fore cum iurejurando promittat: atque inde Goam sua postulata litteris consignata transmittat: id si voluntate abnuat facere, constrictum vinculis Cananorem aspottent. Nil recusatum à Vafæi cognatis. Perinde ac si hosti occurrèdum foret, ita quàm maximis coactis copiis, maritimos aditus occupant. vbi Mascareniam adesse nuntiatum à speculatoribus est; præmissi confestim qui missilibus vela submittere cogerèt: dein Vafæi exposita mandata cum minis. Et Mascarenias quidem, quominus antennas honoris causa dmitteret, non recusauit: vt verò Cananorem se rediturum, atque ibi in custodia sponderet futurum, adduci non potuit. Vnum illud enixè petebat, vt inermi sibi urbem intrare, & cum Vafæo coràm disceptare permitterent. Hæc identidem exostulanti, Regisque imploranti fidem, clarissimo viro, per summam indignitatem injecti compedes: atque ad Cananoris arcem asportatus. Simoni Menesio præfecto adseruandus cum iurejurando committitur. duo item comites Mascarenia, ab eius complexu Goam abstracti, & pariter in vincla catenasque coniecti. Hisce actionibus, quòd magnam partem ciuitatis admodum offenderent; Vafæus publicæ salutis & otii causam prætexebat; videlicet, ne per Mascarenia introitum, ab rerum nouarū cupidis & factiosis hominibus, tam alieno tempore, tumultus excitaretur. Sed frequentes hominum cætus & voces cohiberi nequibant commemorantium Mascarenia cum egregia merita virtutesque, tum verò causæ bonitatem, qua fretus nihil nisi jus posceret: cum Vafæus interea, nimirum ex conscientia sibi diffidens, grassaretur atque, omni que ope iudicium subterfugeret. Eiusmodi sermōnibus (neque enim erant obscuro) permotus Vafæus, insignes aliquot è Mascarenia fantoribus in carcerè trudit. Nihil tam aut infirmū aut fallax, quàm humana cōsilia. Quod vnicum remedium opprimèdæ sedi-

tioni putarar fore, hoc ipso vel maximum excitauit incendium, Namque vt eius rei fama peruasit Indiam, (aded lenibus medicamentis gaudent homines; tristia & acria & aspera derestantur) exemplo alienati à Vafro multorum animi: & Mascarenias occasione capta, per litteras & coram deplorando calamitatem suam, memorando aequitatem postularorum, querendo injuriam, & vim, & sæuitiam inimici; non Simonem modò custodem, sed alios quoque complures in eausam traxit. Ita, paucis diebus, non sine extremo discrimine rerum, duas in partes Lusitanum nomen omne disceserat; vltimamque dimicationem dubio procul adesse apparebat. Hic è spectatōribus, amici sociique, miserati gentis vicem, quòd in tanta paucitate, quas vires ad imperium vel tuendum vel proferendam confetre oporteret, eas per intestina dissidia in suam ipsi cladem pernicipemque conuertērent. iniqui verò atque inuidi ridere amentiam, quòd remotissimis in regionibus, cum tot vndique pericula circumstarent, aded certamen prauum imbibissent animis; vt neque patrii soli recotdatione, (quę populares homines peregre deprehensos, admirabili quadam suauitate conjūgit) neque communi metu, quod firmissimum amicitia vinculum est, ab lerali peruicacia flecti ad aequitatem & concordiam vllō modo possent. Hostes verò, tam præclaræ occasione delendi funditus Lusitani sanguinis, haud quaquam indormiebant. Inter alios Calecutanus, tum veteribus odiis, tum recenti incitatus damno; nouam classē habebat paratam, vt vbi sese vnus corporis duæ acies ciuili bello artriuisent, ad reliquias ipse efficiendas aecurteret. Neque fefellissent hominem cogitata; nisi propitiatus piotum prece Deus, Vafri mentem ad saniora consilia reuocasset. Quippe cognito præter cæteros, Simonem quoque Menesium, & Solam Caiuli præfectum, sese ad Mascareniam aggregasse; tandem extimuit, secumque agi de iudicio est passus. prima conditio disceptationis fuit, vt ad causam vsque cognitam, vterque pro priuato se gereret. dein, commeantibus vltro citroque internuntiiis, (nāque ipsi congressum inter se, ne mutuo conspectu reerudescerent ira, consultò vitabant) arbitri electi tredecim. qua item in re Mascarenias haud parum de suo iure decessit. siquidem cunctos è Cocinensi colonia creati est passus, quā sibi vel in primis aduersariam senserat; eo cōfessu, neminem fefellit quorsum euasura esset res. arbitri, tum conscii sibi quid de Mascarenia meriti essent, tum etiam Mexiæ priuatis de causis obnoxii, intra paucos dies adjudicata Vafro Rætura, Mascareniam primo quoque tempore in Lusitaniam redire iusserunt. Insigni infamia id iudicium fuit, neque ex altera factione moderatius

detatiùs pænè quisquam cam rem tulisse fertur, quàm ipse cui facta erat injuria. Sed non diuturna Vafæo lætitia mansit. Namq; Ioannes Rex, coràm audito Mascarenia, Coeuenfium acta refcudit; liteq; infupcræftimata, Vafæum Mascarenia aureorù millibus ferè viginti damnauit, quantum ex honorario Prætura per bienniu ceperat. Simul, ne quid in pofterum fimili de re controuerfæ oriretur, ab Rege decretû; vt in codicillis, vbi res poftularet, aperiedis; cuius nomè exiffet, hunc, fi per id tempus vltra Cori promòtorium, vel cis Diu, (qui vterioris India ferme funt limites) vel publicæ vel priuatæ rei caufa abefle contingeret; eius, in cuiusmodi fuffeffione, ratio nulla haberetur. Hunc exitum habuit lis, quæ Lufitanam rem in extremum pænè difcrimen adduxerat. Interea Vafæus, vir, fi commune malum, imperii cupiditatem, demas, haud quaquam improbandus, amoto æmulo, ad componendas res, armandamq; aduerfus imminetia bella prouinciã, intendit curas: ac primùm, omnibus qui Mascareniam fecuti erant, veniam & obliuionem præteritorum indulfit. Dein Antonium Mirandã cum sex rostratis maioribus, vna longa naui, & bitemibus aliquot, & armatorum mille præfidio, ad Erythræa oftia; Simonem Mellum cum modica manu ad Maldiuas infulas; Ioannem Dezam cum vna triremi, lembis fexdecim, ad Malabaricam oram obtinendam, & alios, prout exigebat res, in alia loca dimifit. Dum apud Indos quas dixi turbæ fedantur, ad Molucas interim haud minùs atrox ac deteftanda incidit res. In eius emporii præfectura Garzias Henricus Antonio Britto fuffefferat. Is, & belli tædio feflus, & paucitate fuorum adductus, Tidoreni regulo expetenti pacem dederat in has leges, vt intra fex menses, tormenta, & alias res omnes per bellum Lufitanis ablatas, nec non fugitiua mancipia redderet. Lætus optata pace Tidorensis, id laborabat vnum, quomodo perpetuam eandem ac stabilem faceret. In hac deliberatione verfanti optimum vifum eft, Cacilé Aroezii Ternatenfem, cuius fuprà meminimus, quàm arctiffimo neceffitudinis vineulo fibi coniungere; quòd is cum apud populares opibus, tum apud Lufitanos gratia & auctoritate plurimum valeret. Ergo per fideles internuntios, cum egregia cuiusdam voluntatis teftificatione, Aroezio filiam in matrimonio offert. Id Garzias interpretatus ad labefactandam ipfius potentiam haud dubiè pertinere; omni conatu dirimere atque impedite nouam affinitatem inftituit. Ad eam rem aptius occurrit nihil, quam atrepta qualibet occasione recentia fcedeta foluere, & eodem Aroezio adiutore, quæ natura leuiffimum & quietis inimicû noffer: Tidorensibus arma quãprimû inferre. Cùm hæc

fenten.

sententia placuisset; exemplo per legatos ab Almanfore ex conditionibus efflagitare institit cum cæteras res, tum verò tormenta; quippe quorum partem ex insula abesse, atque haud ita facile restitui posse intelligeret. Ad hæc regulus benignè respondit; necdum exiisse diem in sœdere præstitutum, & sibi nihil maiori esse curam, quam ut omnia sua Lusitani recipiant. Et cæteris quidem in rebus, non magnam fore cunctationem. tormenta se aliquot Bactiano regulo commodasse: ad ea exigenda reuchêdaque spatio esse opus. veruntamen daturum se operam, ut ad condictum tempus Ternate cuncta sistantur. interim se, præter cætera incommoda, morbo etiam implicitum teneri: petere ab Garzia, & rogare pro reconciliata gratia, moram eam boni consulat, ac simul, ut medicum aliquem ad se mittere ne grauetur. At ille, minimè patriis artibus, cum se excusatione accipere simulasset; medicamentariū, nescio què, è suo comitatu submitit. is, è condito videlicet, nihil minus metuenti ægroto venenum pro phatnaco miscuit: ex quo paucis diebus, per speciem ægrotationis fraude ut eunque celata, decessit. Defuncto regulo magnus in vrbe luctus fuit, magna perturbatio rerum omnium. Eo acrius Garzias morientibus ac percussis instare, & nisi tormenta exemplo restituant, denuntiare bellum. Ad ea Tidorenes coacto egre concilio respondent: orbam ciuitatem in summa tristitia & mœtore versari. Almanforis insepultum adhuc jacere corpus; id ubi terræ mandarint, ac iusta suo Regi persoluerint; nihil habituros antiquius, quam ut Lusitanis omni ratione satisfaciat. Hæc demissè ac suppliciter agebant ciues: & status erat rerum, qui vel ferrea pectora lenire ad clementiam posset. At verò Garzias, vno tantum interposito die, nauibus ad Tidore accedit, paratas ad cædè & rapinam copias cõfestim exponit. oppressi oppugnari exemplo diffugiunt. Ille desertam inuadit urbem, cõtra omne fas diripit, direptam incendit. Nihil eo facto grauius ad vicinorum aures accidere potuit. Ex eo tempore cum a cæteris littoribus, tum à Baciario præsertim, Lusitani minis armisque procul haberi cœpti. Sub idem tempus, ab Hispali naues quinque ad Molucas intenderant iter, ducibus iis, qui Magalianis è comitatu supererant. Eæ, nõdum probè explorato cursu, variis casibus dissipatæ sunt. optatos portus vna tantum modo oneraria tenuit. Martinus Ignatius Carquicianus præerat, homo Cantaber, cum propugnatoribus ferme treceris. Is, cognita Tidorensium clade, destitutam insulam summa accolarum voluntate oecupauit ac muniit. Inde inter Ignatium & Garziam, cum cõtestationibus minisque nuntii commeare. Molucense temporium ambo sibi iure finium asseriebant, & alterum vterque excedere

ex iis locis, ac nihil eius negotiationis iubeat attingere. Ex hoc, iurgiis primū, tū etiam prælio leui certatū est. Postremò induciæ factæ, quoad ea de cōtrouersia suum vterque cōsuleret Regē. Vix dum exreni quieuerant motus, cū inter ipsos Lusitanos terra visu, sc̄da relatu, exorta dissidia. Georgius Menesius, successor Garziæ, Ternatem aduectus; inter cætera illud habebat ab Indiæ Prætoris mandatum, vt Garziam in reditu per Bornæum insulam cursum tenere, iterque illud explorare iuberet; quod multo compendiosius Molucas à Malaca petentibus esse diceretur. Ar Garzias, qui ad Bandam insulam (qua vetus erat nauigatio) vnà cum aliis instituta mercimonia dudū haberet; percussus nec opinato Georgii præcepto, varias excusationes asserre, tergiuersari, denique omnia malle, quàm negotia priuata relinquere. Et Georgius, ne contra virum pertinacem cum suæ dignitatis iactura diutius tenderet; Garziæ loco Vascum Laurentium, virum egregiè fortem ac fidelem, cum vna caracora, quod nauigii Molucensis est genus, ad ea compendia perquirenda proficisci iussit. Hoc inter Garziam & Menesium simultatis initium exstitit. Per eosdem dies, Ioannis Regis nomine edictum est, quoniam in stipendia militum & arcis munitionem magni sumptus fierent; ne cui omnino, præter apothecæ regiæ curatores, aut coemendi ab incolis caryophylli aut externis venundandi esset jus. Inter ipsos autem curatores, & magistratus vrbis, conuenerat pretium, quo ne pluris vel optimæ fruges Regi constarent. Id monopolium ægre admodum passi Lusitani, quippe qui mercaturæ impensius multo, quàm militiæ insisterent. Ergo per summam impudentiam contemptis edictis, vnusquisque venditores ad se priuatim allicere, vberiore offerre mercedem, nullam regiæ questus aut publicæ vtilitatis rationem ducere. Aduersus ea Menesius, inonitis, precibus, minis, aliquandiu niti: sed posteaquam se frustra conari, & cupiditatem in imperio potentiores animaduertit; suo periculo sapiens esse diutius noluit: remissa paulatim seueritate, cæterorum exemplo suam ipse quoque rem agere aggressus est. Inter hæc, Martinus Ignatius Castellanorum dux è vita migravit. in eius locum suffragio militari suffectus Fernandus Turrianus indignari cepit, suæ cohorti leges dictas à Lusitano; virosque fortissimos, emenso per tot pericula tanto pelagi spatio, in aliena terra sedere otiosos. Cū eadem alii fremerent, & apertè vociferarentur, ut armis hostem inde pellendum, Turrianus de communi sententiâ rupit inducias; exstructaque & ornata biremi hostiliter insectari Lusitanos instituit. Contra hoc malum Menesius vri pari magnitudine actuariū sine mora pararet,

pararet, eū aliunde, tum ex inchoato Garziæ (necdum enim ex ea regione discesserat) iunco, fabros pro imperio accersit. Id Garziæ noui necessitate, sed odio ac maleuolentia factum ratus, exemplo ad amicos refert. in iis erat mysta quidam, consors eiusdem negotiationis, (ad eō sacratas quoque nientes amor pecuniæ de tecto sensu detorquet) cui, modo ne sordidu lucellum amitteret, nihil erat pelli quid faceret diceretve. Huius maxime instinctu Garziæ, indignum facinus clamitans, profectiōē suā sine causa impediri naualia, ubi tum præfectus agebat, petit infensus: abductas operas reposcit, iniurias acerbè ac vehementer expostulat. Menesius contra, & iure factum tueri, & ipsas temporum difficultates obtendere. Eam excusationem cum alter haudquaquam acciperet, magis magisque accensi ambo: & inter altercationem prouectus intemperantia linguæ, Menesius Garziani insanum appellat. Ad eam verò vocem Garziæ ad eō exarsit; vt stricto gladii capulo audaciùs quàm priuatum hominem decet, præfecto cum maledictis intenderet minas. Cōcursu dein hominū facto, sedata rixa. tum verò Garziæ sectatores laudare constantiā viri, suadere vt incepto persistat, suorum laterum, si periculū imminet, oppositus polliceri. Contra Menesiani, Garziæ facinus & impudentiam exaggerare verbis, pessimi exempli rem nulla mora interposita vindicandam, & seditiosi vnus capite sancendum imperium dicere. Hisce rationibus adductus Menesius, misso viatore Garziam citat. quo ille spreto cum insuper vim pararet, iusto dolore commotus Menesius, tormenta ex arce ad ades Garziæ diruendas obuerti iubet. Minuit non nihil ea res ferociam viri. & abiectis in præsentia pugnæ consiliis, (sic tamen vt in voce vultuque contumaciā cerneret) contemptim obit vadimonium, atque inde semet in custodiā dat. Hic amici & fautores Garziæ, licet factum ægerimè serrent, tamen quievere aliquādiu, rati fore, vt ea satisfactione lenitus Menesius iras poneret, solutoque Garziæ tandem aliquando cū suis proficiscendi faceret potestatem. Sed longè eos fallebat opinio. Vim sibi propemodū illatam, & imminutam in sua persona maiestatem regiam freinès præfectus, apertè iactabat, sibi certū esse, primo quoque tēpore victū Garziam ad Prætorē Indiæ mittere. Ab ea sententia cum a familiaribus deduci non posset, deprecator adhibitus Aroezius ipse, ex quo vel maxime tum Lusitani pēdebant, nihil omnino impetrauit. Tum Garziani, præcipites iracundia, cōspiratione facta, consilium capiunt amentia plenum; vt hostes vltro ad urbem aduocent, iisque vtantur adiutoribus ad opem victo ferendam. Eo terrore perculsus Menesius, ne per domesticas

dissen-

diffinitiones portam externo aperiret hosti, occupat eam ipsam re
 sui beneficii facere. Garziam per communes amicos leni castiga-
 tione monitum ne pertinaciam adderet culpæ, hortatur ut cõdo-
 natis Regi oprimo inimicitias, bona fide secum in grariam redeat:
 quo in summa rerum difficultate, communi animo viribusque, rē-
 pub. à Castellano defendant. Haud incassum hortatio adhibita.
 Victus nec opinata clementia & comitate Garzias agit grarias
 præfecto: si quid vel aliorum impulsu vel animi perturbatione de-
 liquerit, ignosci postular sibi: & in posterum non Regis modò, sed
 etiam ipsius Menesii causa in eius potestate se se futurum esse con-
 firmat. Iuncte deih dextræ, & dempris compedibus, extemplo Gar-
 zias in pristinum splendorem est restitutus. Lata ea res coniuraris
 accidit, arque ob id ipsum à prodicionis incepto nefario destite-
 runt Pungere mox cepit eosdem arctior in dies Garziæ cum præ-
 fecto concordia, nam vr ad Garziam regendum adiuuandumque,
 vbi discrimen ingrueret, parari erant omnes; ita familiarem eius
 rum Menesio consuetudinem oderant, & consensum in bello cæ-
 terisque rebus administrandis: quippe quibus, militiæ descendæ,
 atque ad suas cuique nundinas abeundi, spes erat vna, turbidæ res,
 & obstinata ducis vtriusque dissensio. Ergo communicatis iterum
 consiliis, reconciliatam nuper amicitiam denuo labefactare & cõ-
 tellere omni ratione conantur. Varias primùm causas offensionū
 ferere aggressi, & ad alterum alterius confictas vel querimonias
 vel maledicta deferre. Vbi artibus hisce parum proficiunt, ad nõ-
 tum scelus adiiciunt animum. Æthiops erat quidam, præualens
 viribus, à Menesii domo: hunc ingentibus promissis adducunt, vti
 se ab herõ ad Garziæ eadem sollicitatum esse mentiatur; ipsi dein
 rem per atreanos susutros, quasi mysterium tradentes alii aliis, ad
 Garziam denique derulere. Qua ille criminatione tametsi cõmo-
 tus est; tamen adduci nequibat, vt inrer mutua quotidiani conui-
 ctus officia, tam recentis præsertim ac tam illustri grariæ reconcili-
 atione, tantum nefas à Menesio conceptum existimaret. Ast, vbi
 testis idem & index nãdari maleficii accessit Æthiops; enimvero;
 quasi certa iã re, Garzias & vulru & animo penitus crimen accep-
 tit. ac ratus in eo rem verti, vter facinus antecaperet; primò eoa
 manu interficere Menesium cogirabat: dein veritus ne cædis eius
 inuidiã sustinere non possët, comprehendere hominem, & vicissim
 in carcerem condere statuit, hortatibus id ipsum amicis; & assue-
 tantibus haudquaquam defutura postmodum crimina ac testes,
 quibus premi reus, ac detineri, atq; ad extremum obrui posset: in-
 terea Garziæ, pro ipsius auctoritate, compositis ad arbitriũ rebus;

quæ primùm nauigandi facultas daretur, ex residua copia non de-
 ferendum, quæ ad nouum vsque Regis decretum arci præponeret.
 Hisce ita constitutis, in omnem occasionem rei bene gerendæ cū-
 ctè excubabant. Ac demum Garzias nactus opportunitatem, quòd
 Menesius partem suorum ad Maquienum insulam cum Aroczio
 miserat, ut Castellanos ab eo commercio prohiberent, alios insu-
 per ipse ad conuiuium in diem certum inuitandos curauit à Fran-
 cisco Castrio quodam ex suis intimis, ad Tolocum, qui vicus à Ter-
 nate distat ferme quatuor milia passuum. Vbi ea dies aduenit, cir-
 ca pomeridianas horas, quod remissionis & otii ferme tempus est
 satis, comperta custodum infrequetia, certos è suorum numero in
 arcem præmittit, qui præfectum, iulū facerisq; detineant, dein cū
 audacissimis aliquot ipse patris interuallo subsequitur. Nulla in
 introitu difficultas fuit, quippe, assueto quotidie admitti, & tū de-
 fertis planè stationibus, & ex parète ianua clauibus incredibili so-
 cordia & securitate suspens. Eas coniuurati detactas immittunt sese,
 foresq; silèter ocludunt. Inde ad penetralia familiariter intromissi,
 accepta & reddita salutatione confidunt. Neque ita multo post
 Garzias Menesium alex intentum repente medium corripit: reli-
 qui, pars duobus, qui fortè ibi aderant, præfecti ministris, ne
 vociferando tumultum excitent, ora manibus abstruunt, pars hæ-
 rentem in tergo Menesii Garziam adiuuant. Erat Menesius insi-
 gni corporis firmitate, ac tū vires addebat dolor. itaq; per summā
 indignationem exclamanti, lacertisq; & morsu, & calcibus diu
 multumq; eluctanti, ægettimè tandem vincula iniecta, & quo
 tutius adseruaretur, detactus in imā arcis turrem includitur. Gar-
 zias denuo præfecturam vsurpat. Ceterum neque eius rei sat pro-
 babilem in vulgus causam afferre poterat; & reputas apud se atro-
 citatem facinoris, indicia uimitum & offensionem Regis extimes-
 cebat. Augebat sollicitudinem, quòd Menesiani ad Maquienum,
 cognita præfecti iniuria, fremere, atque ad eā vindicandam prope-
 diem affuturi nūtiabantur. His anxius curis Garzias, haud inepto
 consilio venundandum ratus quod mox amissurus erat, Menesium
 alloquitur, iacentiq; & afflicto quas vult condiciones imponit, in-
 iur sibi ad professionem (quando iuncus, nondum esset absolu-
 tus) Petri Borellii nauem attribuat, liceatq; sibi quos velit à Mo-
 lucis abducere. Ita Menesius è carcere missus, cū libertate gubet-
 naculum recipit. Cōcio dein ab eodē vocatur. In ea conuisione que-
 stus Garzias perfidiam & latrocinium, condiciones omnes quippe
 coacto expressas rescidit: Garziam ipsum comprehendere, & eius
 bona publicare cupiit. Verum ille tormentis in arce confixis, ne

in abeuntem exerceri possent, atreptaque naui, iam vela fecerat. Absentem ergo Menesius (quod reliquum erat vnum) perduellionis crimine condemnauit, totamque causam testato descriptam, ad Prætotem vrbis Malacæ transtulit; ac simul, fessis rebus auxiliū ab eodem expetiit. Dum ad Molucas, in tam variis ac peruersis hominum voluntatibus, alterno tanquam accessu recessuque æstuāt negotia Lusitana; interim ab aliis in alia regione præfectis multo commodiūs acta res est. Ad Longum oppidum non longè à Malacæ, Mahometani incolæ paucos primò Lusitanos, dein missū à Malacæ præfecto ad eā rem cognoscendam Aluarum Brittum, triremi, quam ducebat, exutum, vna cum sociis occiderant. Ad eas vlciscendas injurias denique profectus Martinus Cortea, triremē recepit; ac magna cum hostium cæde captum oppidum concremauit. Et Ioānes Deza præpositus oræ Malabaricæ, secunda aliquot prælia fecit. Zābuçis aut paronibus quadraginta octo cū magna Mahometanorum cæde potitus est. Idem, aliquot locis descensione facta, prædas abegit: vicos, & villas exullit. atque exente demum æstate Chinacutiales Calecutanæ classis præfectus, quæ sexaginta paronibus & magna armatorum copia constabat, ab eodem Deza memorabili pugna victus, cū sese in mare eiecisset, inter enatādum à fuga retractus, haud parua dein mercede in libertatem est restitutus. Eadem æstate præter spem fuit otium ab Turca. Et Antonius Miranda custos Arabici maris, classe in stationes idoneas trifariam distributa, alias atque alias Mahometanorum naues cum oneribus pretiosis excepit; Armuziamque profectus, prædam in eo emporio vendidit. ex eadem classe Mirandæ, scapha vna Ciulum petens, in manus larronum Diensium incidit, Lusitani septendecim ea scapha venebantur. Comprehensi omnes, gratum in primis donum Cambaiano Regi sistuntur. Ille Didacum Mesquitam ex eo numero, apprime generosum ac stenum, à Christo ad Mahometem allicere blanda oratione conatus est. Id verò Didacus cū fortiter ac præcisè negaret, quinetiam vltro in pseudopphetam probra & maledicta ingereret, hortibile dictu, in os hiantis bombardæ totus inseritur, cum grauibus minis, ni exemplo pateat, ignis ab tergo applicandi. Cū ne hoc quidem terrore de fide constantiaque decederet, variis tormentis excruciatu, in asperum denique ergastulum vnā cum cæceto comitatu coniectus est. Circa idem tempus ab Cocino profecta classis nauium ad quatuordecim, repentina procella, circa ostium Catuæ fluminis oræ Malabaricæ, ad terram alliditur. Laceris nauibus Lusitani cum ægre in littus euasissent; à barbaris aut capti aut hostiliter trucidari

sunt. Eo successu inflatus Zamorinus, ad pellendum maris possessione Lusitanum, nouam classem ornauit nauium varii generis cētum & triginta. hisce præpositus Cutiales, vir & militiæ peritus, & magna insuper sanctitatis existimatione, quod paulo antè à Mecca redierat. is in portum Termapatanum copias continebat; vt in prætereuntem cum exigua manu Simonem Mellum, è ducibus Lusitanis vnum, ex occulto imperū faceret. Ea re cognita Vafæus Prætor, quàm intētissima cura intra sextum diem rostratas maiores sex, lembos tredecim insituxit. Et Antonio Miranda, qui ex Arabia venerat, ad custodiam insulæ Goæ relicto, ad Termapatanū ducit infestus. Tū Cutiales, pro certo putās adesse Mellum, è portu raptim egreditur. Cōcursum acriter initio est, procedente dein pugna, Calecuranis (vt sæpe aliàs) mira diuinitus incussa formido, tanto superiores numero nauium militumque, nulla parte certaminis pares Lusitano fuere. Interfecti aut capti duo circiter millia, paroues triginta quinque abducti aut depressi, tormenta relata quinquaginta circiter: Lusitanis, diuina scilicet protegēte clemētia, planè desideratus est nemo. Inde magno suę gēti decore parto, (in cōspectu enim Cananoris vrbs hæc gerebantur, omni ad spectaculū effusa multitudine) Prætor ad populandū Malabaticū litus victrici classe cōtēdit. multis ibi nanigiis repētino aduētū subditę faces, palmeta succisa, mortales variis locis aut cæsi aut aucti. Sed in Catuā præcipuè vicum, impositū eiusdē nominis flumini, ab ira malè acceptæ nuper naufraga turbę, scruitum est, ferro flammisq; cuncta deleta. Ab ea strage classis ad Portam eiusdē oræ processit. Locus erat opportunus, & æstuariis à mari præclare inuinitus. Et dynasta, qui patrio nomine Arel vocatur, prædatoriis nauibus haud exiguas opes eò congeserat. Huius auiditiæ simul & inconstantia, quòd ab Lusitanis paulo antè ad Zamorinum defecisset, Prætor incēsus exposito milite prædā edixit. Ea verò mercede proposita, nullæ paludes, nullæ voragines militari cupiditati obstiterūt, per vias & inuia cūcti enitūtur. Et quòd per eos fortè dies Arel cū iuuetute in expeditionē abierat, sine vllō certamine, quod vix optare essent ausi, potiūtur oppido, atq; ad prædā securi discurrunt. In ædes Arelis præcipuè impetus est factus. magna inde signati vis auri, & argenti, gemmarumque, & pretiosæ ac peregrinæ vestis exhausta. ac prænobiles feminae duæ, Arelis vxor & soror, monilibus & margaritis regium in morem exultæ, detractis ornamentis, in seruitutem abreptæ, quibus Arel postmodum ingenti summa redemptis, ad Lusitanorum societatem & amicitiam precario rediit. Ab ea populatione nauibus Goam redu-

Atis, à Francisco Pereria Ciauli præfecto nuntii trepidi cum litteris affuere, Diensem classem bene magnam in eo tractu vagari, Ciaulanam arcem per exiguo teneri præsidio, ni properè subuentum sit, ingens ab hoste periculum imminere. Aduersus eum terrorem extemplo Prætor naues variæ magnitudinis quinquaginta duas, & in iis duo millia bellatorum eduxit. Vbi Ciaulum est ventum, per exploratores cognoscit, hostem ad quatuor inde leucas abesse. biremes erant quatuor & sexaginta, milite, remige, tormentis instructæ, Mahometanus Hali præerat. Contra eas copias Prætor, intentus vltimæ dimicationi, ab Ciaulo sub vesperam prodiit. Hæctorem Sylueriam actuariis præpositum, oram quam proximè legere iubet, ipse cum maioribus nauibus altum tenuit, classis diuisa, quo minus hosti pateret effugium. Atque illo die, tenebris iam imminetibus, nihil est actum. pugna tantum in diem insequentem edicta. & quoniam præcipua in dextris erat spes, mandatum nauarchis, ne tormenta in hostem emitterent, priusquam è propinquo manus conferere se posse dissiderent. Præmium pronuntiarum, qui primus nauem hostilem inuaderet, aurei centum. Simul, quo magis propitium haberent Deum, peccata Lusitani per confessionem expiarunt. Vbi postera illuxit dies, ad Bombainum sinum, applicita promontorio Mahometana classis apparuit, cognito iam Prætoris aduentu, ad certamen parata. Triplex erat agmen. primum & medium minores præfecti, postremum Hali ducebat. Inde mutuo conspectu irritatis animis, uti ad bombardam ictum est ventum, tormentis, quibus iam tum abundabant Mahometani, extemplo rem gerere. Lusitanus, quemadmodum imperatum erat, supersedere iaculis, perque volitantes globos ac sumi nebulas omni conatu ad hostem appropinquare. Inter hæc, ne barbaro, si de more fugam arriperet, ab tergo receptus dateretur, circumuerti silentio nauarchi octo Maini fluminis ostium occupant. & ex altera parte commisso prælio, primus Antonii Fernandi lembus in hostilem biremem incitato remigio illatus, durioris materię repercussu longè resiliit. ex eo lebo vnus Franciscus Barrius Paiua in ipsam biremen transfilerat primo statim incurfu: destitutus, cum telis vndique pereretur, tumultuosæ pugne procellam, ad suorum vsque reditum, summa cum omnium admiratione sustinuit. Certatim dein transcensum ab aliis est. ac Barrio seruato, dum instant percussis, inter ipsam sortem dimicationem sulphurei pulueris olla ex ipso carchesio decidit, conceptisque repente flammis, tabulatum omne à malo ad puppim cum superstatis in mare proiecit. inde sine labore, semiusta

biremi Lusitanus potitur. Neque minùs acriter interim à Sylueria cæterisque conferta manu res geritur. Multi è barbaris aut intra naues aut in ipsis fluctibus cæli. Cæteri, vt inclinatam rem videre, passim in fugam effunduntur. neque multum in ea præsidii fuit. Maxima pars, intento ad Mainum annem cursu, in stationem hostium incidunt: ita, ex vniuerso numero biremes in medio deprehensæ quadraginta sex, cum omnibus tormentis in potestatem venèret, flammis absumptæ tres; quatuor à Maino exclusæ, cum Nagotamen oræ Ciaulana subissent, ab accolis Indis oppressæ. Hali dux ipso pugnae initio, posteaquam collato pede certandum animaduertit, diffusus suorum vituti, præceperat fugam: ac primò flectere promontorium institit; dein segni vento æstuque reciprocante detentus, leuiore arrepto nauigio. Tanaham, atque inde Bazainum oppidum petiit, fugientem biremes aliæ sex inter tumultum adeptæ. E Lusitana classe, iterato miraculo, non modò nauis, sed ne vir quidem vllus amissus. Quod si cui fortè incredibile videatur, Fernandum Lupium historicum interroget, (nam alii auctores nondum exstant) quippe is non solùm æqualis eorum temporum fuit, sed etiam ad hæc ipsa commētanda Indiam sese consuitò peragraffe testatur. Equidem, & ex aliis id genus cuentis, quæ multa iam antè retulimus, facillè adducor vt rem ita se habere concedam, & quæ in diuinam haud dubiè potentiam referuntur, non est cur humanis laudibus afficta videri cuiquam debeat. Cæterùm Diensibus audita clades, mistum pauore luctum ingentè fecit: constansque opinio est, si protinus ab Hali suso Prætor Diu processisset, primò aduentu capi oppidum potuissè. Neque in eam rem Vasaò consilium aut animus desuit; sed partim successoris aduentantis fama retardatus, partim intercessione minorum ducum atque obrectatione deterritus, ommissa re, naues cum ingenti præda Goanæ reduxit incolumes. & quando foris aliorum culpa non poterat, domi certè, Lusitanam rem omni conatu promouere perrexit. Atque è portorio & scriptura multis iam antè fraudibus ac rapinis, magno commeantium bono, sublatis, deinceps in administrationem rei naualis toto pectore incubuit; vt paratas haberet successor maritimas copias, si, vt pro certo putabatur, ad expeditionem Diensem animum adiecisset. Ergo, adhibita diligentia, paucis mensibus classem orauit, quantam rarò aliàs habuit Lusitanus, nauium centum & triginta sex, in quibus erant rostratæ celsiores quatuordecim, triremes, quas vocant regias, sex; ceoces octo, dromones sex; biremes aut lembi, duo supra centum. Inde ad uiciacia & sarta tecta conuersus, in Armuziana arce nouum

num è regione portę propugnaculum exstruxit, muros ac templū instaurauit. Ciuali, intimam turrem, vbi præcipua quæque adseruantur, maiorem in altitudinem extulit. portum, qua descensus in oppidum est, quadrato lapide muniit, & duo armamentaria faciēda curauit. Goæ partem mœnium ad mare versam explicuit, & ad e vrbis maximam dudum inchoatam absoluit, & Franciscanum cœnobium nouo tegulo operuit. Cananore puteum, de quo inter obsidionem acriter dimicatum fuisse docuimus, perducta fossa, castelloque ad labrum fossę excitato, intra munimenta cōplexus est. necnon arcis mœnia labefacta refici, & præfecti domum & apothecam amplificari iussit. Itemque Cocini quæ pars ad mare vergit, atmauit mœnibus turribusque, & alia nō pauca peropportunè ad eas munitiones adiunxit. ac demum, debitis militi trecētorum millium aureorum stipendiis cum fide & cum gratia persolutis, prouinciam optimè constitutam explicatamque successori Nonnio Acuniz tradidit. Is, anno priore, magnis nauibus vndecim; & Lusitanis epibatis ter mille Olisipone profectus, magna parte nauium infortuniis amissa, circa Melindem aduersis tempestatibus hyemare coactus erat, asperum littus & importnosum habet. Melinde. turior longè ad Mombazam statio. Ea statione prohibitus ab tyrāno, (ad quem ob id ipsum oratores præmiserat) exposito milite, sese ad oppugnationem parabat. Neque ausi certaminis aleam subire Mahometani, raptim defosso quod pretiosum erat, vnà cum tyranno profugiunt. Lusitani sine sanguine oppidum ingressi, quod reliquum erat è supellectili cibariisque, diripuerunt: atque exacta demum hyeme, ac refecto milite nauibusque, Nonnius Armuziam venit. Ibi, ex Ioannis auctoritate Rasmus rector, olim Zeifadini pueri, vir facinorosus ac subdolos, in vincla conjicitur. Ea re commotus Bardadinus Rasi cognatus, is qui Baharennum insulam beneficiario nomine obtinebat, ab Armuziano Rege, desciiuit, probabilem causam nactus, quòd Rasmus intra ædes regias, fuerat comprehensus. quæ res tamen si planè incio acciderat Reges, tamen id ipsius injussu Lusitanos ausos persuadere sibi non poterat. Ergo iracundia in Torum accensus, intra arcem egregiè munitam sese cum conjugibus, liberis, pecuniisque receperat: ac stipendium Armuziano palam abnuebat. Ad eum opprimendum missus, ex cœdere Simon Acunia cum nauibus sex, & militibus haud plus trecentis, aduerso vento diu detentus, ad portum denique Bahareni defertur. Sub eius aduentum Bardadinus non tam præsentis classiculæ metu, quàm ne in posterum aduersus se Lusitanica arma conciret, candidum vexillum petendæ pacis in muto statuit; ac

simul per interpretem Acunia nuntiari iubet, se ab Armuziano iustis ac piis de causis dissidere: cum Lusitanis verò nullas exercere inimicitias; quinimmo, quoniã ab Toro stent, paratum se in Ioannis Regis gratiam cum suis rebus abire, arceñque iis vacuã tradere. Haud asp̄nabatur conditionem Acunia: sed militum clamoribus, qui prædã spe illecti, coërcendum vtique rebellem, & saltem pecuniã multandũ fremebant, ab salutari sententia abductus, vnã pacis rationem esse respondit; vt Bardadinus & cæteri cum singulis dumtaxat vestimentis excederent. Tum ille candido vexillo apposuit rubrũ; vt se a quẽ ad bellum atque ad pacem (quando ita vellent) animatum Lusitani sentirent. Erat Acunia, præter paucitatem copiarum, à bellico etiam instrumento flagitiosè imparatus. Ergo suorum conuictis coactus exscendere, cum adnota bõbarda muros quater instituisset, vix toto vertente mense tormentarius eum puluis defecit, & Arabes, cum pro muris dimicando & obstruendo, obmoliendoque vbi quid perforatum aut dirutum erat, acriter obstitissent; cum verbis insuper Lusitanorum temeritatem & conatus irritos eludebant. Bardadinus quidem aded se metu omni vacuum præbuit; vt Lusitanis perquam amico suaderet animo, integris rebus abirent: quippe & oppugnationem infelicitè experti; & si obsidione inclusos vrgere persisterent, ab ipsa regionis & cœli intemperie, grauiores etiam quã ipse vel pertinaciã pœnas daturi. Neque vana fuere prædicta, & loco graui & caloribus maximis, cum arena vehementissimo Solis ardore astuaret; ad hæc, odore tetto, ingruere morbi in milites ceperunt. breuique aded grassata pestilentie vis, vt ex omni numero vix triginta ad arma sustinenda sufficerent. Neque hæc Bardadinũ fallebant: qui, si vti occasione voluisset, stratos passim opprimere ac delere facili negotio potuit. Sed partim Ioannis demerendi gratia, ab eruptione continuit suos; partim etiam ne Lusitanorum clades, propinqui sui Rasi capite lucretur. At Simon Acunia, in summa rerum desperatione, cum aliquandiu hæsisset, ad extremum omisso incepto proficisci constituit. Non longè à mari posuerat castra. ac nihilominus tanta erat lues, vt eum bajuli & iumenta desissent; agrotos, injecta pedibus reste, veluti cadauera ad naues pertrahere valentiores pauci cogerentur: ac Simon ipse, impositis admodum ægre tormentis, cum vela fecisset, ab dolore male gesta rei paucis diebus extabit. Circa idem tempus Hector Sylueria, dum Cambaianos agros circa Nagotancm flumen effusè vastat, ac viros incendit; ab Regis præfecto, qui cum sexcentis equitibus & duobus millibus peditum propinqua oppida tuebatur;

retro ad naues compulsus est. Cæterum nihil turpitudinis in receptu fuit, Tenorem pugnae seruantes Lusitani, cū agmen Sylueria clauderet, ad littus peruenere. Vnius etiam (cuius inmerito intercidit nomen) in eo tumultu insigne facinus exstitit. Is, parma haestaque extra ordinem pugnans, infestum conspicatus equitem in se venientem, mansit intrepidus: tollenti que ad vulnus brachium, vltro ipse ferrum in axillam adegit, ac fuso ex ephippiis hoste, victor equo potitus est. Nec mora, nouus repete eques è pedite, cum alio ite, haud absimili euentu, concurrat, per medium pectus, ne quicquam obstate lorica, transfixum, humi precipitat. apprehesum habens equum ad Sylueria præter omnium ora sine vlla trepidatione perducit. Neque ad incitamentum aliorum tam strenuo bellatori præmium defuit. equestribus insignibus ab duce, virtutis ergo, donatus, atque à Prætoribus Indiæ præcipuo deinde in honore semper est habitus. Ab ea populatione Sylueria legens oram, ad Bazainum oppidum aduerso flumine subiit. is locus tria circiter millia passuum distat ab aperto mari, ac tum sine arce aut mœnibus erat vllis. tantum ad flumen, qua è nauibus in terram exscensus est, lignea munimenta & aggerem cum propugnaculis tribus, tormentis sexaginta, barbari objecerant. Præsidebat è prælio nauali nuper elapsus Hali cum tribus peditum millibus, & equitibus grauis armaturæ quingentis, atque ad eas tuendas munitiones parte copiarum relicta, cum reliquis ipse intra oppidum occultè cõfederat, vt si vallo superato Lusitani ad frequentia tectis loca prouelicerentur, in arcto deprehensos, vel etiam ad prædam palatos opprimeret, Sylueria, ad motis ad littus nauibus, cum ex omnibus locis pugnam posceret miles, Canatinos ducentos ad primum hostium impetum frangendum præmisit. subsequuti mox Lusitani cum ingenti ardore, obtusis in aduersa tormenta pectoribus, ad ipsas munitiones celeriter euasere. ibi atrox fuit prælium: dum saxis partim ac sagittis, partim etiam contis & gladiis barbari obstinate resistunt. Sed ad extremum vndiq; pulsus, ad tecta refugiunt, & Lusitanus vallo potitus cum tergis fugientium instaret, eodem impetu ad urbem deferretur. Tum Hali dux cæteri que; ex insidiis præpropere festinatione cõsurgunt. neque Syluetiæ in re subita defuit animus. dato repente signo, milites ex vrbe in campum eduxit, ibi densatis ordinibus impauidi hostem excipiunt. Et Hali ratus fugere Lusitanum, cataphractos primum immisit: quæ res barbaris fuit exitio. Siquidem Lusitani fistulatores plumbeo nimbo in equitatum effuso (quo tum missili barbaria carebat, maiora tantum tormenta consistere didicerant) equi & ad fistularum bombos pauore consternati, & vrètib;

introrsum globis in rabiem acti, domitis frenis in suos auertuntur; atque in perturbata peditum acie tanto maiorem stragem dedere, quanto magis in orbem sine intermissione fistulas exercens ab tergo Lusitanus instabat. inde haud magno certamine cuncti fugam arripiunt: neque pugnam instaurare deinde quisquam est ausus. Tum Lusitani direpto oppido flammam injiciunt, ac deinceps omnem circa regionem ferro atque igne peruastant. eo metu, maris accolæ ad interiora compulsi: Tanahensis verò dynasta finitimus, annuo stipendio imposito, in fidem acceptus. Per eosdem ferè dies, intra ostium Ciales amnis oræ Malabaricæ, Calecutana ingens nauis latebat, opimis onusta mercibus, cursum ad Mecam expectans. hanc parones duodecim, triplici ordine, validis retinaculis inter se conferti, & erebris à fronte & utroque latere tormentis instructi, pro muro atque aggere tuebantur. Ea re cognita Antonius Miranda, qui eam regionem classe obrinchat, adjuncto Christophoro Mello, qui cum vna triremi & sex lembis ab Goa nuper accesserat, duplici agmine ab utraque parte fluuii ad hostem subiit. Tormentis primùm eminus utrinque certatum; dein cum primo paronum ordine congressi cominus Lusitani, tanto ardore prælium inière, ut non ferentes impetum barbari, sese partim in mare præcipites darent, partim in secundum ordinem haud magno interuallo sese reciperent. Sed ne ibi quidem territis consistere licuit. Circumuenti extemplo omnes, vel incendio exusti, vel ferro cæsi, vel in seruitutem abducti sunt. è paronibus autem arsère quatuor, reliqui simul cum oneraria mercibusque in potestatem venère. Inde Miranda populatus agros, nemine obuiam armato, onustum spoliis militè in naues recepit. Fama dein repentè accidit, Calecutanos aduentare parones eireiter quinquaginta. Cum iis haud procul à monte Formoso, quem appellant, prospere dimicatum est. Paronibus quatuordecim non sine magna hostium eade captis, fugatis reliquis cum ingenti æque terrestri ac nauali præda, Christophorus Mellus Goam, Antonius Miranda Coënum in hyberna concessit.

LIBRI NONI FINIS.

HISTO-

HISTORIARVM

INDICARVM

LIBER DECIMVS.



At Nonnius Acunia cum solennibus cere-
 moniis & supplicationibus iniro magistratu,
 (is fuit annus aperte Indiae trigessimus secun-
 dus) nouos de more praefectos, ad obtinenda
 praesidiis maria, destinauit. In iis Antonium
 Sylueriam cum nauibus longis quinquagin-
 tra tribus, & Lusitanis epibaris nongentis, e
 quibus erant fistulatores quadringenti, Ca-
 baiam bello vrere, atque omni clade vastare iussit. Hec-
 tiori Sylue-
 ria, ad Arabici freti custodiam, rostratas celsiores quatuor, dro-
 mones duos, quatuor lembos attribuit. Orę Malabaricę, Didacum
 Sylueriam cum duabus biremibus, dromone vno, sex lembis praefecit,
 itemque aliis alia munera ex regiis commentariis delegauit.
 Ab iis vario euentu gesta res. Antonii Sylueria praecipuum decus
 inter omnes fuit. Is, cum ea qua dixi manu profectus ab vrbe Goa,
 Ciaulum tenuit, inde Ranelum Cambaia petiit infestus. Mahome-
 tani oppidum habent ex eorum genere quos Naiteas appellant.
 Campestris est locus, quatuor circiter a mari leucas, anni adiacens
 tortuoso, qui, propter tenuitatem, leuiora duntaxat nauigia pati-
 tur. Ager circa frumenti & orizae ferax, multa insuper in lautiores
 dapes abundat alite; & incolae, accipitrum genere, quos vulgo fal-
 cones vocamus, aucupium scienter exercent. Oppidum, adificiis e
 polito lapide & multiplici contignatione frequens; non modo
 propter soli vbertatem, sed etiam propter opulenta Sinarum com-
 mercia, seatebat ea tempestate omnibus diuitiis, & egregiam bello ju-
 uentutem iuxta in terrestres ac nauales expeditiones praebat Re-
 gi. Praecipuum tamen (vt in plana ac fertili regione) robur in equi-
 tatu, quo ferme caraphraeto, more Persarum, vruntur. & cum nulla
 pars corporis ad vulnus patet; rum ad ferendum hostem pugione
 praecincti equites, bina vel terna spicula gestant manu; & praeter
 haec, ex ephippiis arcus & pharetra suspenditur. Sylueria ad fauces
 fluminis classe delatus, maiores naues cum ducentis armatis in sa-
 lo reliquit. Ipse caturibus cum caetera manu subuectus; Surratum
 oppidum,

oppidum, metu incolarum desertum, ex itinere incendit, ac Rainelani, cum agrestium fuga, tum fumantibus tectis adinoniti, quod mœnibus cæterent, ad amnis ripam atque ad omnes viarum aditus munitionibus raptim excitatis, majora tormenta & militum stationes opponunt. Inde in Lusitanos cum ingenti clamore ac tubarum sonitu appropinquantes horrida vis telorum emissa: cæterum propter ipsam nauigiorum humilitatem nocuit nemini. Simul, ad prohibendum descensione hostem, equites prodierunt circiter quadringenti. hos, præmissa fistulorum cohorte, Sylueria terrosi facili negotio intra oppidum repulit. Tum egressi in terram cæteri, submissis identidem ex arte corporibus vitabundi, nemine prorsus amisso, ad ipsa tormenta succedunt; ac pede collato, ardentibus animis ineunt pugnam: quam aliquandiu ancipitem oppidani fecerunt, dum in arcto conglobati, pro tectis ac focus egregie dimicant. Sed ad extremum valida impressione facta Lusitanus intra munitiones irrupit: neque sustineri ultra impetus potuit, pulsus è statione barbari, & decumanæ viæ faucibus captis, ex omni dein parte fugam capessunt. Sylueria victor, hoste profligato, suos ignatos locorum ab insequendo cohibuit: custodiri quoque contra subitos incursus ab continente dispositis, diripiendi oppidi signum dat. in omnes partes extemplo discurritur. nitidissima suppellex; & præter pecunias, multum eboris nobiliumque vasorum, & varii generis pretiosæ mercis egestum est. Expleri quamuis audis prædæ miles potuit, si catures oneri ferendo fuissent. sed veritus Sylueria, ne immodico pondere mergentur; cæteris opibus ac tectis injicit flammam, & hostilia tormenta, ex arte omnia, in medium fluminis alueum projici jussit. Ad hæc, naues incensæ viginti, & cotiæ, quas vocant, multæ, mercibus & comætu, cæsaque materia in ædificationem onustæ. Neque minus atrociter in villas hortosque & sata sæuitum est. Pleraque, ut ne vestigium quidem exstaret, ignis absumpsit. Ea clades omnem latè regionem terrore compleuit. & Lusitanus, victoria usus, impetu eodem oppida vicina, Damanum & Agazinum, vicisque ignobiles complures quasi procella peruasit. Inde cum ingenti prædâ & magno captiuorum numero, in Bombainum insulam recepit sese: atque ibi, dum à Tanahensi dynasta aliisque exigit tributum, aliquandiu substitit. Hæc ea ætate ab Antonio Sylueria gesta. Eodem tempore Cambaia Rex cum Nizamaluco per præfectos gerebat bellum. ii. cum è Ciaulanis maximè finibus agerent prædâs, aduersus eam pestem, oppidani, à Pereria Ciaulanæ arcis præfecto, ex fœdere openi efflagitant. ille cum paucis equitibus peditibusque inconsulte prouectus, multo majores ac paratiores in hostium

copias incidit: & plerisque suorum amissis, dissipatis aliis, ipse tre-
 pida fuga vix in arcem euasit. ob eam rem a Prætoris Nonnio præ-
 fectura dejectus, inque ordinem, haud leui apud Lusitanos ani-
 maduersione, redactus est. Interea Malabaricæ regioni præpositus
 Iacobus Sylueria Calceutum perierat iussu Prætoris, vti coram
 cõmodiùs ageret de conditionibus pacis; cuius haud mediocriter
 cupidum sese denuo Zamorinus ostenderat. Vbi eò peruentum est,
 immutato repente animo barbarum, nouis aliorum sœderibus il-
 ligatum, & à societate Lusitana prorsus alienû offendit. Ea ne im-
 punita esset leuitas, ignem Sylueria tectis immitti, & oppidanos,
 qui ad extinguendum accurrerent, missilibus è classe imperi iussit.
 vtrumque impigite factum, & incendiariæ ollæ in proxima con-
 iectæ ædificia, & è nauibus tela in concursantem ignis opprimen-
 di causa multitudinem mittebãtur: atq; vti aridam simul & valen-
 tē materiam flammæ occupauerant, deleri pænè tota vrbs potuit,
 si modò paulum adspirassent vēri. Ceterùm per aëris tranquillita-
 tem præcipuè stetit, quo ne plus ducentæ ædes arderent. Inde Syl-
 ueria populabundus, ad omnia majorum fluminum ostia nauium
 stationibus collocatis, quod è Lusitana re imprimis erat, egregiè
 obtinuit, ne quid eo anno Malabaricæ frugis Mecam transfuchi
 posset; & Mahometani mercatores, exclusi temporibus, imposita
 iam dudû in naues onera magno cum detrimento ibidem expone-
 re, nauesq; propter hyemē subducere sunt coacti. Hisce rebus pera-
 ctis, Sylueria, nouis ab Goa copiis auctus, Mangalorē, oræ Narsin-
 ganæ opulētum emporium atcēq; emporio conjunctâ, vi atque ar-
 mis adortus, expugnat. Prædiues negotiator eum locum habebat
 in potestate. is, cum iam dudum latecret sub vmbra Lusitanæ amici-
 tiæ, occultam cum Zamorino percusserat sœdus, ac mutua collu-
 sione Calceutanas merces, cum ius ab Lusitanis nauigandi impe-
 trasset, suo nomine in Arabiam transmittere consueuerat. Ea frau-
 de comperta Lusitani captum oppidum arcemque diripiunt, ad
 sexaginta maiora tormenta, & æris Cyprii, coralii, argēti viui, pur-
 pureæ & bombycinæ vestis, itemque tormentarii pulueris, & varii
 generis comætarum, quantum nauigia pati poterant, auctum:
 ceteræ gazæ, vnâ eû ipsis tectis murisque, subditæ faces: quod flami-
 nis absumi nequiuerat, ferramētis excisum. naues tredecim eõcre-
 mata: nihil in agris frugiferum, nulla felix arbor in hortis relicta;
 multi mortales aut capti aut occisi. Dynasta ipse, desperatis rebus,
 rùm inter tumultum elaberetur, plumbea glaude trajectus occu-
 buit. Per eosdē ferè meuses, quibus hæc in India gerebãtur, in Ara-
 bico littore noui motus exorti. Turcica mancipia duo, Mustafa
 quidam

quidam peritus rei bellicæ, & Sofar Chius natione, sed oriundus ab Italia, Quæstor Aegypti, Solimano præfecto per fraudem iuterempto, & grandi interuersa pecunia, cū militibus ferme sexcentis Suezium petunt; comprehensisque in eo portu nauibus, in Arabiam, expugnandi & obtinendi Adeni causa, trajiciunt. Castris loco idoneo positis, maior in dies multitudine ad famā belli, ac prædæ spem, è vicinis regionibus affluebant. Inde, cū quintum iam mensem tormentis Adeni mœnia quaterent, & intenta custodia commearus arcerent; Lusitanæ demum classis aduentu deterriti, quā Hector Sylueria ducebat, irrito incepto ab obsidione discedunt. & Sylueria, circa Aromara promontorium, onerariis aliquot haud incruento certamine captis, postremò Adenum accessit: liberoque mēdacio abusus, Regi nunciari iussit, sese cognito vrbis discrimine, sine mora, ne Turcæ pedem in Arabia figerent, instructis egregio milite nauibus, aduenisse, paratum prælio diuicare, Turcasq; inde per vim expellere, nisi sponte ipsimet, eo percussi metu, abscedere marurassent. Dein pluribus exsequēdo, post occupatā à Turcis Aegyptū, & finitimas Adeno rerras, quantū ab immani & inexplebili gēte periculū vniuersæ instaret Arabia, ac simul in posterū Lusitanas opes & auxilia pollicendo, Regē & recenti obsidione fatigatum, & suis in præsentia diffidentem rebus, haud magno negotio perpulit, vt aliorum exemplo in Ioannis Tertij fidem solenni cum iureiurando veniret. Fœderis condiciones fuere, vt Adenicis nauiculariis institoribusque, omnes in partes, vna Meca excepta, commearare liberum esset, Regemq; ac regnum Lusitani, quoties tempora exigerent, ab hostibus tuerentur. Rex Adeni vicissim, Lusitanæ Regem patronum ac defensorem agnosceret, eique tributum nomine in singulos annos dena serafinum millia Armuzianæ moneta persolueret. In has maximè leges iuncta societas, & serafini mille quingenti extemplo ab Rege curati ad coronam auream Ioanni in Armuzia vrbe fabricandam, quæ stipendij primitiæ in Lusitaniam primo quoque rēpore mitterentur. Cæterū profecto inde Sylueria, barbarus metu solutus, ad ingenium rediit. & coalitā nuper amicitia, ac fœderum ius, in expiabili facinore violauit. onustam pipere nauē Lusitanam, quæ in Adeni portum securā decurrerat, cæcus auaritia, & vetere in Christianos odio, circumuentam repentē diripi, & Lusitanos omnes, qui que ea vehebantur nauis, quiq; in Adeni emporio relictis ab Sylueria fuerant, per summum nefas spoliari & interfici iussit, magnamque sibi pecuniæ summā eo scelere peperit. Cū hæc eis Cori promontoriū fieret, in Molucis insulis hoc pacto se habebant res: Euerfam ab Garzia vrbein

urbem Tidorēses, adiuuante Castellano, haud magna mole, quippe à lignea matetia foliisque, refecerant: & in defuncti Almanforis locum suffecerant ad olescentulum, (quo nomine, quibusve parentibus, nihil traditur) is dum ad puberem perueniret ætatem, tutela regni penes Radem erat Cacilem. in eadem insula castellanè exstructū iam antè ab Ignatio ad portus fauces propugnaculum, arcis instar, vallo & fossa munitant. Cæterùm è trecentis bellatoribus ad centum ferme variis redacti cladibus, cū aliis, vr in tam longinqua regione, difficultatibus, tum paucitate maximè laborabant. Eadem Lusitanos quoque premebant incommoda, verū eo meliore conditione, quòd & ab suis ipsi coloniis emporiisque aberāt propiūs; & Bolcisis demortui Regis liberos omnes, (vrì suprà demonstratum est) obsides insulanorum fidci, inclusos intra arcem habebant. Sed huic locorum opportunitati, hominum industria & publicæ rei studium deerat. siquidem neq; à Malaca iam dudum, neque ex India, quasi nullæ iā essent insulæ Molucæ, quicquam vel in supplementum, vel in alimenta, vel iu stipēdia militum aduehebatur; ipso vel in primis eam negligentiam demirante Aroezio: & Georgius Castrius a præfecto Menesio ad Badam insula missus, vt in eo emporio, quod Molucēsi diœcesi erat contributum, pecunias mutuas ab Lusitanis, qui ibidem negotiabantur, & militares viros aliquot Regis nomine sumeret: spernētibus iussa mercatoribus, nihil omnino impetrauit; ac per id ipsum rēpus Tidorēses pauci admistis Castellanis eadē loca petierāt ad sollicitandos populos, atque ab commercio Lusitano auertendos. ii, in circulis cætibusque magnitudinem Castellani imperii virefque iactando; Lusitanæ vrò ditionis fines & copias eleuādo vrbis, & vtraque regna cōparando inter se, haud paruos ad præoptādam potentiorum amicitiam in ea gente motus animorum fecēre. Castrius æmulos ac seditiosos comprehendere casto labore conatus, Ternatem, vacuus nummis & cōmeatibus, deserrissimo comitatu reuertit. Ita Menesio quoque, in magna rerum inopia, fluxaque gentium fide, ex omni numero paulo plus centum & triginta Lusitani supererant. Deleri à barbaris vtraque natio potuit, si cōmuni consilio ad facinus conspirassent. Sed sordida lucri cupiditas & ciuile odium, ad mutuam perniciem præceps, ad tutelam publicæ libertatis incautum, adeo distrahebat animos, vt discordes insensisque inter se, domesticis certaminibus externa fouerent arma. Ab Lusitano Ternatēsis, ab Castellano Tidorēsis iam diu stabat: porrò ad Ternatēsem Bacianius, incertum quas ob causas, immutata in successorē Almanforis volūtate, ad Tidorēsem Catabrunus

Geilolii regni procurator, puero admodum eo quoque Rege, se adiunxerant. inter vtrunque partem ducibus Europæis minuta prælia serebantur. Sed ex omnibus maximè bellum ciebat Geilolius, spe concepta inter eos tumultus imperii profèrendi, cuius rei facultatem quietis rebus cernebat nullam. Mauricæ sunt aliquot insulæ, de quibus antè dictū est. Morum vulgo omnem eum tractū appellant. Harum partem cum singuli obtinerent Reges, quòd in primis opulenta est terra, mutud sese inde pellere conabantur. Ea res, ad euertendum Tidorem, ne receptum vltra æmulis daret is locus, aditum denno Lusitanis aperuit. Quippe in eam ipsam expeditionem, vt fines Ternarèsum intaderent, Rades & Geilolius cū sua vterque classe in Mauricæ profecti, Castellatis adsumptis circiter quinquaginta, Tidorem urbem arcemque cum imbelli plebe & præsidio Castellatorum haud amplius quadraginta reliquerant. Eate comperta Menesius, confestim arce Gomezio Ario concedita, centum & viginti Lusitanos eduxit: adiunctisque Atoezii & Bacianii auxiliis, per speciem occurrendi hostium nauibus, cum à Ternate soluisset, repentè ad Tidorè flexit iter. & copiis bipartitò in terrā expositis, urbē & malè niuitā, & defensoribus pænè vacuā, primo impetu cepit. Oppidani cum régulo dilapsi, vrbs iterū direpta & incensa. Inde ad Castellanos, qui se se in arcē vrbe capta receperāt, missi a Menesio codicilli, cum elementi adhortatione, vti rerum suarum statum agnoscerent, captiuos & cætera per bellum ablata redderent, & incolumes ipsi cum suis rebus abirent, neu barbaricum solum respèrgi vltra Christiano sanguine pateretur. Quòd si Cæsarem respicerent, gratiorè illi haud dubiè lenitatem in disceptando, & animi æquitatem in cõplectenda cõcordia, quàm in perditis iam rebus, improba partium studia, & pertinaciam in bello extrahèdo, futuram. Ad ea ferocius primò responsum a Castellanis; dein, vbi admoueri tormèta scalasque videre, Fernandus præfectus, accepta fide, ad colloquium prodit. In eo colloquio, post multam altercationem, denique pax ita conuenit: Castellani, captiuos & cætera ablata Lusitanis cū fide redderēt, inde ad Zamafū oppidū oræ Mauricæ cum suis rebus abirent, nullas præterea plagæ illius adirent insulas, neu quā eius mercaturæ aut negotiationis partē attingerent. Ternatensi Regi ereptam paulo antè Maquienum insulam restituerent, neu illi Baciano aut aliis Lusitanorum sociis arma inferrent, nec Tidorèsem, aut Geilolium, ceterosve illorum hostes, vlla iuarent ope: sed ibidè quieti responsum ex Europa super cõmercii controuersis, vt cum Ignario antè conuenerat, exspectarent. Menesius naues iis præsidium

hite Zamafum vsque præberet; neu Castellanos Tidorisve aut Gei-
 loli Reges dein lacefferet bello. In hæcæ leges iurandum vtrin-
 que exactum, & datis qui prosequerentur, Castellani Zamafum
 sine mora transuecti. Sub hac, Tidorensi quoque Regi data pax, &
 instaurandæ rursùm vrbis potestas facta, cum eo vt Ioanni certum
 quotannis tributum pederet, neque Castellanis in posterum aliis-
 ve nationibus contra Lusitanos adesset. Additum etiã; vt Lusi-
 tanos aliquot haberet apud se, ad gentem Europæis institutis &
 moribus imbucendam. Per hunc ferè mōdum compositis in præ-
 sentia rebus; adulta iam ætate Boahates intra arcem emoritur. Ne-
 que absuit vneni suspicio, in Aroeziū vulgò collata, quòd vere-
 teretur (vt est sollicita omnis ambitio) ne maturo ad imperitum ado-
 lescente, dominari postmodum ipse desineret. Suffectus in Boaha-
 tis locum germanus frater, natu minor, Aialus. Is verò vt sibi tan-
 dē aliquando restitueretur, summa ope orate infelix institit mater.
 sed apud surdas aures nihil ea deprecatio valuit. Aroezius, conti-
 nuandi imperii cupidus, obstabat in primis: sentiebatque in ea re
 tū Menesio, quāquam alioquin grauiter eidem infensus, cum aliã
 ob causas, tūm verò, quòd Cacilem Vaiacū, è primòribus vtiū, plus
 æquo fouere sibi que palàm anteferre videretur. quæ res non Aroe-
 ziū modò prorsus alienauit à Lusitanis, sed etiam ipsi Vaiaco exitiū
 attulit. quippe, non ferens æmulum Aroezius, fictis primùm crimi-
 nibus hominem insectari cæpit; dein etiam, cum parum crimina-
 tio procederet, necem inuiso capiti apertè moliri. Vaiacus, cum se
 imparem opibus aduersario cerneret, vndique insidiis appetitus,
 (quod vnicum erat præsidium) in arcem ad Menesium confugit
 supplex. Verùm ne ibi quidem tutò esse licuit. inclusum Aroezius,
 quasi maleficum & facinosum, extemplo ad supplicium à Mene-
 sio expetiit. Menesius, cum neque Aroeziū exacerbatum, & ami-
 co inopi afflictoque consultum veller, suos in consilium vocat. Ibī
 dum sententiis certatur; Vaiacus interea, metuens, ne postmodum
 noxæ dederetur inimicò; sese præcleri desperatione è turri præci-
 pitat. Huius viri interitu, Menesium haud mediocris inuasit mœ-
 tor. Accessit ad iras acuendas, parua dictu res; sed quæ in iis genti-
 bus magnos animorum motus exciuerit. Petità è Sinitis paulo antè
 fuculam (vt fit) Menesius habebat in pretio; hanc, extra muros fortè
 pascentem, oppidani aliquot ex insidiis occidere. Causa occidendi
 fuit, partim praua religio, quòd Mahometicis & Iudaicis additi
 superstitionibus, eam pecudem vulgò execrantur; partim etiam o-
 dium Menesii ipsius, quem id peracerbè laturum non ignorabant.
 & sanè major quā pro re dolor hominē pupugit, ac proinde quā

intentissima habita quaestione, affinem eius culpæ comperit Cacilè Vaiduam, qui & princeps tum erat sacrorum, & Aroezium Regem-
 que ipsum arcta affinitate attingebat. Hunc, nulla vel personæ, vel
 affinium, vel publicæ quietis habita ratione, in arcem arripi iussim,
 Menesius in carcerem condidit. Vulgata dein re, concursus ad Me-
 nesium factus ab Aroezio & Primoribus ciuitatis; quorum vel au-
 thoritate vel precibus utcumque placatus, acceptis vadibus Vai-
 duam è custodia emitti imperauit. id ministerium Petro cuidam
 Fernando mandatum, infinxit sortis hominam; qui, ut est procar
 hominum ingenium in alienis miseriis, inter soluendum Vaiduam,
 os eius ac faciem frustra quiritantis, ac diuinam humanamque
 implorantis fidem, petasone pingui perunxit: qua ille contumelia
 adeo accensus est, ut lacrymas non teneret. Producto dein ad ar-
 cis portam, præstò fuit honoris causa Aroezius cum magistrati-
 bus, & magno ciuium numero. quos Vaidua, suam sortem mise-
 rans eiulansque, cum appellaret, aruina succulenta madentibus
 genis; Lusitani quidem adstantes, ingenti sublato cachinno, urba-
 num Fernandi factum efferre laudibus: at verò Ternatensibus, ad
 eam deformitatem lacrymæ pariter obortæ: atque ita superbum
 & indignum id ludibrium visum est; ut nisi arx atque tormenta
 ceruicibus imminerent, arma extemplo capturi, iniuriamque sum-
 mi apud eos antistitis uturi haud dubiè fuerint. Sed præsentis
 metu ac dira necessitate coerciti quieuerunt. Vaidua, ignominie
 ac doloris impatiens, voluntarium sibi in aliquot annos conscii-
 uit exsilium: ac vicinas interim insulas cum quarimonis & ob-
 testationibus obeundo, gentem vniuersam contra Mahometis co-
 temptores omni arte sollicitare non destitit. At verò Ternate, in-
 colis iam sat superque irritatis, longè etiam atrocior ad exulceran-
 dos omnium animos consecuta res est. Intra arcem, uti supra de-
 monstrauius, & pecuniæ & commeatus penuria erat ingens. In-
 de milites cum è tabernis atque è macello alia atque alia, ut fit, nõ
 præsentibus nummis, interposita fide coemerent, ac postea soluendo
 non essent, concursus à plebe cum exostulationibus ad Aroezium
 fieri captus. ille, quando Lusitanos neque in ius vocare poterat, ne-
 que ad satisfaciendum creditoribus cogere; quod reliquum erat ve-
 num, annonam in vrbe comprimi iussit. Ex eo Menesius milites in-
 crepare, quòd ipsorum improbitate atque auaritia, nihil iam ven-
 le proffaret. illi contra, in Menesium Prætozemque Indiæ confer-
 re culpam, ac simul ferociter stipendium exposcere. Cum nihil eius-
 modi altercatione proficeretur, & inopia cresceret in singulos dies,
 Gomezium Arium ad conquirenda cibaria cum armatis aliquos
 insulam

insulam peragrarè placuit. Haud longè ab vrbe Ternate vicus est, Tabonam appellant. Eò progressi pauci ex Arii comiratu, quasi ad populandum, non ad precandum venissent; ita in ædes irumpere, cibos efflagitare; si mora fieret, per vim egerere. Cùm maior quàm pro numero & loco audacia esset; non tulère diutius insolentiam incolę: arreptis quę fors obtulerat telis, Lusitanos minis deterrere a rapina institerunt. inde rixa cū iurgiis orta: & Arius procul clamore suorum audito, ad opem ferendam & sedandum rumulecum accurrit. Neque segniùs ac maiore cum manu affuit præses loci, vir egregiè fortis; accensisquę ad iracundiam animis, cùm nihilominus in temerario incepto Lusitani perstarent; pauci à multo pluribus circumuenti, multis acceptis plagis, quidam etiam armis exuti, in arcem ad Menesium reuertuntur. Horum conspectu & vociferatione ostentantium vibices, & sese sustibus indignum in modum acceptos ab agresti plebe querentium, commotus haud satis cognita causa Menesius, per iram, auctores eiusmodi facinoris ab Aroezio postulat. graues additæ minæ, ni extemplo dedantur. Aroezius, licet malum id sibi nec Lusitanos contraxisse non ignoraret; ramen vrgente metu inuitus obtemperat. Tabona citati præses & duo è primariis, Menesio siue morasistuntur. è quibus ille duos præcisus manibus domum remisit. Præsidem verò brachiis post tergum reuinctis, in litore destitutum, ferocissimis duobus molossis obiecit. quorum imperum ac dentes, varia corporis declinatione, aliquandiu frustra cuitare conatus; horrènte supplicii fœditatem effusa ex oppido multitudine, circumspectare primò cæpit fugã: dein, cùm terrestres omnes exirus milite obsessos cerneret; in mare se (quod supererat vnũ) ad incertam spem salutis immissit. neque canes, quippe iam inescati, ab insequendo abstinere. pedibus tantum nantii, ponè cùm adhærent, dolore ac desperatione in rabiem actus, repente se se conuertit, dentibusquę, horribile dictu, certare cum belluis institit: atque ad extremum, vnus aure mordicus apprehensa, cùm iam sanguis viresquę deficerent, moribundus, molossum vna secũ ad ima detraxit. Atrox & inhumanum id pœnæ genus haud immeritò visum. eo magis quòd Lusitano ex patriis institutis ac legibus gloriari licet, nullam gentium in homines damnatos mitiora exercere supplicia. Et Aroezius eo factò, ad implacabile Menesii aduenarũquę odium efferatus, de tollendis è medio Lusitanis pariter & Castellanis agitare cæpit. Ac per fideles primũ internũtios placatũ sibi Catabrunũ faciliè adduxit; vt simulatq; cęsos ad Ternatẽ Lusitanos audiret, Castellanos ipse vicissim ab Toloco ad Geilolũ allectos

ad vnum interficeret. Additum magno vtriusque consensu, vt sublatis peregrinis, regulum vterque suum necaret, ac regnum inuaderet. Hisce de rebus dum occulta cōsilia incuntur; atque ad fraudē, quando in aperta vi spes non erat, tempus & ratio exquiritur; indicium interim conspirationis ad Menesium defertur. ille, per summam dissimulationem Aroëzium in arcem (vbi solebat) accersit, itemq; ex Aroësi amicis, quos ille in scelestis cōmunionem asciue- rat, præcipuos duos, Tamaranum & Borum: quorum hic iudiciis capitalibus, ille rei maritimæ præerat. Hi separatim interrogati de conjuratione, primò satis constanter negabant: dein tormentorū admoto terrore, seriem totius rei sine cunctatione prompserunt. Hoc tanto periculo Menesius ictus, damnatum de consilii sententia Aroëzium, in elato suggesto (vbi principes viros moris est) toto spectante populo securi percussit. Reliqui duo quo genere leti perierint, incertum est. Eo casu perterriti primores vrbs, ad locum natura munitum, cui Turoto nomen, simul cum Regina liberisq; & conjugibus effugerunt. Inde Regina denno per legatos Aialū filiū à Menesio summa ope repetere aliquādiu perseueravit. Postremò, vbi elapsas aures frustra tentari perspexit, Aroëzii exemplo venale quicquā ex agris ad urbem deferri vetuit, adeò vt pænè obsessi non modò penuriam, sed etiam famem Lusitani sentirent. Interea Cōsalius Peteria successor Menesio destitutus, cum dies aliquot Malacæ ex itinere substirisset, idoneam nactus tempestatē, in Borneū trajecit, pacemq; & hospitium cum Rege libentissimo instituit. Ea insula est per ampla, ducentas circiter & quinquaginta leucas ambitu colligit. Mahometem colunt populi: carnibus, oryza, & variis alimentis abundant; & super hæc, laudatissimam caphuram, & primæ notæ adamantes, agallochum; itemque apprimè expetitur viticinis gentibus factitii vini genus, quod patrio vocabulo tam pot dicitur, cum veste Cambaica, ære, argento viuo, rubrica miniõve permutant. Portus & oppida numerant multa: sed præcipua nobilitate Borneū regia est vrbs. hæc nomen fecit insulæ, lateritis mœnibus & sumptuosis ædificiis mirum in modum exulta. Inde Peteria Ternatem delatus, perturbata omnia, Lusitanos macie ac fame luridos ac deformatos offendit. Accepta dein præfectura, Menesius, ab Regina oratoribus pro atrocitate facinorum dolenter & grauiter accusatum, in custodiam dat. habitaque ritè quaestione, sicuti à Prætorè Nonnio in mandatis habebat, testata omnia crimina, & litteris consignata, ipsumque Menesium vinctum remisit in Indiã. Tum, justè ac leniter agendo cum incolis, Regemque puerū laxiùs & liberaliùs habendo, Regina & cæteros profugos eū omni rerum

copia ad urbem reduxit. Simul etiam arcem (quippe alicubi aggerè tantum exstructo, murus & propugnacula deerant) absoluerè aggressus est: quam rem quo enixius ipsimet oppidani adiuuant; cum solenni iurejurando palàm Regina promisit, ædificatione absoluta, sese confestim ei filium incolumem fide optima redditurum. Post hæc, ad Lusitani Regis negotia procutanda, & prohibendum mercatura militem, toto pectore incubuit. Neque solum edicto graui, uti Menesius antea, cauit, ne cui præter ministros regios contrahere cum incolis liceret; sed etiam circummisso conquistore, mensuras omnes atque stateras è priuatorum ædibus ablatas aut concremauit aut fregit; certam præterea caryophylli partem eius; quod sibi quisque iam emerat, pretio dominis persoluto, in regiam apothecam conuehendum curauit. Id verò acerbissimū accidit Lusitanis: militiæ quippe munia perosi; vetito commercio dudum assueuerant, coëmptisque frugibus, tanquã serpentes thesauris, incubabant. Ante alios Fernandus Lupius pto Episcopo, (vicarios tum, sacerdotes eiusmodi vulgo appellabãt) qui cæteris exemplum omnis disciplinæ ac sanctitatis deberet esse, interdictam sibi negotiationem, & ereptum è faucibus nefarium quæstum, pati nullo modo poterat. Proximus huic Vincentius erat Fonseca, vir seditiosus ac turbulentus. Atque hunc quidem Præfectus, arrepta occasione, quòd exigenti vigilias circitori fetocius & contumaciùs respondisset, in vincla coniecit. Verùm cæteros ex eadem factione coercendi, haud æquè expedita erat ratio: quippe complures & paratos ad facinus, & incolarum, quibus tolli edictum pariter expediret, opibus ac fauore subnixos. Hisce rebus elati pletique milites, primò arcem præfectumque deserere; ac partim ad Castellanos, partim etiam ad Mahometanos trãsfugere cogitarunt. dein, veriti ne, si adeò apertè nudassent animos, periculum affinibus ac liberis in Lusitania relictis crearent, sibi que receptus à tam præcipiti consilio non daretur; tutius ac satius fore statuunt; per ipsosmet Ternatenses exitium necè que præfecto moliri. Nec mora; mutuis adhortationibus inflammati, non modò plebem, sed etiam magistratus, atque adeò Reginam ipsam in præfectum accendere. Venisse nouum ex India non hospitem aut amicum; sed dominum ac tyrannum: qui, dum à Prætoze Indiæ & regiis Quæstoribus gratiam ineat, gradū que sibi ad opes & imperium struat, aliorum omnium rationes & commoda negligat; & iniquissimis edictis, contra naturæ & gètiū iura, totū commercium interuertat. Neque verò blanditiis & fucata eius comitate decipi se patiantur. Simul atque arcem absoluerit, certum esse illi, non Regem modò è custodia nullo pacto dimittere;

sed etiã Reginam ipsam vna cum proceribus repẽtẽ cõprehensam, in eundem carcerem includere, quo pluribus obsidibus obnoxios ad omnia sibi habeat insulanos; nec tantũ alimenta subtrahere, vt antea, sed ne hiscere quidem in posterũ audeat quisquam. Ni talia machinantem occupent è medio tollere; non modò graua fortunarũ damna; sed etiam teterrimã haud dubiẽ seruitutẽ omnibus imminete. Hęc, & alia eiusmodi, quæ in tali te praua cupiditas & malitia suggererat, secundis auribus cùm a populo tum à Regina in primis accepta. ac læta mulier, quicquid irarũ ac simultatũ cum alius fuerit, totum id in ipsos vertisse Lusitanos; tam præclaram occasionem vlciscendi acceptas iniurias, delendiq; gentem infociabilẽ, è manibus elabi passã non est. Vocatis ad concilium affinibus amicisq;ue, demonstrat, agitados partim conscientia scelerum, partim intercepti lucri dolore Lusitanos, capitali inter semet odio dissidere; atque ipsius maximè præfecti necẽ omnibus votis expectere. Collata in eos à Boleise coniuge beneficia, dextasq; iunctas, & hospitii sanctissima iura in memoriã reuocat. Pro iis quam malè relata sit gratia, reputare apud se quemque iubet. Vix dum vita functo Boleise, paruulos liberos fraude in arcẽ abreptos, se se ægre ex impiorum manibus elapsam, relicto solio, vagam inopemq; tam diu toletasse vitam; maiorem natu filium, vt primũ ad capessenda regni gubernacula pubescere inceperit, veneno sublatum. hunc, qui sibi afflictæ supersit vnus, per quotidianos dolos & callidam frustrationem in custodia detineri: ad hęc, intolerandas contumelias, & inaudita post hominum memoriã infontium supplicia cruciatuq;ue commemorat. Horratur, quandoquidem ipsimet Lusitani ad facinus adcò gloriosum inuitent, ac dextas quodammodo porrigant; sese ad tyrannum interficiendum ingenti animo parent. Vbi cam belluam, adiuuantibus vel certè approbantibus inimicis, in ipso cubili mactarint; tum subito aucti subsidiis, quæ in tempore sint affutura, occæcatos intestina rabie lupos ad vnum omnes occidant, arcẽq; occupata, & excusso impotentissimi dominatus iugo, innoxium Regem orbæ patenti, ciuibus, vtbi tandem aliquando restituant. Haud magni negotii fuit cunctos in sententiam adducere; quippe Lusitanis & natura cultuq;ue dissimiles, & publicè dudum inensos, & propriis insuper damnis atque offensionibus irritatos. Cùm certatim in id operã suam deferrent, dies rei peragenda condicitur. Interea Regina, ad omnera suspiciõnem auertendã, officia in præfectum intendere, opetas in arcis ædificationem vltro suppeditare, hortari vt munitis perficiendis insistat, scilicet quò sibi optaris vnici filii amplexibus

plexibus quamprimum perfrui liceat. Vbi destinata affuit dies, delecti viri tum in Mahometis fano sub arcem, tum etiam in proximo loco, eoque densissimo, clam in insidiis collocantur: qui vbi è turri signum editū sit, extemplo per inchoata vel intermissa opera in arcē irrūpant: dein cōiurati cū gladiis, iidem ferme qui familiariter ad Regē itare consueuerant, circa meridiē de more intromissi, ad intimam turrem sine vlla interpellatione petueniunt. ibi cum Rege collocati, simul expediunt ferrum; & colligunt animos. Maximè opportunum erat diei tempus; custodibus ac ministris, vt solebant, meridiandi causa dilapsis; & præfecto per summam securitatem intra cubiculum quiescente. Vnus Vincentius Fonseca victus vigilabat in proximo. Is, è corporum motibus vultuque confuso, rem haud obscure cōiectans, cūctantes hærentesq; nutu ac verbis instigando perpulit tandem, vt in cubiculū præfecti impetum facerēt. Ergo strictis gladiis hortati inter se, alii fores effringunt, alii gypsatos arūdine intertexta parietes calcibus prouūnt. Pereria, arreptis armis cū se se acriter defendisset ac diu, transfixo denique duobus ictibus pectore, moribundus occumbit. Interea qui sub arcem in delubro latebant, gestientes cupiditate cædis & sanguinis, non expectato signo teneri non potuerunt, quominus in prætereuntem fortè Lusitanum irruerent. Eo argumento, nec non clamore ex præfecti ædibus vociferantis ancillæ, patuit fraus. Tum excitati Pereriæ famuli aduolant: ad arma vocatur: atque, vt in communi metu, ab vtriusque factionis hominibus ad turrem extemplo concurritur. ibi, mira celeritate, antequam signum ederent percussores oppressi partim cæduntur, partim è muris fenestrisque sese præcipientes dant. Ab Lusitanis, vt in re trepida, ocululæ portæ: & pro mænibus & propugnaculis vigilæ stationesque pænè serò dispositæ. Ac per hunc modum eo die seruata non arx modò; sed, vno Pereria excepto, vita omnium ac salus, euidenti profectò Dei benignitate, credo propterea quòd futuræ postmodum in iis locis Christianæ messi consuleret. Sub hæc, inter Lusitanos de successore, vt consueuerant, ingenti contentione certatum est. Atque ad extremum, adnitente Vicario, per seditionem ac tumultum, præteritis iis quorum habenda erat ratio morte atque instituto maiorum, è vinculis ereptus Fonseca in locū defuncti pessimo exemplo sufficitur. Ab hoc, tamen non tā voluntate, quàm vi, quòd alioquin ex omni circà regione comitatibus arceretur, commodius factum est nihil, quàm quòd expostulanti Reginæ Aialum filium reddidit. Cæterum, militari neglecta disciplina, & contempto Ioannis edicto, liberam negociandi

potestatem atque licentiam Lusitanis indulfit. Et ipse postmodum apud Indiæ Prætozem accusatus (incertum quibus artibus) omnium criminū & flagitiorū impunitatē adeptus est. Aialo regnante, nihil quietiores, quam antea, res fuere, Quippe dum seuerius exercet impetium, & a magistratibus cæterisque, quos ad eam diē publici pecularius paueraut, acrius rationes reposit, principum sibi odium simultatesque irritauit. si probabilem nacti materiam criminandi, quod per eos fortē dies vagi ad rapinam aliquot ex arte ab agrestibus interfecti fuerant, eius cædis culpam in regem conferendo, aliasque comminiscendo calumnias, Fonsæcam adduxerunt, vt in fontem Aialum vi atque armis pelleret regno, eiusque loco Tabariam spurium substitueret, è stirpe regia minimum natu. Ea res multitudinis animos vehemēter offendit: ac vulgo Fonsæca diras omnes imprecabantur. atq; etiā è Lusitanis nauarchis minimè deerant, qui cum eo palam exercerent inimicitias, & indignam Consalui Pererix necem, amissamque propemodum arcē, & summa iniuria accupatam ab eo præfecturam exprobrarent. Ita, domestico simul & externo sollicitus metu, peræquē omnibus ad eō diffidebat, vt non die non nocte arma deponeret, nihil ab vilo porrectum, nisi sinistra acciperet manu, quo alteram ad stringendum gladium expeditam haberet; &, quod in conscientia magnorum scelerum accidit, umbras horreret. Interdum etiam, congressus hominum vitabat, ac lucem; & in solitudinem abditus, statum rerum suarum tacitus apud se descebat. Eo libentiùs de successoris aduentu nuntium accepit, (is erat Tristanus Ataidius) ei que sine ulla tergiversatione clauis arcis & gubernacula tradidit. Hoc præfecturam gerente, haud contempnenda occasio amplificandæ in eo tractu Christianæ religionis affulsit. Momoia est vrbs in Moro. Simulacra colebat gens, atque inde Mahometani quotannis prædas agebant. eam iniuriam & calamitatem querenti Momoiano dynasta, Consalius Veloc. us, qui tunc ibi negotiabatur, spem fecit, si Christiana suscipere sacra in animum induceret, auxilium contra eas incursiones à Lusitanis impetrandi. Haud aspernatus conditionem barbarus, auctore Consaluo legatos ad Ataidium mittit. ii, dies aliquot a præfecto comiter habiti, sacro fonte abluuntur: dein muneribus culti ac Lusitano vestitu ornatuque in patriam reuecti, plenam promissis legationem dynastæ repuntiant. Ille, tam læto successu, magnam in fiduciam erectus, Ternatem extemplo contendit. Ibi iuncta cum Lusitanis amicitia, magnifico pro copia loci apparatu, ipse comitesque baptismi iurati, atque alijs quidem alia de more imposita nomina:

dynasta, in Lusitani Regis videlicet gratiam, Ioannes est appellatus. Momoiam redcunti comes additus Simon Vasæus sacerdos. Huius opera, præsertim Ioanne adnidente, multi paucis diebus ad Ecclesiã adscripti. Cumque in dies cresceret numerus, laboranti Vasæo Franciscus Alvarus itè sacerdos paulo post ab Ternate succurrit. Tū verò summi infimique, credo magis imitandi principis causa, (vt euctus postea docuit) quam quo necessaria Christianæ fidei capita probè tenerent, relictis in speciem simulaeris, vni Deo nomina profiteri institerunt. Simul, delubra nō pauca, statuis demonum comminutis atque sublatis, ritè expiata, & cultui diuino dicata sunt. & ab Ataidio, vti receperat, Lusitani milites aliquot Momoiam transmissi, qui vrbe munitent, ac nouellos Christianos à Mahometanorum incurſu rapinisque defenderent. Dum hæc ad Momoiam fiunt, Ternate ab improbis, cupidisque rerum nouarū, Tabariæ nomē ad Ataidium defertur, quasi de occupanda per dolum arce cōsiliū iniret, ipsiusque præfecti vitæ in primis moliretur insidias. Ea criminatio, innoxio adolescenti, vt initio calamitosa, ita exitu salutaris fuit. Quippe ab Lusitanis fraude in arcem illectus, repente in vincla coniecitur. dein crimina diluere, atque itas lenire præfecti frustra conatus, cum valida custodia in Indiam ad Prætozem est missus. atque ibi demum causa cognita, verbis honorificis absolutus, repudiato Mahomete Christianus efficitur. Inde patriam repetēs, cum ad Malacam ex itinere substitisset, extinctus est morbo. Cæterum Ataidius, præiudicata re, neque Nonnii expectata sententia, Cacilem Aerium eius loco fecerat Regē, Boleiſi patiter expellere natū laua: quæ, filii salutem non sine causa metuens, cum aeriùs tenderet, ne tā infaustæ successionis aleam subiret; satellites puerum à cōplexu parentis auulserant, ipsamque muliebriter vociferantem, velano perciti furore, ex ædium fenestra præcipitem dederant. Hoc tam atrox facinus non Ternatensium modò; sed omnium eius plagæ Regum ac populorum iras denuo in Lusitanos accendit. ac vulgò in caribus conciliisque, præter cæteras querimonias & maledicta, fremebant, indignam atque intolerabilem esse rem, ab iis qui penè precario nuper in eas regiones irrepererint, Reges incolis ex libidine dari adinisque. Id verò in primis pro suo quisque sensu & ingenio deplorare. Ac per eos ipsos dies, ad cumuladā inuidiam, sædum Pinti cuiusdam factum accessit. Is ad explorandum Mindanaum, & alias circa insulas, ab Ataidio missus, a Mindanao ad Siriagum deuenit. ibi elementer acceptus, sū Rege hospitium ac societatem mutuo sanguinis haustu sanxit. is gēsi solennis fœderum ritus, inde, cum securi insulani, quasi ad

cum & socium, vel contrahendi vel etiam visendi causa, familiariter in ipsam nauē adirent; Pintus, aliquot ex iis repente correptos, abdito loco infra tabulata coniecit, aspottandi causa. Non latuit ea fraus incolas. quippe, dum se ad iter expediunt nauæ, sensim vnus è captiuis in mare defiliit, nandoque cum ad suos peruenisset, rei gesta seriem exposuit Regi. Ille accensus ira, extemplo celoces deduci, & in eas armatos imponi iubet. ab iis Lusitanus propè inter molendum oppressus, sæua postmodū coorta procella parè submergitur. Inde ad leuandam onere nauē jaëtis in mare tormentis, magna cum formidine ac trepidatione Ternatem applicuit. Hacce ob res, omnium animis maiorem in modum exasperatis, Molucenses Reges ad extinguendum nomen Lusitanum, missis vltro citòque nuntiis, cum Ternatensi populo conjurauerant; in eandem societatem regulis quoque Papuarum insularum assumptis, Vaigamano, Vaigeo, Quibibio, & Mincimbo. Consiliū erat, sparsos variis locis Lusitanos, ad internecionem delere: Ternatensis arcis præsidium, quādo muralia tormenta deerant, subtractis vndiq; alimētis fame cōficere: si id minùs è sententia cessisset, felices omnes arbores vltro succidere, & cum familiis lōgè inde migrare; vt quoniam noxia & inuisa natio armis ex ea terra pelli nō posset, certè solitudine ipsa & inopia rerū omniū excedere cogeretur. Hisce rebus ita cōstitutis, initiū belli factū à Ternatensibus: ii, quam occultissimè suis rebus in tutum egestis, ne quid hosti ad prædā reliquū esset; postremò, ante lucē omnes ex vrbe profecti sunt. frustra q; Ataidius, vt primū id resciiuit, abeuntes omni ope reuocare, eorumque iras pollicitationibus & blāditiis permulcere tentauit. Maritima primū loca procul ab arce petiēre: dein cum à Lusitanis nauibus vexarentur, in abditos saltus ac præaltas rupes recepēt sese. inde furtiuis expeditionibus, in aquatores maximè & lignatores Lusitanos fiebat impetus, quinetiam, vt nullam secum pacis conditionem esse Ataidius intelligeret, partiam ipsam Ternatē, vbi erant aliquot domicilia Lusitanorum, subito aduentu injectis ignibus cōcremarūt. Eodē fetè tempore cæteræ quoque gentes in arma coortæ: & Lusitani, qui aliis aliisque in regionibus vt apud amicos agebant, repēte circumuenti cæsiq; . Et in Moro, præter alios, Simō quoq; Vassæus sacerdos oecubuit. Frānciscus Aluarus, multis vulneribus acceptis, egre nauicula Ternatem euasit. Pessimum verò ex ea conjuratione illud accidit, quòd Catabrunus veneno adolescentulum Geiloli Regē sustulit, regnumque per scelus inuasit: dein ad occupandas in eo tumultu Maurieas insulas magna classe profectus, neophytos Momoianos, vt pote Christianis præceptis leuiter admodū

institutos, ab recta in Deum fide metu minisque deduxit, vno incassum reclamante dynasta Ioâne: quippe qui Christianæ disciplinæ præcepta, & Evangelii veritatem, in pectus altè demiserat. is, ubi obstinatos ad deditiōē, atque ab suscepta religione per summam leuitatem atque perfidiam auersos populares animaduertit, locum extra urbem tumultuario opere muniit, frustra que hortatus Lusitanos aliquot, quos circa se habebat, ne asperis in rebus desponderent animum; ipse cum paucis familiaribus oppugnationem hostilem à matutino tempore ad vesperum præclare sustinuit. Nocte dein, desperata corporum salute, ad animos præsertim domesticorum quacunque ratione seruandos incubuit. Vxorem habebat Christianis nuper sacris initiatam; hanc vnà cum paruulis liberis, ne propter infirmitatem naturæ vel ætatis de baptismi præmiis periclitarentur, in opinionis errore optimo vtens animo, sua ipse manu peremit. inde eum sibi quoque manus pararet afferre, domesticorum interuentu prohibitus, & non sine magno animi dolore Catabrano traditus est. Ab eo eum interrogaretur, cur tam triste consilium cepisset, immeritam conjugem cum innoxia prole occidendi per summum nefas; vxori quidem ac filiis egregiè ab se consultum esse respondit, quorum sexus ætasque ab salutari Christi confessione abduci faciliè potuisset: at sese, vt virum deceret, nec tyranni minas horrete, neque extrema supplicia cruciatu sive Christi causa defugere. Hac orationis libertate Mahometani sauitiam acrius concitauit: cumque in eo iam esset, vt carnifici traderetur, amicorum ac procerum deprecatione seruatus est. Dignus profectò qui nō in vltima barbarie, sed in Europa media nasceretur. quippe, tam generosum ingenium, cultoribus periris adhibitis, ad eximiam virtutum omnium frugem haud dubiè peruenisset. Et Ioannes quidem, quam dixi, cōstantiam ac fortitudinem præstitit. De cætera neophytorum turba vtrum vel vnus in fide manserit, nihil comperti est. aded (vt est in sacris litteris) malè fundata ædificia, ingruentibus ventis atque procellis, facili momento soluuntur. Hæc & alia eiusmodi audienti Ataidio peracerba etant; sed actior & præsentior erat sensus quotidianæ penuriæ, omnibus circa populis infensis infestisque. itaque ingrauescente in singulos dies annona, oryzae precium in modios à sestertiis binis ad quadragenos ferme peruenerat: iamque fames vrgebat; actumque de summa rerū procul dubio foret, ni per idipsum tēpus cum com meatibus & modico militum supplemento Simō Sodreus à Malaca, & à Mindanao Pintus, cuius paulo antè meminimus, affuissent. Hoc aucti subsidio Lusitani, variis eruptionibus

Tururum castellum egregiè munitum, itèq̃ue Palatiam, & Calamatam, & Gicū haud sine certamine capiūr. quibus victoriis laxata dunraxat in præfens angustix sunt. deficiente dein rursus com-
 meatu, imminutoq̃; variis cladibus præsidio, premi denuo lōge ve-
 hementiūs capti, utique postquam commisso nauali certamine
 cum Tidorensibus, præter consuetudinem, semel iterumq̃ue malè
 pugnatum est. Ex eo tempore, de maris possessione deiecti, egredi
 ex arce nusquam audebant; & diuina magis benignitate, quàm vi-
 ribus humanis, in aduentum Antonii Galuani extracta obsidio est.
 Eduardi, cuius suprà mētio est facta, filius erat Antonius, in Abassi-
 na legatione ad Camaranum insulam vita functi: vir excellenti cū
 in Deum superosq̃; pietate ac religione, tum erga homines æqui-
 tate, & incorrupta in Regem suum fide; & super hæc, admirabili
 quadam nauticæ rei sc̃ientia: quippe gubernatorum, in syrtibus eu-
 itandis & dirigendo cursu errata corrigere, desperantes, vt sæpe
 fit, de salute vectores nautasque confirmare; & morbo laborantes
 mira sedulitate suis etiã, vbi res ferret, impensis curare iamdiu
 solitus, Is, cū in India priuatam rem ageret, ex regiis repente
 litteris Molucarum præfectus ab Nōnio declaratur. ac tametsi nō
 ignorabat quã affecta atque aded exulcerata Molucensis esset
 res, tamen obsequio in Regem & studio rei communis adductus,
 plenam laboris ac periculi præfecturam haud grauatè suscepit. cū-
 q̃; ei, è fisco regio, in stipendium & sumptus necessarios nūmi tardè
 adinodum ac malignè præberentur; sua ipse pecunia (habebat au-
 tem in numerato non exiguam, qua negotiari si cum industria per-
 getet, ad opes ingentes peruenire breui tempore potuisset) & mi-
 litē conduxit, & varios com meatus, & molas, & plumbum, & om-
 nis generis ferramenta, quibus rebus carent Molucæ, coëmit. itè-
 que ad propagandam Ternate sobolem, hostēsque de spe dejiciē-
 dos eius coloniæ vel præfecturæ exringuendæ, Christianas mulie-
 res aliquot secum auexit, quas ibi cum Lusitanis in matrimonio
 collocaret. Cum hoc apparatu à Cocino profectus, Malacā venit:
 inde per Borneum insulam ad Ternatem incolūmis appulit. De-
 scendenti, nō præfectus modò, & vilgus militum; sed etiam sacer-
 dotes cum hymnis & sacris carminibus obuiam prodire, quasi ad
 certam eius præsidii salutem ac libertatem è cœlo descēderet. Ne-
 que eos fefellit spes: quippe, expositis à Galuano com meatibus,
 annona primū leuari capta, ædilesque macello præpositi; & in
 singulas res pretium statutum, quo ne pluris quæque vaniret. Præ-
 ter hæc, ad clericorum disciplinam regendam, curandōsque popu-
 larium animos, recentia Alphonfi Cardinalis Lusitani decreta, seu
 consti-

constitutiones ecclesiasticas Vicario tradidit. dein ad militiæ mu-
 nera, & arcem vbi opus esset instantandam, curas intendit. iustitia-
 que in suos, fortitudine & vigilantia in hostes, cum arma nunquam
 exueret, & pro vallo excubaret, & ad subita ac periculosa primus
 accurreret, enixè opem dabat, vt omnes in salutari concordia at-
 que in officio contineret. Ad Tidorem eo tempore cõstiterat mo-
 les belli, quo coniurati Reges, Aialo exsule assumpto, armatorum
 millia plus quinquaginta cõtraxerant. neq; vrbẽ rãtũ cinxerãt mu-
 to fossãq; , sed etiã, in præalta supra vrbẽ rupe, castellũ, arcis instar,
 exstruxerãt. Inde cũ Ternatẽse infestũ haberẽt littus, & prodeũtes
 ad piscationẽ & quotidiani victus ministeria Lusitanos exciperẽt;
 veritus Galuanus ne per belli moram in pristinas recideret rerum
 omnium difficultates, missis primò Tidorem legatis, Reges ad su-
 perioris temporis offensiones voluntaria obliuione delendas, atq;
 ad renouandum cum ingenti quæstu commercium eblandiri co-
 natus est. dein, cũ inflati nouo successu barbati omnem pacis
 mentionẽ aspèrnatẽtur, atq; adedò in Lusitanũ nomen conuitia &
 probra iactarent; Galuanus, fuis ad Omnipotentẽ Deũ precibus,
 & cælestiũ vniuersotum ope suppliciter implorata, rem est ausus
 portentis similẽ, & meritò caritãram fide; ni alia cõplura id genus
 euenta, hoc etiã ipsum omni suspitione mēdacii apud æquos rerũ
 æstimatores eximetent. Nauẽs habebat in portu maiores, nõ am-
 plius quatuor: & præter eas, aliquot leuiora nauigia. in classiculã
 hanc impositis circiter quadringentis armatis, quorũ erãt Lusita-
 ni centũ & septuaginta, reliqui, Aërio & paucis exceptis, infimæ
 sortis homines, ac Lusitanorũ ferè mancipia; Tristano Araidio cũ
 eius familiaribus amicisque ad custodiã arcis relicto, Tidore perit
 vltro; & nullis (incertum quare) hostium nauibus obuiam egressis,
 idonea statione extra ictum teli anchoras iacit. inde obsidentem
 littora multitudinem, & situm vrbis, ac totius circa regionis natu-
 ram attentè perlustrat. Aduocato dein concilio, opimum visum,
 imminentem vrbi rupem arcẽmque, vt in tali nullo metu ab hoste
 neglectam, inuadere. Ad eam rem Lusitani delecti centum & vigin-
 ti, hisce additi è reliquã turba, qui trecentorum summam explerẽt.
 cæteri, classẽm tueri, & ad hostem distinandum, huc illuc circum-
 agere naues, & variis locis descensionem ostentare iussi. Galuanus
 interea, die qui fuit Indorum præsidi & Apostolo Thomæ sacer,
 anno à partu Virginis supra sesquimillesimum trigesimo septimo,
 quendam è captiuis nactus peritum itineris ducem, remotiore ab
 vrbe loco, circa quartam noctis vigiliã cum es quã dixi manu de-
 scendit, silentiq; agmine & expedito per syluestres maximè semi-
 cas ad

tas ad mōtis verticē occultè succedit. Iam itineris magnā partem, lēto gradu, lassitudinis vitandæ causā, confecerat; cū orta lux, & micantes procul galcæ, rem hosti prodidēre. extēplo ad arma conclamatum horrēda cū vociferatione: quam, repercussū multiplici, nemorum dēstas, ac sinuosi cōuallium anfractus augebāt: & omni ex parte, quasi ad prædā haud dubiam, cōcursus illico fieri cæptus. Ante alios Aialus, quem ex amisso regno præcipuus vrebatur dolor, ad præoccupādos transitus cum parte copiarum accurrit, & modica in planitie Lusitano è siluis egredienti sit obuiam. ibi cōtracta repente pugna Aialus casside armatus, & maculis ferteis, prælongam vibrans vtraq; manu rōphæam, in hostes furibundus inuchitur: ac dū hastatis & fistulatoribus incautiùs objicit sese, cū vndique peteretur, vulneribus aliquot acceptis, in arma procumbit, & simul, vt erat egregiis viribus, momento resurgit; ac dissimulato aliquandiu dolore, ne suis trepidationē injiceret, ante prima signa prælium cicere perrexit: dein, cū latius manaret sanguis, quippe nullo medicamento suppressus, linquente iam artus animo, & oculis offusa caligine, rursus occubuit; tantūm ad stipatores effatus, vt inde se quā ocyssimè tollerent, ne canes (sic enim Lusitanos vocabatur) optato ad ludibrium corpore potirentur. Vti iusserat, nō sine periculo factū, & ipse quidē elatus ex acie, paulo post efflauit animā, reliqui attoniti casu Regis (vt est fugacissimū genus) extemplo terga verterunt, ac per inuia cautesq; præruptas passim arma jactantes, pars nota nemorū latibula, pars urbem trepidi repetunt, ac venientem subsidio alteram aciem, per angustos calles vna secū auertunt; pars montis cacumen contento cursu occupare nituntur: horum maximè tergis institit Lusitanus, cæsisq; compluribus, vno tantūm amisso mancipio, immistus fugiētium turbæ in arcem irrupit. Ibi Galuanus tam insignem victoriam, ac planè diuinam, Christo domino superisque gratulatus, ignes arci confestim iniecit prudenti consilio. quippe oppidani pauiter & externi, vbi supra caput grassantes flammam vidēre, subito pauore percussi, cum imbelli plebe sese certatim è portis ac propugnaculis in apertum effundunt: Lusitanus interea, collectis vtcunq; viribus, cum incitato clamore ac tubarum cantu, ex arce decurrit; ac sine certamine vacuam defensoribus, refertam diuitiis urbem ingreditur. ad quas cum extremo periculo diripiendas, ne cæca præceps auiditate discurreret miles, ædificiis omnibus iussu Galuani subditæ faces: magnoque omnium dolore, quique vt in tutum suas opes cōcongererant; quique subiectam oculis adamauerant prædā; cuncta, exceptis conmatibus, intra paucas horas arsere, & ex ea quæ rat-

dior ad fugam fuerat, vrba multitudo, capti plurimi, iunctus-
 que in portu vnus, & actuaria nauigia permulta. Minutis dein
 praliis terra marique fatigari hostis captus: quem ad huius-
 modi machinas rudem adhuc, nihil æquè ac tormenta Lusitana
 terebant. simul etiam, prægrauante multitudo, in tam par-
 ua insula cibariorum difficultas vrgebat. Super hæc, aduenis Re-
 gibus non sine causa injectus timor; ne Lusitana classis, aucta
 nauium numero, in eorum fines impetum faceret. ac proinde
 (vti omnis ferme conjuratio, vbi proprii periculi incessit metus,
 quamlibet leui de causa dissoluitur) Tidorensi valere iullo, fœde-
 rari Reges domum quisque suam repenti dilapsi. Eam occasionem
 Galuanus denuo tentandæ cum Tidorensi pacis idoneam ratus, si
 fortè rebus aduersis ferociam exuisset, legatos ad eum & litteras
 misit: neque ita difficile fuit, desertum à tot auxiliis, & recenti cla-
 de perterritum, ad æquitatem & concordiam reuocare, adnitente
 præsertim Cacile Rade, Regis fratre germano, qui inter cæteras
 causas, vulgata Galuani virtutum fama commotus, amicitiam &
 societatem cum eo vehementer optabat. Pacis condiciones fuere;
 vt Tidorensis ablata Lusitanis arma & machinas omnes redderet,
 caryophyllum insulæ totum Lusitani duntaxat Regis procurato-
 ribus è Ternatenis formula venderet, neminem contra Lusita-
 nos aut armis aut vlla iuuaret ope: Lusitani pretium sine do-
 lo persoluerent, & vrbi reficiendæ vnà cum insulans instaret. Hæc
 in leges renouata societas est: eaque magis in dies mutuis de-
 inde congressibus donisque, & egregia in primis Galuani fide ac
 liberalitate coaluit. Inde aduersus Geilolium, minitantem adhuc,
 & de Christiana religione in primis pessimè meritum, Galuanus clas-
 se profectus, Ternatem sæua tempestate rejicitur. Ibi, quod statim
 nauigationis Indicæ aderant dies, nefaria militum seditio rursus
 exorta, & missionem & frugis priuatim auhendæ potestatem fe-
 rociter postulabant. eos, Galuanus, quando per vim coercere non
 poterat; tum verbis tum exemplo ad officium reuocare conatus
 est. quippe, non solum ipse, contra aliorum consuetudinem, ab omni
 negotiatione prorsus abstinuit, sed etiam vltro sibi collatum à Ti-
 dorensi Rege proceribusque magnum caryophylli numerum in
 Regis Lusitani apothecas a scribis & custodibus iussit inferri. Sed
 videlicet nullum in rebus humanis remedium efficax est, vbi men-
 tem, de cælestium bonorum contèplatione dejectam, sædus auari-
 tiæ morbus inuasit. Facta cõspiratione permulti collectas fruges
 furtim in naues imponunt: tum intentantes arma palam, si quis
 eos retinere aggressus esset, non modò contra leges amicitia,

sed etiam contra jurisjurādi fidem, inter infestas gentes ducem repentē destituunt, & impia velificatione in Indiam intendunt iter. neque ramen de facinore tam atroci vlla dein quæstio ab Indiæ Prætoribus habita. At Galuanus, quamquam asperis in rebus à magna suorum parte desertus, consilio tamen atque animo stetit. Ac primū, quod omnes in partes magnopere interesse cernebat, profugos & ipsā desperatione in furorem versos Ternatenes mitigare, & in patriā reuocare adhortationibus, monitis, ac præsertim illustribus justitiæ & sanctimoniæ documentis instituit. quam ad rem, Tidorensem quoque; suasiones haud mediocri momenti suere. Paulatim ergo positis odiis, relictas dudum sedes & incunabula repetebant. Quominus frequentes redirent, Tabariæ desiderium, (quippe nondum defunctum audierant) Aialo præsertim extincto, erat in causa. Aeriū, inter cætera, quod & ætate minor, & è peregrina pellicone natus esset, auersabantur. Galuanum orabant, vt innoxium Tabariam ab Indiæ Prætoris deposceret: atque ipse interim arbitrato suo regnum administraret. Neque conditio erat spernenda, quandoquidem ex huiusmodi procuratione; præter cæteras utilitates; nullo prope negotio Galuanus ditari affatim poterat. Sed partim; credo, incertus vtrum ea res Ioanni Regi grata esset futura; partim; haud ita decorum ratus, Christianum hominem in parentis pastorisque loco Mahometanis præesse; oblatum sibi honorem opesque magno animo & excelso repudiavit: omnique arte ac studio, muneribus etiam è sua pecunia consecutus est, vt in patriam cuncti remigrarent, & communis concordia salutisque gratia, Tabariæ interim omisso, Aeriū Regem volentes agnoscerent. Hac maxime ratione Galuanus rem Ternatensem diu multumque iactatā; haud sine magno labore ac difficultate restituit. Cæterum ab Gelolio & Baciano adhuc restabat bellum. Nec dubitauit Galuanus Regem vtrumque ad singulare certamen prouocare; vt vnus aut alterius capite potius, quam multitudinis damno & vexatione; certamina finirentur: & in arenam haud dubie ventum esset; nisi Rades, cuius modò meminimus, pro amicitia intercessisset. Hoc vel in primis a Iutore & sequestro non prouocatio tantum oppressa, verum etiam inter Lusitanum & Reges ambos reconciliata pax, & longo interuallo renouata commercia. Post hæc, ad rescindendas urbes per bellum dirutas, curæ conuersa; qua in re fidem Tidorensi Galuanus egregie præstitit. dein, calcariis institutis, Ternatensem ipse arcem augere ædificiis & propugnaculis aggressus est: portusque aditum, antea insidiosum & perangustum, scopulo, qui medium occupabat, ferramentis exciso, reddidit ampliorem. Ad

hæc, Lusitanos colonos, contractis ad sobolem nuptiis, hortando perpulit, priuatas ades pro arundineis cœmentitiis facerent, puteos fodereut, hortosque & allatas ex India vires & poma sererēt; quam ipsam ad rem, & ad cætera vitæ ministeria, largas aquas à duodecim ferme passuum millibus ad arcem vsque perduxit. Insuper Aerio Regi, ducta iam ad propagandam stirpem vxore, consulenti popularibus suis, & adincaudi æmulatione vehementer incenso, rectas vias atque transuersas, & cæteram vrbs dimensionem summa eius voluntate descripsit. neque ipsum modò Regem, sed omnes peræquè incolas, omni officio & humanitate demerebatur. Ex quo apud barbaros tantum huic viro beneuolentiæ & venerationis accessit, vt eum æquè ac pareutem cuncti obseruarent: ipse quoque Rex, & magistratus, nihil ferè grauioris negotii, nisi ex eius auctoritate susciperent. Per idem tempus, in Mauricis insulis archipirata quidam, haud contemnenda classe non modò gentem importunè vexabat, sed etiam Ternatensibus atque adeò Lusitanis apertè minabatur. Aduersus id malù Galuanus caracoras aliquot, ab Tidorensi Rege commodatas, cum paucis Lusitanis & auxiliariis aliis misit Fernando Vinagrio sacerdote, viro impigro, expeditioni præposito; is, Christo duce ac præside, insignem ex hoste victoriam tulit. Archipirata, & ipsius frater, aliiq̃e multi occisione occisi, cæteri turpem in fugam auersi. Inde Vinagrus ad Mauricas res componendas adhibito studio: cum plerosque ex iis qui per metum a Christo paulo antè descuerant, in gratiam cum Ecclesia reduxit; tum alios quoque non paucos ad fidelium numerum aggregauit. Hanc latam adeò victoriam, alia mox neque magnitudine, neque fructu inferior subsequuta. Iunci complures ab Iaua, Banda, Macazare, & Amboino insulis ad coëmendum caryophyllum Molucas petebat. Ea re cognita Galuanus, ne per huiusce classis aduentum Lusitana commercia turbarentur, caracoris viginti quinque, Lusitanos haud amplius quadraginta, & auxiliares circiter quadringentos imposuit. Cum ea manu profectus Iacobus Lupius Azeuedius, Molucensi mari præpositus, ad Amboinum occurrit hosti; neque vlla pugnandi mora est facta. fusi fugatiq̃e magna cum cæde barbari; & ex ipsis iuncis, aliquot in potestatem venerunt. in iis tormenta complura, telorum vis ingens, & pecuniæ nõ parum inuentum est. Inde territis latè nationibus, victor Azeuedius Amboini oram legens, accolæ maris vniuersos aut voluntate aut vi ad nomen Lusitanum adiunxit: iis qui Ariuam, Mâtelum, & Nucinelem præcipua eius littoris habent oppida enixè petentibus, Christiana sacra per sacerdotes impertit. ac deinum rebus è ser-

tentia gestis, magna cum præda Ternatem reuertit. Iisdem ferè
 diebus, Galuani missu, Ioannes Focatia ad Papuas insulas delatus,
 consilio ac lenitate magis, quam viribus, regulos omnes ad socie-
 tatem atque amicitiam perduxit Regis Lusitani: præbitamque ab
 iis magnam comæatus copiam, incolumi classe Ternatem adue-
 xit. Hoc tam secundo rerû progressu, ne quid ad gloriâ Galuani
 præfecturæ deesset, ex alia quoque parte ostiû repente ingès Euâ-
 gelio patuit. Macazar est insula, cuius modò meminimus, leucas
 à Molucis in Orientem quinque circiter & quadraginta. Eadem
 ab Aquilone in Africum perpetuo tractu leucas ferme ducentas
 excurrit; atque, vt aliæ ferme vicinæ, plura in regna diuiditur. A-
 bundat in alimenta mortaliû oryza, sale, carnibus, pisce: in re-
 liquos verò vsus atque delicias, candida veste, sandalo, ebore, au-
 ro, matgatitis: & quæ corporum firmitas & studium est gentis, va-
 lentissimo iu primis & exercitatissimo temige. Super hæc, anni-
 bus ad euectione subuectionemq; scinditur multis, qui è môtana
 introrsus regione decurrunt. Ex hac insula getmani duo fratres
 Ternate nupet baptismi sacramentû, sponse codè & hortatore
 Galuano, susceperant, nouisq; de mote nominibus Antonius Gal-
 uanus alter, alter Michaël vocabâtur: ambo deinde cû in patriâ re-
 uertissent, Euâgelio utcûq; prædicando, magnam populariû partè
 ad contemptum scilicet Deorum, ac mitam in cupiditatè nouæ
 ipsis quidem ac peregrinæ religionis impulerant. Ea re permoti,
 legationis munus iidem ad Galuanum gentis nomine haud ita
 grauatè recipiunt; atque ad conciliandam faciliû societatem, va-
 rio genete mercium, quas terra ferr, in naues imposito, nobiles in-
 super aliquot adolescentes baptismi causa Ternatem adducunt.
 Periucûda Lusitanis ea legatio fuit. Macazates cõfestim facto fon-
 te lustati, & Franciscus Castrius notæ probitatis & industriæ vir,
 ad firmandam cum ea gente & inuendam cum vicinis Regibus a-
 micitiâ, haud sine muneribus à Galuano missus, ex itinere primû
 ad insulâ Celebiorû appulit Getiganum. ibi clementer acceptus,
 Regem vnâ cum fratribus, coniuge, ac filio, itemq; è nobilitate ad
 centum & triginta, & è plebe non paucos ab idolorum seruitute,
 ad vnus Dèi cultum, ingenti omnium animi voluptate conuertit:
 & elutis baptismate maculis, neophytos alios aliter, ipsum Regè
 nouo nomine Franciscum appellauit. duo & viginti dies in tam
 saluari negotio positi. dein, magno sui delictio relicto, Castrius
 ad Mindanaum insulam accessit; ac legens oram, denique ad insi-
 gne oppidum Siliganum haud frustra delatus est. quippe Regem
 (quæsi Antonium exinde Galuanum vocarunt) Reginaque, & filias
 duas,

duas, & è populo centum circiter & quinquaginta ad Euangelicam veritatem ab impia superstitione traduxit. In eadem insula baptizati cum vxoribus, fratribus, liberisque, & magna populariū turba Reges alii tres, Butuanus, Pimilanus, & Caniginus: illorum vtrique Ioannes, huic Franciscus inditum nomen. His rebus peractis, a Mindanao Castris cum ad Macazares vela fecisset, aduersis repente ventis ac sicca tempestate panè submersus, Ternatem necessaridè rediit, Macazarenli expeditione in aliud tempus dilata. Interea Galuanus magnopere latus relatis in horrenum Domini, quamquam oppidò paucis ex infinita messe, manipulis; ad nouas operas comparandas diuino prorsus instinctu seminarium puerorum instituit. quod vnicum labenti Christiane disciplinae remedium, tanto deinde post Tridentina Synodus approbavit. In id Seminarium adlectos è variis nationibus adolescentulos indolis bonæ, qui matura dein ætate, in sua quisque patria Euangelio insisterent; summa cura ac diligentia, quoad permetterent occupationes, per se, perque suos, Christianis & litteris imbuebat & moribus. quin etiam, parentes barbaros, quo facilius desiderium ferrent; & verbis, & vbi res posceret, etiam donis, admirabili quadâ benignitate ac mansuetudine leniebat. Hic Molucensis rei cursus Nonnio Indiam regente per nouennium fuit. Eodè Prætorè Nōnio primus ex Episcoporum numero, ad ecclesiasticam rem inspiciendam ordinandâque, Fernandus è Franciscana familia in Indiam venit: ibi cum cæteris functionibus, tum sacramentis præsertim Confirmationis & Ordinis ritè ministrandis, nec non per sacras conciones & priuata colloquia Lusitanis ad disciplinam atque ad officium reuocâdis, ethnicis ad Christianâ alliciendis fidē, Episcopate munus egregiè præstitit. nec dubium, quin multa & ab hoc viro & ab aliis in eo genere digna relatu & præconio gesta sint. Sed admodū raræ tum quidem in iis locis fuerunt literæ: & si qui exstant scriptores; ii ferme institorum peregrinationes atque commercia, & ducum res bello gestas, ac domesticas plerunque dissensiones per otium explicant; Christianæ rei (quod caput erat) progressum, & in erudienda barbarie piorum labores & fortia facta, quasi ab instituto aliena vel omnino prætereunt, vel mira breuitate perstringunt. Inter cæteros multa est mentio Zufolarini, quem ad Goam obsidendam, Albuquerque Prætorè, venisse docuimus. Is deinde, honoris & gratiæ causa Azedecan ab hero Idalcane appellatus, & aliquot insuper auctus vicis atque castellis, ad amplas breui peruenit opes: ac Pondam vicum, de quo supra diximus, ad multa opportunum, & vrbis Gox imminentem, lata fossa

& egregii operis muro circumdedit. Veritus deinde propter interpositas offensiones, (qui Mahometanis Regibus ac tyrannis est mos) ne ab Idalcanē per calumniam omnibus bonis ac fortunis euerteretur, occultum fœdus cum Nonnio Pratore percussit, atque ad Lusitanorum animos demerendos, Bardeliana & Salsitana portoria, opimi & propinqui redditus, Ioanni Regi sponte assignauit. Missi confestim ab Goa exactores & scribæ, fixo in his locis domicilio, aduentitiæ & insperatæ pecuniæ non exiguas colligebant summas. Haud ita multum dein effluxit temporis, cum Azedecan, vel purgatis, vt fit, suspiciõibus; vel deprecatoribus apud Idalcanem adhibitis, pristinum gratiæ locum recepit: demptoque meru, pœnitere cepit hominem, proiectæ siue causa tantæ partis fructuum; & præualidæ gētis in eas terras inductæ. Multa visuntur apud Indos fanis dæmonum adiuncta domicilia, non modò virorum, sed feminarum etiam, præsertim quæ defuncto marito sese cremandas eundem in rogam inferre non aufæ, (quam vetustissimam esse consuetudinem, & Propertius & Strabo demonstrant) metu deinde ignominia, lucem & celebritatem hominum fugiunt; & remotis ab vrbe locis intra septa quædam inclusæ, quod reliquum est vitæ, in execrabili Satanæ famulatu consumunt. Ex hisce vnum commodo situ, Lusitani Quæstores inuasert. locus, de nomine cacodæmonis, cui dicatus erat, Bardor appellabatur. Eos inde, facta manu, duce Solimano barbarus pellere, & vctigalia sibi vindicare frustra conatus, occasionem insuper Lusitanis præbuit, arcis egregiæ, quam Raciolũ appellat, in iisdẽ finibus exstruendæ. Tum verò Azedecan, auctis externo milite copiis, nouẽ circiter milliũ summam expleuit: in quibus cataphracti erant equites quinquaginta, leuioris armaturæ ducẽti. Cum hisce copiis idem Solimanus Raciolum accessit primò, dein ad eliciendum in insidias Lusitanum reducto exercitu, duas inde leucas, circa mōtis cuiusdã flexum, occultè cõsedit. Interea exitus a Raciolanis Ioannes Pereria Goæ præfectus, absente per eos dies Nonnio Pratore, cum Indis mille, & Lusitanis quadringentis, quorũ erant equites non amplius centũ, extemplo Raciolum accurrat. inde, cupiditate certaminis ad hostem parũ explorato, prouecti Lusitani, iniqua repente cernunt omnia, numerum pedũ equitumque, naturam loci, corporum habitus. quippe, longè ab arce subsidioque, non modò cum multiplici, sed cum recenti aduersario, fessis ac paucis prælium instabat. Solimanus interim, ad circumeundos Lusitanos extenuata maiorem in sinũ acie, pedites ab lateribus, cataphractos in medio, expeditos equites centenos in utroque cornu locauerat.

iamque

iamque promotis agnibus, ad iactum missilium, quæ ignea erant
 pieraque, ventum erat; cum ex imminente periculo turbatæ Lusitanorum,
 præsertim auxiliarium, mentes; & insolitus quidam oculis animisque
 terror offusus. Ea se animaduersa Ioannes confestim aciem interequitans;
 Quæ vos (inquit) noua formido, commilitones, quis præter consuetudinem
 horror inuasit? scilicet ex longa defatigatione, incommodo loco deprehensi,
 nec opinatam hostium multitudinem extimescitis quasi verò nunquam
 adhuc, ex eiusmodi periculis ac difficultatibus, Dei benignitate, cum
 incolumes, tum victores etiam euaserimus. Nōne, qui rebus in asperis
 ad hac usque die nobis maioribusque nostris affuit Christus, nūc quoque
 præsens ac propitius fore putandus est? aut non idem hic est hostis,
 quem antea sæpe fudistis? cuius toties in terga pugastis? cui per hosce
 dies inuito ac renitenti munitissimam arcem imposuistis? Proinde, stare
 animis viri, & omnem salutis spem, secundum immortalem Deum, in
 dextris ac virtute reponite. Nam de receptu, ne deliberatio quidem
 reliqua est vlla. Cædetur patenti capto fugacissimus quisque,
 prius quam fractis metu viribus ad mœnia Raciolana tanto interuallo
 perueniat. Inter hæc dicta, conspicatus intentos ad orbem claudendum
 hostes, Iordanem Freitam cum electis equitibus triginta in cataphractos
 immittit. ipse cum pugnacissimis nouem, (nam reliquos tardabat
 metus) antequam hostium cornua inter se coirent, in alterum ardētibus
 animis impetu dat. Et quameunque in partem sese ferox iuuenum
 cōcitat globus, perturbant hostiu signa, & maiorem quam pro numero
 edunt stragem: atque instantibus nuper, vltro ipsi pauorem ac
 trepidatione incuriunt. Eo spectaculo Solimanus accensus, ex altera
 parte cum suis in auersos incurrit. ita abruptū ab reliqua acie cornu,
 & solutis ordinibus, promiscuè geri capta res est. Et Lusitani sociique,
 cum inter pugnae fugæque consilium aliquandiu trepidassent, pudore
 demum per ignauiam deserendi ducis, & mutuis inter se adhortationibus
 incitati, densata acie, & pariter clamore sublato, medios in hostes
 inferunt signa: & corrigendæ tarditatis ac demendæ ignominia studio,
 valida facta impressione, hostem impellunt primò: dein redintegrato
 impetu prorsus auertunt. Fusos inde passim Pereria cum equitibus,
 ad proximum usque flumen acriter insequutus, latè cæcidit; cum quidem
 Canarini & Decanii, ne in fuga dignoscerentur, virètes ramos,
 quod sociorum Lusitani nominis erat insigne, capitum tegumentis
 insererēt: ex hostibus, eo prælio præter captiuorum turbam, mille &
 septingenti desiderati; è Lusitanis & auxiliaribus icti, sagittis
 ferme, complures; ne vnus quidera

quidem (quod portenti simile videatur) occisus. Tum castris, plena omnis opulentia, momento direpta. & Pereria, euidenti planè Dei superumque auxilio, cuius maximè fiducia ieracit pugnam, memorabili parta victoria, spoliis diues & barbarica suppellectili, Goam reuertit; omniq̃ue obuiam effusa ciuitate, cum laudibus & cum solenni supplicatione ouans urbem introiit. At Azedecan, quamquam tristi nuntio percussus, non tamen idcirco abiecit belli consilia: quin, Solimano dimisso, cuius ductu iam toties malè pugnatum erat, Carnabecum Turcam Asiaticum, virum & corporis robore & armorum arte præstantem, & sub eo præfectos octodecim ex eadem natione conduxit. ii cum octingentis equitibus, & peditum quatuor millibus ad eadem vestigalia recuperanda profecti; rursus ab Lusitano vincuntur. Carnabecus ipse inter alios, ac Turcæ præfecti, eo prælio ad vnum omnes occisi. Neque tamen incruenta Lusitanis victoria fuit. promptissimi aliquot, partim profundis foueis hausti, quas consultò occæcauerant hostes: partim etiam ipsius Carnabeci manu præempti sunt. Ea pugna fractus tandem Azedecan, ab armis abcessit: & pacata in aliquot annos regione, Lusitanus traditam sibi vestigalium possessionem, haud sine magno prouentu, retinuit.

LIBRI DECIMI FINIS.

HISTORIARVM

INDICARVM

LIBER VNDECIMVS.



UM hæc à minoribus præfectis geruntur, ne ipsi quidem Nonnio Prætori fuit otiosa prouincia. Is ingentem nactus naualem apparatus, quem decedens Lupus Vasaus partim Goæ partim Cocini reliquerat, ad expeditionem Diensem, quam Lusitani dudum coquebant, animum adiecit. ac primum idoneos homines, magnis præmiis inuitatos, mercatorum specie Diuam ex urbe Goa præmisit: qui cuncta probè cognoscerent;

rent; ac Lusitanas vires augendo verbis, Tocanem dynastam, Sacæ demortui fratrem, ad vitanda certamina, & componendam quævis conditione pacem impellerent; ac demum appropinquanti sibi omnia explorata clam ex vrbe renuntiarent. In huiusmodi opera & fide, quam multis rebus perspectam habebat, magnam rei perficiendæ spem collocauerat Nonnius. Dein, satis prouisis omnibus, quæ ad rem pertinebant, diem ad conueniendum nauticis omnibus Ciaulum edixit. Ab Ciaulo profectus cum ornatissimis nauibus variæ formæ trecentis, in quibus erant Lusitanorum tria millia, Malabarium totidem, & Canarini bis mille; Damanam oppidum oræ Cambaie processit, metu desertum ab incolis. ibi, solenni peracto sacrificio, Antonius Petronius Franciscanus, pro concione cunctos ad obeunda fortiter militiæ munera, pellendosque ex vrbe Dio nefarios Christiani nominis hostes, Mahometanæ sectæ cultores, hortatus est. Ab Damano classis, præciso Cambaico sinu, Beretem tenuit. Hoc nomine insula est, perexiguo circuitu leuæ ferme vnus, angusto admodum freto à continenti disjuncta, difficili accessu, præne vndique septa præruptis haud modicæ altitudinis rupibus. Ea, quod leucarum octo non amplius trajectu peropportune imminet in urbem Diem, & circumdato muro inexpugnabilis reddi facile poterat; ad eum locum muniendum paulo antè Cambaie REX quædam è suis præfectis, Turcam natione, cum duobus millibus armatorum & structoribus operisque circiter mille transmiserat. Sed nondum tunc peruenerat opus, ut arceri munimento externa vis posset: ac proinde repentino tantæ classis aduentu perterriti milites, & præter cæteras difficultates etiam nauigiis ad transmittendum, vel accersenda è propinquo auxilia destituti, consilio habito, de arce honestis conditionibus tradenda cõsentiunt. Dux ipse, quo plus auctoritatis in esset legationi, accepta fide, ad colloquium prodiit. Petebat vti sibi cæterisque insula excedere, suaque secum exportare tunc liceret. Cui Prætor, insolito ferox apparatu, & auidus rei getendæ, ipsi quidem id petenti dare se dixit: cum reliquis, nisi permittentibus omnia, negauit vllam pacis conditionem esse. Hoc tantum triste responsum in arcem relatum, mistam desperatione iram in militum pectoribus accendit. Extemplo regius Quæstor, ex obuiis trabibus raptim conferta rate, per tenebras pecuniam regiam in continetem auexit. hunc, nãdo subsequenti ex imbelli turba qui poterant. ceteri, fero & infando consilio, vxores, & liberos, & quæ habebant carissima, in vnum congesta cumulum, ea ipsa nocte succedunt. & ex vniuerso præsidio septingenti ferme, certo deuotionis

genere, monachorum instar vertice capitis ad coronæ seu diadematis figuram abraſo, (ad eò is ritus apud barbaras quoque nationes defunctum humanis curis animum, & ipsius prodigum vitæ significat) ad mortem fortiter oppetendam obstinata mente conjurant. Inde cæci furor & amentia, non sine probris conuitiisque, Lusitanum vario telorum genere superne læcessunt. Ea commotus audacia Prætor, non expectato, vti decreuerat, Solis ortu, (& forte nox erat Lunæ radiis æmodum illustris) exposito milite, à quatuor simul partibus adortus inchoatam arcem expugnat. Variis inde locis, vti sese passim conglobauerant hostes, atrociter dimicatum est. Dux ipse cum egregiis aliquot, eques primò tum pedes, ingenti animo prælium ciens, haud inultus occubuit. Cæso duce, fuga in omnes partes illico fieri capta. cumque hinc infestæ cupidines; inde vastæ crepidines, & obsessum nauibus mare ad salutem obſtarent; urgente metu alii per saxa cautesque sese deuoluunt, alii specus & latibula circumspiciunt: multi eminus trajecti missilibus, multi cominus gladio hastæue confossi, pauci admodum in seruitutem abducti. Cæterum vnus memorabile in primis exitium fuit. is, in angustiis deprehensus, cum adhærentem lateri comitem interfectum, & in se deinceps intentam Lusitani lanceam cerneret, nulla cunctatione in vulnus ac ferrum vltro semet impellens, ad corpus aduersarii per ipsum hastile furibundus affluxit, & stricta sica, nec opinantis abscidit femur. ita, mutuis ictibus, alterius yterque sanguine expleti, in eodem panè vestigio corruerunt. E Lusitanis desiderati nobiles vici septendecim. vulnerati centum & viginti, quorum nonnulli postmodum expirarunt. Post hæc, euerſis aut incensis Cambæorum operibus, eorumque tormentis in classem acceptis, Prætor circa eandem insulam octo ferme dies in anchoris stetit. nuntium ab exploratoribus de statu rei Diensis ibidem expectans. Ea mora saluti Diensibus fuit. Siquidem per eos ipsos dies Mustafa, & Sofar, qui nuper ab Adeni obſidione recesserant, fugitiua, vti supra demonstratum est, Turcarum tyranni mancipia, nouam & conditionem & sedem quærentes, Diuim classe deuenere, secumque sexcentos Turcas, Arabas mille & trecentos, & præter minora tormenta, basiliscos æneos egregiæ formæ tres in urbem inuexere. Hoc tam insperato subsidio magnopere confirmatus est Tocan, cum paulo antè, Lusitanæ classis fama conterritus, ad deditiorem haud dubitè inclinaret. Exinde, Mustafa suasu, emissâ extra oppidum cum pretiosis rebus puerorum ac mulierum turba, reliquos oppidanos recensuit. inuenti qui arma ferre possent, præter nouos auxiliares, vndecim ferè millia, & omnes gra-

nes graui edicto vetiti egredi ex vrbe. Tum, eodem hortante atque adiuuante Mustafa, Stationes ad portas, in muris tormenta vigiliæque dispositæ: & sub præcipuas vrbis vias acti, & sulphureo puluere completi cuniculi; quibus, si in vrbem irrupissent hostes, in extremam eorum perniciem ignis applicaretur: & intra ostium portus, quod ferrea catena claudi solitum esse docuimus, tres & septuaginta biremes instructæ: denique nihil ommissum, quod ad vrbem, præsertim à mari, firmandam tali tempore pertineret. Nonnius, vt dicebamus, consultò ad Betelem interea trahebat moram. dein, cum ii quos ob id ipsum ab Goa præmiserat, neq; ipsi venirèt, neq; nuntium aut litteras mitterent; quippe custodibus ad exitus omnes appositis; ignarus omnium quæ apud hostes fierent, ad incertum euentum à Betele Diu ire perrexit; haud dubiè ratus, ad conspectum tantæ classis, morum aliquè in vrbe futurum. Vbi eò peruentum est, vixdum in salo iecerat anchoras, paratus per colloquia rētare animos incolarum; cū ex omnibus repētè propugnaculis in classem vis ingens pilarum emissa. è quibus, inspectante Nonnio, iii ipsam pænè Prætoriam res illatæ, magnam cōsternationem fecere. Inde subducta extra ictum classe, & omni spē nō voluntariæ deditiōis modò, sed etiā pacis abscissa; cum speculatoriis nauigiis missi, qui è proximo, quoad liceret lustrata oculis vrbe, certi quippiam referrent. ii, abrafo ad iacula vitanda littore, sensim progressi, ingentē aspiciunt pro muris hominum frequētiam, & nauium multitudinem in portu paratam, & omnia telis atq; tormentis, micantibusq; cum ingēti sono flammis horrētia. Simul animaduertunt, non equè ab terra atq; à mari difficile oppugnationē esse: & sicubi descēsis facta sit, à Septentrionibus maximè succedi ad mœnia posse. Hisce rebus cognitis Prætor, quòd in vnam rem naualem intentus, terrestris pugne machinas & instrumēta nequaquam aduexerat, portus claustra perfringete, classemque adoriri, & simul è nauibus mœnia diuerberare decreuit. In eam rem postridie cum tormentis maioribus promotæ, centonibus & pluteis rectx, scaphæ complures, triremibus ab tergo & ab latere adjunctis: quæ simulatque per stragē aliquis aditus daretur, ad irrumpendum iniret volitantia reia militem audacter exponerent. Hæc, turbatis inspectata hostium vi plerisque, aduerso insuper æstu, per merum ac trepidationem ægre fiebant: & simul periniqua erat verberandi conditio: quippe cum oppidani, è fixo & immobili, ad ictus destinati tormenta librarent; Lusitani, è fluxu & instabili, propè in incertum mittērēt tela. Ergo, vt in huiusmodi cōditiōe, alteris nihil setme illarū damni; ex alteris, propugnatores & nauatæ non pauci

pænè momento discripti sunt: & quod vel in primis oppugnantium fregit animos, omnia ferme tormenta, majoribus quam quos patrentur bolis, & nimia defatigatione disrupta. Hoc tam infelici successu perculsus Nonnius; ne simul ad procellas ac tempestates expositam in salo classem haberet, simul milites remigesque tanto cum detrimento densissimis hostium globis objiceret; sublati anchoris, frendens gemensque irritò conatu ad Betelem rediit. Inde, Antonio Saldania ad peruastandam Cambaieam oram cum parte copiarum relicto, cæteras ipse Goam reduxit incolumes. Eodem paulo post Saldania quoque rediit, inter cæteras clades euerfa Goga, (id oppidi nomen) & onustis Indica fruge quinque & viginti paronibus vno incendio absumptis, Cambaici sinus custodia viro egregiè forti Iacobo Sylueriæ tradita. Goæ hyems iure dicundo & nauibus reficiendis exacta; deinde vbi sese æstas aperuit, Cia em Prætor classe contendit. is locus ultra Calecutum duas leucas aptime nauigabili æstuario impositus, mirè factus erat ad Arabum infestanda commercia, & Zamorini consilia exploranda, conatusque opprimendos. Ibi ergo Prætor, quieto Calecutano, neque ad impediendam ædificationem auso inire certamen, arcem egregiâ opere militari paucis diebus extruxit. In eam rem agri pars cu palmetis ab Cialensi regulo præsentibus nummis eocmpta: & regulus ipse, ne Zamorini vim extimesceret, in fidem ac societatem acceptus est. Eadem ætate, Iacobus Sylueria, Tanahensem dynastiam Diësis auxilii fiducia tributum penderè recusantem aggtessus, oppido exegit; ipsumque oppidum egesta præda cremavit. In eodem tractu Bandoram, qui locus erat in Tocanis ditione, & opere magno & valido præsidio munitus, vi cepit ac diruit. Multos præterea Cambaieæ oræ vicus euertit; naues partim subductas exiit, partim cum oneribus Diu petentes excepit aut depressit. ad hæc, in remigum supplementum, quatuor millia captiuorum abducta; & clausis vndique in aritimis comineatibus, Diensi portorio & annonæ ingens eo anno detrimentum illatum est. eadem pænè vastitas, eodem Sylueria duce, anno insequenti propioribus etiam vrbi Dio littoribus atque agris inuecta. villæ, vici, nauigia passim incensa. multi mortales abducti. opulenta emporia duo. Pate & Patane, haud sine certamine capta & direpta. Mangalor oppidum insigne (quo itè nomine emporiū est in ora Malabarica) dilapsis metu Mahometanis, deletū: dirati præda milites: nec parū pecuniæ in regios quoque fiscos redactū: impunè cuncta: cū & nouo Cabaieæ Regi Badurio, interioribus implicito bellis, haudquaquã vacaret opem ferre, quamuis adèd laboranti oræ maritimæ; & Melicus Tocan, circunferenti

ferenti bellum Lusitano occurrere nec posset, nec satis audere ab-
 sente Mustafa, qui post repulsiōs ab Dio Lusitanos, in regiam cum
 lato nuntio ad præmia petenda, & vendendam in posterum ope-
 ram suam Regi, haud sanè magna Tocanis voluntate, contende-
 rat. Eo adiumento ac præsidio destitutus Tocan, omnibus circa
 populis ob recentia dāna terrore nominis Lusitani percussis, quic-
 quid habebat copiarum ac virium, partim ad vrbis Dii custodiā,
 partim ad muniēdum Bazainum summo studio cōferebat. Et Nō-
 nius, ardens dolore susceptæ ad Diū labis, ad eā eluendam, exci-
 dium Bazaini tacitus dudum apud se voluebat. Ac maturandū ra-
 tus antequam ab terrore populationum rescicerentur hostium ani-
 mi; cum nauibus amplius octoginta, & bellatorum quatuor mil-
 libus, quorum dimidia pars Lusitani, cæteri Malabates aut Cana-
 zini erant, Ciaulum accessit. inde præmissis cum expeditis nauigiis
 Emmanuele Albuquerqueio ad portus introitū occupandū, ipse Ia-
 cobo Sylueria trans Diū accito, cum cætera classe subsequitur.
 Bazaini tum agebat Tocan, magno equitum peditumque numero
 ad famam classis Lusitanæ contracto. Munitionis autē ratio erat
 huiusmodi, arcem idoneo loco ædificatā habebant. præterea, ad
 euripi fauces, qua descensuros putabant hostes, præpugnaculum
 excitant. inde perpetuam fossam immisso mari, itēque aggerem
 cum crebris turribus, magna tormentorum imposita vi, ad oppi-
 dum vsque perduxerant. neque oppugnari, nisi eo munimento su-
 perato, arx poterat; & frequētia tectis loca protinus petenti hosti,
 nullis circa siluis aut collibus, turres ab latere minabantur. Non-
 nius, duce trās fuga locorū perito, paulo supra id quod dixi propu-
 gnaculum, tripartitō exposuit copias. Primo agmini Iacobus Syl-
 uetia, secundo Fernandus Deza, & nauarchi aliquot præerant; po-
 stremum ducebat ipse. Vbi propius ad munitiones ventum est; Lusit-
 ani, tentata, dein omiſsa propter altitudinem fossa, præter hostiū
 oculos ad oppidum rectā contendunt. Scilicet in prætereuntes cō-
 festim ex aggere sæuus imber telorum, perpetua iaculatione con-
 lectus. quacunque audax incedit agmen, igniferæ bolides, plumbei
 ac ferrei globi spicula dēsa circumuolant. Mirū profectō, & quod,
 nisi in potentiam Dei referatur, planè fidem exceſſerit. Puto & pa-
 tenti littore, cum è turribus ac fenestellis vndique peterentur, ne-
 mo prorsus omnium ictus est. quo miraculo commoti auxiliariēs
 multi, sponte dein Christianam fidem amplexi, cum ita affirma-
 rent: angustiis in rebus nullum omnino æquè atque Lusitanorum
 Deum suis cultoribus esse præsentē atque propitium. Ad extremas
 munitiones cum decem amplius millibus armatorum sese Tocan

ostendit. Ibi acrior concursu primo, quàm perseverantior pugna fuit. Inuehentem se magno impetu Lusitanum, gladiisque & hastis aduersa ora & pectora fodientem, diutius non ferentes Mahometani, transmissis per pontem euripo, ad proximos montes celeri fuga succedunt, eodemque loco castra cõmuniunt. Nec maior inclusis intra arcem, ad sustinendam oppugnationem, animus fuit. Eminus conspicati suos abeuntes, & hostium aduentans agmen, exemplo sese per auersam arcis partem omnes eijciunt: traiectione pariter euripo, Tœanis vestigia subsequuntur. Per hunc modum arx oppidumque minore quàm timebatur certamine in potestatem venit. è Mahometanis, tum in prælio tum in fuga, cæsi quingenti & quinquaginta; è Lusitanis, desiderati nõ amplius sex. Multum ibi sulphurei pulueris & globorum inuentum, & maiora tormenta circiter quadringenta. Prætor, collaudato præcipue Sylueria, & iis qui in primo agmine dimicauerant, (nam ad secundam aciem & subsidia prælium non peruenerat) donisque militaribus de more distributis, in ipso littore castra posuit: inde quicquid erat fertile in agris, ferro ignique corruptum; oppletæ hostium fossæ; prorutum vallum, & arx ipsa, quod ad eam tuendam copiarum non suppetere, à fundamentis excisa: & Nonnius, per se perque suos egregie repensò barbaris quod ad Diem acceperat damno, incolumi classe Goam hyemandi causa repetiit. Circa idem tempus, Vgentauræ Rex Malacensem oram crebris excursionibus habebat infestam. Aduersus eum quadringentis Lusitanis à Malaca profectus Stephanus Gamma, qui tum vrbi præerat, aduerso flumine ad hostem subiit: ac munitiones primùm in itinere obiectas, exposito milite per vim cepit: dein, fugato Rege, desertam arcem & urbem Vgentanam incendit; tormenta complura nauisque captiuas cum insigni laude victor Malacam reduxit. Sub hæc, è Lusitania cum onerariis quinque Martinus Alphonso Sosa, præfectus maris Indici designatus, Goam defertur. Is, accepta à Nõnio classe, nauibus quinque & triginta, in quibus erant Lusitani sexcenti, ad Damianum duxit oppugnandum. Cambaici littoris id quoque oppidum est, supra Bazainum leucas ferme quattuordecim. Carebar mœnibus, arque ob id ipsum oppidani cognito classis aduentu diffugerant. Sed hinc mihi operis arcem Turcæ admisti Resbutis, quæ gens atrocissimi delicta Carmaniæ fines attingit, quingenti numero tuebatur. iidem, urbis aditum à portu, tumultuariis munitionibus crebrisque tormentis obsepserant. Sosa in conspectum hostium delatus, leui primùm nauigio ad contemplandam loci naturam & opera circumuectus est; dein vitato portu, nocte intempesta in asperum litus non

sine periculo repente descendit; ac partim scalis ad muros appositis; partim, dum pauidi quidam elabuntur, portis raptim occupatis, in arcem irrupit. Intra mœnia, cum Turcis præsertim, intercluso exitu, atrociter dimicatum est: ac, paucis exceptis qui interim, ut dixi, tumultum euaserant, cæteri ad vnum omnes occisi. è Lusitanis, decem desiderati non amplius: grauius icti complures. Arx triduo diruta, & solo, vix ut vestigium exstaret, æquata est. Inde victor Sosa totam Cambaicam oram, non sine magno terrore, Diu vsque petcurtit. Capti & euersi Damani fama Baduriũ valde commouit; præsertim quod eo ipso tempore graua ex aliis partibus bella imminerent in quæ dum totis incumbit viribus, ne interim acrior ab tergo Lusitanus instaret; oratorem petendæ pacis ad Nonnium misit; scriptisque & obsignatis conditionibus, Ioanni Regi Bazainum, vicinasque insulas, quo in numero Salsentanæ sunt & partem insuper continentis attribuit. Pace cum Lusitanis facta, sese ad cæteras expeditiones accinxit. Duo tum a Septentrione hostes in primis vrgebant: Cremenina vidua, Sangæ Regina, eximia specie, cæterum præferoci & plus quam virili ingenio mulier; a prima ætate militiæ rudimentis imbuta, pugnâque inire, Amazonum instar, intrepidè solita. itemque Mogores, Scythica gens, præpolles viribus; & cum finitimis Persis bello certare assueta horum Rex Miramudius, à magno Tamberlane originem trahens, Mandoo dynasta sollicitante, (cuius auunculum Badurius pepulerat regno) paulo antè in Cabaix fines valido cū exercitu irruerat. Inde sublatis animis Cremenina, filij gerens tutelam, statutum olim vectigal Badurio abnuebat penderè; eoactisque duobus equitum, triginta peditum millibus, in regia se se continebat vrbe, cui nomen Citor. Hæ duæ maximè Badurium eo tempore distinebant curæ. Super ijs cùm aliquandiu apud se deliberasset (nam alienis consiliis admodum rarè vtebatur) Sangam edomare quamprimum, dein Mogoribus omni conatu obuiam ire constituit. Apparatus autem huiusce expeditionis erat eiusmodi, quemadmodum à Christianis cognitum est, qui in eo ipso bello Badurij stipendia metuere: Equitum sub signis habebat centum & quinquaginta millia, è quibus erant grauis armaturæ triginta; peditatus quingentorum millium explebat summam: in ijs, externi variarum nationum ad quidecim millia. id erat exercitus robur. Fertacæ & Abassinos, alij præfecti; Turcas trecentos Mustafa ducebat. accesserant Christiani captiui, deceptis ad militiã vinculis, non plus octoginta; quorum erant quinquaginta Lusitani, Galli reliqui, incertum quo casu, Dobriga quam vocabant naui, ad Cambaicæ regiones

regiones appulsi. Armorum telorumque omnis generis vim ingentem, curulia tormenta mille admodum ex ære cuncta parauerat. In his, vastæ magnitudinis quatuor basiliscos, intremente solo, centena singulos bouum juga trahabant. Hisce addita sulphurei pulueris pilarumque claustra quingenta, & libratores ac fusoriae artis magistri complures, cum omni jaculandi & conflandi instrumento. Ad hæc, turræ elephantæ amplius ducenti; quaternas alii, minores fistulas, majusculas alii binas, totidemque milites dorso vectabant. Signato in stipendium auro argentoque, vehes onustæ quingentæ, & super hæc omnia, Sarraxæ ac dynastæ permulti cum suis quisque thesauris & magno comitatu sequebantur. iam verò mercatorum, opificum, lixarumque, & calorum summa iniri vix poterat. Cum hisce copiis è Mandoo regno, quod nuper inuaserat, profectus in Sangæ fines Badurius ad Citorem castra posuit. Ea vrbs edito loco duodecim millia passuum obtinet ambitu, sumptuosis admodum ædificiis publicè ac priuatim ornata, incensibusque ac propugnaculis egregiè cincta. itaque propter majestatem ac pulchritudinem, quamquam arroganti vocabulo, Mundi umbella (id enim Citor gentis lingua significat) appellatur. & quoniam, si vel ad muros ex inferiore loco succedere Cambæus vel fame subire inclusos instaret; cum anceps oppugnatio, tum lenta fore videbatur obsidio; consilium cepit hosti planè exitiale, magnis operibus machinisque ex tuto vrbein adoriundi. neque difficilis erat ei molitio quantauis, nimirum exsuperante ad omnia multitudine. Ergo ad vrbs radices, densum ordinem trabium, qui munientes ab tergo protegeret, pluteorum vice defixit. post hosce pluteos breui tēpore duas turres, quæ fastigio altitudinem æquarent mœnium, duas pedes quinquaginta, è lapide & argilla excitauit; gradusque ad ascensum adstruxit. in iis turribus delecti bellatores & muralia tormenta disposita, cum neque in aduersis propugnaculis quemquam consistere patrentur, & tectis ac delubris vltimum haud dubiè minarentur excidium; Regina, alioquin ad defensionem parata, admoto hoc tanto terrore despondit animum: perque notos calles, cum liberis & paucis familiaribus clam ex vrbe profugit. oppidani frustra hostem aliquādiu arceri conati, ad extremū perditis rebus, in auri argentiq; & pretiosæ vestis acruos, (quos in idipsum ex publico priuatōque collegerant) ad Betelanam conuersi rabiem, subditis ignibus iniecere se. tres ipsos dies incendium tenuit, ad septuaginta millia sexus vtriusque mortalium per eam desperationem absumpta. Sultanus vrbein ingressus ingenti lætitia, purpuratos amicosque nouis beneficiis ac vectigalibus auget; militi stipendia duplicat;

duplicat; se ipse ad eam magnificè & elatè circumspicit, vt omnium
 Regū vni sibi, qui Citorem expugnasset, vmbellæ honorè deberi
 haud absurda quidè allusione iactaret. Verū, quæ sunt humanæ vi-
 cissitudines, nō diuturnū Sultano eius victoriæ gaudiū fuit. aduen-
 tanti copiis auctis Mogori obuiā progressus, ad Docerē urbē semel
 ad Mandown iterum profligatur, & castris exiit. inde cū ab ali-
 is tum ab ipso Mustafa desertus, barba, ne dignosceretur, abrasa,
 gregali cultu, per paucis comitibus Diū vsq; contendit. Ibi, à con-
 cepto pauore, de asportandis Mecam thesauris, qui supererant, &
 regno relinquendo agitasse dicitur. Sed suorum hortatu retentus,
 dum hostes populando agro, & egerenda è deferris urbibus præda
 morantur, & ditati spoliis, vt sit, patriā cogitāt; interim ad open-
 a Solimano Turearum tyranno petendam oratores misit: iis dona
 ad ipsum Turcā dara, quorum æstimatio ad sexcentorum millium
 aureorum summam ascenderet, ad milites verò quàm exercitatis-
 simos (nā id vnum ab Turca implorabar auxilium) mercede cōdu-
 cendos, magna pecuniæ vis. Hoc in præsentia reparandi belli con-
 silium Badurius cepit. Veritus deinde, ne serū afflictis rebus id re-
 mediū esset; fracta demū superbia, Sofam ab Ciaulo, (nā in ea tum
 statione classē habebat) dein ab Goa Prætorem ipsum Nonnium
 ad se per legatos ac litteras inuitauit: iisque, modò partem capes-
 serent belli, potestatem arcis ad Diū ædificandæ (quod frustra iā
 toties omni arte quæsierant) vltro detulit. Hisce nunciis allatis, ab
 neutro in tam præclara occasione cessatum est. Sosa prior tū Nō-
 nius Diū instructa classe contendunt. Ibi nouis vtrinque fœderis
 & amicitiæ legibus in publicas tabulas testato relatis; designati cō-
 muni consensu fines arcis, in extremo insulæ promontorio, qui lo-
 cus imminet in ipsum introitū portus, vt claustra maris haud du-
 biè Lusitani renerent. Annus tum agebatur seculi huiusce trigesi-
 mus quintus. Arca dimensa, confestim ad structuram admo-
 tæ manus, non fabris tantum & nauali turba, sed ipsis etiam
 militibus & præfectis enixè rem adiuuantibus. Triquetra, vt-
 pote in promontorium desinens, loci est figura. iactis fun-
 damentis, ab aperto mari ad interiorem tumulum, è regio-
 ne oppidi, murus est ductus pedum septendecim crassitudi-
 ne, altus ad coronam vsque viginti. in eo tumulo, rotun-
 da, vti mos tum erat, cespice ingestio, erigitur ante omnia
 turris dodrantium nonaginta diametro. Thomæa appellata,
 quod eius Apostoli festo die exordium sumpserat: inde rursus
 ad alterū insulæ marginē cōtinuata mœnia sunt; qua rupes abscis-
 se portū attingunt. ibi turris altera exstructa diametro dodrantii à
 sexagiti

sexaginta. Huic ab Diuo Iacobo Hispaniatum præfide indicū nomen. Muris fossa circumdata quoad cautes & præcipitia tulere. Inter duas turres, medio ferme spatio, portam cum lorica in urbem aperunt. intra mœnia sacellum, & præfecto præsidii militibusque recta militariter excitant. Per hunc modum in præsentia duntaxat arx ab vrbe intersepta est; laterū munitio, quòd ea mari alluuntur in aliud tempus reiecta: Cæterum opus vndequinquagesimo die non sine Sultani admiratione, perfectum. Simul, ad recuperandam in Cambaiæ finibus Variuenem pagum, arcemque appositam in ad flumini, missus rogatu Sultani Vascus petreius a Sancto Pelagio cum Lusitanis ducentis & quinquaginta; Sofare adiuncto cum Turcis trecentis. Mogores centum & quinquaginta; incenso paggo, arcem obtinebant. ii, quâdiu leuiotibus missilibus dimicaturus est, hostibus egregiè resistere. Ast ubi prouectis è classe maioribus tormentis incœnia quati cæpta, diffisi viribus arcem deseruere. It Variuenses denuo in Sultani potestatem redigitur. Præterea in maritima Cambaiæ oppida præcipua Lusitanorum manipuli aliquot præsidii causa profecti. cuius auxilii fama è longinquo, venit, in majus aucta, retardatus Mogor; spoliis Cambaianis graue exercitum trahens, instante iam hyeme, domum reuertit. Is Mogorici belli finis Badurio fuit. Inde Sultanus ad refouenda que recentibus cladibus afflicta & prostrata jacebant, itemque ad continendos in fide populares intendit animum. quippe, non pauci ea tempestate, Sultani tyrannidis jugum excutere conabantur. Per eos ferè dies, ad naualem nominis Lusitani gloriam, vnius viri virtutis ac felicitate, hand mediocris accessio facta est. Iacobus Botellierus erat nauarchus egregiè strenuus, idemque maritimæ scientiæ laude præcellens. is, enim aliquot annos in India & Emanueli & leonardi Regibus operam fortem ac fidelem nauasser, in Lusitania deinde rediit ad præmia de more petenda. ibi dum suam agit causam, resque, vt sit, ab se gestas exponit, ab inuidis in erimen repectè vocatur, quòd fretus nauigandi pericia, Magalianis exemplo, nouas cum regni periculo moliretur, atque ad Regem Gallia, quod tunc erat Franciscus eo nomine primus, transfugere cogitaret. Per eam eriminationem oppressus, relegatur in Indiã. in eo exilio, non tam de patria quam de existimatione sollicitus, id maximè laborabat, quo pacto iniquorum calumnias reselleret factis, ac suam Regem obseruantiam & fidem, insigni aliquo documento, probaret. Iuncta per id tempus inter Lusitanos. & Sultanum amicitia, hoc quoque ad arcem Diensem dato, quòd Ioannes dudum ardèret optabatur pergratum se Regi facturum existimauit, si omnes tam lætæ rei

tios celeritate præuenteret. Modicam biremem pedes minus octo-
 decim longam, sex latam habebat, ære suo in bellicos vsus extru-
 ctam. In eam egregiis aliquot nautis, ignaris consilij, assumptis,
 (quos in itinere deinde tumultuantes partim donis mitigauit, par-
 tim metu minisque coërcuit) tan, paruo nauigio protinus Lusita-
 niam petere intendit. Dabulum ab Cocino prouectus, præciso In-
 dico mari, ad Arabiæ littorâ vehitur; & æquatione facta, cum ex
 eo loco ad Bonæ spei promontorium incredibili audacia processis-
 set; inter flectendum aliquoties penèmerso actuario, caligine tum
 obrectam insulam Sanctæ Helenę præteruectus, contento cursu
 Tertias, ac demum Olisiponem per summos labores atque perli-
 cula tenuit: resque ad Diuum gestas ab Lusitanis, libentissimo nar-
 tauit Regi: quam narrationem ab Nonnio Prætoris mox nuntij &
 litteræ, dehoratâ iam eius nouitatis gratia, comprobarunt. ita, nõ
 modò purgatus Ioanni, sed etiam præmiis donatus, patriæ reddi-
 tur. Per multos dies in ore omnium ea nauigatio fuit. Quod si paria
 tam fortibus ausis vir sortitus esset scriptorum ingenia, scilicet Ar-
 go illa, tot poetarum carminibus inelyta, præ Botelliana biremi
 haud immeritò rideretur. Compositis utrunque ad Diuum rebus,
 (nam inde diuertit oratio) Prætor ad arcis tutelam relicto eum o-
 cingentis militibus, & idoneo tormetorum apparatu, Emmanue-
 le Sofa, Goam hybernandi causa reuertit. Eodè tempore bellum at-
 trox inter Zamorinum & Cocinensem exarserat. Cocinensi, pro
 amicitia missus confestim auxilio, cum virtutis expertæ militibus,
 Martinus Alphòsus Sofa. is, conantem ingenti exercitu in Cocinẽ-
 sem agtum irrumperè Zamorinum, ad Repelinî vada, Eduardi Pa-
 tieci quòdam nobilitata victoriis, parua item manu, magna eum
 laude repressit. Repelinî regulum, Zamorini socium, ex oppido per
 vim exegit: dein ad naues reuersus, Calecutanam classẽ ad Cou-
 letem orâ Malabãricâ fudit fugauitque. ac rebus terra marique
 præclarè gestis, Lusitani nominis gloriam apud eas gentes nõ pa-
 rum auxit. Inter hæc, Sultanum Badurium, vel ab ingenij leuitate,
 vel quòd Prætor non pro spe copias ad persequendum bello Mo-
 gorem misisset, pœnitere cepit indomitæ gentis in suum regnum
 admissæ. Ninarao Diensi præfecto mandat, vti exemplo per speciẽ
 tingendi ex omni parte oppidi, & includedi quòd in extremo pa-
 tebat regij stabuli, modico interuallo murum arcis Lusitanæ præ-
 tendat. Id cum se Lusitani passuros negarent, quòd ex eo munimẽ-
 to periculum ingens immineret arcis; elatus iracundia Sultanus,
 conuicta in eos & minas intemperanter effudit: dein, simulata rursus
 amicitia, incautos adoriri, atq; ad cò Prætozem ipsum, vt ferunt,

simulatque rediret, ad epulas inuitatum opprimere statuit. Super
 hæc, ad distindendas quam maximè Lusitanas vires, missis clam lit-
 teris nuntiisque, Zamotinum ceterosque eius oræ dynastas in Lu-
 sitanum instigabat nomen. Prætor, pluribus ac minimè obscuris
 indicijs fraude comperta, incunte seculi huius anno trigésimo se-
 ptimo; nauibus triginta, in quibus erant Lusitani quingenti, Diu-
 miter edixit. Eodè cum sua classe Marrinum Alphonsum ex oræ Ma-
 labarica subsequi iubet; paratus, vbi res facultatem daret, Sultani
 insidias antecurrere. Ea facultas opinione celerius oblata. Cum
 enim in Dicni portu sub arcem iactis anchoris Prætor morbum
 egregiè simulans, Regi salutè nuntiari insisset; ac se, quominus ad
 eum adiret, valetudine prohiberi. Sultanus, nimirum ad sua tegèda cõ-
 silia, vitro ipse parua biremi ad inuisendū in prætoria Nonniū ac-
 cessit, venatorio amictu viridi, atro capitis diademate, gladio in-
 aurato succinctus. Vchebantur eodè nauigio, præter Emmanuelè
 Sosa, (què ipse pro amicitia ex arce euocarat) Satrapæ vel amici
 nõ amplius tredecim; præterea pueri duo, regium pugionem alter,
 pharetram alter & arcum de more gestabant. Lembi quatuor cum
 cætera familia sequebantur. Vbi ad prætoriam applicuit, conscen-
 denti Nonnius aperto capite obuiam ad scalas magna cum obsequijs
 significatione progreditur; acceptumque perhonorificè, in puppim,
 instar cubiculi, regio apparatus exornata iuduxit. Intromissi eum eo,
 præter interpretem & puerum vnum, præcipui Satrapæ tres. in præ-
 totia Lusitani milites erant ducenti. Scilicet ingrediens Rex, à cõ-
 scijs arcanorum illico morti destinatus; intencique ad imperia ex-
 sequenda, suspensio omnes expectabant animo, quam mox Prætor
 ad occisionem vocaret. Sed apud Nonniū, tantisper dum in nauim
 moratur Sultanus, hospitij valuit fas. Taciti ambo, & à terro conce-
 pti facinoris, alter aditu periculi magnitudine confusi, aliquandiu
 perstitisse dicuntur. ad extremum Sultanus, cum à suis Persico ser-
 mone quæsisset, num in pergula, quæ ad gubernaculum est, armati
 laterent; responsumque esset, nihil videri tale; tandem, prosequen-
 tæ officij causa Nonnio, ad scalas rediit, suamque in biremem saltu
 se misit, defunctum periculo vana opinione confidens. At Nonnius,
 uti abeuntem vidit, quali omni religione solutus, confestim suos
 aspera voce vultuque cellatores increpitat. Illi, dudum ad eundem in-
 structi, in expedita nauigia extemplo desiliunt; contentoque remi-
 gio Sultanus intra Lusitana præsidia classemque deprehensum in-
 nuadunt. Emmanuel Sosa cum promptissimis in regiam e sua nauim
 transcendit. Alij ab lateribus circūstunt. Atrox circa Regem pugna
 cooritur, multi utrinque vulneratur, aut cadunt. in ijs Sosa, ab Sosa-
 ris

genere, quem Tigrem mundi à virtute appellabant, gladio confossus, in mare proiectus; & puer is, qui pharetram & arcum Sultani ferebat, artis sagittariæ peritissimus, octodecim spiculis totidè Lusitanos, nullo profus in irritum misso, cõfixit: atque ipse ad extremum glande traiectus occubuit. In eo tumultu, atmata celo ces regis tres à Mangalore superueniunt; in quibus erant mercenarij Turcæ complures, ij, vt Regem in extremo discrimine circumuentum videre; haudquaquam exterriti, ad eum eripiendum per media hostium tela nauesque pertumpunt. neq; à prælio abstinere, quoad affluente in singula momenta maiore Lusitanorum numero, ad vnum omnes interfecti sunt. Interea regiam nauem promiscua exdes vacuam epibatis fecerat. Rex ipse, vulnere accepto, nautis ac remigibus omni ope adhortandis instabat. iam prope littus erat nauis, cum è remigibus duo trãsve vno tormèti ictu discripti sunt. inde biremis, præsertim æstu recedente, transuersa repentè vadis inhæsit. neque segnitè Sultanus ad vicinam salutem in mare desiliit. sed nimirum frustra eluctanti extremus aderat dies; inter enatandum, affecto corpore, cum in aduersos fluctus aliquandiu retendisset; denique ad Lusitanum actuarium, cui præerat Tristanus Paiua Scalabitanus, ipso aquarum impetu abripitur. ibi, spem inter ac metum, cum ingèribus promissis ac precibus vt reciperetur, qua regem qua Sultanum se clamitans miser, dum illi remum ad euadendum porrigit Paiua, præter expectationem, à quodam è nautis infimæ sortis homine conto seu hasta conficitur. Exanime corpus cum diutius fluitasset, subsidit deinde, neque vnquam apparuit. Ita, opulentus in primis Indiæ Regum, cum nuper maria terrasque sui nominis terrore compleisset; ab iis demum quos magna mercede conduxerat, terrore generis leti, suorum in cõspectu peremptus, cæcitatem humani consilij, & vanitatem eorū, quæ vulgo solida ac præelara putantur, exitu comprobauit. Ex iis qui pugna superfuerant, senincees aliquot in classem accepti: quo in numero Sotarem Nonnius elemèter habitum, curatis vulneribus, misit ad comprimendos in vrbe tumultus. namque omnis multitudo, (& erat eo tempore frequētissima) vt in ciuili modo perturbatione rerum, incendij ac direptionis metu percussi, ad portas ac muros fugæ causa ruebant eo impetu, vt, præ conferta in angustiis turba, elisi aut obruti sint aliquot. is pavor ac trepidatio, Sofaris deam aduentu atque auctoritate sedatus. Badurii mors, nō rã interfectoibus gloriosa, quàm læta iis gèribus fuit: scdã quippe in populares tyrannidè exereuerat: vitiis omnibus a pueritia deditus; numinum contemptor; æquè sui prodigus, & rapax alieni; poten-

tia viriumque per libidinem & sæuitiam ostentator dirus: multos
 per calumniam omnibus fortunis euerterat; multis beneficia
 dederat idem, ademeratque, multos etiam ex amicis, in iis duos
 Iazii filios, vt Diu inde reciperet, omnibus tormentis excrucia-
 tos necarat. Ergo, tot scelerum sibi conscius, aded omnes homi-
 nes, omnia loca temporaque suspecta habebat; vt cibum suis ipse
 sibi pararet manibus, perq; summam indignitatē, principis simul &
 coqui munere fungeretur Quo magis mirandum est, ad inuisendū
 Prætorem venisse tam exiguo comitatu. Sed illum videlicet vltri-
 ces furia in eam amentiam impulerunt; vt quibus perniciem ex-
 tremam haud obscure machinabatur, eorum potestati semet vel
 nimis callida simulatione vel stolidā temeritate permetteret. Sub-
 lato Sultano, tota insula in Lusitanam ditionē exemplo cōcessit.
 Custodes ad castella tuenda, itemque vestigalibus in portu exigē-
 dis, ad Diu atque ad Rumæpolim (nam eō quoque facili appul-
 su comuebant naues) scripturæ magistri à Prætore dispositi. In
 regis thesauris haud ita multum pecunię inuentum: in horreis ve-
 rō & armentariis, comuearum & instrumenti bellici omnis
 generis ingens copia. in navalibus etiam haud exiguus nauium
 variæ formæ numerus. omnium ratio in codices a Quæstoribus re-
 lata. Nequē multo post, contra omnes belli casus arx ab vtraque
 parte, qua in mare vergit, muro circumdari cepta; & è vasto specu,
 in quem medio ferme spatio tellus recesserat, admodum capax ef-
 fecta cisterna; & euersa Rumæpoli, quod ad eius præsidium copiæ
 non suppetere, eius loco nouum propugnaculum excitatum est.
 Dum hæc parantur, quidam è Gangaridum gente, quam hōdie
 Bengalā vocant, ad Prætorē adit, natus, vt ferebatur, annos tre-
 centos triginta quinque. neque mendacii suspicio suberat; nam &
 seniores qui tum erant, se de hoc eodem grandæuo aiebant a ma-
 ioribus accepisse, & ipse filium habebat nonagenariū; & cum litte-
 ram nosset nullam, quæ referebantur ab eo de veterum gestis re-
 bus, ad fidem annualium optinē cōgruebant. Huic aliquoties iam
 deciderant dentes, aliis cōtinuò subnascētib; & barba vbi pror-
 fus incanuisset, in atrum denuo colorē, idque paulatim, semet ip-
 sa vertebat. ante centesimum annū idola coluerat: inde æquē mise-
 rabili errore ad nefariā Mahometis trāsierat sectā is propter mi-
 raculi nouitatem Sultani stipēdiis ali consuetus, idē vitæ subsidium
 ab Nonnio petiit: Nonnius haud grauatē assignauit, dein arcis
 custodia cum sexcentis ferē milibus Antonio Sylueriæ commis-
 sa, Goam, vtī solebat, in hyberna se contulit. Vulgato Sultani casu,
 Cambaiæ proceres Mamudium puerum, eius sorore genitum,
 creant

creant Regem. rectores pueritiæ, iidemque tutores regni, tres, Driacan, Madtemalucus, Alucan adiuncti. Ad hosce, post Nonnii profectiōē, Sofar, vel ob nouas offensiones, vel Christianæ religionis odio, in Lusitanos accensus, omnibus suis rebus miro silentio in tutum auectis, (& erat totius ciuitatis lōgè ditissimus) triginta ferme leucarum itinere ad urbē Madabam ab Dio cōtendit. iāq; ad bellum spōte inclinatos, facili negotio perpulit, vt omni conatu ad pellendos ex arce Lusitanos incumberent. Confestim habito delectu, cōscripta decem peditum, quinque equitū milia, Alucan dux iis copiis datur. Præterea Sofar, egregiæ virtutis pedites ter mille, equines mille suo arte conduxit. Pari ferme imperio uterque ex vrbe Madaba Iunio mense profecti, nō longè ab Rumæpoli castra locant. Ex recentibus eius locis ruinis, cōtinuò Lusitani in nouum necdum omnino absolutum, de quo dixi, castellū sese recipiunt. Id castellum Sofar, Aluçane interim operibus occupato, eū suis magno impetu adortus, dum muros incautiūs subit, altera manu plumbeo globo transfixa, prælio excessit. Eo vulnere spatiū Lusitanis datum perficiendo castello, itemque cisternæ intra arcem, conuectis è vicino aquis, ad iustam altitudinem implendæ. ac primò consilium Antoni Sylueriæ fuit, totam insulam tueri, atque ob id ipsum nauarchos aliquot, eum suo quemque manipulo, ad loca idonea toto freto disposuit, qui transitum hostium ex cōtinente impedirent. Simul, quoniam Diensem populum aliena ab se voluntate, multosque institorum habitu peregrinos milites in vrbe versari didicerat, eorum cœtus aliquoties vi minisque discussit, arma plerisque ademir, & mercatores quatuor, in primis pecuniosos, qui obsidum loco essent, repentè in arcem arripuit. Dein, cū promotis munitionibus Alucan fretum omne tormentis infestum faceret; nec possent sine pernicie Lusitani diutius in ea statione perstare, nauibus insuper aliquot tormentisque, alieno sanè tempore, subitæ procellæ impetū amissis; Antonius, de suorū sententia denique relicta insula, nauarchos in arcem recepit. Rumæo castello Franciscum Paciecum, adiunctis ex vniuerso præsidio militibus ad septuaginta, præposuit. in marino propugnaculo, quod in ipso aditu portus olim lazium exstruxerat, Franciscum Goueam eum delectis locauit. itemque in arce, prout res postulabat, aliis alias partes custodiendas attribuit. Relicta ab Lusitanis insula, confestim hostes libero transitu summa eiuium gratulatione in urbem adinissi. Aluçan regiis in adibes procul ab hoste confedit: neque in aleam pugnæ, grandi iam ætate vir, sese facilè committebat. Sofar prope arceis mœniæ locum cepit, atque cōmuniit.

Inde per occasionem leuia certamina feri cæpta, quibus ferme superior Lusitana res erat: duce plerunque Lupo Sola Cotinio, qui cum præsidio lignatoribus aderat, idemque postea totam hanc obfisionem duobus libris diligenter est persecutus. Dum hæc in Cãbaia geruntur; Ottomanus interea aliis aliisque Badurii nuntiis precibusque fatigatus, ac demum de eiusdem cæde ab vxore vidua & profuga coram edoctus, non tam ad lacessendum bello Mogotè, quam ad pellendos ex India Lusitanos, & Orientis regna ad suum imperium adjungenda, conatus omnes adhibuit. Classem ad Suezium, cura Abrahami purpurati ædificatam & instructam, habebat majorum nauum (quarum pleraque remis agebantur) ad sexaginta quatuor: ad quas accessere deinde Cambaicæ septem, Malabaricæ tres. Ei classi cum summa potestate præposuit Solimanum Peloponnesum, præsidem Ægypti, virum enormi non minus adipe, quam auaritia & crudelitate notissimum. huic, remigum ad septem millia, bellatorum sex attributa; in quibus erant Ianizati seu prætoriani mille quingenti: Turcæ bis mille, aliarum gentium cæteri, matitimæ ferme rei callentes; qui & militum, vbi opus esset, & nauarum partes obirent Solimanus, iustratis ad Suezium copiis, cum remigum pars imperium detestaret; ducentos vno imperio iussit occidi. eo metu seditione compressa, profectus, ad Giddam appulit urbem ab incolis metu relictam. dynasta, cui Solimani rapacitas & immanitas haud erat ignota, cum popularibus in ania loca secesserat. Ab Gidda ad Camaranum, inde ad Zebitum trajecit classis. Noçoda Hamedius Turca oppido imperabat. is, largè & munificè accepto Solimano, eiusdem iussu repentè secuti percutitur. oppidum Mustafæ Mammaluco donatum. Ab Zebito Adennum superatis faucibus ventum est: præmissis iam antè legatis, qui ab Rege comæatum vacuasque in vrbe ædes cutandis ægrotis pro amicitia peterent. vtrumque cum cura præstitit Rex. & alimenta in classem, & hospitium laborantibus datum. in id hospitium, simulato morbo, singuli milites a quatuor valentibus à mari transuehebantur, armis in lectulo sub veste contextis. per eam fallaciam, nihil eiusmodi suspicante populo, quingenti paulatim inçromissi. Tum Solimanus ex composito per satellites Regem ad naues accersit. ille cum, suæ dignitatis haudquaquam oblitus, indignabundus abnueret; confestim insidiatoribus, quod iam antè conuenerat, è classe proponitur signum. ii cum armis extemplo coorti, stupente ad inopinatam rem ciuitate, regiam circumsistunt, comprehensumque Regem ad Solimanum vi pertrahunt. Ibi superbè interrogatus ab eo, cur tertium iam diem ad se officii causa

venire distulisset; cum liberius responderet, quam prædonis aures ferre consueverant, arreptus propalam ex ipsius prætoris navis antena suspenditur. Urbe dein crudelem in modum direpta, præsidioque impolito, Solimanus ex eo portu soluit. ac tametsi ex Ottomanis mandatis Goam primò intenderat cursus, tamen mutatione postmodum consilio, Diu flexit, haud dubius quin facili negotio Lusitanam esset expugnaturus arceem, ac simul positurus in lula magni ad vniuersam Indiam obtinendam momenti; qua tota de re cum litteras ab Sofare iam dudum accepisset, Sofarem deinde ipsum in itinere ad leucas ab Dio circiter quindecim obuium habuit. Interea de Turcarum aduentu & ante rumor, & ipsi postremò speculatores ad Antonium Syuetiam attulerant. Ille tã multis variisque terribus inuicem fractus; pro ea quam habebat copia vigilias intendit, custodias auget, munitiones instaurat: simul, ad petendum à Prætoris subsidium nuntios Goã cum epistolis mittit. iam Turcæ appropinquabant, in hunc serè modum instructi: dextrum cornu è quatuordecim trirēmibus, quas regias vocant, in altam Solimanus extenderat; sinistrum, è trirēmibus non amplius septem, propius ad terram admouerat; medium locum tenebant onerariæ, totum agmen reliquæ trirēmes & rostratæ claudebant. Vt in conspectu fuit classis; ad nobiles, qui ad spectaculum ex arce cõuenierant, Syuetia perquam serena fronte conuersus; En, inquit, vici, tempus, acceptam à maioribus bellicam gloriam debitamque, cum Deo tum Regi nostro fidem nobis ob oculos proponendi. horum utrumque si attētis animis intuebimur, profectò labores omnes atque pericula, quæ ex hostili tanto tamque multiplici apparatu nobis impēdēt, præ officii ac pietatis fructu leuia ducemus. E quidem, & ex ipsa quam agimus causa, & ex vestra virtute committones, magna in spe sum, fore vt de immanibus hisce barbatis illustrem in tra paucos dies victoriam reportemus. qua vos eadem fiducia quoniam teneri certo scin, superuacaneum reor hoc locotrophæa recensere, quæ toties iam ex cõmunibus & Christianæ religionis & Lusitani sanguinis hostibus, Deo bene iuuante, retulim⁹. Ab hisce dictis ad stationes disponēdas animum intendit. Fessis intutum receptis, alios de more substituit. Celsipitis & materis ad renouandos aggeres, itemque lanæ & centonum ad protegenda inuentia, vim sedulo comportari iubet, ad hæc seruitiis, ne quid eorum perfidia oculta fraudis erumpat, custodes apponit. in primis verò annonæ diligēs habita est cura: vt salubri tēperamento ac dimēsiōne per idoneos ministros erogaretur. Super omnia, propitiando immortalī Deo diurnæ pariter ac nocturnæ supplicationes

adhibita. At Solimanus, in falo ancoris jactis, ad tentandam arce
 oppugnationem septingentos prætorianos in proximum litus ex-
 ponit. ii, milli sagittariis egregio ornatu fistularotes; eum ad inæ-
 nia subissint, repentina in illium vi, sex è Lusitanis occidunt, vi-
 ginti confauciant. Neque sequiter ab incluis reddita jaculatio est,
 Ianizari quinquaginta interfecti, vulneteri complures. Cæteri, mi-
 noribus quàm venerant animis, ad Sofaris munimenta se recepere.
 Per eodẽm dies, transverso cum sordidis nubibus Austro, classis
 propemodum ad terram alliditur. Eo metu Solimanus, & quod tel-
 lis ex arce peteretur, ad Madrafaba portum, leucas ultra Diu quin-
 que, præcessit. Descendenti paratus iterum ad omne obsequium
 præsto fuit Sofar. Cum eo Solimanus consilia de totius belli ratio-
 ne, atque ad eò de ipsius Cambaia occupando regno communicat.
 Expolito dein milite, muralibusque tormentis, Diu terrestri iti-
 nere accedunt. Eodem ferè tempore Alucan, haud leuibus argu-
 mentis suspectum habens Turcicum scelus, ac dominandi libidi-
 nem; cum parte copiarum, (nam reliquas promissis & auctoritate
 Sofar apud se retinuit) omisa obsidione, in mediterranea loca se-
 cedit; Regemque Mamudium & rectores de suo consilio per litem
 edocer. Rex & factum probavit; & missis circum populos & dy-
 nastas edictis, ne quicquam exoptulante Solimano, commearus in
 castra subuehi veruit: quæ res non paruo Turcis impedimento ad
 victoriam fuit. Inter hæc, operibus, ad statuenda maximè tormen-
 ta, instabant barbari. Illud etiam incendiariae machinae genus ab
 iisdem excogitatum. Vastæ magnitudinis, ad onera trāsuehenda,
 naus erat in portu. Huic naui præcellam ex arida materia pyram,
 pice, sulphure, nitro, aliisque ad fortorem simul ac funium excitan-
 dum rebus, impendunt. Consilium erat, ardentem struem in mari-
 num propugnaculum æstu reciproante demittere, vt vel præsidia-
 riis flamma tetraque vapore spiritum includeret; vel certè, dum
 extinguendis ignibus occupantur, inter eam trepidationem atque
 caliginem, Turcæ trajecto celeriter euripo, scalis in muros euade-
 rent. Verùm ad eam molitionem, quo tanti ponderis machina in-
 natate fluctibus & mutis applicari posset, nimirum expectanda e-
 rant summa per plenilunium incrementa maris, quas vulgè nauti-
 ci aquas viuas appellant. Ea re animaduersa, Lusitani, vltro nauem
 incendere, Albuquerqueii ad Goam exemplo, & illud utcunque seu
 exitiale commentum seu inane ludibrium amouere constituunt.
 Ad eam rem Franciscus ipse Gouernus eligitur, qui maritimæ rei
 & propugnaculo præerat, insigni constantia vit. is proxima nocte
 duobus egregie armatis caturibus eò sensim accedens, non fessellit
 excubias,

excubias. continuò è stationibus densæ pilæ in prætereuntes emis-
 sa. at ille nihilo secius in incepto persistit, perque media tela, fauē-
 te Deo, ad locum sine dāmino prouectus; in pyram multis simul
 partibus ignes conjicit; cūstodes ad viginti confestim in mare deli-
 liunt: ii è caturibus pletique confossi. Vbi materiā flammæ te-
 naciū occuparunt, quā vt opprimi facillè posset; pari audacia &
 felicitate Goueanus, vōlitātibus vndiq; globis, recto vndè venerat,
 cum suis incolumis abiit. Ea spe delusi Turcæ, haud ommissa interim
 arcis Diensis obsidione, sese cum magna parte exercitū ad Rumæ
 castelli mœnia quassanda conuertunt. Inde cum vtrinque iumma
 vl pugnaretur, & multi quotidie occumberent; in Lusitana mulie-
 re (Barbarā nomine appellabant) inuictum animi verè Christia-
 ni robur enituit. Huic, amisso conjugē, duo supererant filii, ætate
 viribusque florentes, Alōisius & Christophotus. ille ad Rumæpo-
 lim, hic in eadem arcē Diensi agitabat excubias. Fortè ira euenit,
 vt Christophoro, cum pro muti coronā staret armatus, contorta
 ab hostibus è transuerso pila partem ventris vnā cum intestinis ab-
 riperet. ex templo semianimis domum telatus, vti erat de æternæ
 salute sollicitus, patrem optimam ininterrupta compellens voce:
 Petō, ait, abs te, quæsoque mater, vti mihi prius ad expianda trimi-
 na sacerdotem, quā, ad prosequendum obitum, lacrymas ac sus-
 pitia præbeas. Vereor enim, si te ingemiscentem audiero, ne dolor
 tuus ac mœror meam ad supremum hoc iter necessariam exigui-
 temporis præparationem impediāt. Cui parens, inter adstantium
 fragultus & conplorationem vnā siccis oculis & placido vultu:
 Ego verò quod doleam, inquit, filii habeo nihil, nisi noxæ aut piæ
 culi quippiam tibi superesse, quod eluas. Nam alioqui probè intel-
 ligo, iis qui istud obierint leti genus, præclaram esse mercedem pa-
 ratam in cælo. Tu modò clementis Dei pacem ac veniam fidenter
 implorā; teque in hoc transitu vitum præbe. Id vnū in hac orbi-
 tate maximo mihi solatio fuerit. Inter hæc adhortationes, laben-
 tia moribundi viscera manu suffulciens, fugientis animæ reliquias
 tandiu fouit, quoad accito in id sacerdoti peccata cum salutaris de-
 testatione confessus & absolutus, in sinu parentis animam efflauit.
 Vix dum demortui corpus vidua terre mandauerat, cum de alterius
 filii nece nuntius affertur. in propugnatione Rumæ castelli pau-
 lo antè ceciderat, scilicet nemo fuit, quin geminato intra paucas
 horas vulnere, confectum iri feminam pro certo putaret. Arilla,
 iu tam acerbo casu, tantum absuit vt quicquam Christiana spe &
 grauitate indignum admitteret, vt etiam venientes ad se doloris
 leniendi causa notos ac familiares vltro consolaretur. Huius mihi

matronæ sensus, & in liberos: caritas, laudabilior haud paulo visa, quam eius quæ ad primû de morte filij nuntium exanimata est, aut illius, quæ læticia conspecti repêdè nati, quem mortuum crediderat, exspirauit. Cæterum Patiecus Rumæo castello prepositus, magna parte muri diruta, cùm hostium multitudini vltra obfisti non posset; saluis, præter arma, rebus atque corporibus, deditiõnem fecit. Vix ea facta deditiõne, hostes ex omni parte in castellum irumpunt; Syluetianis, qui freto diuulsi rē ex arce ipsa ceterabant, ad spectaculum adedò triste collacrymantibus; inter eam irruptionem planè memoranda contigit res. Vexillû erat Christi Domini in summis mœnibus de more defixum. id vexillum Turca signifer contemptim captum abiecit, & Mahometanum eius loco substituit. Non longè inde aberat Ioannes Petreus, exacta iam ætate vir, cæterû egregiè pius idem ac strenuus, is, vbi strata humi diuina trophæa conspexit, generoso quodam ardore succensus, eos qui circa se erant, ad illam vnâ secum vindicandam contumeliã inuitat. Sex ferme sequuti. Cùm is ad locum intrepidus vadit, eutlilique pseudoprophetæ, Christiana reponit insignia: id conspicati extemplo victores accurrunt, Lusitanis interminantur, Mahometana restituant, nil valuerunt minæ. Turcis vixdum digressis, partecõstantia Petreus & socij ad locum aduolant, Mahometis afflicta rursus imagine, Crucẽ extollunt. hoc ipsum terribè vel quartò, Lusitanorû incredibili perseverantia, factum est, neque certamini modus fuit, quoad exasperati & perciti rabie barbari, obtruncatos Christianè dignitatis assertores in mare dejicerent. Hinc mira visu dictuq; res. Militû Christi cadauera, diuino scilicet nutu, ne honore sepulcri carerent, obliquo gutturo, contra vim æstus rapidissimè, sponte ad ipsam arceis Lusitanæ portam, exalere, haud obscure sane documento, cum tanta sit corpori diuinitus habita ratio in tertis, quã gloriosa fuerint eorum animis in celo præmia persoluta. reliqui deditiij, cum honestè morti antetulissent exigua lucis vsura; initio comiter accepti ab Solimano, atque adeo donis culti, sed postea, in reditu, ab ira male gestæ rei, capita ad Zebitû præcipua dicuntur. Capto Rumæo castello, in vnâ Dienscem arce tota belli moles incubuit, ac simul terra marique oppugnatio capta. Maioribus primum tormentis per dies aliquot sine intermissione muri quatiebantur; Lusitanis, vbi quid procidisset, impigre obmolientibus. Aspera dein prælia, promotò ab hostibus aggere vineisq; cõmissa, acti vtrinq; cuniculis: spe eruptionibus, sæpe in ipsa mœniû strage pugnatû est. Verû atrocissima omnium postrema dimicatio fuit. Triplici acie deinceps ad mœnia succel-

serant

secant Turcæ. quatuor ipsas horas inira contentione certatum. ac
 tantus fuit ardor animorum, vt Lusitanus fistulator, assidua neque
 irrita jaculatione iam oculis pilarum exhaustis, dentem excussit
 sic sibimet, raptimque in fistulam inditum plumbi loco in hostes
 emisit. E Turcis quingenti eo die desiderati, vulnerati circiter
 mille. è Lusitanis fortissimi viri cecidere quatuordecim; è reliquo
 numero partim ambusti, partim grauiter vulnerati adeò multi, vt
 non plus quadraginta idonei ad sustinēda arma superessent. iamq;
 ad extrema ventū erat. vnā cum viribus annona quoque, & tormē-
 tarius puluis, & pleraque instrumenta belli defecerant. Vicinū
 hilominus pertinacia Lusitanus, quòd nulla vi, nullis cladibus,
 nō modò ad arcis deditiōē, sed ne ad pacis quidem mentiōē ad-
 duci potuit: ipsis quoque feminis puerisque, supra sexum & ætatē,
 omni ope adiuuantibus viros; eosque ad certamen, ac decus, &
 oppetendam in Christiana causa mortem adhortantibus. Inter
 hæc, ab Nonnio, dum ad subsidium inclusis ferendum reliquam or-
 nat classē, celeriter præmissæ liburnicæ sexdecim, ad Madrasabā
 accesserant noctu, quaternis in singulas puppes luminibus ad spe-
 ciem augendam haud frustra sublaris. eo quippe terrore Turcæ
 percussi, tribus iam millibus suorum amissis, & super aliā damna,
 arctioris etiam in dies commeatu. & imminentis hyemis pauore
 perterriti, Sofarem exsecrantes, urbem incendunt; & noctis intem-
 pestæ silentio conscendunt naues, duobus circiter mensibus in ob-
 sidione consunptis: ac vela dant in Arabiam tāta cum trepidatio-
 ne, vt saucios quingētos & magnam tormentorum partem sēdē
 reliquerint. Is dies fuit festus Sanctorum omnium: quo etiam pul-
 chrior letiorque Lusitanis, exitii metu præter spem liberatis, illu-
 xit. Turcico amoto auxilio, Sofar quoque cum suis in loca remo-
 tiora discessit. Insulam deiu totam Lusitani sine certamine recepē-
 te. luclyta per gentes ea fuit victoria; bonamque Africæ atq; Africæ
 partem Europæq; prænotam noua cum nominis Lusitani laude
 peruasit. quippe, non cum incondito ac semiermi Æthiope, vel cū
 fugacibus Indis, sed cum paratissimo & exercitatissimo milite &
 imperatore; in summa propugnatorum inopia, fuerat res. Ergo
 Franciscus ipse Rex Galliarum, magnus virtutū estimator, captus ad-
 miratione Sylueriæ, picturæ eius imaginem è Lusitania postmo-
 dum expetiit, præstantium virorum ac ducum tabulis inferendam.
 Dum Lusitani obsidentur, paranti Nonnio, quā primum inclu-
 sis auxilium ferre, præter opinionem successor è Lusitania venit
 Garzias Noronia. Huic, ob Turcici belli famam, naues vñdecim,
 armatorum septē milia tribuerat Rex. Qua in expeditione atque
 appa-

apparatu minimè silenda res accidisse fertur. Ad maiorem delectus copiam, vt in tanto periculo, Ioannes, in super natura misericors, facinorosos ac noxios & rei capitalis damnatos, qui ad militiam idonei viderentur, conscribi & centuriari imperauerat. ii, quo notior eorum esset opera, separatim vnã in nauim impositi: Callaicam appellabant. Hæc Regis clementia diuino iudicio haud fati comprobari visa. Cæteræ quippe naues, Olisipone profectæ, cursum tenuere omnes: vna duntaxat, qua cœnum illud atque colluuius vchebatur, incertum quo infortunio quòve loco, prorsus in itinere perijt. Ac ne reliquarum quidem magnus in publicum vsus fuit; quippe soluta, vt dictum est, obsidione Diensi, profectisq; iam hostibus. Præter militares autem copias, episcopo Fernando iam vita functo, virum egregium, qui eo munere fungeretur, secum Garzias adduxerat Ioannem Albuquerqueium è Franciscana familia, Castellanum, eiusque comites atque adiutores, Vincentium ex eadem familia, catèchistam eximium; & clericum quendam, nomine Iacobum, ex oppido Lusitanix Borba, notæ facundix concionatorem. Horum vtro, cum in episcopatu administrando, tum in excolendis atque ad Christum alliciendis hominibus, fructus pietatis & industriæ constitit. Vincentio etiam memorabile quiddam contigisse perhibetur. Cum enim Episcopi iussu in Malabarica regione iuuentutem Christianæ doctrinæ rudimentis imbueret, pueris aliquot vel tardioribus vel aliud forsitan agentibus colaphos infregit, quæ res apud eas quoque nationes probro vel maximo ducitur. Inde ira parentibus mota: cumque furore perciti, ad eam, vt ipsi rebantur, ignominiam demendam, arreptis armis in Dei famulum irer; quamuis læsa puerilis ætas, tantum absuit vt patrum fasinus adiuuarent; vt etiam facta manu lapidibus eos atcere nõ dubitauerint. Cuius rei miraculo stupentes barbari, gradum illico retulere, & suam quisque domum, re infecta, dilapsi sunt. At Nonnius tradita successori prouincia, cum circiter decennium Indiæ præfuisset, in patriam deinde renauigans, graui correptus morbo, circa frontem Africæ moritur. Defuncti corpus, nequaquam tanto viro dignis exsequiis, in mare piscibus esca projectum est. Notõnia, vt primùm inijt magistratum, ad componendas maximè res Dienses injuria belli profligatas ac perditas adjecit animum. Id quia non nisi pacatis Guzararibus fieri poterat; tentatis antè procerum voluntatibus, legatos de pace ad Mamudium misit. Egred impetrata. nam etsi restores iam tum propensi ad quietem & otium erant; duæ tamen faces Regem adolescentem assidue ad vleiscendam auunculi eadem omni arte incendebant; Badurij mater & Sofar: quam-

quam is quidem occultè ac dissimulanter, vt spatium ad reparandas interim vires ab Lusitanis habetet. Pax in has maximè conuenit leges: Vti portum arcemque Lusitanus, reliquam insulam & oppidum Cambæus habetet, dimidiumque portorii caperet. Eadem quodocunque libuisset, mutū è regione arcis liceret ducere; veruntamen remoto ab arce, & nequaquam suspecto præfidariis loco, ii fines cōmuni consensu præscripti. Iacobus Lupius Sosa, loco Syluetiæ, cum nōgētis militibus arci præpositus: & otium, quōd ita vtrique parti expediret, in multos annos fore videbatur. Cæterū inquietus adolescēs, auię præsertim stimulis agitatus, ad recuperandū ab Lusitanis Bazainum, vicinasque insupet insulas, quod nihil in nouo scēdete cautū de iis diceret, præfectos cū modico exercitu misit. Cum iis ab Rhoterico Laurentio Tauota, qui Bazaino præerat, minutis aliquot præliis prospero fetè semper euentu pugnatum est. Guzarates ad extremum fessi bellicis incōmodis, vltro pacem ab Laurentio petiēre. Neque ea concessa, per vim omnes haud sine magna cæde ex iis locis exacti. Circa idem tempus, Ceilani Regem Zamorinus acri bello premebat. Missus à Prætore ad auxilium socii Regis & amici cum haud magna classe Michaël, Ferreria, Calecutanos commisso prælio superat: cæsi ex hostibus ferme notissimi, in iis Patemarcas ipse classis præfectus: pleræque naues cum magno tormentotū numero in potestate venēre. Michaël, defuncti ducis caput abscissum, munus gratissimū Ceilano misit Regi. ob eam rem cū grandi pecunia donatetur, pecunia reiecta, contentus victoria, domum ouans reuertit. Ea clade, Zamorini matitimæ vires accisæ: pacemque dein à Prætore haud æquis conditionibus impetrauit. Dum hi duces in India Lusitanas opes ac nomē atmis amplificant, in Molucis intetim Christianam rem pietate ac iustitia Galuanus augebat. Celcbios dynastas ac Reges ad veri Dei cultum adductos, magnus in Molucensibus quoque populis, ac Ternatensi præsertim, ad eadem sacra motus animorum exstiterat. Ea re animaduersa, Mahometani Caciizii, quippe quorum priuata res ageretūt, omnes insulas circumite, proceres ac Reges obiectis religionibus admonete, orare, obtestari, vt orienti quamprimum occurrerent malo, neu tam insignem summo prophetæ contumeliā imponi permittetent. Horum precibus ac denuntiationibus fatigati Reges, minaci edicto, si quis Mahometanos ritus atque instituta deseretet, exsilium & omnium fortunatum proscriptionem intentant. Eo edicto aliorū studia Christianæ disciplinæ testincta; aliorum, vt sæpe fit, multo magis accensa: in iis Colanus Sabia, ex intimis Aërii Regis amicis

& consiliariis, nullo terrore de sententia demoueri se passus; in arcem Lusitanam repente confegit, ac mox ipse cum suis baptismo expiatus, Emmanuelis Galuani sibi nomen desumpsit. Post hunc, Geilolii quoque Regis consobrinus, Mahometica superstitione contempta, Christianam religionem amplexus. Accessit quinetiã è Caciziorum ordine primarius quidã, natione Arabs, ex ipsa Mahometis progenie, quod summum apud eas gentes nobilitatis est decus. Huius verò conuersione, nequequam inœrentibus collegis atque frementibus, maiorem in modum plebs vniuersa cõmota: atque ad eò Aërius ipse Rex parum absuit, quin, patriis ritibus relictis, illico se se ad Christum adiungeret. Alii certè cõplures auctoritatem Arabis apertè sequuti. quos omnes Galuanus in fidem ac patrociniũ benignè receptos; opera, consilio, pecunia tuebatur. Neque tamén ideirco quicquam apud alios ipse vel de existimatione vel de grãtia perdidit. Mira quãdam erat caritas & veneratio viri; nihil magis æquè summi atque infini, quàm ne sibi Galuanus eriperetur, timebant. Ergo, re læpius agitata, permissu denique magis quàm voluntate Galuani, legationem communiter ad Ioãnem Tertium decernunt cum litteris; in quibus exposita priorum præfectorum auaritia, crudelitate, superbia, itẽque cõmemoratis ex altera parte Galuani beneficiis, integritate, prudentia; enixè petebant, salutis & pacis omniũ causa, vt propriũ ac perpetuũ, quoad viueret, Galuanũ Ternatis præfectum esse patereretur. Addita, si hoc petentibus daret, promissa, quæ ad Lusitani Regis dignitatem & commodum magnopere pertinerent. Hæc à Regibus proceribusque, cõmuni omnium nomine, missa legatio. Cæterũ tãto locotum interuallo satis maturè peragi ac renuntiari non potuit. Iã Georgius Castrius erat in cursũ, designatus Galuanũ successor. Huic Ternatem appulso, auideq; expetenti prouinciã, Galuanus nõdum spatio sui inagistratus exacto, minimè peruicax vel ambiciosus, extemplo concessit. Nihil tam acerbum aut calamitosum iis nationibus cuenire tali tempore potuit. Vixdum abierat præfectura Galuanus, cum tota Molucensis res, illius viri lenitate atque consilio quàm optimè cõstituta, iisdem fermè quibus olim de eausis, in pristinos fluctus ac perturbaciones eũ inæstimabili detrimento Christianæ fidei recidit. Quæ quoniã vulnera sine acerbò dolore tractari non possunt, consultò faciam vt ea posthac vel attingã deniter, vel etiam silentio prorsus inuoluam. Dabit, opinor, haud grauatè pius mihi lector hanc veniam; contentus videlicet iis quæ superioribus libris, ad genus indicandum, inuiti retulimus. Hoc rerum Molucensium statu, Gaztas Indiæ Prætor, lætali correptus morbo,

morbo, sexquiannum circiter administrata prouincia, anno seculi
 huius quadragesimo è vita migravit. Garziæ statim è regio chiro-
 grapho substitutus est Stephanus Gamma, qui Malacæ vrbi paulo
 ante præfuerat. Martinum Alphonsum Sofam, multis rebus præ-
 clare gestis insignè, primo loco nominauerat Rex: sed cum is nuper
 in Lusitaniã rediisset; ad Stephanũ, quod proximũ ab Sofã gradum
 in ea nominatione obtinebat, omniũ cõsensu delata res est. Per idẽ
 ferè tẽpus, nouo Lusitanorum beneficio, cum Thoma (quẽ alii
 Tamasum vocant) Persarum Rege firmata societas. Reixelanus ty-
 rannus, de quo supra demonstratum est, ab Imaele defecerat. idẽ
 è Persicis finibus magna cum incolarum trepidatione ingentes a-
 gebat prædas. Ad eum coërcendum plectendumq; missus ab Tho-
 ma Cazican præfectus cum duodecim millibus equitum, & magno
 peditatu, ad Reixelum locauerat castra. sed oppidi præclare muni-
 ti neque facilis erat expugnatio, & in obsidione spes erat nulla,
 quoad mare liberũ tyrannus haberet, idcirco, ad comitatus vndi-
 que prohibendos, nauale subsidium Persa iure amicitiaẽ ab Lusita-
 no, arcis Armuzianæ præfecto, per legatum ac litteras petiit. In eã
 expeditionẽ profectus ab Armuzia cum celocibus aliquot Marti-
 nus Alphonfus Carualialius, adhibita cura vigiliisque dispositis,
 breui maritimos omnes ad oppidum aditus interfecit. Tyrannus,
 inopinato ictus malo, cum in singulos dies inopia cresceret, ma-
 gno primũ auri pondere Lusitanum aggreditur, vt oneratis
 duabus aimenta vehentibus transitum dissimulanter ad se permit-
 tat. dein, vt inuictum ab auaritia sensit animum viri, desperatis
 iam rebus, in eius maximè fidem concedere voluit: sed Cacizio-
 rum verbis ab ea mente deductus est: cum ita differerent, multo
 satius, vt in malis, esse, Persarum quàm Lusitanorum arbitrio se
 se committere. quippe, si in potestatem Mahometanorum veniret,
 torpori duntaxat imminere discrimen: sin impiis magni prophetæ
 aduersariis vltro se dederet, non corporis modò, sed animi quoque
 damnuni dubio procul esse facturum. Ea superstitione obiecta,
 miser, ad cruciatus ac necem sese Cazicani permisit. Capti latro-
 nis nuntio valde lætatus est Thomas, eamq; victoriam Lusitanis
 præcipuè tulit acceptam. At Carualialius, hoc facto Persis maiore
 in modum nominè Lusitano deuinctis, non minus integritatis ac
 fidei, quàm rei publicæ ac bellicæ decus Armuziam retulit. Dũ hæc
 in sinu Persico fiũt, Stephanus Gamma interim & viribus ferox, &
 paterna gloria stimulante, haud leuis momẽti rẽ, cum à Vasco pa-
 rere olim, tum nuper à Garzia Prætorẽ cogitatam suscepit, vt sub-
 ductas ad Snezium Mahometanas triremes, ingenti cum Turcicæ rei
 detri-

detrimento combuteret. In id classe instructa ornataque, per speciem Diensis reuisendæ arcis, vel Adeni mox oppugnandi, ad Arabicum fretum tectâ contendit: & successissent vota; si protinus ab sinu introitu Suezium petiisset. Sed visendi studio applicita ad dextrum littus classe, dum agros vicosque maritimos & veteris Arabiæ monumenta perlustrat; interim de ipsius aduentu, & male tecto consilio, ad regionis præfectum citaris equis nuntii perferuntur. Neque ille cunctandum ratus in tali re, validas equitum ac pedizum copias ad loci custodiam extemplo submisit. Ea re sequi Lusitanorum conatus elusi. Appropinquanti Suezium Stephano à præcursoribus nuntiatum, Turcica naualia magnis firmisque militum præsijs obtineri. Non plus triduo (tantum in celeritate momenti est) Suezium Turcæ præoccupauerant. Lusitanus Prætor, magna spe dejectus, & grauiter semetipsum inensans, in Arabem ac Saracenum effudit iras, totamque oram nullo obuio latè vastauit: Philoteræ, hodie Alcoeeris portum, itemque Elanam seu Torum, & Suaquonum olim Aspidem, vrbes, nauesque permultas incendit. inde abiturus, cum ad Maznam applicuisset insulam, Lusitanæ classis fama excitus Barnagazius, & vnâ orator Asnafasagaris Abassini Regis, (quem alio nomine Claudium appellabant) cum ipsius Regis & Elisabethæ matris litteris affuit. Fessis rebus auxilium contra communem aduersarium ex fœdere postulabât. Gradaametes Adelis ac Zeilæ tyrannus, Solimani Turcæ stipendiarius, infestissimus nominis Christiani hostis, in Abassiam dudum cum exercitu irruerat: multisque cladibus Regem penitus in intima Æthiopiæ compulsus, magna parte finium exuerat; religiosissima templa, cum sacris monachorum cœnobijs euerterat; prædas pecorum hominumque identidem agebat. Hæc Abassini cum miserabiliter exposuissent, indigna, vti par erat, visa Prætori Lusitano. confestim aduocato consilio, suppliciter Christianis contra Mahometanos communi consensu decreta. Reliqua erat consultatio, quem potissimum expeditioni præficerent. in magna competitorum turba, cum id pietatis & officii munus certatim sibi quisque deposceret, Christophorus Gamma Prætoris frater, aeti ac præferuido ingenio adolescens, cæteris anteferrur. Huic, ex vniuersis copiis, Lusitani cum armis duplicibus quadringerij, & magnus tormentorum numerus attributus. Cum hac manu Gemina profectus Junio mense anno sæculi huius quadragesimo primo, ad puteos quosdam falsos prima nocte confedit. Inde caloribus maximis per loca partim à feris infesta, partim etiam confragosa & arætia, summo labore fieri captum iter pedibus. tormenta com meatumque

que eamell ac mulæ vehébāt, Barnagazii cura cōtractæ. vbi angu-
 stia occurterāt, qua trāsitus onusto iumētō nō esset, detracta bel-
 luis onera Lusitani, atq; ipse ante alios Gāma, subibant humeris.
 Ita, septimis demum castris peruentum ad præalci montis iugum,
 ex quo in vberes & irriguos Abassix campos longè ac latè prospe-
 ctas est. Ab iugo degressi, aliquot annibus facilè superatis, tertio
 die Baroam præcedunt. Vrbis est in dirione Barnagazii ampla, & ex
 ornata ædificiis, piscosus præterlabitur fluvius, circa ripam vtram;
 que frequens vicis pagisque; sed per id tēpus Mahometanorum in-
 iuria desertis. Appropinquāti Lusitano sacerdotes & monachi ob-
 viam prædiere eum infulis, Dei primūm; tum Gāmæ & cōmiliro-
 num implorantes opem; quartumdecimum annum præmi sese du-
 ra atque intoleranda Zeilani tarānide, oppida euerſa, incolas mi-
 sererrimam in seruitutem abductos, antiquissimæ religionis ædes
 atque cēnobias nefariè spoliata ac ditutā iam sibi ne atas quidem,
 quò supplicandi aut lætificandi causa confugiant; superesse.
 Pergerent porrò alaetes, ad salutem eius gentis è cælo demissi; ac
 violatæ religionis, contemptique Christi Domini pœnas, ab im-
 pio & sacrilego tyranno repeterent, Hæc monachi, & alia quæ in
 tali re iustus piusque subicit dolor, cum flebili vociferatione con-
 questi, adeò confuderēt audientium animos; vt in tanta rerum in-
 dignitate lacrymas nemo teneret. Gamma, setuis Dei bene sperā-
 re iussis, ad proximi templi parietinas adorādi causa concessit. no-
 biles erant columnæ, & lapidis elaborati fragmenta: neque aucti
 Christiani ædificium instaurare, tempotarium sacellum rei diuinæ
 faciēdæ, vili desuper tegete paleisq; operuerant. A præcreatione, Gā-
 ma eum suis in statua extra urbem locata se contulit. ad noui au-
 zilii famā, Abassini subinde aliquot in castra affuebāt. Mox, duo-
 bus eorum præfectis & Barnagazio in consilium ab Gāma vocatis,
 de ratione gerendi belli deliberari ceperunt. Victoriæ spē in eo verti
 censebant omnes, si eum reliquiis copiarum Abassini Regis matu-
 rē se se jungerent. Sed quòd is bimestri ferme itinere ab eo lo-
 co distabat, nemini erat dubium, quin sæpius interea cum Zeilano
 certandū foret. in præsentia, eum ad Lusitanorum existimationē,
 tum ad cōmeatus facultatem & copiam expedite visum in primis,
 vti Elisabethā Regis matrem in castra perducerent. Eā si apud se
 haberent, & maiore hōminū cōcūrsam ad signa futurū, & audaciū
 multo ac libentiūs alimenta ab agrestibus vn de quaq; subuectū iri.
 Elisabetha nō longè inde sese munitissimo tenebat loco, quo Re-
 gū filii natu minores, ne quid eorum gratia seditionis existat, Si-
 narū more includuntur. excelsa & vndiq; abscissa est rupes, quæ ab

fatis litò fudo paulatim fastigiatur ad summú. inde, ad fundi máximè speciè, circúquaq; prominè labrum, mille ferè passuum ambitu, ex quo subiecta quæq; ita lustratur oculis, vt nullus circa latèbris infidiisve sit locus. Intra eius proiecturæ planitie, regia cæta, cum capacissimis duabus cisternis, & ornatissimo tēplo, cœnobio, q; visuntur: accedit agrí, quod probè cultum, in annua quingentorum ferè hominum alimèta sufficiat. Vno duntaxat, eoque per angusto ac tortuoso, anstractu ad certum vsquè spatiū ascensys est ab eo spatio ita arrecta sunt saxa, vt sinibus corribusq; extollatúr demittantúrve homines, quæq; alia vel importáda vel auhèda sunt. ac deniú ea natuta est loci, vtí prorsus neque vi neque fame sit expugnabilis. Gamma lætus propinquitate, Regina, litteras primú ac nūtiós ad eá officii causa, tū ad ipsam deducēda armatos præmisit centum. Elisabetha, ne publicæ rei pro sua parte deesset, ex diuturno veluti carcere haud grauatè descendit, libetis & arce parētis, quæ ibidē agebat exacta iam ætate, cōcreditis. Instratæ mulæ (nā equis minimè vtuntur Abassini) ad saxi radices opera Barnagazii præstò erant. Regina, præter Lusitanā cœturiam famulis quinquaginta, ancillis non amplius triginta sequētib; in viâ se dedit hoc tēpore ornatu: Vestes erant ex Índica tela niueæ, tenuissimo textu hæcè bombycina penula contegebat cinerea, tanis floribusq; subtiliter ex auro conspersa. Caput Hispanico more velatum, faciē etiam, nisi qua cerneret, linteo obductam habebat, phaleratæ & serico ad pedes vsque vestitæ insidens mulæ, quam Barnagazius ipse obsequii causa, nudo exerto brachio, tygdis exuuis humeros tectus, loro ducebat: eingebant latera, linteati dynastæ pedites duo. Pro umbella, pellucidum conopæum ingens ita omnia contegebat, vt nisi reducto linteo nequaquam introspecti posset. Aduenientem, Gamma festo vestitu, ac densis tormentorum bombis, quibusq; aliis rebus læticia significari solet, venerabúdu accepit: idēque quòd antè per litteras corā per interpretē docuit, se à Stephano fratre India: Prætorè, quòd ita velle Ioannē Lusitanic Regem intelligerent, cum ea manu missú ad ipsam filiúq; adiuuandos. proximo anno maiores, Deo volente, copias affuturas. iurèrea paratum se cæterosq; qui aderant, pro Christiani nominis dignitate & Abassini regni salute mortem oppetere. Ad hæc Regina paucis ita respōdit, vt magnas Lusitano primú Regi, tū Gamæ cæterisq; gratias ageret. sperare se tã firmo præsidio collapsas Abassiz res in pristinu breni esse redituras. inde, transacta iã ad Baroã hyeme, castra mora, certusq; & in castris & in agmine locus Regina assignari cæptus, eidēq; custodes corporis, Lusitani sistulatores

latores ceterū attribuit, Michaële Castanōsio præfecto, qui hæc ipsa in cōmentariis retulit. Aduentu Reginæ vulgato, Abassini frequentiores adesse, & è sua inopīa, quippè finibus ab hoste vastatis, certatim cibos in castra cōchere. Per hunc modū Gama, hierūm aliquot iā iter emēsus, munita loco excelso castella duo haud inacruēto certamine cepit. cōplures populos, qui ad Zeilanum metu defecerant, ad Abassini fidē imperiumq; reuocauit. Maturanti dein cū Rege sese cōiungere, a quo binas iam in itinere acceperat litteras, compendiis viarum antegressus Zeilanus occurrit; multitudine copiarum longè superior, cæterū armorum ac telorum genere minimè par. ducentos non amplius ferreis instructos sistrūis Turcas auxiliāres habebat. cæteri, leuī armatura; sagittis, hastisque, & gladiis utebantur. Vbi propius ventum est, neque iam vitari congressus poterat, in aciem dux vterque copias educit. ac primū Lusitanōrum paucitas contemptui Mahometanis esse. dein, vbi tormentis geri cæpta res est, equi flammā & fragore consternati, domitis plerique frānis, in fugam seque & sesores auertunt; tum sagittarii destinatis ictibus toto passim campo sternuntur. Denique Gradaameti, in primis ordinibus restitūcti pugnam, femur v. hā cum equo plumbea pila tranfigitur, inde super moribundum equum ad terram corruens, cōcursu suorum ex acie in tutum cfferitur. Ad casum tyranni, fuga Mahometanōrum ex omni parte fieri cæpta. instant Lusitani, & quoad vires tulere, ferociter hostem insequuti, magna edita strage, nō plus vndecim suorū amissis, victores in castra reuertuntur. Idē iterati paulo post prælii euentus fuit: hoc etiam lætior, quod puda præsidio castra Mahometana direpta sunt. delesq; eo die hostis potuit, si ad persequendum equi Lusitano fuissent. grauis adhuc ex vulnere Gradaametes lectica in acie exierat. non nisi transmissio vicino flumine, ab effusa constitit fuga. Lusitani, gemina intra paucos dies victoria gratulabundi, onusti manubiis, in statua rediēte. ibi dū faucis curādis oprā dant, Barnagazius cum popularibus quingētis & paucis insuper Lusitanis è maritima ora superuenit. Inde territus barbarus, magna suorum parte dilapsa, recto ad Mangadafum præcelsum montem, qui fauces in Arabicas imminet, hyeme iā aduentante concessit. nec Lusitani à vestigiis abstinere. cumq; sese Gradaametes tū loci natura, tū anni rēpore tueretur, Gamma itē vicinum montē, Ofalā nomine, ad hyemandum elegit. ibi dum Lusitani partim intercipiendis com meatibus, partim finitimis pagis vicisq; in Abassini ditionem aut vī aut voluntate redigendis, insistunt; Gradaametes interea, quam occultissimè per legatos ac munera, trās fretū ab Zebirano

præfecto aduersum Christianos opem implorat. Missi Turæ fistulatores admodum mille, quo maximè genere militum opus erat, cum tormentis eurubus decem: quos ille per auersam inôtis partem in seio Lusitano, vere iam appetente, lætus accepit, neque interposita deinde mora, quo minùs vltro vallum & castra Lusitanorum inuaderet. Sensit illico Gamma nõ medioeriter auctas hostiũ vires, ac primò, distributis manipulis, in subita re stationes ad idonea loca disposuit: dein, vbi curules admouebantur ballistæ, munimento diffusus, vti per vices in hostem erumperent suis edixit. dictis obtemperatum: & in summa rerum omnium iniquitate Lusitani pugnam acriter initio sustinebant: dein perpetua ferri ac plumbi procella stratis plerisque; cæteri, priusquam ab hoste circumuenerentur, fugam in saltus auios rupesque præcipiunt. De Barnagazio nihil traditur. Elisabetha cum sauciis curandis aliquamdiu piam, vti solebat, ac sedulam nauisset operam; perditis ad extremum rebus pauida per exiguo comitatu profugit. Castanosius præfectus & è stipatoribus triginta sequuti, in Regina tentorio vulnerati complures incerta spe vitæ relictæ. in eos parta victoria Mahometani cum sædè læuissent; quidam è Lusitanis atrox ac triste facinus ab vltima desperatione commisit. accenso funiculo, tormentarii pulueris eadis (nam ibidem adseruabantur) sensim adrepens, applicuit ignem, flammisque momento diffusis, scque & quotquot intra id tabernaculum agebant, eodem absumpsit in incendio. Gamma, cum egregiè aliquandiu dimicasset, ad extremum grauer saucius, hortatu suorum, intendentibus iam se tenebris, præter ipsa castra cum paucis effugit. dumque egerenda è castris præda hostes distinetur; tota nocte per summam vexationem itinere facto, orta demum luce, ne conspicitur, in proximam conuallem & densas circa siluas è via deflexit. ibi, dum ad abditum fontem è longa defatigatione colligit vires, ab equitibus insequutis, indicio vetulæ cuiusdã oberrantis, inter curandum vulnus opprimitur. Ad tabernaculũ dein regium cum ingenti plausu raptatus, congestis in cum ab Gradamete probris minisque, detracta primùm veste, virgis acerrimè cæditur: tum ad ludibrium & contumeliam totis castris per militum & ealorum ora traducitur. postremò, cū omnes injurias & cruciatus inuictò propter Deum animo pertulisset; ad se retrahi iustum, ab impotenti læuaque iracundia, iuismet ipse manibus tyrannus obrunear. Sunt qui, ex ipso mortis & causæ genere, Gammam in cælestium numerum pro certo referendum existiment. Sanè Abassinus Rex in ea quam ad Indiæ Prætorem de his rebus misit, epistola, Christi martyrem non dubitanter appellat. Caput Gamme præ-

eifum, & cum eo primarii Lusitani duodecim ad Solimanum Ottomanum ab Turcis dono transmissi. Ea victoria intemperanter elatus Gradaametes, conuiuio ludisque aliquot deinceps dies indulfit. Cæterum insolenti barbaro lætitia primò in mœrorē, mox etiam in perniciem vertit. Dimissis cum congiario Zebitanis, quasi nil iam superesset periculi, cum vxore liberisque, & cætera multitudine, ad Nili fluenta, valetudinis & animi causa cōcesserat. Ibi nihil tale metuentem Claudius cum Lusitanorum reliquiis è fuga collectis, & Abassinorū peditum octo millibus, & equitibus quingentis inuasit. Contracto certamine, Gradaametes, ab Lusitano cuius nomen ignoratur, cum vnum tyrannum simul omnes impeterent, plumbea grande trajectus occubuit. Magna dein edita Mahometanorum fugientium strages, & castra cum tormentis & cætero belli apparatu direpta. & quod omne superauit gaudiū, haud exigua Christianorum omnis ætatis & sexus vtriusque multitudo è miserrima seruitute ac vinelis erepta. Gradaametes vxor, cū trecentis equitibus, quos circa se præsidii causa habebat, & cum thesauris effugit. Certa dein pax Abassino Regi aliquandiu mansit; iis qui per bellum ab eo descuerant, cum lacrymis & infima deprecatione ad fidem atque ad officium redeuntibus. Tam insigni parva victoria, Claudius, in iisdē locis, anniuersarias hebdomadæ sacrosanctę ferias admirabili pietate celebrauit. quandiu corpus Domini clausum in sepulchro adseruatum est, atratus & squalidus veteri gentis more, nihil omnino gustauit, nec pedem è templi finibus extulit. idem à Regina matre & proceribus factum. Nec minore cæremonia studioque paschalia dein peracta mysteria. elutis per confessionem sordibus animorum, salutari cælestis agni cibo refecti, summi atque infimi, ad extremum agmine composito collucētibus vndique cereis, cum solenni pompa supplicationem obiēre. Neque ita multo post, Lusitanis qui in bello ceciderant, iusta funebria, & regalis apparatus exsequiæ, cum insigni erga pauperes benignitate, & piacularibus sacrificiis, & summa omnium ordinū frequentia persolutæ. Lusitani superstites, virtutis ergò donis ab Rege donati, & liberaliter habiti, quod reliquum erat vitæ, femines omnes in Æthiopia transfegere.

HISTORIARVM

INDICARVM

LIBER DVODECIMVS.

DLVRA iam hinc & vberiora de progressu Evangelii, deque recta in Deum fidei propagatione, dicentur Quippe, ad hæc vsque tempora, constituendis emporiis, arcibus exstruendis, tuendo mari, & propulsandis finitiorum armis discenti Lusitani duces ac proceres, in magna illustrandi nominis Christiani voluntate, humana tamen magis quam diuina rei operam dederant. Et è Franciscana familia fratres, eum domicilium in India pridem constitutum haberent, essentque amplexandæ religionis Christianæ percupidi, tamè quotidiana psalmodia, funeribusque, & cæteris diurnis pariter ac nocturnis cæremonis impediti, satis otii nequaquam suppeditare poterant peregrinationi, catechismo aliisque muneribus, quæ ad conuersionem gentium, & curationem & cultum haud dubiè requiruntur. De cæteris, neminem illorum temporum, ego quidem cum Antonio Galuano, vel prudentiæ laude vel caritatis ardore conuulerim. Proximi Galuano habebantur, Michael Vaseus, totius Indiæ pro Episcopo: (Vicarium generalem appellabant) & Iacobus, de quo supra dixi, Borbanus, Episcopi comes: itemque Cosmus Rønius, regius scriba. ii, communi consensu, Stephano Gamma prætorè & Fernando Rhoterigio Quastore approbantibus, cuiusmodi Ternate Galuanus, collegium seu Seminarium in vrbe Goa instituerant puerorum è variis nationibus, ad fidem Christianam (si fieri posset) vsquequaque disseminandam: atque ob id ipsum, ei collegio ab Sancta fide nomen indiderant. Sed mox, in stadio equestri (ita enim vocatur is vicus) attributa huic operi noua diui Pauli conuersionis ædicula, priore appellatione antiquata, cognomen collegio fecit. eidemque alendo, prædia & redditus, qui paulo antè in Ticuarino, Diuare, & Ciorano insulis, dæmonum cultui deseruierant, fanis eorum ac delubris Vasari cura distutbatis euerfisque, ex Regis auctoritate assignati. Per eosdem ferè dies, haud cõtendendum, etiam aliunde incrementum Christiana res ceperat.

Parauç,

Parauæ sunt populi ad Comorini seu Cori promontorium, imbelles ac mites, piscarui margaritarum præcipuè dediti. Inde Piscariū, quinquaginta ferme leucarum spatio, littus appellat. idq; ab ipso promontotio initium ducens, meridiem spectat primò, tū in septentriones reflexum, ad vsque Remanacotis vada, & Manarē insulam, fronte in orientem solem obuersa protenditur, raris in rā breui locorum intervallo cœli varietate, quemadmodum supra demonstratum est, vt iisdem anni mensibus, cis promontoriū, æstas & calor; trans idem illud, hyems & frigora læuiant. pagis vel oppidis quinque circiter & viginti ora ea tota censerut. ij ergo populi ab inquilinis Mahometonis adempto piscandi arbitrio, cum grauiotibus in dies afficerentur injuriis, coacto concilio, de re communi consultant. Fortè in ijs tum locis negotiabatur è Christianis Malabaribus quidam Ioannes Cruceius; qui nuper in Lusitania fuerat, eumque Ioannes Rex comiter acceprum, honoribus ac beneficiis auxerat. Hoc maximè auctore, Parauæ, in summa consilij inopia, rerumq; difficultate, legatos opis petendę Cocinum mittunt magistratus ac decuriones, (Patāgatini patrio sermone dicunt) hisce imperatum, spondeant, si rebus afflictis auxiliū latum sit; paratos Parauas omnes, publico gētis decreto, Lusitana sacra suscipere. Ei promisso quo maior esset fides, Cocinum delati Patāgatini, mandatis suorum expositis, confessim salutariibus abluntur aquis, & Christo dant nomina. Hoc veluri pignore cæterorum voluntatis accepto; non dubitauere Lusitani suppetias laborantibus ferre. Classis ab Cocino ad Piscarium littus missa, non modò Mahometanorum audaciam repressit, sed etiam Parauis erepta piscationis iura magno cum ipsorum emolumēto restituit; & sacerdotes aliquot eadem classe delati, lustrandis baptismo Parauis aequè summis atque infimis, nemine repugnante, insistere. Ac per hunc modum, paucis diebus, voluntaria conuersione, in Christi fidem gens pænè vniuersa cōcessit. Ad huiusmodi veluti subitatos fidelium greges, aliqua subinde mancipia vel socij & auxiliares Indi temere adiungebant sese, (æterorum hominum testatam & illustrem vocationem excipio) magis quo dominis aut Lusitano Prætori gratificarentur, quàm quod suis ponderibus religionum discrimen ac momenta perpenderent. Ergo, multo maxima neophytorum pars, præter intincti lymphæ corporis, & nominis immutati memotiam, Christianæ disciplinæ retinebant nihil. Id autem, partim socordia gentis fiebat, partim etiam cultorum inopia; quippe qui, propter paucitatem, nec probè subacto sererēt solo, neque facta deinceps, ab initio vsque ad extre-

mam, equali cura prosequerentur. Ita, labores in semine destitu-
 ti, optatam segetem virtutis ac pietatis ferre non poterant. Inter
 hæc, è quotidiano commercio nationū quæ ignorât Deū, multa &
 graua in hominum nostratum mores irreplerant vitia: propiusq;
 aberat, vt Europæi aduenç aliquid in singulos dies ex Asiatico tra-
 heret luxu, quam vt indigenis ipsi Christianæ sanctimonie & scue-
 ritatis quicquam impertirent. Ad hanc morum contagionem ac-
 cedebat ingenium soli cœliq; mirè factum ad contumendam
 vel generosam indolem; quodq;e, ni summa cautio adhibita sit,
 quamlibet Martium vigorem animorum, otii dulcedine, & variis
 voluptatum delinimentis, exinguat. Hæc Ioannes Rex cum &
 litteris multorum & sermone didicisset, angebatur intimis sensi-
 bus, quippe cui salus hominum; ac præcipuè popularium suorum,
 carissima semper fuisset. præterez, stimulabat animum illa quoque
 religio, quod ex decretis Pontificijs, & iure communi, nõ nisi tu-
 di augendiq;e diuini cultus, & promulgandi Euangelii nomine,
 si promulgationem eam impedirent, bellum ignotis inferre genti-
 bus, & Indicarum frugum opumq;e decimas & vectigalia capere
 sibi liceret. In tanto autem reliquarum artium studio, tantisq;e
 diuitijs, & copia rerum, languere Christianam industriã, & adeo
 paucos existere; qui mortalibus, inani spe & praua cupiditate de-
 ceptis, rectum viuendi monstrarent iter, haud immeritò nefas ar-
 bitrabatur. Ac proinde, quo pacto hisce occurreret malis, dies
 noctesq;e agitabat animo. Sed in summa rei expediendæ volun-
 tate nihilominus hærebant consilia Regis: quippe, ad tantam ho-
 minum vim in arctam & angustam ab lata & spatiosa via traducen-
 dam, tot peragrandas terra marique regiones, tractanda tam va-
 riarum nationum ingenia, multorum inimicitias atque odia sub-
 eunda, refellenda iam inueterata, & penitus infixæ captis errore
 mentibus, Brachmanicæ vanitatis aliorumq;e mendacia; & nu-
 mero magistrorum, & spectata innocentia vitæ morumq;e, & e-
 gregia corporis animiq;e firmitate, & sana multipliciq;e doctri-
 na, & super hæc, non vulgari prudentia, magnoq;e rerum vsu o-
 pus esse non ignorabat. Huius autem generis magna per id tem-
 pus erat in Lusitanæ regno penuria, Sacri concionatores è finiti-
 mis regionibus accersebantur. Libetalium artium studiosi Com-
 plutum serme aut Salmanticam adibant. nonnulli etiam Regis
 impensa Parisiis alebatur. Vnicū erat regni totius Olisipone Gym-
 nasium infrequens, ab Dionysio rege inchoatum. ibi, pars iuuen-
 tutis iuri maximè civili operam dabat. atque id sanè gymnasium
 nuper ipse Ioannes, in posterum longè prospiciens, ex Olisipo-
 nensi

nensi tumultu Conimbrigam transtulerat, in urbem antiquam, & Musarum ortis iam ante dicatam; ac tum quidem, castigato præterlabentis Mundæ fluminis alueo, salubris pariter & amæni secessus. Eò clarissimos dicendi magistros, ac mathematicæ rei ac medicæ professores, & humani diuinique iuris, & sacrarum litterarum interpretes, nō ex Hispania tantum, sed etiã ex Gallia, Germania, Italia, magnis præmiis euocabat: scholisque ex Parisiensi formula & disciplina institutis, aliquot insuper adolescentium collegia in eadem vrbe fundauerat. Sed neeum ad maturitatem ea petuenerat soboles; & Indiæ necessitates præsentem efflagitabant opem; & domesticis hisce præfidiis, ad excolendam Lusitaniam ipsam, & supplendos magistratus, & sacerdotia tuenda, egebat Rex. Neque portò verum erat, quo remotæ fouerentur partes, intestina ac vitalia membra destitui. His anxio curis, atque ad Indicam subleuandam rem, externa circumspectanti auxilia, tale remedium haud obscura Dei providentia oblatum est. Ignatius Lotala Cantaber agebat Romæ, qui paulo antè, cum eximiis aliquot eiusdem propositi viris, afflacū diuinò sese ad vineæ Christi culturam, atque ad Euangelii prædicationem, siue vlla prorsus aut temporum aut locorum exceptione, deuouerat. Ea societas I E S V ab ipso Pontifice Maximo, qui tum erat Paulus hoc nomine Tertius, postmodum appellata. Iamque variis Europæ locis haud obscurum egregiæ cuiusdam pietatis ac doctrinæ specimen dederant. Id Ioannes certis auctoribus vbi cognouit, Petro Mascarenia, suo apud Pontificem oratori, mandat, etiam atque etiam agat cum Ignatio, uti alumnos disciplinæ suæ minimum sex mittat ad se. quando generis humani salutem & Christi Domini gloriam vsque ad deo sitiant, non defuturas in Asia atque Africa scaturigines, quibus eam aliqua saltè ex parte releuent sitim: præterea, nullam in eas terras nauigandi moram fore, simulatque commoda tempestas affuerit, quæque ad nauigationem necessaria sint, ea ab suis procuratoribus largè & copiosè præbitū iri. Hoc accepto mandato Mascarenias Ignatium appellat. Ignatius ex auctoritate summi Pontificis, quod aliis quoque regionibus pro sua parte consultum vellet, expetenti sex oratori duos tantum assignauit, Simonē Rhotetigium Lusitanum, (quem Ioannes ipse Lutetiæ in studio litterarū aluerat) & Franciscum Aspilcotam Nauarrum, claro inter suos genere natū, cognomento Xaueriū. Ac Simon quidē, mature præmonitus, quod quartana tum laborabat feбри, in Lusitaniã naui trāsmisit comite Paulo Camerte, egregia probitate fidēque viro, qui sese cum aliis ad Ignatiū per eos dies adiūxerat. Xauerio autē, quo

majorem videlicet in re subita ferret obsequii laudem; non tibi
 pridie quam illi cum Mascarenia itinere terrestri abeundum fuit,
 denunciata res est. Ac tametsi, confirmata nondum societate, nihil
 in cæteris iuris erat Ignatio; Xauerius tamen ad impetum usque
 adedò durum ac repentinum, non modò tergiuersatus vlla ex parte
 non est, sed etiam incessit omnibus lætitiis: acceptoque spatio vix
 quod salutandis amicis, & resarciendæ attritæ ac laceræ tunicæ sa-
 tis foret, postera luce cum oratore discessit. Huius mihi profectio-
 nem viri (nam Rhoterigijs, Regis ac ptocerum deinde rogatus in
 Lusitania substitit) paulo fusiùs persequi est animus: vt promulga-
 di Euangelij studiosis hominibus recens propositum sit à ptoce-
 ræ peregrinationis exemplar. Quamquam huiusmodi narratione
 exsequenti mihi subit illa suspicio, fore vt quæ de priorum bono-
 num in ægrotos ac pauperes, & inimicam plebem officijs, vel pro-
 dita sunt, vel in posterum prodentur à nobis; aut inuola ad fecum
 sordida videantur iis, quorum videlicet aures, magnificis de repu-
 blica, de moribus, de uatuta disputationibus, vel sumptuosis bel-
 lorum apparatibus, terrestribusque ac nualibus prælijs, & incy-
 tarum urbium expugnationibus, adsueuere. Sed habet hoc vtrique
 philosophia Christi. nihil primo aspectu contemptius, nihil in
 recessu diuinius. quippe, animos, non ad sitim cædis ac sanguinis,
 vel ad inanis gloriæ cupiditatem; sed ad humanitatem ac man-
 suetudinem, atque ad amorem solidæ ac veræ virtutis inflam-
 mat: quæque ab alijs de officio vel ostentationis vel etiam animi
 sæpe causa quærentur, ea rebus ipsis ac vita quàm verbis multo
 libentiùs explicat. Ergo Christianæ documenta virtutis, tanto
 & ad bene viuendum aptiora, & ad narrandum grauiora censenda
 sunt, quanto facta dictis, & pacis munera bellicis artibus ante-
 cellunt. Xauerius igitur, vbi profectiois affuit dies, (annus tum
 ægebatur huius seculi quadragesimus) ita ex vrbe decessit, nihil vt
 secum præter simplicem corpori tegendo vestitum, & in quotidia-
 nas preces Romanum breuiarium extulerit. Vt fieri cæptum est
 iter, illud ante omnia modicus tenuit, vt intimam sui custodiam,
 & certa precandi commentandique spatia non omitteret. inde ve-
 getior in dies atque robustior, ad opem alijs ferendam seruet acri-
 ter incitabat. Hi quo libentiùs curationem vbi opus esset accipe-
 rent, cunctis interim officiosè demerendis, atque omni ratione si-
 bi conciliandis insistere: deponita seueriore persona, comiter allo-
 qui singulos, hilari ac sereno respondere vultu, faciles ad se cui-
 bet præbere accessus, cõtemnere omnino neminem, gloriam atque
 fugere atque alij captant: nihil in victu cultuque sibi præcipuum
 sumere;

sumere; minimis vtilisimisque contentus esse: uti quisque pessimè se
 acceptura a prodromo queretur, ita huic libentissimè suo lectu-
 lo lectoque cedere: vbi quis per niuosa, ac lutulenta, & prærupta
 itinera laboretur, ad eum subleuandum raptim ad pedes vel cum
 periculo desilire. alio quouis casu periclitantibus, vbi non posset
 manu, prece votisque succurrere. Inter ceteros, primarius qui-
 dam, contra omnium sententiam ausus tumentis fluuiis ad transi-
 tum sese committere, cum aquarum impetu vorticibusque ad exi-
 tum raperetur, pia (vt affirmant) Xauerii supplicatione seruatus
 est. ad hæc lassos & imbecilles omni obsequio ac sedulitate reso-
 uere: postremus cubitum ire, prius exsurgere. denique, famuli
 dum quiescunt, ipsis operam dare iumentis. Hac ille summisione,
 officio, suauitate, clemètiis, ceterisque artibus, quas ei spiritus cœ-
 lestis haud dubiè suggerebat, breui omnium animos ita sibi de-
 pinxit; uti deinde nihil ad cuiusquam reprehensionem ab eo pro-
 fectum; aut acerbum vlli videretur, aut nimium. Neque ipsos dum-
 taxat qui in comitatu erant legati, meliores quotidie reddere co-
 nabatur, sed etiam in cauponis ac diuersoriis, cum se occasio da-
 ret, promiscuè cunctos docendo, moriendo, iuuando, excellētis eu-
 iusdam virtutis & caritatis relinquebat impressa vestigia. Per hūc
 modum superatis iam alpibus & Pytenæo saltu, in Pompelonis
 veniunt fines. cumque inde Xauerius ad suos facillimo negotio
 posset excurrere, nunquam adduci se est passus, ut quicquam om-
 nino carni aut sanguini daret, atque ad patriæ saltē incunabula
 reuiscenda, quamuis medico diuerticulo de via desisteret. Inter
 hæc, sagaci vito Mascarenia, cognoscendi noui comitis, atque in-
 trospectendi penitus eius animi sensus, maxima dabatur facultas:
 nihil enim vitia virtutesque hominum ita explorare consuevit, ut
 bene longi itineris diurna pariter & nocturna consuetudo; quip-
 pe quæ simulationem quamlibet callidam & artificiosam diu sus-
 teneri non patitur, eo liquidius Mascarenia de Xauerio ferre sen-
 tentiam licuit, cumque in dies notitia pariter & admittatio cresceret
 viri, præmissis ex itinere tabellario, de ipsius laudibus ad Ioan-
 nem ita multa perscripsit, ut Rex miram in eius videndi ornan-
 dique cupiditatem incumberet. Olisiponem denique tertio
 mense peruentum. ibidem agebat Simon. huius quartana ve-
 tus, cuius accessum eo ipso die expectabat, Xauerii demum læto
 ac salutari amplexu discussa. Post triduum Xauerius euocatur in re-
 giā. accedenti sese Rex pethonorificū præbuit, ac verbis amplissi-
 mis, quid de illius meritis ac sanctitate sentiret, in amicorum ac
 procerum corona testatus est. At ille, peracto salutationis officio,
 cum

cùm ei laura ad diuersandum hospitia non deessent; ab regia protinus ad publicum valetudinarium, quoddam Misericordiae sodales procurant, vnà cum Simone & Paulo Camerte se confert. ibi, dum naues ad cursum parantur, de more tempus ita distribuunt patres, vti nocturnas horas, breui duntaxat excepto somno, sacris carminibus, & rerum diuinarum contemplationi: diurnas, ægris omni ope refocillandis, confessionibus quamplurimorum excipiendis, & quotquot ad se venient, aut consilio aut tejuuandis insumerent. Hisce ferme occupationibus, quod reliquum erat hyemis, summa populi Olisiponenfis approbatione transactum. Iamque Indicæ navigationis appetebat tempus, cùm regii æconomi, & Castanetianus in primis dynasta, iussu Regis instate Xauerio, vti, consultis hominibus peritis, indicem ederet eorum, quæ vel ad iter tam longum, vel ad prouinciam aded remotam necessaria duceret. ira sibi etiam atque etiam ab Rege mādaturum, vti prorsus nihil, ipsi vel sociis, neque ad valetudinem neque ad cōmodum cultūve deesse pareretur. seorsum deiu illi Ioannes rotam Indicam rem accuratè commendat: conuertendis ad Christum ethnicis, neophytis in fide firmandis insistat, Lusitanæ ditio nis arces atque præsidia lustrer, deptauiatos corrigat mores; de quæ omnibus rebus quàm diligentissimè ad se perscribat. Postremò, quo sibi aptiorem & expeditiorem fore prouinciam intelligat, transmissum ad se ex vrbe Roma diploma litterasque Xauerio reddit; quibus cum Summus Pontifex Nuntium Apostolicum in regionibus Indicis ampla cum potestate creauerat. Et Xauerius Regi quidem paucis ita respondit, vt cùm eximia illius benignitati gratias ageret immortales; tum verò, quòd ad procurationem Indicæ rei pertineret, sese, quantum liceret ac posset, serui fidelis officio functurum esse reciperet. Regiis verò curatoribus; & Castanetiano præsertim, complura in vsum navigationis identidem offerenti, aliquandiu obfirmato restitit animo: dein, ne per contumaciam superbiamve cuncta respuere videretur, petPELLI se tãdem est passus, vt sibi comitibusque duobus (nam ad Paulum Italum, paucis illis diebus, studio pietatis incensus accesserat Franciscus Mansilia Lusitanus) singulas crassiore textu lacernas ad arcenda circa Bonæ spei promontorium Antarticeæ plagæ frigora, itemque sacros aliquot libros, cuius generis inopia laborare India dicebatur, in nauim imponi permetteret. reliqui verò commēatus atque viatici genus omne reiecit; cùm ita diceret: suscepto paupertatis voto, & vnus Dei causam agenti sibi nequaquam esse de crastino laborandum. Hörtate dein dynastã, vti puerum saltē vnum

adsumeret, victus quotidiani administrum; Mihi verò, inquit Xa-
 uerius, dum pedibus manibusque vti licet meis, opus ministro non
 est. Cùm ille nihilominus vrgeret ac ptemeret; indignum ea fore
 persona quam gerebat, affirmans, si in tanta vectorum ac nauatarū
 verba palam conspiceretur, aut vestem ad nauis marginem abluēs,
 aut cum catetis ollam foco in quotidianos cibos imponens: At qui
 clarissime vir, Xauerius inquit, dignitatis tuendæ, artes istæ & præ-
 cepta quæ narras, quò vides loci Christianam rempublicam addu-
 xerunt. itaque mihi & ollas, vbi res postulauerit, inspectante po-
 pulo, non attrectare solùm, sed etiam tergere & lauare pannos, &
 infima quæque, modò peccatum absit, obire ministeria certum est.
 Cuius veritate responsi & in præsentia œconomus vocem inclusit,
 & magnam apud eum de se in perpetuum præclaræ cuiusdam ac
 diuinæ sapientiæ opinionem reliquit: quam Castanerianus postea
 prædicare libenter solebat; illudque crebris vsurpare sermonibus,
 in elassis discessu, non minùs cum Xauerio sibi certaminis fuisse,
 vt plus acciperet; quàm cum aliis hominibus, vt ne plus
 exigerent. Ab eo colloquio, & Simonis deinde amicorum-
 que complexu, Prætoriam nauim Xauerius Regis iussu conscendit.
 ibi verò, quàm in omnes partes fructuosa eius caritas & industria
 fuerit, quo faciliùs possit existimari, pauca de vniuerso genere clas-
 sum Indicarum hoc loco præfari est necesse. Præter nauigia per-
 multa, quæ variis anni temporibus ex Olisiponensi portu ad alia
 atque alia commeant noui orbis emporia, quatuor ferme vel quin-
 que in Indiam onerariæ destinantur, magnitudinis aded vastæ, vt
 cum inflatis aura secunda feruntur velis, oppidi propemodum in-
 stat obtineant. Harum singulis, præter commeatu, instrumenta
 mercæque, complutes hominum ordines vectari mos est. Primus
 ordo, nauticæ multitudinis, ii certis inter se legibus ac disciplina
 constricti, cursum ex arte moderantur. Secundus est præfectorum
 ac magistratum, qui vel ad obtinendas arces ac maria; vel ad jus-
 dicendum, & cutanda publica negotia, in orientem ab Rege
 mittuntur. Tertius militum, qui que ad naues tuendas, qui que ad
 ludica præsidia suppienda, conscripti sunt. Quartus est mercato-
 rum, qui cum vxoribus interdum ac liberis in colonias Indicas mi-
 grant. Accedit famulorum ac mancipiorum ingens numerus. Nec
 desunt medici, seu quos vulgo physicos seu quos chirurgos appel-
 lant. Populus vnius onerariæ in vniuersum capitibus modò sex-
 centis, modò octingentis, interdum etiam plus mille censetur;
 & obuersante plurima leti specie, culeum è sparto & linteum
 quisque secum in nauim infert, quibus insutus, si diem obire
 conti-

contigerit, deiciatur in mare. Porro, cunctorum explandis animis
 & rei diuinæ procuranda, in mercenarius plerumque preest: qui mo-
 rientium vbi confessiones audierit, & mittendos in pelagus lu-
 stralibus aquis & piaculari preceatione fuerit profecturus, nimirum
 sat suo muneri, sat legi factum existimat. Ab Olisipone Goam, in-
 de Cocinum, coemendi maximè pipetis causa, nauarchi petunt
 is cursus, vt nullus grauior interueniat casus, quinto haud citius
 mense conficitur. interea, pro locorum ac temporum varietate,
 modò cadentibus ventis, malacitè lentissima tactia; modò se-
 uientibus procellis, iactatio vehemens, sæpe sine exitu nausea, fi-
 stidium cibi, terror assiduus, diuturna infomnia toleranda; adde
 malignè diuisa & sepe numero vitiosa cibaria; vicissitudines
 immoderati caloris & frigoris; grauitatem cœli sub æquinoctia-
 li maximè plaga, quæ superando Bonæ spei promontorio, semel
 iterumque trajicitur. Ad hæc, non leue incommodum in ipsi
 quoque habitatione consistit. ab ima carina ad summam nauis or-
 ram contignationes quatuor vel quinque artolluntur. in infima,
 nautici saburram ad æquilibrium sternunt; in ceteris tormenta
 constituunt, vasa disponunt; mercimonia capsasque constipant.
 vectoribus admodum exigua sub iis tectis agendi spatia relinquitur.
 à prora puppique gemina in pugnam surgunt castella. in ho-
 rum vtroque, & simul ad gubernaculū, ligneas casulas ac tuguriola
 fabri concinnant. hæc, qui sunt pecuniosi, magno in breuē tem-
 pus conducunt pretio. cætera turba, ni seuiant venti, prout cuique
 datur, sub dio in angustiis cubat. sin atrocior tēpestas discursum
 nauarū ad repētina imperia postulet, pauidi cōsertique sub tabu-
 lata coguntur. ibi, concluso halitu æstuque, teterrius odor sen-
 tinæ pædorque & illuuiēs afficit corpora. Inde cum graues alii
 motbi, tum verò lethargi, apostemata, febres variæ, fœda oris vl-
 cera, & purulenti gingiuatum tumores existunt: & ipsos etiā haud
 rarò sacerdotes medicosque corripunt. Iam, in tanta plebis col-
 luuione, militumque licentia, quot quantæque sint labes animo-
 rum ac vitia, enumerare superuacaneum est. tacitus ea sibi quisque
 subijciet. Omnem hanc benemerendi siluam, & sempiternæ glo-
 riæ segetem, in sua navigatione Xauerius habuit. Martinus Al-
 phonius Sosa cum summo imperio præerat classi, Prætor Indiæ
 designatus, qui in eius maris præfectura paulo antè præclaras ges-
 serat res. Huic primùm Xauerius & affectis eius apparitoribusque,
 ad iustitiam colendam ac fidem, plena prudentiæ, plena salutis
 monita per occasionem dabat: tum ad aliorum animos pariter sa-
 nandos & corpora, omnes conferebat vires, excitare afflictos, con-

solari morēntes, ad sidere ægrotantibus, interdum etiam iisdem
 sua manu condire & coquere cibos, præbere sorbitiunculæ, atque
 vitæ instillare succum, sternere lectos, ac sordes euerrere: quibus
 esse spes vitæ, hæc, avertendi cœlestes iras, & mores in posterum
 corrigendi præcepta inculcare: quorum deplorata esset in terris
 salus, in æternæ vitæ facere spem, & simul ad supremam pugnam arma
 contra demonum incursus ac petitiones induere: valentes, ad of-
 ficia pietatis & humanitatis hortari; detrahentes de aliorum fama,
 ferentes iurgia discordiasque, vel impia in superos verba jactantes,
 vel rem alea dissipantes, leni simul & graui oratione compescere;
 plurimam diuitiarum justitiæ tum elementis mentionem & re-
 cordationem inferre; controuersias rixasque dirimere, lenire odia,
 religionis ignaros ac rudes Christiana doctrina instituere, omnibus
 omni ratione prodesse. inter hæc, se ipse inuictum ab omni pertur-
 batione præstare, cibo potuque, uti parcissimo; nec dies modo totos
 exercere, sed etiam noctes: & fatigatos vigilia cadentesque oculos
 tandem in opere continere, quoad somno & lassitudine oppressus,
 ubi ubi fors ferret, tandem aliquando succumberet. Atque ex hoc tam
 abjecto, tam in speciem seruili genere vitæ, tantum abest ut quie-
 quam vel de auctoritate vel de existimatione perderet; ut eum
 summi, infimi que, tamquam salutis omnium præsidem, & de super-
 nis demissum sedibus, intuerentur. Inde primum & patris, & sancti
 cognomentum inuenit: sic enim in oriente postea semper & voca-
 tatus & habitus est. Ceterum in hoc itinere, Xauerii virtus eo ma-
 jorem habuit campum; quo tardius illo quidem anno ab Lusitanis
 nauigatum est, non nisi Augusto mense exente ad Mosambicum
 deuenere: ibi ad Aprilem usque hyemare coacti sunt, & egris, qui
 permansi erant, in regium nosocomium de classe deportatis; in eo-
 rum famulatu pater tanta denuo cum assiduitate vigiliisque ver-
 satus est, ut præ sui corporis negligentia grauem & periculosum in-
 morbum inciderit; in eo morbo cum maxime arderet febris, teneri
 non poterat, quin, vacillante corpuscule, periclitantibus tamen ac
 moribundis adesset. in iis, nauticum infimæ sortis adolescentem, cui
 exitiale exitum haud sine causa metuebat, de faucibus tartari, si qua
 posset, eripere statuit: jacebat miser humi, destitutus ab omnibus;
 eique per extremam phrenesim (quod erat in primis dolendum) ad
 detestanda & confitenda crimina tali tempore neque mens neque
 sermo constabat. Hunc tolli a valentioribus iussum, in suomet
 cubili Xauerius collocat; ad eum contactum (mira dictum res) con-
 festim ad se iuuenis rediit, & peccata Xauerii ritè confessus, ma-
 gna cum salutis æternæ spe sub vesperam excessit de vita. Inter
 hosce

hosce labores exhaustam hyeme; Prætor Sosa, quod certis de causis præuenire cuperet, quæ prima facultas nauigandi fuit, rostrata maiore celeriter antecessit; neque Xauerium, viribus utcumque receptis, ab se diuelli permisit. Paulus & Mansilia in nosocomii procuratione, quoad classis abiret, iussi persistere. Xauerius interim de instituta vitæ consuetudine remisit nihil. certam ei nauis partem ibi quoque Sosa in hospitium assignauerat. hanc item pater alijs egentibus vltro concessit. ipsi, pro culcitra funis anchorarius in spiram conuolutus, pro cervicali fuit ipsamet anchora. Ex itinere primùm ad Melindem, tum ad Socotoram nauis appulsa. vtrouique; in erudiendis ac subleuandis hominibus, pro temporis breuitate, Xauerij nauitas ac diligentia constitit. Goã deuique anno seculi huius quadragesimo secundo peruentum est, pridie nonas Maias, quo die Romæ quondam sanctus Ioannes Apostolus ex olei fetuentis dolio illæsus cinerit. Descensione facta, Pater ad Regis valetudinarium, vti solebat, extemplo se confert. Eodem paulo post cum classiariis ægrotis Paulus & Mansilia comites magna omnium gratulatione succedunt. Goanæ tũ Ecclesiæ præstat Ioãnes Albuquerqueus, (de quo supra commemoratum est) præstanti sapientiæ Pontifex. Ad hunc Xauerius, antequam vllam reipublicæ attingeret partem, adiit honoris & obsequii causa; eique sine ambagibus id quod erat exposuit: se Pauli Pontif. Max. & Ioannis Regis Lusitaniæ missu, ad impertiendum ezhuciseuangelium, stabilicndos in fide neophytos, Christianos aduenas & inquilinos pro viribus adiuuandos, in ea loca venisse. attamen, ita sibi certum esse fixumque: communis rei nihil omnino, nisi ex ipsius Episcopi auctoritate ac sententia gerere. Simul, Pontificias litteras, quibus Nuntius Apostolicus fuerat declaratus, eidem offert venerabundus: ac profitetur, se se iure illo ac potestate nequaquam vsurum, nisi quatenus episcopus ipse permiserit. Hac seu altitudine animi seu modestia captus Albuquerqueus, illico ruit in amplexus viri: perlectum probatumque diploma restituit: postremò, etiam atque etiam Dei seruũ adhortatur, vti animo soluto ac libero Christianam rem præscripto summi Pontificis administrat, valde confidere se se, illius aduentum, ad Indiæ ecclesiæ vel tutelam vel amplificationem, magnopere profuturum. neque in præsentia modò Xauerium comiter ac libenter accepit; sed etiam in posterum præcipuo semper tum in honore tum in amore cunctis approbantibus habuit. Ab ea salutatione regressus in domicilium hospitale Xauerius, consueta pietatis & caritatis munia cum suis obire perrexit. Præter hæc, salutatem publici catechismi ritum

in regionibus ijs vtiq; primus instituit. Quotidie ferme prodibat ipse cum tiutinnabulo, & ingentem promiscuæ turbæ numerum in templa cogebar. ibi rectæ fidei capita, & Christianæ vitæ præcepta, vulgi sermone breuiter ac dilucidè comprehensa, (quæ ipse postea certioribus ad modulandum adstrinxit numeris) decantabantur hoc ferè pacto: Verba præibat pater, inflexis ad aures populi demulcendas leniter vocibus. easdem voces reliqui exemplo reddebant. id cum pro populi captu bis terve ac sæpius fieret, stquebatur, vt sonus ille, ad aures blandè ac suauiter accedens, iutegra paulatim sensa totasque periochas penitus in pectora demitteret vulgi. Ad extremum, vt silentio indicto symphonia cunctiqueuerat; certos ex eadem institutione locos, Dei famulus fusè at populariter explicabat. Ita pueruli, feminaeque, ac tarda plerunque mancipia, paucis horis ac pæne indubundi, multo plura pertipiebant de rebus altissimis atque diuinis, quam illa noua ac vtrius Academia, lycæumq; illud inclytum, & omnes antiquæ philosophorum scholæ, tot seculis, tanta cōtentione, tantis lucubrationibus extrudere valuerunt. Hæc tum in vrbe Goa per hyemem à Xauerio gesta: & simul, optimatum rogatu, Paulus Camers, diuini Pauli seminario collegiōve, quod iam puerorum numero haud paruo constabat, administrando regendoque præpositus. At Xautrius, quodd per eos dies de recentī Parauarum & Piscariæ gentis conuersione cognorat, Mansilia comite ad eos educendos & confirmandos vere incunte profectus est. ij populi, vti suprâ docuimus, magna Michaëlis Vasæi & sociorum alacritate, salutaribus illi quidem abluti fuerant aquis; cæterum eius mysterij vim, & reliqua ecclesiæ sacramenta, itemque precandi formulas, & Christianæ fidei articulos, & legis diuinæ præcepta penitus ignorabāt. Neque sacerdotibus Europæis, quive Goæ quive Cocini degerēt, vlla ostendebatur facultas barbariæ illius eruditndæ: quippe in magna distantia locorum, & nullo propemodum linguæ commercio. ex quo niuirum facilè conijci potest, dum peregrinus homo Xauerius ignotum sermonem addiscit, cæcamque ignorantie noctem ex ijs mentibus conatur expellere; quam graues illi miseræ, quātus molestiarū cumulus fuerit perferendus. Cum Brachmanis præcipuè magna seruo Dei fuere certamina. Abduci à se populū, fraudesq; suas ac mendacia detegi, mortis instar ducebant. cumq; à vi cordibusque eos turbarum absterret metus, frustra Euangelici præconis linguam donis ac mercede alligare sæpe conati sunt. Interea, vicino quodā in oppido, quod tyranni metu in patria superstitione perstabat, femina, quartū iam diem ex partus diffi-

cultate grauissimè laboranti agentique animam, Xauerius accitus interuenit. fidei summam exponit: certum ad salutem iter ostendit. assensa est mulier, baptismum experit, illico peperit. ea re adducti propinqui, dein populares vniuersi, tyranno mitigato, repudiatis idolis, Euangelio credidere: quos omnes probè institutos pater sacro itè baptisate proluit. Hæc & alia plurima Xaucium mirè districtū habebant: atq; vbi quod in præsentia satis esset, eodè substiterat loco, delectos ex omni Christianorum numero hypodidascalos (ii patrio sermone canacapoli vocantur) & probitatis & ingenii laude præstantes, in ea locabat specula, qui ceteros in officio continerent, sacras tuerentur ades, baptisate fungerentur; & si quid accidisset grauius aut difficilius, consignatum inter ea litteris memoriæ causa; postmodum ad se referrent. Hisce vicariis commendato grege, ad aliud ipse aliudque deinceps oppidum aut pagum pedes, & quidè sine sacculo semper ac pera, transibat. Vbi ora omnem, iis quæ dixi caritatis officiis, & prædicatione Euangelii peragrauerat, orsus iterū à capite eandè pari diligentia prouinciam obibat, pensum cum a cæteris Christianis, tum verò a cenacapolis exigens. Atque huic hominum ordini, quo commodius tam pax ac necessariæ functioni vacarent, certum auri pondus impetrauit quotannis in Lusitanæ Regiæ socculos ab Indis cõferri solitum; cum quidem ad Catharinam scribens, Ioannis vxorem, insigni virtute ac pudicitia feminā, haud ineptè lusisset, nullis eā soccis æquè facilè scansuram in cælum, ac præcibus neophytorum, in quos Christi causa id opis ac beneficentiæ contulisset. Amplius annū Dei famulus in Paraua regione traduxit, eūque Domini agrū ad eò reliquit probè cultū & cõstrum, vt hodie in primis totius Indiæ felix ac fertilis habeatur. Harum rerū fama cõmodi Macoz finitimi populi è Trauancoris regno ad Comorini latus occidentum, Parauis multitudine ferine pares, Xaueriū ad se baptisati causa pet supplices nuntios ac litteras euocant. ille profectus, eodè & institutionis & peregrinationis ordine, plus decè hominū nullia vertente mense ad Christū adiunxit. noui dein ad eum cõcursus quotidie fieri, atque vbi patrio sermone proposita principia Christianæ doctrinæ didicerant, cum alia suspicere, & laudibus in cælum ferretur; tum verò ipsa præcipuè decè diuinæ legis præcepta mirari, quàm illa æquittatis plenæ essent, quàm vera, quàm rectè rationi consentanea. oblatam sibi è cœlo haud dubiè lucè gratulari inter se, deplorare suam & maiorum suorum amentiam, qui ad eam diè in tam densis errorum tenebris ac tanta vitiorum fœditate iacuissent. inde se mutuò ad Christianam religionem adhortari: mox cateruatim ad

Fontem eternæ salutis accurrere. Hisce abluendis cum maximè instaret Xauerius, noui è Manate legati superueniunt, id ipsum orantes: hoc nomine insula est, extremæ Ceilano ad septentriones appositæ. eam quoque gentem, ne ipse ab inchoato opere abduceretur, missis interea pro se idoneis utrunque viris, inquit. Is verò ager, non fidelium modò, sed etiam martyrum vberem segetem paucis diebus effudit. Si quidem Iafanapatani Ceilaniæ terræ tyfanus, cuius in ditone erant Manatenses, idolis ad insaniam deditus, audita re, insitam ingenio feritatem nouellos in Christianos exercuit. Immissoq; satellite, partim eorum occidit, partim variis suppliciis per summam indignitatem affecit. pauci ex insula in continentem elapsi, (in iis regibus quidam adolescens) terrestri leucarum amplius ducentarum itinere Goã usque se contulere. ibi ritè instituti omnes, & mystico partu renati sunt. Neque hac tantum regione se se tenebat animorum ardor. Macazares quoq; leucas in ortum quingentas ab Cocino disiuncti, Christianos doctores maiorem in modum expetebant. ii legatos primum ea de re ad Antonium Galuatum (vti supra commemoratum est) miserant. Galuani iussu cum ad eos tenderet, Franciscus Castrius, aduersa tempestate prohibitus, Ternatem redierat infecta re. Felicius deinde nauigauit, cum Sola Indiam regeret, Antonius Paiua, coemèdi sandali causa, missus in easdem insulas ab Rheterico Vaxo Pereria, Malacæ Prefecto. Iam antè in illis emporiis negotia gesserat Paiua, ac proinde multos ibi notos habebat, neque erat Macazarici sermonis ignarus. Vt in Supanos deuenit, (hoc nomine gens est) Rex ipse, iam septuagenarius, in primis totius Macazaris potens & bellicosus, vltro (quæ facilitas Regum illorum est) ad inuisendum aduenam accessit. Filium ducens secum, annos quindecim natum, itemque adolescentulas, aureis armillis ornatas, triginta. Eo comitatu cum ad portum venisset, accepta salutatione redditaque, variis de rebus, vt fit, tum peregrino mercatore sermonem instituit. inter cætera quasi nit ex eo, quid ita Lusitani Mauris (sic vulgò Mahometanos appellant) infensi infestique potissimum essent. Ea occasione arrepta, Lusitanus, in hæresis Mahometanæ vitia, & ipsius auctoris ambitionem, fraudes, auariciamque pro ea quam habebat fandi copia inuectus; iis dein vitiis fraudibusque, veritatem, ius, fasque Christianæ religionis opposuit; deque ipso Christo Dei filio, generis humani liberatore, nonnulla subiunxit. Inde affirmavit nomini Christiano cum sceleratissima & corruptrice animorum secta proprium ac perpetuum bellum esse susceptum. Omnia Regi probabilia admodum visa: & quodd iam aduersperaseret,

domum regressus, Paiuæ xenia misit ad nauem. Postero die, ac sepe deinceps, multa ex eodem sciscitanti perrexit: in iis illud etiam, quisnam esset Iacobus quidam, quem in præliis inuocari ab Lusitanis, ad se Mauri detulissent. Ad hæc Paiua, de Christi discipulis ad Euangeliū prædicandū a magistro dimissis, pauca perstrinxit in iis, præcipua sanctitate meritisque fuisse Iacobum, qui primus latissimum Hispaniæ, patefacti hominibus cæli, nuntium atrulisset: atque ideo in eius præcipuè Apostoli tutela ac patrocinio Hispanos latere vniuersos. ac proinde, inter dimicationem ab iis inuocatum contra Christianæ fidei hostes adesse fulgentibus armis horrificum, igneo equo insidentem. eius rei vel Mauros optimos esse testes, qui cõserta cum Lusitanis pugna, plures ipsi ac paratiores tali viso non semel cæcam in formidinem fugamque precipitem acti sint. Sub hæc Paiua è Christianis institutis, de inuocatione præsidioque cælestium, pauca disseruit. Cùm hæc, & alia id genus complura, mira quadam approbatione per eos dies audisset Rex, neque tamen de capessenda peregrina religione statneret quicquam; Paiua, quòd in eò emporio tempus vltra negotiandi non esset, ad Siani regnum leucas inde quinquaginta processit. Cum Siano Rege familiaritas intercedebat Paiua, quippe apud quem egrorus olim in hospitio fuerat, multaque cum eò de Christianis iniuriis egerat. Hunc vbi adesse cognouit Rex, confestim ad eum, iactis procul a portu anchoris in salo stantem, prior vilendi gratia transmisit. & mirifica quadam ex eius aspectu voluptate perfusus, post mutuam salutationem: Auguror, inquit, faustum ac felicem mihi meisque tuum esse aduentū, o Paiua: quãdoquidem, ex quo te aspicio, tanto ac tam noua me gaudia pertentant. multo dein ac suaui cum peregrinis habito sermone digreditur. Insequenti luce, cùm ad eum salutandum honoris causa vicissim in urbem Sianum Lusitani venissent, conuersus ad Paiuã Rex; Caue, inquit, putes excidisse mihi, quæ, hic apud nos cùm esses, de vestra nationis in vnum Deum fide ac pietate narraisti, hęc tunc ea mihi penitus infixæ; neque vnquam ex eò tempore voluntas mihi eiusdem amplectenda ac profitenda fidei defuit. Sed hæc tunc me populanti merus, si ab auitis instituti, abscederem, nec non existimationis ratio, si, grandi iam natu, repente immutatus viderer, ab hoc tam honesto consilio retardarunt. easdem ob causas adhuc animi pendeo, teque pro amicitia conulo, quid mihi faciendum putes, ac simul queso vti coram hisce proceribus (adstabant autem plures) aliqua de fidei vestre mysteriis, deque hominis Christiani officio dilleras. Tum Paiua, se indoctum præfatus, ac minimè dignum qui

tam sublimia tanque diuina tractaret, ac nihilominus incenso pii Regis studio pro sua parte non defuturum, orsus à primo decalogi præcepto, cætera singillatim deinceps quam planissime potuit explicauit: eaque cuncta summariim ad illa duo capita redigi ostendit, amoris erga Deum & proximū. Magno assensu, Regis præsertim, ea oratio audita. sic ille abiit dies. Postero, eadem scholæ pari auiditate teperuntur. Paiua, ad ea que tradiderat, sermonē adiunxit de officiis operibusve misericordiæ, quæque ad corporis queq; ad animi auxilium pertinent, usque operibus præcipuas Christiani muneris partes docuit contineri. Ab ea peroratione dimissus Paiua, proximo die reuocatur in reglam. ille, Deum enixè precatus, ut mortalibus cæcis lumen aliquot æternæ veritatis offerret; ad vrbem properauit, in rerum diuinarum cogitatione ita defixus, ut via laboreim ac tempus omnino sefellerit. Vbi ad Regem peruenit, adstante nobilium corona, rursus de Christianis præceptionibus verba fecit. exinde quæsiuit ab eo Rex, num quid de mundi creatione cognosset: ille, totam eius creationis seriem à sanctis hominibus & prophetis conscriptam esse respondit. Cum, Sanctus quidnā sibi vellet, rursus interrogasset Rex, (id enim verbum Paiua reddere Macazaricè nequierat, propterea quod ii populi, ut sanctitatis ipsa re, sic etiam vocabulo carent) sanctos esse, inquit, eos, qui proposita nuper ab se præcepta seruarent, ac se quam maxime à corporis contagione seiuengerent. huiusmodi fuisse rectæ religionis interpretes, Dei plenos; ac proinde nullum in eorū scriptis inesse mendacium. Tum Rex, quid est, ait, mendacium? Atqui, ut ad hoc respondeam, (inquit Paiua) liberali venia est mihi abs te opus, o Rex. quod si nihilominus acerbæ & aspera mea tibi visa erit oratio; peto quæsiōque, ut omnem in me vnum iram exerceas: Lusitanos meos cum suis rebus incolumes abire permittas. Cum ille continuò quidlibet expromēdi potestatem fecisset, Scire aues, inquit, mendacium quid significet. Ego verò nulla computatione huiusce tibi vocabuli vim facilius aut clarius demonstrauerim, quam ista ipsa quam vos agitis vita. Cum enim IESVM Christum, Dei filium, totius veritatis auctorem, penitus ignoretis; sic fit, ut erroribus infinitis impliciti, à veritate semoti, in ipso mendacio volutemini. Cum hæc & eiusmodi maxime dicerentur, subito coactæ nubes, magno cum cœli fragore, tonitribusque, & procellis, ingentem vim imbrium effudere. quæ res eo & mirabilior visa est, & gratior accidit, quo maiore eam detrimēto frugū, diuturna siccitate laboratum in iis regionibus fuerat. Cum dein Regē vrgeret Paiua, ut in Christi verba sine dubitatione iuraret; ill:

nouem insuper dies ad deliberandum sumpsit. Obstabant egregia ipsius voluntati maximè sacrificuli, quos vocant Becos, teterrimū genus, in quemadmodum Satanæ ministros decet, ipso amictu ornatuque corporis, muliebrem sexum certatim ementiri non dubitant, expilant faciem, crines alunt comuntque: dētes artificio quodam inaurant: denique fractis motibus gestibusque luxum atque molliem produunt. iisdem feminam artigisse capitale est: ardenti vivus crematur pice qui tale quippiam admiserit. at verò ipsi, (quod vix auditu fas sit) certis inter se legibus nubunt: & praua insuper vulgo serentes dogmata, miseram gentem nefariæ turpitudinis ac superstitionis implent. igitur hi præcipue ab noua religione absterrebāt Regem; quippe qui omnibus adsueti flagitiis, Christianæ seueritatis & castimonie nomen horrerent. Accedebant ad labefactandum, si qua possent, Regis propositum Mahometani quoque complures, qui mercaturæ causa in eius regnum ex Vgetana, Patane, Patane conuenerant. Horum sceleri & conatibus dū obuiam itur, Supanus interim Rex, bene comitatus, ornatissima classe, nec opinato superuenit. ac primum omnium interrogat Lusitanos, num Sianius Christo se addiderit. Cū ab his responsum esset, Sianium cunctari deliberandum adhuc; Supanus, in re adeò salutari, tam longa deliberatione, quid opus est? inquit. ego quidem, nulla interposita mora, Christianum me volo fieri. Tum Paiua, quod sacerdotibus careret, ipse per se perque suos raptim ara excitata, quam maximè festo apparatu, Regem sacro baptismo ritè lustrandum curauit à quodam e comitibus, cū cætero corporis habitu, tum ipsa canticis venerando. post Regem, alii quoque complures amici & propinqui eodem sacramento expiati. Regi Ludouici nomen impositum. cætera cohors, alii aliter appellati. Summa dein cum lætitia & gratulatione bombardæ perstrepuerunt; reiquæ gestæ fama longè ac latè manauit. eo exemplo incitatus tandem aliquando Sianius, omni contempto periculo rupit moras. a Paiua ipso cū primoribus aliquot baptizatus, Ioannem appellari se voluit. Bonorum ingenti gaudio celebratis hic item dies: & Reges ambo, præter veterem amicitiam ac vicinitatem, nouo insuper sacre necessitudinis ac societatis vinculo magis magisque constricti. Abeunte dein Paiua cū suis, veriti, ne duce ac magistro destituta gens, breui pristinos in errores ingeniumque recideret; oratores ad Malacæ præfectum implorandi tam necessarij iulidii causa misere. Hic admodum Euangelii cursus, (quod quidem existet) gerente Praturam Sosa, per triennium fuit. Interca Prator ipse, tuendæ atque administrandæ provincie diligentet operam

operam dederat. Is, vt primùm Goam est delatus, in ito magistratu, hyemem totam ferme iure diuino consumpsit. atque illud ab eo imprimis laudabiliter institutum, vt sexta quaque feria valetudinarium publicum ad consolandos aegrotos inuideret: ibidemque rei diuinæ palam interesset. custodias præterea singulis hebdomadis adibat: victorum cognoscebat causas, curabatq; vt, salua equitate ac fide, quamplurimi soluerentur. idque toto præturæ tempore solenne seruauit. Exacta hyeme, præfecturas de more distribuit. ipse ad Baticalæ Reginæ ferociam edomandam arma conuertit. Hæc mulier, stipendiaria Lusitani Regis, non modò vectigal dudum abnuebat pendere; sed etiam piratis & hostibus nominis Christiani tutum in suos portus dabat receptum. Sosa, quadraginta nauibus, in quibus præter auxilia Lusitani erant mille quingenti; ad Baticalam profectus, in ipso portus aditu consistit. inde missi ad Reginam, qui debitas pensiones, & præterea piraticas parones, ad vnum exigere. illa, metu repentino ista, quatuor in præsentia mittit parones. inde, cum varias ad frustrandum excusationes afferret, descensione facta Prætor instruit aciem. Mahometani primò è palmetis in hostem, intrepidè subeuntem, variis generis tela conijciunt. dein, vbi ea sperni sensere, ad urbem citato recedunt gradu. ibi rursus conglobati in conspectu liberorum & conjugum (nam Regina tum aberat) prælium instaurant. anceps aliquandiu dimicatio fuit, sed inferente se acrius Lusitano, fusi per agròs fugatiq; omnes, oppidum nullo defensore caprum & incensum est: è Lusitanis desiderati duodecim, vulnèrati complures. è barbaris maior multo numerus cecidit. Caterum in ea pugna insigni traditur facinus Fracisci Almeidæ Scalabitani, is, conspicatus commilitonem in extremo discrimine, hostiles manipulos impetu capto perripit, circumuentum Lusitanum egregiè protegit: & in eodem hæres vestigio, intentos in se mucrones ac tela tandiù sustinuit, quoad suis ad opem utriusque ferendam spatium datum est. ita, coronam is quoque ciuicam, populari seruato, præcipuam victoriæ laudem, absterro Mahometano protulerit. exinde Prætor, succedentibus in orbem centuriis, Baticalanos fines, non intermissa dierum aliquot clade, vastauit. ac metu in alique demum, Reginam & consularios, ad piraticas tradendas naues, petnumeranda stipendia, & pacem renouandam adegit. postremò victor incolumi classe Cocinum petiit: ab Cocino dimissis varia in loca nauib; in vrbe Malaca primus portorium & scripturæ magistròs instituit: ex quo ad regia vectigalia non mediocris accessio facta est. Inde Goam in hyernam, cupidò incescit Tremelani delubri exspoliandi, credo,

quòd eo cultu ac donariis indignum idolum dueret. in Coromãdelio tractu delubrum id est; eum cætera superstitione, tum auro ac diuitijs inclytum. in eam rem Sosa, permultis iisque aptis remigio nauibus, quo facilior esset ad terram appullus, & tribus ferè armatorum millibus, ineunte verè eum ab Goa soluisset, vixdum in altum euectam classem atrox tempestas oborta panè demersit. maximo in periculo prætoria ipsa titemis fuit. dispersæ ceteræ, Cocinum denique renuere. Inde ad insulam processere, quam à vaceis appellant. ibi ab exploratoribus cognitum, Coromandeliû littus omne, contra quàm Prætor ab aliis audierat, asperum & importuosum esse: nullam ibi tutam stationem fore. Hoc nuntio reuocatus, ne nihil omnino tali apparatu egisse videretur, ad Colanum repente flexit. ibi arcem, vti docuimus, Lusitani habebant. Rex erat socius: ac tum ab vrbe cum exercitu aberat, bellis finitimis occupatus. ab arce leucas circiter quatuor, à mari non plus vna, distabat fanum, in quo magnam item pecuniæ vim asseruari ferebat fama. Prætor in terram egressus, per speciem amicitie paulatim ad locum progredi. populus mirari quid in pacata regione sibi vellent armatæ Lusitanorum cohortes, vbi templum intrantem vident Sosam; tum demum sensere quid peteret. ex templo reliquias militum ex agris euocant: atque ad naues redeuntem Lusitanum angusta ac depressa via (quod ad Calecutum olim Albuquerque euenerat) è superiore loco, siluisque ac sepibus, Naires minus centum adorti, sagittis ac fistulis magno detrimento affecere. Sosa, cum agmen elauderet, ex equo degressus, quo minus ad ictus pateret, ferme triginta suorum amissis, vulneratis compluribus, ægre ad mare peruenit, haudquaquam satis magno operæ pretio: siquidem effossis templi penetralibus, auream ollam extraxerant numulis argenteis plenam, quos Indi fanones vocant, neque sestertium plus vnum continent singuli. Eam ollam Ioanni Regi dono missam, consulti Pontifices reddendam Colanio censuerunt. reueta quamprimum in Iudiam, & eodem loco Regis iussu reposita est. Per idem tempus, crescendi, ex aliorum malis, præelara se Lusitanis dedit occasio. Inter Azedeëanem & Idaleanem (vbi sunt ex gentes ad omnem statum spei vel temporis mobiles & infidæ) nona odia & similtates exstiterant. Idalean Azedeëanem, beneficiarium & vectigalem suum, in regiam pro potestate euocabat. ille capiti metuens, pariterque thesauris, quos diuturna parcimonia rapinisque congesserat, palam imperium detrectabat. Inde mutuo sibi struere insidias, mox etiam bellum aperrè moliri, ac demum in eius belli societatem pro se vterque munerebus ac promissis Lusitanos allicere.

allicere. Inter cætera, Azedecan, exturbandi è malè parto imperio Idalcanis, consilium cepit eiusmodi: E stirpe Decanii Regis, quem à satrapis ducibusque circumuentum & captum fuisse memoraui-
 mus, Meales erat quidam. is, ad otium magis quàm ad arma natus,
 & sæuitiam Idalcanis haud sine causa pertimescens; veniam ab eod-
 em impetrauerat, religionis ergò secedendi Mccam. ibi eum vxore
 liberisque aliquandiu commoratum; Solimanus archipirata, de
 quo supra diximus, Indiam petiturus, auexerat, injecta quidem spe
 auiti regni recuperandi: sed, quod multo similius veri est, quo per
 eum, si res ita ferret, seditiones ac turbas in iis regionibus excita-
 ret. Hisce ergo promissis inflatus Meales, & comiter in classem ac-
 ceptus, in Cambaiæ deuenerat fines. Cæterùm à Lusitanis paulo
 pòst. victo & fugato Solimano, haudquaquam suis viribus fidens,
 ibidem in exsilio sponte substiterat. ea re cognita Azedecan, ex
 vrbe Bilgano, leucis ab Goa quatuordecim, per occultos inter-
 pretes ac litteras instare Garziæ Castrii Goæ præfecto, (nam Sosa-
 tum aberat) uti Mealem è Cambaia quamprimum accersat. is vbi
 Lusitano præsidio septus in terra Decania pedem posnerit, concur-
 sum ex agris vicisque, ab importuni tyranni odio, ad iustum ac leg-
 gitimum Regem extemplo futurum. se quoque in id ipsum paratas
 habiturum copias: & Lusitanos, Meali tum inopi egentique quibus
 velint impositis legibus, sicum in patria locauerint sede; pro insi-
 diofo & rapaci aecola, vicinum Regem ad omnia fidum atque op-
 portunum habituros, Hisce atque aliis rationibus facillè persua-
 sium præfecto, uti magnis pollicitationibus Mealem cum vxore li-
 berisque Gõam euocaret, Eò vbi peruenit; confestim admonitus
 Prætor, qui tum erat Cocini, Goam repetit. ibi in consilio dies a-
 liquot ançeps deliberatio tenuit. nam & pacem cum Idalcaue fa-
 ctam, repentrè violare, nefas; & Mealem vltro accersitum repentrè
 deserere, turpe non sine causa videbatur. Variantibus inde senten-
 tiis, cum aliquandiu hæssisset Prætor, tandem è dignitate fideque
 nominis Lusitani statuit esse, Mealis afflictas fortunas omni ope
 excitare, & eum Azedecane, iam diu id exoptate, vires atque arma
 conjungere. Habito delectu, clam dies ad reducendum Mealem
 præfectis edicitur. iam ad primos Decanii regni fines præstò erat
 popularium manus, Meali excipiendo submissa. Vbi dies affuit,
 Prætor ipse cum armatorum copiis Mealem sine fine gratias agen-
 tem ad litrus honoris causa deducebat. vix ad arcem Benestarini
 peruenerant, vnde in continentem ex insula trajectus est; cum se-
 uocatum Prætozem Petrus Faria Lusitanus, vir bello egregius, &
 magno rerum Indicarum vsu, monere etiam atque etiam instirrit,

integris rebus videret quid ageret; perfida barbarorum ingenia, inconstantiam rerum humanarum apud se reputaret: neu florentes tum Lusitanas opes cum perditis misceret exsulum rebus, neu Idalcanem tanta potentia Regem, amicum ac socium, sine causa laceraret. mittendi Mealis, quodcumque sit opus, arbitrium penes Prætorum fore: sedandi belli, si temere impueatur, non quoties libeat, facultatem fore. Hac oratione, & simul auctoritate viri, permotus Prætor, qui adhuc fluctuaret animo, repente, quasi noua res aliqua maioris incidisset momenti, redire vnâ cum Meale cunctos in urbem iubet. id cum initio sermonem æquè ciuibus atque aduenis præbuisset, sapienter dein factum apparuit, siquidem quindecimo ferme post die nuntius venit, ab Idalcanē debellatum esse. Profectus magno cum exercitu ab urbe Visapore, (ea distat ab Goa leucas circiter sexaginta) Bilganum acri obsidione cinxerat. Azedecan inclusus, urgente animi egritudine senioque, extremum obierat diem. eo demortuo, Idalcan urbem facili negotio captam diripuerat. magnas ibi opes, ingentem rei bellicæ apparatus inuentum aiebant. Hæc ubi Goam allata sunt, Prætor necessitatem in consilium vertit: celato quid nuper egisset; legatum victoriæ gratulandæ ad Idalcanem mittit. Mirè opportuna ea fuit legatio. Idalcan, inter ipsam rei tantæ lætitiâ, vel Prætoris officio vel ipsius legati dexteritate captus, Baudesios & Salseranos vicos agrosque, & extra suâ ditionem quicquid Azedecanis fuisse, Lusitanis attribuit; cum eo tamen, uti Mealem cum conjugè & filiis Malacam amandarent, ibique custodiendum curarent, ne ad nouos tumultus ciendos redire posset in patriam. Prætor, ea donatione gaudens, misit extemplo qui possessionem locorum adirent, & relictigalia nomine Lusitani Regis, ut olim, exigèrent. De Meale, incertis implicans responsis, callidè rem extraxit, neque ab Goa dimisit hospitem; verbo, uti in oculis populi Goani tutius adseruaretur: re vera, ut in tanta locorum vicinitate, hoc metu Idalcanem in officio contineret. ex eo tempore Meales nequiequam è proximo auita intuens regna, & Lusitani præfecti fidem implorans, Goæ in libera custodia dissimulanter est habitus. Hæc ferme ab Sosa Prætorè gesta; quem deinde virum, in Lusitaniam secundo cursu reuictum, & auctoritate florentem & opibus, præcipuo in honore semper habuit Rex. Cæterùm eius præturam vna res maximè fecit insignem; aperta per id tempus, & primùm cognita nostris hominibus, terra Iaponia. cuius de terræ & cultorum ingeniis ritibusque, tametsi non pauca dudum à nobis alibi tradita sunt, tamè hinc etiâ exponi quædam aut ex eo tēpore allata, aut etiam liquidius com-

perta, locus haud dubiè postulat. Quem igitur vulgo Iaponem vocant, eæ præcipuæ tres insulæ sunt, circumfusis aliis minoribus inter fluo euripo disjuncta. Prima & maxima, in satrapias aut regna tria & quinquaginta diuiditur: eius caput est vrbs Meacum; inde insula tota denominatur. alteram Ximum appellant. hæc satrapiis regniue censerur nouem. nobilissimas habet vrbes, Vosuquim & Funaium regni Bungenfis. Tertia dicitur Xicocum: satrapias aut regna continet nõ plus quatuor; insignis maximè Tosa vrbe regni cognominis. ita Iaponis vel regna vel satrapia (sunt enim complures in quas vocabulum regni minime conuenit) in vniuersum numerantur sexaginta sex. Totius terræ longitudo ferme in duæctas, vti ferunt, leucas excurrit. huic nequaquam respondet latitudo: decem tantum alicubi patet; summum triginta non amplius. de ambitu nil dum certi proditum est. Iacer ab Æquatore in arctum à trigésimo gradu ad trigésimum ferè octauum. Ab Oriente obuersa est noua Hispaniæ, centum & quinquaginta leucarum intervallo. A Septentrione, Scythas vel Tarraros, & alios ignotæ fertilitatis populos, ab Occidente adspicit Sinas, varia pro litorum flexu excursiue distantia: siquidem ab vrbe Liampo, qui Sinarum regnis in ortum est limes, ad Iaponis insulam Gotum, quæ prima inde nauigantibus occurrit, leucas numerant sexaginta: ab Amacano autem, occiduo Sinarum emporio, vbi Lusitani ferme negotiantur, ad eandem Gotum, leucarum ducentarum nonaginta septem trajectus est. A meridie, vasto mari interfuso, inexploratas habet terras, è quibus casu nautas olim quosdam in Iaponem delatos fama est, neque inde soluisse. Tellus, maxima ex parte, niualis æ frigidæ, neque admodum ferax. Septembri mense oryzam (is cibus est communis omnium) quibusdam etiam locis Maio triticum metunt: neque ex eo panes more nostro, sed genus quoddam offæ seu polenræ faciunt. Salubris cæli temperies: aqua bonæ: calidas etiam alicubi, medicos in vsu emicare cognitum est. Editi præruptique montes eum alii passim, tum duo præcipua nobilitate visuntur, quorum alter, incertæ appellationis, assiduè flammæ euomit; inque eius caeuine, cæcis hominibus, postquam voti causa diu se macerauerint, splendida circumfusus nube sese eacodem ostendit; alter Figenoiama nomine, leucarum aliquot ascensu trans nubes attollitur. E terræ visceribus incolæ varia effodiunt metalla: & longinquas nationes ea meree pelliciunt. Arbores vel ad amantitatem vel ad fructum ferunt haud absimiles nostris. vnius tamè, quæ palmam imitatur, ignoto nomine, admirabili prorsus ingenium. siquidem (vti perhibent) humorem quælibet reformidat:

si forte

si fortè maduerit, contrahit illico sese, ac veluti pestifero contactu marcescit. remedio est, auulsam radicem, in sole siccare, & in vaeu serobem scoriam ferri contusam vel sitientem arenam infundere: ibi, postquam aruerit, rursus depecta reuirescit, ac pristinum nitorem decoremque recipit. rami quoque decidui seu defracti, si clauo ad truncum affigantur, velut insiti coalescunt. Plurima verò variis locis exsurgit cedrus, tantæ proceritatis & crassitudinis, ut inde fabri, basilicarum columnas, & cuiuslibet quamuis capacis operariæ malos efficiant. Ex animantium genere, oues, porcum, gallinam, anserem, fardasque alias domi haudquaquam alunt Iaponii: si caro gustanda sit, ferina vescuntur. Campos, bouum & equorum militarium armenta: saltus atque dumeta, lupi, cuniculi, apri, ceteri pererrant. è volatilibus, phasiani, anates amnicæ, palubes, turtures, coturnices, ac siluestres gallinæ cernuntur. Piscis cum alio abundans incolæ, tum vetò fluuiatili trutta, seu silare, & marina tamquam alosa; huic honos plurimus. Butyrum nesciunt, oliuo caret, factitio videntur, è cetis ad littus eiectionis: pineas tadas ac faces, alicubi etiam paleas, ad lumen adhibet vulgus. Procera statura, si cui contigerit, & decore corporum habitu gloriantur. lenta plerisque viuacitas, firmæ vires: in sexagesimum vsque annum militaris ætas extenditur. Barbam alunt modicam, in capillo varius est mos: volscella depilat, pueri sinciput, plebei ac rustici dimidium caput, viri nobiles totum ferme, paucis ad occipitium relictis capillis, quos attigisse quempiam, contumeliæ loco vel maximæ ducitur. Mortalitatibus incommoda, famem, sitim, æstum, algorem, vigiliis, laboribusque admirabili patientiâ tolerant. in lucem editi, vel hyeme summa, proxius lauandi ad flumina deferuntur. ab ubere auulsi, venatu exercentur, & procul a matre ac nutrice locis habentur asperis, quod ita sentiant, uulla re magis infringi animos, quam molli ac blanda educatione. Storeis, culcitris in modum tumentibus nitidisque, pauimenta consternunt. in iis & somnum, subjecto ceruicibus lapide vel tigillo, & cibum capiunt genibus nixi, cruribus insidentes. Munditiarum apud eos haud minor quàm apud Sinas cura. paxillulis item ipsi duobus inter edendum ita scienter vtuntur, uti neque excidat quicquã, nec digitorum tersu opus sit. carnationem intrant excalceati, ne catastromata calcando conquinent. tenuiores, ad mare præsertim, visitant herbis, oryza, pisce: diuites, ad consuetudinem Sinarum, ornant splendide atque apparatus conuiuium. in singula sercula, sine linteis aut mappis, mutatur sua cuique conuiuium mensa è cedro pinuue, palmi ferè altitudine, binum dodrantium quadro, nitidissima, lectissimisque distincta coloribus, cibi cõfedi

in pyramidem exstruuntur, auro conferti, cupressinis ramulis ad gratiam prominentibus. nonnunquam etiam, rostro pedibusque inauratis aues integræ nobilibus patinis inferuntur. Hospitem & conuiuiam hilare ac libenter accipiunt. conuiuandi ac propinandi multas habent leges cum ritibus exquisitis: hæc cuncti diligentèr obseruant. Vsum vitis ignorant. oryza expriment vinum: sed ipsi quoque ante omnia delectantur haustibus aquæ pænè feruentis, insperfo quem supra diximus puluere Chia. circa eam potionem diligentissimi sunt, ac principes interdum viri suis ipsi manibus eidem temperandæ ac miscendæ, amicorum honoris causa, dāt operam: certasque habent ædium partes, huic ministerio dicatas: in ils focus assidue stat, cortina è ferto liquato superimposita. inde venientibus & abeuntibus amicis pocula porrigunt: hospitibus verò, in digressu, contemplandam etiam offerunt gazam, quæ apud eos maximi fit. ea ferme sunt illius quam dixi potionis instrumēta, focus & olla cum tripode, infundibulū, figlini calices, cochlearia, & vascula, tum herbæ ipsi tum pulueri, qui ex ea conficitur, adseruando. Hæc, utique certi generis, quod non nisi peritus eiusmodi rerum inspector intelligat, haud infertiore apud Iapouios habetur loco, (quandoquidem hæc opinione gentium constant) quam apud Europæos anuli gemmati & baccata monilia. Mira etiam dignitas, omni ornatu remoto, nudis gladiatorum laminis certorū opificum. prorsus, uti nonnullæ aureorum quinque circiter millibus æstimentur. Magnus insuper honos papyri plagulis quibusdā læuoris eximii, in quibus, atro monochrome singula tantum aues arborésve, nobilium artificum penicillo pictæ, retinent oculos. Hæc igitur, ut dixi, Iaponii, dynastæ præsertim, & auidè sibi cōparāt, & aliis ambitiosè proponunt. Ligneis pleriq; ob crebros terremotus, quidam tamen ab imo lapideis vtuntur ædibus, elegantia atque arte visendis. magnifica item exstruunt templa, & sacerdotum vtriusque sexus amplæ & sumptuosa cœnobia: quamquam ingentem eorum numerum, hæc scribentibus nobis, præpollens tyrannus Nubunanga, non tam Christianæ rei studio, quam execrabili quodam omnium religionum ac superstitionum odio, nuper eueruisse nuntiabatur. Sermo Iaponiorum vnus & communis est omnium; sed ita varius idem & multiplex; uti plures haud immeritò videantur esse: quippe vniuscuiusque notionis ac rei multa vocabula sunt, quorum alia contemptus, alia honoris causa; alia apud principes, alia apud plebem; alia denique viri, alia feminae vsurpant. ad hæc, aliter loquuntur ac scribunt, & in ipsa scriptiōne aliter epistolās, aliter volumina librorūque conficiunt: habent autem

autem plurimos, tum soluta oratione tū elegantissimo versu conscriptos. porro notis vtuntur eiusmodi, quarum singulae singulas vel etiam plures dictiones, Ægyptio ac Sinesi more, contineant. ad summam, à nostris haud imperitis rerum æstimatoribus, Iaponica lingua Latinæ, vel genere ipso vel vbertate, præfertur. Itaque ad perdiscendum & magni laboris & longi temporis indiget. Atque verò apprimè dedita gens est. ea sunt, præter ferream fistulam, arcumque & sagittas, gladius incuruus & pugio, (queis ab duodecimo ætatis anno se se præcingunt) tam egregia chalybis temperatura, vt ferrum nostrum acie propemodum illæsa diffindat. accedit pilum auro argenteve bracteatum, falce præfixum, nangunatam appellant. hastis item egregiè vtuntur, quæ nostras & leuitate & longitudine superant. Amictus ab infantia ad iuuentutem sumunt varios, idque cum cæremoniis & solemnibus apparatu. Cæterum, qui adulti iam sunt, calicem gestant versicolore tunicam hanc domi demittunt prodituri autem, in caligas infundunt, ad imum æqualiter laxas; easque circa renes leuè subligant nodo. Tunice amiculum superinduunt breuiorem, (quimonem vocant) manicis non vltra cubitos eminentibus. hæc vestes per ætatem gerunt simplices, ac subtilissimo textu: per hyemem scilicet densiores ac duplices, inserto item serico tomento, easque, ne incommodè tumeant, perquam artificiosè perpungunt. Calceis crepidisve sine obstragulo, sandaliorum instar, vtuntur, corneo ad extremum exstante hemiciclo, quem firmitatis causa, primum inter & secundum inserunt digitos. Fabella gerunt, tum ad velandam faciem, tum ad auram colligendam, auro sericoque intertexta. Sub umbella ferme proceres, alioquin apertò capite, in sole pariter ac pluuia, vterque sexus incedit. è coloribus festum habent nigrum atque puniceum, albus in luctu est. Ac plurimis quoque aliis in rebus credi vix potest, quantopere à nostro victus eorum & cultus abhorreat. In olfactu suffitus nostros minimè ferunt; alia ipsi quedam odoramenta succendunt. In gustu nostras illi epulas, nos vicissim illorum condimenta aspernamur. Aquam nos gelidam, illi calefactam æstate pariter & hyeme potant. In auditu symphoniam eorum nostræ aures omnino refugiunt. Nobis dentium in candore; illis, quod mirère, in ipsa nigritie decor est. itaque atro quodam eos pigmento identidem inficiunt. feminas in publico viri & cognati præcedunt, famuli subsequuntur. e-
quum nos ab læua, illi ab dextra, conscendunt. Inter salutandum, nos caput; illi, per leuè crepidarum vel sandaliorum excussu, pedes aperiunt. aduenienti amico nos adurgimus, illi subsidunt, no-

bis gemmæ, illis ferræa vel fictilia vasa in honore sunt. Iam, in curationibus, nos dulcia & bene cocta, illi salsa, & acria, & cruda ægrotis apponunt: nos pullos & alsilia, illi pisces atque conchylia. pharmacis nos ferme ôlidis & amaris, illi perquam suauibus & odoratis vtuntur. nos crebrò sanguinem, illi nunquam eliciunt. Atque aliis item in generibus ita multa obseruant eiusmodi; vt si minus plantis, (neque enim id probè dum exploratum est) moribus certè orbi nostro planè oppositi videantur esse. Neque verò, cur ita faciant, probabilem plerunque rationem afferre non possunt. vt illa: sidere quàm attolli, maioris venerationis indicium: cuiuslibet vsus vasa, quàm nullius commodi lapillòs, quantauis mercede, sapientiùs emittigida comprimi fibras, irritari tussim & pectoris vitia, restingui natiuos ignes: feruida foueri calorem insutum, laxati meatus, eoquæ faciliùs leuari sitim. ægro, quas appetat natura potiones, non quas horreat, propinari: sanguini, quippe vehiculo vitæ, parci oportere defendunt. & alioqui, non minus illis Europæi, quàm Europæis illi ridiculi sunt. ac, si quando per munditiarum aut elegantia contentionem, vt sit, cauillis agatur, par pari nobis egregiè referunt. Sed cùm in eiusmodi rebus tam vehementer à nostra consuetudine discrepent, iidem tamen in constituendis hominum classibus ordinibusve haud absumile nostro discrimen ac rationem sequuntur. ordines il, quinque præcipui. Primus eorum, qui cum imperio sunt, rerumque potiuntur: hosce cõmuni cunctos nòmine Tonos appellant, quamquam inter ipsos Tonos alii dein existant dignitatis gradus, vti apud nos Regum, Ducum, Marchionum, & Comitum. ii omnes non tam auro pecuniave, quàm cæteris opibus & clientelis abundant. quippe ad regnum euesti, militibus amicisque agros (iure fundi sibi retentò, ac nullo imposto vectigali) diuidunt ea lege fruendos, vt & in pace, descriptis ordine ministeriis, appareant Regi; & in bello, suis ipsi cibariis ac reliquo sumptu militiam obeant. sic fit, vti dynastæ, quamquam in magna numorum inopia, tamen & multitudinæ bellatorum, & aula frequentia, cæteròque apparatu. vim imperii ac speciem regia maiestatis obtineant Illud verò præclarum, quòd animo excelso, non morte demum aut vltima necessitate cogente excedunt gubernaculo; sed vbi vrgerè cæpit senium, certis ad victum cultumve sibi prædiis reseruatis, filium, aut si quem alium successorem destinant, attibus regnandi ac præceptis imbutum, plerunque ipsimet in solio collocant; ac iuuenilem eius ætatem exinde prudentia, rerum vsu, consiliis iuant: quod ipsum apud nos ab Carolo Quinto Cæsare, quò latius ac feliciùs imperabat:

to maiore moderacionis ac sapientiæ laude factum animaduerti-
 mus. Altera Iaponiorum elassis eorum est, qui nefaria gentis illius
 procurant sacra, capite ac mento prorsus abraſo, inter quotidiana
 & occulta flagitia & stupra, cœlibem nihilominus ac sobriam
 professi vitam, atque ad mortales decipiendos, conciliandæ pecu-
 niæ causa, in omne argumentum sanctimonix grauitatisque com-
 posiri. iidem nobilium ac diuitem exsequias ducunt; & alternan-
 tibus in odæo choris, carmina suo more decantant; & dicendi co-
 pia & facultate præstantes concionibus populum arbitrato suo
 circumagunt. Variæ ac multæ numerantur eorum sectæ: nec de-
 sunt qui ad quandam Rhodiorum equitum speciem (Christianos
 quippe ritus hac etiam ex parte malus effingit dæmon) bellicas
 vnâ cum religione res tractent: sed communi omnes appellatione
 Bonzii vocitantur, honesto loco nati plerique: nam proceres, mul-
 titudine liberorum, & angustia rei familiaris urgente, ex iis ali-
 quos ad Bonziorum instituta ac familias aggregant. Multa insu-
 per variis habent locis gymnasia, quas Academias dicimus, copio-
 sis instructa vesticulibus; atque ob eas res præcipuum, ante hanc
 hominum ætatem, toto Iapone obtinebant honoris ac dignitatis
 locum; sed post illatas in ea loca faces Euangelii, fraudesque vul-
 go nudari & coargui cæptas, multum videlicet vniuerso generi de
 auctoritate atque existimatione decessit. Tertius ordo ciuium ac
 reliquæ nobilitatis est; è quibus in cultu regum plurimi, ac simul
 in militaris gloriæ studio consenscunt; nec pauci artibus iis, quas
 ipsi liberales existimant, atque inter cætera pangēdis carminibus,
 delectantur. Sequuntur institores, ac sellularii, & variarum opifi-
 ces rerum, egregia ferme solertia. Multas atmorum habent fabri-
 cas, atque ipsi etiam rypis ad impressionem vtuntur. Postremus est
 agricolarum locus, & eorum qui, propter inopiam, in ditiorum fa-
 mulatu ac ministerio victitant, quorum longè maior quàm apud
 nos multitudo censetur. In vniuersum acuta, sagax, ac bene à na-
 tura informata gens est: iudicio, docilitate, memoria, non Eois
 modò, sed etiam Hesperijs nationibus antecellit: quæ res in rusti-
 cis ac pueris liquidò cernitur. illi, vrbanos panè mores, vegetum
 ingenium, ac minime agrestem indolem præ se ferunt. hi celerius
 multo, quàm Europæi nostri, latinæ & littetæ & artes arripiunt.
 Pauperræ dedecori aut probro nulli: vix etiam in multis agnosci-
 tur, ad eò accuratè familiarem dispensant rem, & pro sua tenuita-
 te concinnè ac nitentes incedunt. Maledicta, furta, impiam temere
 iurandi consuetudinè, aleæ genus omne auersantur. Famæ gloriæ-
 que auidissimi, dignitatis verò supra quàm credi possit retinentes

æquè summi atque infimi sunt. nullam nõ modò contumeliæ speciem, sed ne dictum quidem paulo asperius ferunt. ergo reuerentur inter se, præcipuè nobiles, certantque officiis & honore verborum. quin ipsi rerum vilissimarum artifices, qui que se in diem loquant, comiter appellandi, si eorum uti velis industria. nam alioquin irritantur, ac spreto lucello, cæptum opus abiiciunt. Cõstantiam ac decòrum ita custodiunt vulgo, vt vel ab imminente ruina sensim ac sine trepidatione vlla recedant. cauentque diligenter, ne quid abiectum, aut timidum, vel in dictis vel in factis appateat. atque ob id ipsum, animi perturbationes, ægritudines, inpetus, in speciem cohibete, atque iræ præsertim notas omnes obtuere, vel potiùs in contrarium flectere didicerunt. tum enim & gradus lenior, & frons hilarior est. intemperantiam verò linguæ, maximo animo minimè dignam putant. ac proinde, vociferationes ac iurgia, neque inter populares in publico, neque domi inter matrem uxoremque, parentes ac liberos, herum ac famulos audiuntur. Sedatè grauiusque quod agendum est, agitur. si quid odiosius accidit, internuntii commeat: quin etiam, inter ipsas noxiorum pœnas, conuitia remouentur, & verborum acerbitas. prouocationes autem ac rixæ, contrà quàm apud nos, admodum raræ. ferociam illi minasque in tẽpore belli reseruant. iam verò (quæ haud postrema amicitix lex est) mutuis in congressibus, domestica incommoda, necessitates, ærumnas, amicis haud temete impertiunt; tristitiam & curas egregiè eodunt: neque alienam pacem & incunditatem ineptis querimoniis & superuacaneo mœtore sollicitant: ab aliis interrogati, rem totam vel reidentes eleuant, vel certè modica significatione perstringunt. denique asperis atque aduersis in rebus planè incredibilem animi æquitatem ostendunt, ac velut in gradu perstant, & quicquid euenit, sine geniriu excipiunt: credo, ipsa varietate casuum cdocti, & inconstantia rerum humanarum, quæ in iis regionibus vel maximè viget. Infimæ sortis homines ad regiani celsitudinem euehi repente, alios è summo fastigio ad ima præcipitari, pœnè quotidianum est. hac illi vicissitudine scilicet eruditi, lætissima queque sic optant, vt interim difficillima cogitent. Firmus autem est animus ad quæ diu meditatus ac præparatus accedit. Neque prouectæ solùm ætatis ex laudes: in puerorum consuetudine, atque adedò in ipsis lusibus & remissione animorũ, senilis propè maturitas & moderatio quequã elucet. Hęc ferme Iaponiorum bona, quæ tamen eadem ingenti malorum cumulo cõpèsati nil ambigas. Ac primùm, in Dei cultu, quod potissimum iustitiæ munus est; & in finibus bonorum ac malorum, vnà

cum extetis quæ Christum ignotant gentibus miserandum in modum extant. Magistris religionum ac sapientiæ vtuntur iis, quos dixi, Bonziis. hi, vario alioquin dogmate mendacisq;ue, omnes tamen (quod facili negotio deprehendas) in tollenda patiter Dei prouidentia & animotum immortalitate consentiunt. Inter docendum interest, quod impieciatem hanc pauci palam & promiscue euactis hominibus, alii non nisi nobilibus ac dynastis ex aeterno tradunt: vulgus ac multitudinem tartari metu in officio continendam affirmant. Duobus hisce generibus interiecti scelere & amentia sunt, qui veteres quosdã impostores, Amidã & Xacã, suppliciter adotandos inculcant plebi, verbisq;ue cõceptis deprecandos identidẽ, neque id per hæsitacionẽ angotẽmve, sed animo planẽ securo, certaq;ue, si tantum hi ritẽ inuocantur, salutis æternæ fiducia; quippe quorũ vtriusque, dũ in tetris agetẽt, tâta durities & asperitas vitæ fuerit ad generis humani luenda peccata, vti ultra sollicitũ esse de superũ pace veniaq;ue, aut hõc nomine corpus diuexare quemquã, vel quoquomodo penas delictorũ ab semet exigere, non modò stultum & superuacaneum, sed in ipsos beatæ vitæ patentes contumeliosum ac nefarium sit. hoc Bonzii multi & priuatim & publicẽ suadere non desinunt; nequitia Lutherianæ persimili, vt vnum vtriusque auctorem faciliẽ agnoscat. Porro, quos dixi, Amidam, & Xacam, & si qua sunt alia primæ notæ numina, à quibus futuræ vitæ bona expectantur, patrio cognomine Fotoques vocant. alios dein habent veluti minorum gentium Deos, bonæ valetudinis, libertotum, pecuniæ, & eorum quæ ad corpus attinẽt, largitores: hosce Camis appellant, Reges olim ipsos, Regũmve filios, aut inuento quopiam, insignivẽ alio facinore, falsæ diuinitatis gloriam consequutos. horum de vita rebuq;ue gestis, vti de Ioue, Saturno, Libeto, ceterisque inanibus Diis Græci poetæ absurda quædam, & ridenda, & turpia fabulantur. Inde Iaponii paulatim, extinctis quæ Deus indiderat, veritatis igniculis, conscientieq;ue magisterium exuunt, effractisq;ue pudicitie claustris, in choreas, ludos, comotationes, ac venetem intemperanter effusi, cæci cum cæcis ducibus viatores ad sempiternum interitum præcipiti eccleritate festiuant. iidem, per causam retinenda grauitatis atque constantiæ, dum animotum sensa motusq;ue à primis annis obtegere ac eclate adsuescunt, facili deflexu, à prudentia ad astutiam, calliditatem, perfidiamq;ue degenerant. inde prauum simulandi studium, & fallendi certamen. vti quemque pessimẽ odertunt, ita familiarissimis oculis intuentur: bona fides, & aperta simplicitas, & candor illuditur. Accedit scruitia morum & immanitas dira; leuissimũ

tissimis de causis, & quidem nec opinantes & auersos, inuadunt
 homines, vnoque aut altero acuti ac ponderosi acinacis ictu con-
 ficiunt; dein, composito ac seuro vultu, quasi facinus ad se nulla
 ratione pertineat. ferrum vaginæ reddunt; insuper, nacti occasio-
 nem extuto, gladii acumen in capite humerisve infantis etiuspiã
 interdum experiri non dabitant. In bello, captis per vim oppidis
 aut pagis, certum exitium; cuncta ferro flammisque vastantur: non
 ætati, non sexui pareitur. in prælio victi, si palantes effugiant, nul-
 lo discrimine ciues hostesne sint, spoliortu causa plerunque ab a-
 gressibus opprimuntur. aliena, vt diximus, furto subducere dedig-
 nantur, cædibus rapinisque grassari non item. terta latronibus,
 mare piratis vehementer infestum. prægnantes seminae, partum
 haud raro medicamentis abigunt; idque Bonziis auctoribus ac ma-
 gistris; vel etiam editos in lucem infantes, alendi tædio inopiãve,
 crudeliter iniecto præfocant pede. egentibus ægrotis aut peregri-
 nis publica & gratuita diuersoria nulla. sub dio pernoctant, mise-
 ramque trahentes animam; deserti ab hominibus, vel ipsa die sa-
 nantur, vel extincti morbo, abijciunt in sterquilinum. Eo maiore
 cum approbatione Japonii Christianam caritatem erga destitutos
 & calamitosos, itemque sepulturæ ac funerum instituta mirantur.
 Sontibus, quolibet nomine, haud leuiora quam exsilii, aut pro-
 scriptionis, aut capituli supplicia constituta sunt. gladio ferme tru-
 cidantur improvidi. nam alioqui se haud inultos cadere patiun-
 tur. quibusdam tamen locis comprehensos latrones, certoque ad
 ignominiam vehiculi genere per ciuem ora transuectos, extra vr-
 bem truci, ab ignatis quanta signo illi veneratio debeat, affigi
 mos est. In sediciosos etiam, qui quidem potentes ac principes viri
 sunt, ex antecõdicto interdum animaduerti solet in hunc ferè mo-
 dum: Ædes noxii Rex, vbi visum est, milite armato circũdat, ei dem-
 que facit liberum aut pugnae aut mortis arbitrium. Si pugnam op-
 tarit, commissio protinus certamine, eum familia planè tota dele-
 tur, ac perpetua in omnem posteritatem notatur infamia; sin vo-
 luntariam elegerit necem, vltro sibi met vltrem alta plaga in obli-
 quũ, nonnulli etiam animosiores duplici in secussim incidunt. vbi
 effluere intestina capere, parato in id ipsum furore ceruices ampu-
 tandas præbent; & ex amicis præcipui, illatis pariter sibi manibus,
 supra mortuum corrucere sibi gloriosum putant. Atque idem faci-
 nus, in aliis quoque periculis, præsertim vbi agitur existimatio & fa-
 ma, valde vsitatũ est, & obductis dẽsa caliginẽ mètibus honestissimũ
 ducitur. quin, ipsi interdum pueri vel à parẽtibus exacerbati, vehe-
 mentius, vel grauiore aliqua indignatione concepta, genus id

leti palam sibi met ipsi consciscunt. Forensis res, nulla pro pemedi non iuris ciuili formulæ, non responsa prudentum, non vadimonia, non carcer, non iudicum testiumve reiectio, non citatio reorum, aut causæ dicendæ potestas. ius totum in armis, aut principum placitis: horum in proceres ducesque; ducum in ciues, ciuium in suam cuique familiam formidabile vitæ paritet ac necis arbitrium: neque ab inferioribus acta pro potestate, à superioribus in cognitionem reuocari aut rescindi consueuere ipsi autem dynastæ Regesve, quamquam ab externo ac mercinario milite planè imparati, atque ob id ipsum indigenis vehementer obnoxii, tamen barbaro quodam fastu, uti de Sina retulimus, adorari colique se volunt: stipati armorum caterua, difficiles aditus, delicatas præbent aures: adductoque vultu, nutibus ferme vel scriptis agunt: sermonem grauatè confociant: nil opis habeat in populi caritate repositum: regit omnia metus: huic adiunctum est odium: inde crebræ & occultæ conspirationes ac seditiones erumpunt, excussioque rectore, sceptrum ad alios aliosque, in summa rerum omnium perturbatione, transfertur. vetusta imperia & principum longa serie deductas imagines oppidò pauca repetias. Sanè Iaponium omne nomen vni quondam parebat Imperatori, cui titulus Vo seu Dairi: quoad is diuturna pace in delicias atque socordiam resolutus, præfectis, & satrapis, ac præcipuè Gabis (sic enim duo primatii vocabantur, quorum alter deinde extinxit alterum) contemptui caput esse. Viri ergo militares, talem aliquandiu perpeffi, mox indignati dominum, tandem abruptè scenos, & suam inuasere quisque prouinciam: ita momento vnitas illa, & maximi contextus imperii, multas in partes ac veluti fragmenta disiliit: ins tantùm Dairi mansit in hunc vsque diem, honorum vocabula proceribus diuidendi, quæ pro graduum varietate mutantur identidem, certisque characteribus designantur. inde haud spernendas cogit pecunias: alioqui pænè precariam obtinet dignitatem. Summus vero & potentissimus Iaponiorum omnium habetur ille, quisquis Meacum & Meaco finitima nobilissima regna (quem tractum cõmuni nomine Tensam appellat) armis atque artibus occuparit. Ea loca nuper obtinebat Nubunanga, quem dixi, tyrannus. huius in solium, a coniutatis ante hoc biennium interempti, liberis eiusdem aut pulsis aut occisis, per factionem ac vim præcipuus è ducum numero Faxiba successit. Hactenus de moribus institutisque Iaponiorum, quod adhuc in tanta locorum longinquitate cognosci potuit. Cæterum aditæ primum eius terræ titulum, decusve, & alii quidè Lusitani ad se trahunt; sed ego Antonio Galuano crediderim,

in eo libro quē de inuentoribus orbis noui conscripsit, apertè nar-
 tanti, Antonium Motam, Franciscum Zeimotum, & Antoniu Pe-
 xotum, cūm ex vrbe Sionis Dodra pererēt Sinas. pertinaci vento
 ad insulas Iaponiorum abreptos anno seculi huius quadragesimo
 secundo, cūm Sofa (vti dicebamus) Indicā prouinciam regendam
 accepisset. Is, eo persunctus munere, Ioanni Castrio successorī gu-
 bernacula tradidit, qui felicissima vsus nauigatione, præter mili-
 tū supplementa, egregios tres viros è Societate IESV ad Xauerii la-
 bores adiuuandos aduexerat: Hispanum vnum, Ioannē Beiram è
 Pontevetere (id oppidi nomē, oræ Callaicæ) Italos duos, Nicolaū
 Lancilorum Vrbinate, & Antonium Criminalē Parmensem, qui
 deinde, vtī explicabimus, præclaro martyrio coronatus est. Hisce
 comitibus Goam delatus Prætor, forensi primūm cōposita re, no-
 uisque magistratibus & scribis cum cura suffectis, in reficiendam
 exinde augendamq; classē, & reuocandā omni studio militarem
 disciplinā incubuit. Circa idē tempus, Moluçi Rex Aërius Goam
 vincētis desertur. Solio deturbatum nulla ipsius culpa, ferroque &
 ctiminibus oneratum Iordanus Ternatensis præfectus cum arma-
 tis custodibus ad Prætorē Indiæ miserat. Adueniētē Castrius, de-
 tractis catenis, regio apparatu excepit, & in separato hospitio libe-
 taliter habitū, causa probè cognita, de consilii sententiā clemen-
 ter absoluit: ornatum inde laudibus & honesto comitatu, in regnū
 haud sine tacita Iordani suggillatione restituit. Hoc itē Prætorē
 feliciter administrata Christiana res est. Michaël Vafæus, de quo
 supra commemorauimus, eximia virtute sacerdos, deque Ecclesia
 Christi optimè meritis, consiliis cum Francisco Xauerio commu-
 nicatis, sub aduentum Castrii nauigauit in Lusitaniam; Indicæ rei
 vitia demonstrauit Regi; vt ea tollerentur, omni ope curauit; ab eo-
 dem Rege anno sequenti litteras ad Castrium Prætorē eiusmodi
 tetulit: Ioannes Rex, Ioāni Castrio Indiæ Prætori, amico S. Quod
 non ignoras, idololatria tam graue piaculum est, vt ea in meis
 regnis vllō pacto ferenda nō sit. delatū est autem ad nos, in Goanis
 finibus, tū publicè tū priuatim, coli sacella idolorum. præterea lu-
 dos ritusque ethnicos celebrari palām. Ac proinde, tibi etiam atq;
 etiam mando ac planè iubeo, idola omnia, per idoneos admini-
 stros inuestigata & vndique sublata, comminuas, comburasque, &
 cum grauibus edicas minis, ne cui profus vllum eiusmodi simu-
 lacrum aut signum ex ære, ligno, argilla, gypso, aliōve metallo, ma-
 teria, massa, tñdere, ducere, sculperē, fingere, exprimere, figurare:
 aut aliunde importatum habere, seu sacra ludōsve ethnico more
 facere, aut Brachmanas concionatores magistrōsve, terribios

„ Christi aduersarios, vlla ope iunare, vel tecto recipere liceat. Qui
 „ secus faxit, pœnis in edicto propositis nulla remissione mulctator.
 „ Et quia gentes ad legitimum vnius Dei cultum, non modò spe fu-
 „ turæ beatitudinis, sed etiam presentibus interdum præmiis, inui-
 „ tandæ sunt; curabis enixè, vti redempturæ vectigalium, curationes
 „ publicæ, & alia munera quæstuosa, in homines ethnicos ad hâc di-
 „ conferri solita, in ipsos Christi neophytos primo quoque tempore
 „ transferantur. Ad classes in eas deducendas audio promiscuum co-
 „ gi vulg^o Indorû. Placet excipi Christianos, quòd si necessitas, eorû
 „ quoq; operas interdum exegerit; videbis omnino posthac, vti quo-
 „ tidiana illis merces ac iusta soluatur. Atque hoc toto de genere
 „ Michaëlis Vasaï sententiam exquires: quem nos virum & publicæ
 „ rei bene peritum, & Christianæ religionis apprime studiosum ani-
 „ maduertimus. Ad hæc, certis auctoribus magno mihi meo dolore
 „ compertum est; ab Lusitanis hominibus vili pretio coëmpra man-
 „ cipia, quæ apud Christianos dominos persacili negotio ad ba-
 „ prismaticum adduci possint, Mahometanis ac barbaris mercatoribus,
 „ ad non dubium animorum interitum, vberioris quæstus causa ve-
 „ nundari. Id placulum ne admittatur in posterum, neu seruitia vlli
 „ nisi Christiano emptori aut licitatori addicantur, item graui caue-
 „ bis edicto. Fœneratorum licentiam, quam certo capite Goanarum
 „ legum ali didicimus, fac imperio atque auctoritate coërceas, idque
 „ caput è legum serie quamprimum expungas. In oppido Bazaino
 „ templum Diuo Iosepho exstruitur, idoneumque stipendium alen-
 „ do Vicario, & beneficiariis aliquot, de meo adsignator. Annua
 „ porrò tria pardaum millia, in impuras Mahometis ædes, & nefa-
 „ rium cultum; ab eius sectatoribus impendi ante hæc solita euange-
 „ lii præconibus & conuersionis adiutoribus in posterum numeran-
 „ tor. In agro Cialensi, neophytis a Michaële Vastro institutis, & si
 „ qui præterea ad Christum accesserint, è meis vectigalibus trecenti
 „ quotannis oryzae modii ab antistite diuidantur. Pondera, pretia,
 „ pactiones, olim cum Thomæis Christianis initas, qui in Cocinensi
 „ ditione diuendunt piper, à nostris mercatoribus labefactari viola-
 „ riqne cognouimus: nec nõ subtrahi cotollatia, quæ ad pretium ad-
 „ di ex pacto conuento consueuerant: idque magno cum eorum dâ-
 „ po pariter & offensione, quibus multas ob causas præcipuè con-
 „ sultum oportuerat. Ac proinde curabis quàm diligentissimè, vt in
 „ hisce commerciis; Thomæi prorsus incolumes indemnèque ser-
 „ uentur: eòsq; cæteris etiam in rebus, vti Christianos & locios æ-
 „ quū est, liberaliter comitèrque tractabis. Ages etiã cū ipso Cocini
 „ Rege, vti ritus quosdã Ethnicos ab ipsis auguribus in pipereis ven-
 „ ditione

ditione adhiberi solitos (quãdoquidem nihil ipsius ea res interest) e nostro commercio tolli permittat. Ab eodem Rege aiunt Indos ex eius ditione, qui relictis idolis Christiana suscipiunt sacra, fortunis omnibus illico spoliari. Ab eiusmodi immanitate & tu omnibus neruis amicum Regem niteris auertere: & nos ipsi quoque in eandem sententiam ad eum litteras dabimus. Socotoranã causam diligenter ipse tu mihi corã & per litteras commendasti. eos ego populos e miserrima seruitute erepros admodum cupio; sed cum eo, ne Turca, cuius in imperio sunt, acrius irretetur; classẽsq; in isthac maria mittere paulatim adsuẽscat. Hoc totum, adhibito Michaelẽ Vafro, tu pro tua prudentia, rerũq; istarum vsu, videbis cuiusmodi sit. Piscarii littoris incolas, cũ aliis injuriis affici a meis ducibus ferunt; tum verò cogi ad ea quæ piscantur, sibi tantũ, iuiqua conditione vendenda. Cauebis igitur etiã atque etiam, ne populis iis liberum vendẽdi arbitrium adimatur; ducẽsq; mei in commercio eiusmodi ne quid sibi proprium arrogent. atque ad ceterã quoq; tollendam vexationem, videbis num ea littora sat custodiri, meaque vectigalia sat cõmodẽ exigi sine classibus possint. quæ res si facultatem habuerit, non est cur illuc in posterum nauigẽt. Præterea, cum magistro Francisco Xauerio consultabis atq; dispicies, utrum ad eius Ecclesiæ incrementum expediat, salve sit; piscandi potestatem patere duntaxat iis, qui Christũ induerint; ceteros, quoad sapiat, eo quaestu & commodo prohiberi. Qui ex ethnicis ad Christum sese conuertunt, eos audio tanquam secleratos & sacros, a parentibus, cognatis amicisque recto eijci, bonis euerri, ac summa protinus in solitudine atque egestate versari. Horum tu inopiæ subleuandæ, communicata eum Vafro te, annuam e meis redditibus pecuniæ summam decernes, distribuendam a sacerdote, qui eiusmodi neophytorum institutioni præfuerit. e Ceilano insula, regius, ut fertur, adolescentulus, impias auunculine an parentis effugiens manus, Goam baptismi gratia se contulit. Huius in persona quando ad aliorum conuersionem haud leue momentum est, dabis operam uti doctrina quidem ac moribus in Diui Pauli collegio eam alumnis cæteris imbuatur; quod verò ad victum cultumq; attinet, lauto separatim hospitio, impẽsa mea copiosẽ ac liberaliter habeatur. Significauit is ipse mihi per litteras, ad Ceilani regnum, sibi ius actionemq; competere: videbis quidnam hoc sit: totamq; rem probẽ exploratam & cognitã ad me perscribes. Quod autem tyrannus in suos populares, qui Euangelio credidẽre, tam crudeliter sæuit; seras quidem illas, veruntamen debitas tanto sceleri pœnas ab eo per te quamprimum exigi volo: & grauem

,, audacix mercedem statui, quo intelligant omnes, nihil esse mihi
 ,, antiquius, quã vt omni ex parte integri incolumesq; seruentur, qui
 ,, à dæmonum castris ad Christiana signa transietint. Ab ethnicis ar-
 ,, tificibus, Christi Domini, Vitginis Mattis, & sanctorum imagines
 ,, pingi, atq; ad eò circumfetti venales, minimè decorum est nomini
 ,, Christiano. Tu etgo, cum profcriptionis ac vitgarum minis edices,
 ,, ne cui profano tabulas eiusmodi pingere aut vèdere quoquomo-
 ,, do in posterum liceat. Patæciale Cocini templū, itemq; Colani,
 ,, dudum inchoata, patete imbribus putrefacienda, turpissimum est.
 ,, Vtrumque tu, architectis ac fabris adhibitis, quamprimū regen-
 ,, dum ac perficiendum curabis. Placet etiam, in vico Notoa templum
 ,, Diuo Thomæ Apostolo fieri, Calapore captam sanctæ Crucis æ-
 ,, dem absolui: itemq; in Ciotano insula templum excitari. prætet-
 ,, ca, locis idoneis auditoria & scholas institui, ad quæ statis diebus
 ,, non Christiana modò plebs catechismi causa, verum etiam ethni-
 ,, ci ad Euangelium audiendum vel inuiti conueniant. Quandoqui-
 ,, dem in ista mea ditione mihi primum omnium & maximū est ob-
 ,, sequium Dei, & Christianæ religionis amplificatio; cupio vehemē-
 ,, ter è Salsetanis quoque & Batdesis finibus, quibus mihi nuper I-
 ,, dalcæan cessit, idolotum cultum ac profanas gentium superstitiones
 ,, prorsus euelli. Id quo citra tumultum ac vim, hoc præsertim
 ,, initio fiat, expedit, rationibus ac disputationibus quam lenissi-
 ,, mè populos edoceri, quanto in errore ac veritatis ignotatio-
 ,, ne versentur: quamq; vel peruersum vel impium sit cultum, vni
 ,, debitum Deo, simulactis lapidibusq; ab homine trahi. Pottò ad
 ,, eas pellendas tenebras, cum alios vitos adhibebis virtute & etudi-
 ,, tione præstantes, tum verò ipse tu primarios gentis euocate, allo-
 ,, qui, monere non desines, atque omni ratione ad Christum allice-
 ,, re. Qui se se dederint, hosce, in fidem receptos, non tuebetis mo-
 ,, dò, sed etiam pro suo quemque captu fouebis ornabisq;. Hæc om-
 ,, nia sciro nobis maiorem in modum esse cordi; quæ singula te pro-
 ,, tua industria & probitate sedulò curaturū esse cōfidimus. A Meri-
 ,, ni viij. Idus Martias. M. D. XLVI. Epistolā igitur hanc, indicem te-
 ,, gix pietatis ac sapiētix, Vaseus in Indiam perreulit plenus optima
 ,, spe. Cæterū salutaria principis mādata, itemq; Prætoris edicta, nō
 ,, quantum par fuerat pōderis habuere. obseruata & exhausta ferme
 ,, facillima queque. reliqua, partim quòd priuatis obstant con-
 ,, modis, haud æquo animo in vulgus accepta: partim, nondum ma-
 ,, turis ad agendum rebus, in aliud tempus dilata. Eiusdem Regis de-
 ,, creto ad reditus, quos antea capiebat Diui Pauli Collegium, au-
 ,, teorū iniuper annua bina millia Goaxis è vectigalibus accessere.

Xauerius interim, Parauana Ecclesia constituta, Molucas, (quam Domini vineā à Galuani discessu fædum in modū squalere didicerat) Parauis illū apud se retinere summa ope couantibus, petere nihilominus intendit. Meliaporē ex itinere primū, inde Malacam: à Malaca in Amboinū, & Mauricas insulas, postremò Ternatē defertur. Omnibus locis bene ac feliciter gesta re, planrariis de more institutis, pro copia præsentis villicos atq; custodes apposuit. Hinc ad reuiscnda quæ liquerant, operasq; in Christi latifundia diuidēdas, (quippe recētes interim ex Europa cultores aduenerant) haud sine magno Molucensium fletu Goam renaugare est coactus. Interea Tolanus Mauricæ terræ dynasta, in Ecclesiam Dei (& erat ibi neophytorum ingens numerus) odium exprompserat nominis Christiani. multos acerbè torserat, quosdam occiderat, plerosque omnibus fortunis exuetar. Ad ea facinora punienda profecti ab Ternate Lusitani, locum tū cætera munitione, tum sudibus præcutis, ac tribulis ferreis vndique septum offendunt. aded, conscius quid meruisset Mahometanus, oppidum ad hostes arcendos omnī quidem arre, veruntamen irrito conatu firmarat, siquidem eructātib; è vicino verricibus montium, tanta repentē cecidit cinerum vis, uti munitionibus coopertis obrutisq;, liberū ac tutū Lusitanis ad vrbcem accessum daret. hinc, non solū exitu læta, sed etiam miraculo insignis parua victoria. Circa idem tēpus Meliapore item insignis ad memoriā accidit res. Lusitani, suburbano in colle, vbi mactatum à barbaris Apostolum Dei Thomā fuisse docuimus, nouum eidem Apostolo sacellum exstruebant. Aperientibus fundamentum, insculpta quadrato lapidi, sanguineis & in speciē recentibus conspersa gutris apparuit Crux, lapideo item circulo inclusa, repandum in lilium desinens. insidet in summo columba: lætæ ab imo herbæ luxuriant: in eo circulo incisæ notæ cernuntur, quas propter vetustatem legi adhuc potuisse negant quidam, alij, seorsum al legendū adhibitos diuersarū nationū Brachmanas, duos præcipua eruditionis fama, haud paruo quidem labore, veruntamen congruenti ambos interpretatione, respondisse fecerunt, notas eas, plurimū litterarum singulas obtinere vim. iis Apostoli sancti martyrium, quale nos à veteri traditione descripsimus, breuiter cōtineri: atq; illud nominatim, (quod ipsæ testentur guttæ) Christi famulum inrer eius Crucis adorationem & oscula cecidisse. Extractam ergo rabulam ac probè purgatam, Lusitani cōfestim in ara gratulabundi cōstituunt: intētiore cura sacellum absoluunt. Noua in loco frequentia, nouus honos accessit, sed miraculo mox euidenti maiorem in modum aucta religio. octo

ante Christi Domini, tribus ante Apostoli natalem diebus, cum ab Ecclesia celebratur expectatio Virginei partus, in eam ædiculam Christiani rei diuinæ causa conuenerant. Mirum dictu: simulatque ab sacerdote cœptum Euangelium est, vniuerso inspectante populo, Crux ea modicis primò stillis, largo dein sudore manauit. admota hinc tersui linteola sacra, liquidò cruentas ebibere maculas. Color etiam Crucis, è candido sensim in pallidum, è pallido in atrum cessit: grato post hæc splendore cæruleus effulsit: ad extremum, sacrificio peracto, natiuus rediit. Scilicet, res tam noua & illustis, ineffabili quodam gaudio deliburis adstantium animis, altos gemitus, pias acclamationes, vim lacrymarum exciuit: neque verò proprium illius duntaxat diei cœtũve id spectaculum fuit. ex eo tempore, singulis ferme annis, eadem festa luce, eodem non modò sacrificii, sed etiam Euangelii momento recurrit. si quando intermissum est, ipso doctus euentu dirum aliquid portendi populus putat. Ac, ne quis apud nos in tali tantaque re dubitandi foret locus, totam dein & facti seriem, publicis consignatam litteris, & operis effigiem è lapide ipso diligenter expressam, Cocinensis Episcopus in Europam sub initia Concilii Tridentini transmisit. Cæterum thesaurus ipse repertus, Castrio demum obijente prouinciam, & Euangelio adstruxit fidem, & opportunè Prætori, ad omne periculum ac dimicationem pro Christi nomine subeundam, animos addidit.

LIBRI DVODECIMI FINIS.

HISTO-

HISTORIARVM

INDICARVM

LIBER TERTIVS-DECIMVS.

TRANQVILLA tum Lusitano res erat Indica, finitimis tyrannis dynastisque partim vi ac metu subactis, partim etiam a quo foedere in amicitiam ac societatem adscitis; cum repente periculosum & graue bellum, vnde minimè putabatur, exortum est. Eius belli concitator ac princeps fuit Sofar, qui post foedum ab vrbe Dio Solimani discessum, pacemque redditam Lusitanis, nunquam animum remiserat à colligendis per oriũ viribus, quibus, vbi maturum esset, ad eorum perniciem vteretur. Sex amplius annorum spatium liberum in omnes apparatus habuerat. quo tempore ita sese in Mamudii adulta iam ætate Regis gratiam insinuarat, vt omnium atcanorum non parriceps esset modò, sed pænè moderator & arbiter. ac simul animum adolescentis, & suo ipsum dolore, & muliebribus iam sat incensum facibus, ad vlciscendos auunculi Badurii manes, delendumq; ex India Lusitanum omne nomen, miris artibus incitabat. In eam rem, præter veteres copias, novos quotidie variis è nationibus milites, ducesque belli peritos, ingentibus præmijs euocabat Rex. iis in disciplinam tyrones & collectitii tradebantur: fabrum, artificũ, ac munitorum multitudo quàm maxima cogebatur. ac præter ceteros, architecti etiam & machinatores egregii quinque a Byzantio vrbe conducti, menstruo ip singulos trecentorum aureorum pacto stipendio, armatorum ac tormentorum omnis generis officinæ locis idoneis per amplæ institutæ. sollicitati occultis legationibus Indi Reges ac principes ad puniendas injurias, & recuperandam maris possessionem, quã latrones pauculi, specie mercaturæ subreptam, aliena magis ignauia, quàm sua virtute obtinerent. Sibi esse certũ ac fixum, primo quoque tempore Dichsem arcem inuadere. si vnà cuncti consurgant, libertatẽque ac dignitatem, qua nihil prius debeat esse, tandẽ aliquando respiciãt; tam exiguam profectò manũ, tot spatiam præsiidijs, ab ope domestica toto pænè terrarum orbe disclusã, mutui demũ inter ipsos auxilii cõmunione sublata, nullo negotio

negotio prorsus obrui & extingui posse. Cum eiusmodi ferè mandatis dimissi quoquoersum legati. Et omnia hæc ingerim clandestinis agitata consiliis, alto silentio tegebantur. Vniuersæ comparationi tantisque delectibus, probabili sanè commento, prætendebatur imminens in singulos dies à Patanio Rege bellum, qui cum propter vicinitatem, quotidianæ discordiarum causæ non deerant. Sofar, simulandi æquè ac dissimulandi magister, tum vel maximè cum Lusitanis, honore verborum, officiis, humanitate certare. Neque verò callidi veteratoris fucum astutiamque inscitè Mamudius imitari: quippe, tum suo apte ingenio tectus ac perfidus; tum domesticis disciplinis ad omnes dolos atque fallacias eruditus: ad còque se per id ipsum tempus in Lusitanos bene animatum ostendere; ut noxios etiam perfugasque, si qui ex eorum ditione in suos transissent fines, magna cum beneuolentiæ significatione iisdem ad supplicium redderet. Porro, artificium hoc dupliciter proderat Cambaianis: quod cum suas ipsi cogitationes vario obtentu celarent; tum Lusitanos (ut est omnis incauta securitas) ad cuncta quæ nosse cuperent de viribus ipsorum opibusque, de numero militum ac natium, deque omni statu provincie palàm & sine ambagibus promenda perlicerent. Erant autem, siue superiorum tēporum vitio, siue inani fiducia diuturnæ pacis, tum eiusmodi res, quæ vel quietum hostem & otii cupidum, panè explorata victoriæ spe, irritare facile possent. Disciplinæ bellicæ studium ad mercimonia quæstusque conuersum. regius fiscus, vario sumptu & fraude multorum exhaustus. classis in naualibus, interna vermium labe ac situ corrupta. nautæ remigésque, neglectis custodiis infrequentes: milites, è statiuis atque præidiis, causati sibi stipendia non pernumerari, plerique diffugerant, atque arma flagitiosè vendiderant. in ipsa Dienli arce, quæ maximiè omnium erat, propter loci naturam, subitis ac variis belli casibus, opportuna, è defensoribus nongentis, quos ibi Garzias pace constituta reliquerat, ad ducentos circiter & quinquaginta redierat summa. atq; hos ipsos, Ioânes Mascarenias præfectus, priuata magis munificentia & comitate, quàm auctoritate imperii vel sacramenti religione retinebat. ibidem adseruabatur pulueris tormentarii, si acrior instaret necessitas, quod vix vnum in mensem esset satis. ac, ne frumenti quidem vel oryze, & reliqui comæatus, ex auteconuècto atque seposito, copia suppetebat. Hæc, Sofar in primis, & alia id genus, ab Lusitanis, qui in Cabaia negociabantur, separatim ac sæpius, pro familiari còsuetudine percunctando, probè cognorat. Inde Regum extetorum, præfertim qui mare accolunt, pertentari animos denuo placuit. missi

tursus legati : iis auditis , Reges alii pecunia & milite juuere Mamudium : alii, quominus eandem coirent societatem, intestino ac propius vrente bello dissentiunt . apud quosdam etiam, rei euentum expectantes, composita nuper cum Lusitano pax & amicitia valuit . At Cambaianus , posteaquam sat sibi copiarum viriumque paratum ad omnes conatus animaduertit, gerendi belli hanc maximè rationem instituit . Sofarem, ingentibus inflatum promissis, summæ rerum ampla cum potestate præfecit . Rumecani Sofaris filio, rei tormentariæ procuracionem attribuit . hyems ad obsidionem arcis delecta, cuius initium, vti supra demonstrauius, in iis locis est à Kalen. Aprilis: vt ipsum anni tempus, præclusa navigatione, Lusitanos maritimis, quæ vnà supererant, auxiliis prohiberet. Rebus ita constitutis, ad earum suspicionem quoad fieri posset auertendam, rumorem insuper è composito dissipant; urbem Diũ Sofari pro amicitia donatam ab Rege, in eamque possessionem breui Sofarem esse venturum : nec sine magno comitatu, reuocandæ veteris frequentia causa, quæ res eo propius ad veri similitudinem accedebat, quod & plenus certaminum & controuersiarum esset is dominatus, vt non multum ex ea largitione Rex damni facere videretur; & huic eidem Sofari oppida nobilia duo, Surratum & Reinelum, paulo antè concesserat. ea fama vulgata, Sofar, Surrato, vbi tum agebat, litteras ad Mascareniam dat, in quibus erat scriptum: Ad cætera loca, quæ Mamudii Regis benignitate obtineret, nouissimè Diũ urbem accessisse . id munus eo sibi accidisse iucundius, quo maiorem inde facultatem sit habiturus, optata Mascarenia tanti viri consuetudine perfruendi . simul sibi esse in animo, urbem superioribus belli cladibus magna ex parte dirutam & euersam instaurare, & in pristinam, si fieri possit, celebritatem reducere; tumultus ac rapinas atcere; aduenis ac mercatoribus, quo libèrius affluant, pacem, annonam, fidem omni ratione præstare : neque id sua tantum, sed etiam ipsius Regis Lusitania causa . hæc quoniam in tanta hominum perfidia, tamque seditiosis incolarum ingeniis, fieri sine magno apparatu copiisque nõ possint; petere se & orare, si armatus, & cinctus amicorum frequentia, Diũ aduenerit, ne quid idcirco aduersus Lusitanam rem aut amplitudinem ab se vel à Mamudio cogitatum interpreteretur. id aded reapse daturum optam, vti æqui pariter & iniqui omnes intelligant . Si fallat; diras omnes in se, caputque suum, fortunas, ac liberos, imprecatur. Hæc per summam impudentiam à Sofare in præsens tempus de mote conficta. Mascarenias haud ita pridè in eius arcis præfectura successerat Emmanueli Sofæ, (alteri ab eo qui à Badurianis est cæsus)

cognomento Sepuluedæ, atque is initio præfecturæ, cū in Cambria finibus multa misceri ac parari contra Pataniū Regē audisset, haud sanè commotus est, quippe nec sine causa, Mamudio, rebus iā a Mogore accisis, amuli atque opulēti Regis insidias omni conatu præcauēdas putabat; & quo minus temere Lusitanū, cōstitutam iam pace, Cambai lacefferent, vel sibi obnoxium ducerent; sat magna ipsorū mercede recentibus euentis edoctos arbitrabatur. Hæc ferme principio Mascareniam sollicitudine liberabant. Ast vbi, tēpore procedēte, Patanius nihil mouebat; ac nihilominus Cabaia erat in armis, & militari concursatione, machinarum opificio, catrisque ac iumentis omnia perstrepebāt; enimvero tū suspicari Mascarenias capiti subesse fraudē, atque ad Lusitanæ arcis excidium ea cuncta spectare; suspicionē anxere cōmeatus atque tormenta, in pagos Dño propinquos paulatim subuehi cæpta. Postremò dubitationem eximere omnē, Sofaris ipsius litteræ, tanta præsertim adulatione blanditiisq; conspersæ, nec non magna ealonum lixarumq; turba cū plaustris & impedimentis in urbē ingressa; itēq; sub signis cohortes armatorū aliquot subsequatæ. Annus tum numerabatur seculi huiusce 46, & exacto iam autumno Martius mensis erat in exitu. Mascarenias, quamquam atroci ac subita percussus re, tamē extemplo colligit animam, & sequē in omnes firmandæ arcis & seruandi præsidii partes intendit. Prima fuit propitiandi præpotentis Dei cura. cælestem opem & supplex implorauit ipse, & aliorum precibus iussit exosci. Tū per expedita nauigia Castrium Indiæ Prætozem, itemq; Bazaini & Ciauli præfectos, Hieronymū Mensesiū & Antonium Sofam, de hostium apparatu & conatibus edocer: nī suppetiæ quamprimum ferantur, vltimum haud dubiè sibi suisq; imminere discrimen. In eadē loca mox nauibas institorum amandat imbellē turbam, exceptis aliquot vsus quotidiani mancipiis, & paucis insuper matronis, quæ sexus oblitæ, ne desererent viros, societatem periculi & diuturnæ obsidionis incommoda minimè recusabant. Lusitanos præterea negotiatores, quibus erat ætior cum Diensibus amicitia, hortatur, tum publicæ salutis tum priuati compendii causa, vti coëmptam frumenti & oryza vim, carnes piscesque sale duratos, & alia id genus alimenta militibus deinde vendenda, celeriter in arcis apothecas importent. id vti potuit in tanta temporis angustia, & Diensium iniquitate, sedulo factum. Simul, tecta & ravernæ in vestibulo arcis euersæ; tigna, tabula, feramenta, mali nauium introlati. Inter hæc Mascarenias, pari dissimulatione, & iisdem quibus peti se videt attribus, ad Sofaris epistolam ita rescribit: Quòd Sofar, præter cætera in eum à Mamudio

ſuo collata ornamenta honoresque, nūper etiam Dienſi toparchiā
 decoratus auctuſque ſit, neque mirari ſe, qui præclara eius in Regē
 regnumque Cambalæ merita dudum norit; & maguam cepiſſe a-
 nimo voluptatem; non ipſius modò Sofaris, verū etiam repu-
 blicæ cauſa, quod bonorum omhium interſit, fortibus & induſtriis
 viris laborum præmia pro dignitate perſolui. Quod ad ipſius ad-
 tuentum in urbem attineat, nequaquam ſe illi concedere, vti maio-
 rem fructum è mutuo conſpectu & familiari conſuetudine perce-
 pturus ſit. De copiarum numero, quas ad urbem variis de cauſis co-
 gatur adducere, neque pudoris neq; arbitrii ſui eſſe, definire quie-
 quam: tantū admonere pro amicitia, videat etiā atq; etiā, ne quid
 in tāta hominum colluie & Luſitani præſidii vicinitate turbetur.
 Hiſce litteris acceptis, magnopere lætari Sofar tam bellè teſta ſua
 conſilia; tam læta initia dare ſeſe. neque diutius morandum ratus;
 inſtante iam hyeme, Diunt alias idētidē aliāſque ſubmittit manus:
 interdū milites ac lixæ cum ſatecinis, noctū majora tormenta cum
 reliquo inſtrumento oppugnationis intrabant. Poſtremò Sofar ip-
 ſe ad XIV. Kalend. Maias cum Rumecane filio urbem inuehitur.
 millia quinque Turcarum ducebar. ii erant exercitus nerui. ſeque-
 batur longè maior è variis gentibus multitudo. Nouus dominus,
 vetus inquilinus, ingenti gratulatione & plauſu ciuitatis exceptus,
 diuertit in regiam; inde per cauſam Maſcateniæ ſalutandi, ſpecula-
 tores in arcē mittit. à Maſcatenia viciffim ad eum, honoris & offi-
 cii cauſa, deſtinatur Simon Pheus Limenarcha, notæ prudentiæ vir.
 Hunc Sofar aduenieſitem primò comiter accipit, mox, variis de re-
 bus inſtituto ſermone, deliberatum eſſe, ait, ſibi, ad rixas vitandas,
 muro urbem ab arcē diuidete; valde optare ſe, ne Luſitani, vt olim,
 adeò ſalutare impediunt opus. dein eorundem iniuriam inſtitit
 queri, quòd panè precario in eas regiones admiſſi, totum ſibi vin-
 dicent mare; & cum alios populos ac dynaſtas, tum verò ipſum
 quoque Cambaiæ Regem iniuſtū nauigare prohibeant. Sat iam
 peregrinos & aduenas veteribus incolis inſultaffe: tantam indigni-
 tatem ferri non poſſe diutius. hæc Pheum renuntiare ſuis, ac ſimul
 reputare iubet quemque apud ſe, quàm pauci, quàm procul ab do-
 mo, quàm à rebus omnibus imparati, quàm incommodò anni tē-
 pore, tot tamque inſenſis nationibus ad prædam obiecti ſint. ad
 ea ſi prudenter animum aduerterint, proſectò fore, vti, vel cum
 iactura, paci atque otio conſulant, nedum in tanta rerum iniqui-
 tate deprehenſi, validiorum opes atque arma vltro laceſſant. Cum
 hiſce mandatis Pheus in arciem regreditur. Maſcatenias ad con-
 ſilium reſert, ac tamenſi liquidò cunctis apparuit, à Sofare non
certantem

certamen iuris queri, sed vim; tamen, ne furendi materiam hosti at-
 mato præbuisse viderentur; de cæteris rebus placuit responderi, ni-
 hil ipsorum iuris aut potestatis esse. haud longè distare Prætozem
 Indiæ Castrium. si ad eum legati mittantur, sperare pro eius justitia,
 quod fas æquumque sit, facillè impetraturos. Quod verò ad mu-
 rum attingat extruendum, in Garziano fœdere disertis verbis cau-
 tum esse de limite. si intra id spatium ædificare Sofar animum in-
 ducat; se non modò non prohibituros, verùm etiam adiuturos ma-
 nu. Sin terminos transilire, & quod Ninaraus antè frustra tentarit,
 arci obmoliri atque officere cogitet; daturos operam vti denuo
 Cambaia atque India omnis intelligat, Lusitanos nullo terrote,
 nullis difficultatibus, vel de iure finium vel de gradu cõstantiæ de-
 moueri. Hæc Pheus idem referre iussus in regiam, & vnà exemplum
 fœderis, testato descriptum. Ad ea denuntiata nimirum Christi de-
 fertor excaudit: traditumque sibi à Pheo libellum, incensus ira,
 discerpit. id Sofari & committendi belli principium & finis alien-
 næ gerendæ personæ fuit. confestim injectæ legato catenæ: & am-
 bulantes in proximo Lusitani alii duo repente comprehensi, & in
 custodiam traditi: nimbus telorum in arcem subito procurso con-
 jectus. Per hunc modum hostili scelere patefacto, Mascarenias, quo
 propiùs cernit periculum, eo in speciem erectior celsiorque; suos
 omni ratione confirmat. hortatur ne improviso malo icti contra-
 hant animos. proprium esse Lusitani generis & sanguinis, demon-
 strare quidnam diuino fulta præsidio, neque tamen idcirco in sc-
 cordiam resoluta, paucitas possit. Eius rei multa eaque illustria va-
 riis orbis terræ partibus edita documenta. Sed ne longè abeât, nu-
 per hanc ipsam arcem, Antonio Sylueria præfecto, majoribus etiã
 copiis terra marique oppugnatam obsessamque. Lusitanos perexi-
 guo numero ad vltimum inopiæ redactos, multo maxima parte
 suorum amissa; tamen sterisc cœlesti subnixos ope; & quæ pati in
 iis angustiis possit humanum corpus, omnia pertulisse, quoad fra-
 cti metu aduentantis ab Goa subsidii. Turcæ pariter & Guzarates,
 atque aded Sofar idem ille, relictis per summam trepidationem
 impedimentis, abscesserint. Inde, prædicatione omnium & fama,
 nomini Lusitano ingens additum decus. haud disparis exitus, in si-
 mili causa, nunc quoque præcipiendum animis gaudium. nam &
 aduersus ruptores fœderum, contemptores diuini atque humani
 iuris, teterrima dæmonum mancipia, pro insontibus & circumuē-
 tis, & quod caput est, rectè fidei defensoribus, haud dubiè superos
 bellum esse gesturos: & accita iam ab Goa, Bazaino, Caulo, & aliis
 oppidis fidelissima suorum auxilia propediem affutura. Neq; verò,
 quod

quod ad timorē vel maximē proponatur, extimescendam esse hycem. Lusitana pietati, virtuti, nauigandi scientia, non regionum interualla, non ventos, non tempestates, quominus vltima experiantur; obstat. Tantū interea se ipsi viros præbeant, omni conatu enitantur ad laudem; neu committant, vti vel Christiana fiducia, vel duritie militari, Syluerianis aut illis inferiores vlla ex parte fuisse videantur. Eiusmodi vocibus publicè priuatimque obfirmato ad omnem patientiam milite, Mascarenias, pro tenuitate præsidii, stationes vigilasque disponit. Septem instauratę paulo antè atcis erant propugnacula, in iis totidem duces cum vicenis ferè militibus collocat. Marinum castelli Fernando Caruallio committit; huic defensores triginta attribuit, Cambaicam oram Iacobus Lacteus duobus caturibus tueri iussus, & hostem, quoad liceret, maritimas comitatibus intercludere. Reliquam manum sibi Mascarenias ad subita belli reseruat. Duces ad sua quisque digressi loca, se se alacriter ad opus accingere centonibus ac molli tomento protegere muros, aggerere cespitem, fassa glebis dolia inter pinhas locare: arma, contos, machinas, & quicquid ad repellendum hostem opus est, pro copia præsentis raptim expedire: ad nominis Christiani gloriam retinendam, subeunda pericula, famam, sitim, vigiliasque, & vltima perferenda, mituis adhortationibus incitati. Inter hæc Sofas, omnibus iam rebus in proximo comparatis, qua parte ex oppido est aditus, aggerem vineasque ad arcē agere instituit. apertam quippe oppugnationē & repētīnū ad mœnia successum impediēbat, præter defensorum virtutem, ipsa quoque altitudo & latitudo fossæ, quam post Sylueriæ discessum, Emmanuel Sofas duplo quàm antea capaciorem effecerat. Sofatis autem muniēdi ratio fuit eiusmodi: Ab vtroque insulæ margine vallum arcis ad reli iactum obiecit. in eo vallo turres locis editioribus excitantur; è soluto lapide, frontibus duntaxat ad lineam exequatis, ab tergo baliuli atque operarii terram adaggerant. in summo, præteritis gossipii sarcinis, muralia tormenta; in medio atque imo, relictis ex arte fenestellis, minores fistulæ collocantur. Hæc omnia paucis diebus admirabili celeritate perfecta. noctu ferè muniēbant, quo minus ad certos Lusitanorum ictus paterent. interdū, sicut ab opere cessabatur; ira ab arce diuerberanda, & fatigando præsidio nulla dabatur quies. A vallo dein multiplex murus cæptus duci, flexuosis Indico more męandris: quo & oppidani rutiūs ad arcem subirent, aggerēque protruderent; & præsidarii, si fortè erupissent, non modò ad trāsuerfas ex occulto iaculationes præberēt corpora; sed etiā ignotis anfractibus & errore viatum impliciti tenerentur. Dum hæc

fiunt, Sofar optimum statuit, ex alia parte maritimum adotiri ca-
 stellum: vt eo capto & portum haberet in potestate, & arcem ab la-
 tere tormentis impeteret. Eius rei causa ingentem onerariam in
 recessu intimo procul ab hostium telis, ad castelli fastigium ad-
 quandum, pluribus tabulatis at tolli iubet; multoque bitumine &
 pice diligenter oblini: quam deinde, ad castellum admotam astu
 secundo, succendant; concepto igne, in scaphas desiliant armati;
 auctoque tumultu inter fumum & clamorem, scalis ascensum in
 muros obtineant. Hæc res, priore bello frustra tentata, eundem tur-
 sus habuit exitum. quippe, tabulara paulatim in sublime crescen-
 tia conspicati è turribus Lusitani, rem ad Mascarniam deferunt.
 Extemplo negotium datur Iacobo Lacteo, qui captiua iam aliquot
 nauigia ad arcem traxerat, vti quamprimum occupet parato ad in-
 cendium pegmati nec opinatos ignes inferre. Nocturno profectus
 cum fistulatoribus haud plus viginti, quamquam tectis sub manus
 vola funiculis, lenissimoque remorum pulsû, non latuit Sofarem
 ipsum, ea fortè hora circumuenientem excubias. ille confestim ad ar-
 ma litusque dat signum. tollitur clamor. ex omni parte concurr-
 tur. Lacteus, ad similem easam præparatis iam antè suorû animis,
 rectum cursum rectasque proras in periculum tenet. nec minus fe-
 liciter quàm antea Goucanus, eicum fremētibus ferreis globis at-
 que sagittis, ad onerariam penetrat, vt in nullo tali metu, minimè
 custoditam. Confecta iam videbatur esse res, cum in ipso (vt fit in-
 terdum) articulo ingens præter omnem expectationem difficultas
 oboritur. hostilis pyra, quam vel è longinquo concepturam ignes
 crediderant Lusitani, aduersum coniectas è proximo tardas arden-
 tesque ollas, repente contumax & inuisita perstare: iteratis vndi-
 que iaculis nihilo magis lædi, iaculantium oculos animosque ip-
 sa rei nouitate confundere. Tum Lusitani, ancipiti urgente malo,
 quodd & in mora exitium, & in irritò incepto deformitas foret; cõ-
 silium à cupiditate gloriæ mutuantur audax ac pænè temerarium.
 incisis momento anchoralibus, uanem ipsam remulco ad castel-
 lum vsque per media tela perducunt. ibi demum facibus per otium
 ingestis, in hostium conspectu, reluctentibus latè flammis absum-
 pta. Id euentum, sicuti eximiam in suos Dei benignitatem & pristina
 miracula retulit, nullo, ne tum quidem, è Lusitanis initu redi-
 tuque inter tantam missilium procellam desiderato, vno tantum
 leuiter saucio; ita Sofarem, primo indignantem, dein stupore defi-
 xum, ab consilio matitimæ oppugnationis auertit. eo acrius ab
 terra munitiones vrgeri cæptæ. & abundabat multitudo, vt si quid
 tormentis ab Lusitano dirutum esset, Mamudiani extemplo reficer-

rent; & mortuorū loco (plurimi autem quamquam per tenebras fixi cadebant) fustuario coactos alios aliisque submitterent. incivis contrā, neque ad erumpendum copia, neque ad perpetuos & temerarios ictus iacula suppēbant. Per hunc modum, vertente mense, ad arcis pānē fossam agger vineæque perductæ. huic rursus aggeri lapideum præstruunt murum tredecim pedum latitudine: & in eo nova castella, crebrasque stationes, & varia tormenta constituunt. Hanc ferme, circumvallandæ quacunque licuit, arcis formam sequutus est Sofar. Interea Castro Prætori, ad classē, ut dictum est, reparandam sat per se incitato, acres addiderant stimulos, Mascareniz nuntii ac litteræ. Confestim, è duobus filiis Fernandum natu minorem, egregiæ indolis adolescentem, cum navigiis compluribus, & vario comœatu, cadisque sulphurei pulveris, & nobilium manu, Diūm quā̄m celerrimè iubet præcedere. Hosce dubio profectos cælo, atrox in medio cursu tempestas adorta disiecit. pars Bazainum & vicina littora petiēre: Fernandus cum octo taturibus instando & remigando perucit; ut Diensem teneret artem; inuitisque & inspectantibus Mamudianis, militem, & comœatus, & omne bellicum instrumentum exponeret. Ingenti Lusitanorum gaudio id subsidium acceptum: ac minimè dubia spes victoriæ consequuta. initur bellatorum numerus: ad quadringentos & quinquaginta pervenit. Suppletæ dein auctæque custodia, & Fernando infirmissimum omnium propugnaculum Diui Iohannis (suum cuique propugnaculo ferme ab cælestibus patronis indiderant nomen) cum fortissimis juvenibus est datum. Per eosdem ferè dies, Mamudus, ad visenda opera militesque animandos, cum nouo exercitu Diūm aduenit. id suspicatus è concursatione plausuque Mascarenias, Fernandum Caruallium è marino castello remā per exploratores iubet cognoscere. Transmissi multa iam nocte nandi periti & spectatæ fortitudinis viri sex, ad vicinam hostium stationem adrepunt, & è custodibus vni manus injiciunt. ad cuius vociferationem concursu facto, Lusitani duo trësve inter tumultum occisi. reliqui, tenaciter apprehensum vigilem, prævalentes ipsi viribus, ad suos illico transfulère. Ex eo, de Regis adventu cognitum est, itemque de consiliis hostium nonnulla comperta. quibus rebus adeo non exterriti sunt Lusitani, ut etiam per tenebras, crebro igne, bombisq; & tubarum cantu signa effusæ cuiusdam gratulationis ediderint. Inde cum admiratio cepisset hostes, ausi è proximis vigiliis percontari quidam, (è diu turno commercio haud ignari linguæ Lusitanæ) quānam esset causa tantæ ac tam repentinæ lætitiæ. Responsum ex arce est: efferri gaudio

Lusitanos, quod Mamudiū ipsum in castris versari didicerint. quippe, haecenus eum fugitiuis & desertoribus, mistis ex omni colluuiione, turpiter dimicarum. deinceps, cum Rege regniq̄ue proceribus multo honestius fore certamen. eo responso irritati vigiles inuicem probra Lusitanis ingerere, seruitium Sofaris, æternas compedes, acerba supplicia minitari. Verborum iaculationem ferrea vtrinque sequuta missilia. Per continuos dein dies, inspectante atque adhorrente Mamudio, arcis mœnia quatiebantur. Sub testudine basiliscos (noxiorum plerunq̄ue nominibus animantium hodie ballistas appellare mos est) & alia id genus tormenta Mamudiani promouerāt. iis Thomæum & Iacobæum propugnacula, & quantum inter vtrumq̄; erat muri, cum ruinæ minis ac terribili fragore feriebant. Minora verò tormenta, in ipsas potissimū fenestellas ac pinnas obuenterant ira scienter, vt sine præsentis exitio se vix quisquam propugnatorum ostenderet. Inter cæteros nobili viro Iacobo Gnaix (a quo multa de his rebus accepimus) in hostē collineanti globulus in fomitem fistulæ illatus; fracto impetu, oculum ipsum, quo collineabat, excussit. Puluis autem eo erar artificio ac subtilitate perfectus, vt è flammis emicantes ovales pilæ, dolia cespite plena trāsfigerent. Mortarium etiam idoneo statuerant loco, (& peritissimus aderat librandi magister) inde immani ambitu globi triginta paucis diebus in arcem immissi, maiore tamen inclusorum trepidatione, quàm damno: quòd tum è genere sonitus, tum è magnitudine impendentis è sublimi pestis ac ponderis, pleriq̄ue spatium ad præcauendum haberent. recta ferme perforabantur, & dissilientibus lapidum fragmentis nihil erat in proximo tutum, magister dein fortuito ex arce telò perimitur. successit huic artifex, nequaquam vsu vel scientia par. huius culpa residentibus in castra globis, res è Mamudianis obruti: neque vltra exerceri machinam placuit: ita is terror amotus. Cæterum ex aliis partibus haud intermissa verberatione aliquam rum prociderat muri. & propugnaculum diui Thomæ, solutis compagibus, metuendo hiaru discesserat. Aduersus id malum interior murus latitudine pedum viginti maturè perductus. dirura prius ædificia materiam & saxa variæ magnitudinis præbuere. A præfecto ipso cum nobilissimis primū admotæ operi manus: horum industriã ceteri deinceps acriter subsequuti: magnoq̄ue certamine continuata structura, intra septimum diem murus absolvitur. Sub hæc Mamudius, longiorem quàm putarat obsidionem, & sine vlla pacis mentione obstinatos cernens Lusitanos, è suo comitatu Iusarcanem ducem impigrum, & bellicę compotem laudis, cum

Abassina legione in castris reliquit. ipse, procerum hortatu, Madabam vndecimo quàm venetat die regreditur: verbo, ad expediendos commeatus nouumque subsidium: re vera, præter moræ tardium, metu quoque perfrusus, quod è cognatorum numero quidam hostili glande traiectus, ad ipsius pedes exanimis corruisset. At Sosar, incensus dolore & rabie, quod nullam admodum insignem operam præsentem nauasset Regi, præcelsam aliam struem è saxo terraque, interstratis ad firmitatem ramis ac frondibus (vnde Ramosa appellata est) erigebat; vt libero in arcem prospectu, Lusitani præsidii discursum ad bellica ministeria, destinatis è superiore loco iustibus impediret. aduersus eam perniciem, Mascarenias, opportunitatem captans iaculandi, tormenta identidem. alio atque alio transferebat. turrin deinde regione crescentis machinæ raptim exitauit. in eo præsidio positus Antonius Passianus cum fistulatoribus quadraginta, quot ipse quamquam arctis in rebus priuato sumptu propter diuitias ac splendorem alebat. ii summa contentione opus impedire iussi. id quo commodius facerent nocturnis horis (quo maximè tempore muniebat hostis) setrea candelabra permagna crebræque faces ad idonea loca dispositæ: quæ, fuso longè lateque lumine, cum situm castrorû, genus operum, multitudinem hominum veluti diurna luce nudarent; magnus videlicet, viliû præsertim operarum, interitus consequutus. Sed ea erat agrestis turbæ copia, is ab tergo instantium atque vrgentium præfectorum terror, vt plagis coacti miseri sese volitantibus palam telis objicerent; ac peremptorum loca noui subinde recentisque supplerent. ita, nequicquam conantibus prohibere Lusitanis, ad summum perducta moles, & omni bellico apparatu confestim instructa. Inde, cum arcis interiora in dies magis infesta fierent, Mascarenias ante stratam eodem edito loco tumulum extollit: collatisque eò tormentis, & ingenti præcipuè basilisco, Ramosam ita quatrefecit, vt magna cum superstantium clade prosterneret. neque stratam rursus exaggerare ausi Mamudiani. Conatus dein omnis ad fossas opplendas, & opera incenibus ipsis in iungenda conuertitur. iam ad marginem vsque perduxerant vineas. accessere validis ex asseribus muscoli, quam durissimo corio tecti, sub quibus operæ sine periculo commearent. Ex iis musculis tabulæ decliues ita prominebant, vti per eas deuoluta ex occulto saxa, trunci que arborum, & glebæ vltra mediam fossam impetu ipso ferrentur. Inter hæc Mamudiani per tenebras clara voce maledicere obsessis, quod more seminatim intra septa latitantes, non hasta gladioue, sed missilibus tantum è longinquo rem gererent. at non hiæc artibus, qui primi è

Lusitania ad Indos venerint, gloriam quæsisse; non ira nuper Syllarianos bellum exercuisse: verùm in dextris & pede collato propositam habuisse victoriæ spem: seque se mœnibus, sed armis mœntia curari solitos. attamen sibi non esse dubium, quin eius desidiæ non tam penes militem, quàm penes præfectum resideat culpa. quippe qui communem salutem proprio timori prætexat; virosque (siquidem eius dissimiles sint) vitæ prodigos, laudis appetentes, ad conferendam cum hoste manum paratos, fame postmodum & omnium rerum inopia perituros, exemplo segnitæ & imperii vindis intra munimenta cõhibeat. Hæc & alia eiusmodi ad excitandam seditionem, vel ad prouocandos ad temerariam pugnam Lusitanos, iactare sub muris ac portis identidem barbarus, nimirum Sofaris iussu: quod magna esset in spe, si apertum ad certamen elici possent, paucis præliis absumptum iri omnes præsidii vires. Sed neque milites, in id vsque tempus obedientes duci, neque ducem, minimè leuem, aut bellicæ artis ignarum, admodum mouebant importuna & quotidiana conuitia. Magis illa cunctos angebat cura, vt ingruciti a musculis damno quamprimum obuiam irent: quæ res magnas habebat difficultates. nam & coniectos è muris ignes coria respuebant, & majorum ballistarum usum, quo vel maximè incluli valebant, spatium ipsum propinquitatis ademerat. His rebus anxio multaque apud animum suum agitanti præfecto: remedium tale in paucos tamen dies oblatum. Fornix erat in imis mœnibus, simplici lapidum ordine in speciem obstructus. Eo animaduerso, locum aperiri ac repurgari Mascarenias imperat; postibusque validissimas imponi fores. Immissi dein qui perpetuo cegestu, succedentes inuicem alii aliis, fossam larentes exhaurirent: ac tradita per manus rudera silentio in arcem asportarent. ii deciduã vndequaque materiam ita subducebant, vt quàm integerrimum cumuli fastigiũ, fallèdi hostis causa, relinquerent. Quatriduum totum nocturnus diurnoque continuatus est labor. interca Mamudiani munitores fabrili bolide fundum subinde explorare. ac primò admirari cur minimè etesceret, neque responderet operi acerruus: dein, posteaquam magis etiã ac magis imminui sentiebant, (extenuatus quippe, demum assidua subtractione corruerat) noscendi causa, periculo contempto, capita proferunt. Lusitanos, quæ jaciebantur, impigre amolientes cernunt. confestim & è musculis in fossam, & è muris in musculos tela coniecta. Et Sofar à præfectis fabrum admonitus aduolat. is, dum ad oram valli, in dextrum innixus cubitum, Lusitanam cryptam attentius contemplatur, suspenso & cogitabundo, nequaquam in spem tantæ rei missus ex arce globus,

manum

manum simul & sinciput abstulit. Ea vulgata re, tantus exercitum inessit paucor, ut parum abfuerit, quin desertis operibus vineisque, obsidio solueretur. Obstabat maximè Rumecan, ferox ingenio vinctusque, & odio nominis Lusitani à primis annis imbutus. Is, domestico luctu minimè fractus, celebratis more Mahometano paternis exsequiis; tum vniuersos tum singulos appellare; hortari ad perseverandum: tot iam exhaustos labores; tantæ molitionis opera sudore perfectæ; ex hostibus in ipsa paucitate periisse non paucos; & qui supersint, vulneribus, fame, vigiliis, defatigatione confectos, hominum simulaera non homines, vix iam sustinere arma, latitare in angulis, desperato nouo subsidio fugam haud dubiè meditari. sed & maritimos exitus, aduerso anni tempore, & tertestres vallo & stationibus intereludi; immanes belluas indagine cinctas teneri; victoriam esse in manibus; tam propinquæ spei exitum nullo pacto deserendum: tot nationum salutem, tantum discrimen opinionis in hac obsidione verti: si paulum admittantur Mamudiani; & liberatæ Indiæ decus æternum, & nauatæ Regi suo opetæ mercedem opimam laturos. Hisce dictis animati plerique, Rumecanis consilium approbant, in tanta tamque recenti clade tantam animi magnitudinem vulgò admirantur. denique dum à Mamudio veniant madata, summam belli administrandi consensu militari ad eum deferunt. mittuntur ad Regem legati. ille per litteras jubet duces oppugnationem vrgere; noua identidem supplementa, confecti belli præmia pollicetur amplissima: prærogatiuam suffragii militaris de Rumecane confirmat. Lusitanis interim, cognita è fugitiuo quodam Sofaris nece, magna videlicet spes tranquillitatis affulserat: ac, veluti pactis inducis, dum sedatur in castris timor, utrinque otium fuit. Sed mox nec opinato recruduit bellum, nouo imperatore aded impigre obeunte munia; ut Sofarè deesse neque hostes neque ciues vlla ex parte sentitent. Ad fossam præcipuè aguerandam ex patris destinatione curas intenderat. itaque præter eam turbam, quam in castris habebat, alia in super ex agris oppidisque multitudo contrahitur: ac turmatim diuisa, ad tintinnabuli pulsum in orbem subit; neque iam è musculis tantum, sed propalam è vallo, cum interea missilibus certaretur, variæ magnitudinis lapides, arbores totas, virgulta, cespitem jactant: occisorum cadaueta, ne cæteri spectaculo terreantur, obruta ruinis accumulunt. postmodò, vineas ac vallum ipsum vndique prorutum, cum ingenti fragore deuoluunt: neque iam vlla ope resistere Lusitanus valebat. Fornix primum assiduo injectu materiæ obstructus: dein, quod supererat spatii, quotidianis incrementis occupat moles. Inter hæc

Masæarenias, tot vndique cinctus angustiis, nouum à Castris Præ-
 tore auxilium efflagitare per litteras nuntiosque, quos in apertum
 vitæ discrimen speculatoris nauigiis hyeme læuicte mittebat. Ru-
 mecan verò, quamquam libero iam ad mœnia successu, cruentam
 nihilominus dimicationem prospiciens; Sunonem Pheum sub mu-
 ros misit, qui variis conditionibus popularium tentaret animos;
 Mamudii & Rumecanis clementiam prædicaret, obsessisque, si abite
 incolumes animum inducerent, naues ad profectiõnem offerret.
 Ad ea cum ferocius responderetur, negaretque Masæarenias, cum
 violatoribus fœderum atque perjûris, vllam sibi pacis conditionẽ
 esse, confestim Pheus è conspectu subtrahitur: coniectisque per irã
 telis, Lusitani duo, qui ad colloquium pinnas muri fidenter ascen-
 derant, occiduntur. Postridie sub vesperam è Mamudianis præptis-
 simi, excelsos nauium mâlos transuersis junctos tigillis, ad Sancti
 Ioannis propugnaculum erigunt: elatisque super capita scutis, in
 summum enituntur. Ferme triginta iam ascenderant, cum Lusitani
 ad periculum propulsandum ac demendum dedecus mutuo se co-
 hortati, impetu capto, alios è corona præcipites dant, alios in sca-
 lis obnixos, contis detrudunt, detusos, jaculis & flammaram ali-
 mentis & saxorum ponderibus obriunt. in horum locum succedere
 conantes alii, pari defensorum constantia repelluntur. pauci in-
 columes, magna pars ambusti aut vulneribus confecti recedunt.
 neque vltra tentari pugnam ipsa patitur nox. Paulo dein segnior
 obsidio fuit, dum ad summum certamen Mamudiani se comparât:
 accensisque vrbe tota luminibus obeunt templa, suumque Maho-
 metem inani prece sollicitant; multi etiã solenni vouent conju-
 ratione, se non nisi victores ab arce redituros. In diem viii. Kalend.
 Augusti certamen edixerât. is diui Iacobi Apostoli natalis est dies:
 quod ipsum victoriæ mox omen Lusitanus accepit. Vbi tempus af-
 fuit, Mamudiani instructis ante lucem copiis, ad arcem silentio
 primùm, vt fallerent, dein, postquam vigilare hostem sensere, ma-
 gna cum vociferatione succedunt. Lusitani præsentibus animis
 corripunt arma, Sanctum Iacobum ingeminant; têtantes ab om-
 ni parte aditum hostes, igne, ferro, lapidibus prohibent; vbi pluri-
 mum periculi ostenditur, ibi frequentiores obsistunt. Rumecan in-
 terea suis hortator adesse, alios castigationibus, alios promissis ac
 laudibus incitate, aliis voti ac iurisjurandi religionem incutere; a-
 ccrimè vtrinq; prælium cieri; confusas imperiis, minis, gaudio,
 metu clamor, itemque tremendus tormentorum sonitus ad astra
 ferri; subeuntium audacissimi quique passim occumbere. in Tho-
 mæum præcipuè & diui Ioãnis propugnacula ingruerat belli mo-
 les.

les: Eò dum intenti propuguatorum oculi pariter animique sunt, è Mamudianis interim eximia corporum agilitate complures, ob-
 seruato astus recessu, ad maritimum arcis latus, antequam dilu-
 cescat, accedunt: perque præruptum, eoque desertum ab hoste sa-
 xum, partim brachiis humerisque, partim qua cautes pariebantur,
 scalis innixi, in arcem seandunt, inque ædium testis Mahometanâ
 vexilla constituunt. dein, stolidi capti auiditate, armorum atque
 hostium obliui, ad prædam illico dilabuntur. Muliercule quædam,
 aliis omnibus ad pugnam digressis, in ea parte curabant. ex iis nõ
 nullæ virili animo arreptis hastis, prædatores locorum ignaros, &
 incerto concursu nocturnoque pauore perterritos, intra tecta co-
 ercent; aliæ ad opem à præfecto exposcendam ad mœniâ prouolat:
 Masearenias trepido nuntio excitus, ne pugnantium frangantur a-
 nimi; silentium imperat; ipse eum expeditis ad locum accurrit: ibi
 hostes partim in ædibus inclusos, partim in angiporribus errantes
 obruncat. triginta ferme, eum sese conglobassent, ad vnum casu.
 ceteros ex arce dejectos, tum altitudo præcipitii, tum prominètes
 è rupe silices acuti dilacerant. intentiore dein cûta: locus custodiri
 ceptus: & Masearenias, ab ea parte victor, in prælium festinè re-
 greditur; suis laborantibus omni arte animos addit; neque verbis
 tantum, sed etiam corpore miscet certamen; ducisque pariter ac
 militis partes egregiè sustinet. Sex ferme horas dubia victoria pu-
 gnatum est. Ad extremum Rumeeân suorum clade perculsus, re-
 ceptui cecinit. Lusitani tantis defuncti periculis, primùm omnium
 Deo superisque, ac patrono præferrim diuo Iacobo, laudes gratés-
 que agunt: casorum deinde in eunt summam. è suis tantummodo
 septem, ex hostibus comperiant amplius mille & trecentos. capta
 etiam militaria signa nõ pauca. Christianorum funus magno om-
 nium studio celebratum est. Laudati pro cuiusque merito milites
 ac præfecti. Ludouicus Sosa, & Fernandus Castrius, quorum alter
 Thonæo, alter Sancti Ioannis propugnaeulo præerat, præcipuum
 fugati hostis arcisque seruatae decus tutelere. Antonius quoque Pas-
 sianus interiorem aggerem turræque magna eum hostium stra-
 ge tutatus est. Ac feninarum etiam, illo potissimum die, inspecta
 virtus: è quibus aliæ furtiuo, vti dicebamus, ascensu transgressum
 munimenta hostem Maseareniaë trucidandum objecerant; aliæ ad
 mœniâ dimicantibus viris arma & saxa, itémque fascias & medica-
 menta suggererant, versataeque inter ipsam dimicationem erant
 adeò pertinaciter, vt sauciæ nonnullæ constanti dextra sibi spicu-
 lum euellerent, plagisque obligatis ad institutum redirent. Is, bene
 iuuante Deo, pugnae illius exitus fuit. Secundum eam pugnam, ob-

stinatis vtriusque partis animis, alia deinceps haud ab simili eūctū pugnata. in iis, præter cætera tormenta ferrumque, ardentibus maximè jaculis certabatur, majore oppugnantium quàm defensorum pernicie. quippe gossipio, quo Indi ad vestem videntur, ignis tenaciter adhærescens, momento excitatum incendium per confertos manipulos cuneosq; latè fundebat. quos autem flamma comprehendisset; ii, abjectis armis, cum simul vestimenta projicere nõ valerent, cæterosque, ab iis adjuuandis exuendisve, sui quemque periculi metus auerteret, cæci amentesque crebro cum gemitu, incerto vestigio, extra ordines ferebantur. Hinc deformatos vultus, exusta lumina, pendentem è nudatis artubus cutem, ac velut in lora dissectam, horrendo spectaculo cerneret. At Lusitanū multo minùs lædebat ignis, amictu laneo, & insuper ocreis & chiroreicis ac thorace munitum; & corio deficiente, præfectus, in eundem usum, è pellibus inauratis peristromata pretiosa militibus diuidenda curauerat. Ex eo tempore Mamudiani cum aperta parum proficerent vi, subterraneis operibus (& suppetebat ad omnia multitudo) occultè grassari cõstituunt. Cuniculos plures ad arcem agunt, interea, vt ab sensu operis Lusitanum abducant, fabros cum dolabrīs ad suffodiendos muros quàm tumultuosissimè subigunt: majores globos cum fragore terrifico ac densa fumi caligine jaculantur. Porro cuniculorum dispar, neque vno tempore fuit exitus. alii specubus puteisque, quos Mascarenias maturè in id ipsum effoderat, inutiles facti: alii non interrupto successu ingentibus detrimentis rem Lusitanam affecere. Longè perniciosissimus omnium fuit is, quem ad sancti Ioannis propugnaculum præcipua contemplatione direxerant: is vt infra fundamenta peruenit, locū tormentario complent puluere: eiusdemque pulueris tanquam institas ad cuniculi os perpetuo tractu perducunt. Posthæc, veluti ad vltimam oppugnationem instructi, sub signis ad eam maximè partem subeunt arcis, ac vix têtato cõsistū sese recipiunt, dein rursus accedūt receduntque simularo metu, nimirum vt è Lusitanis quāplurimos, propugnandi spectandique studio, in fraudem illiciant. Tum Mascarenias, rarus id quod res erat, hostem dolo non metu pedem referre; mittit ex templo qui Fernando Castrio & reliquis præsidiariis nuntiet, quamprimum ex eo loco secedant: hostilem trepidationem in tempus fixam: aliquid profectò occultæ machinationis subesse, illi, & vigore ætatis, & superiorum dierum victoriis nemiū sibi præsidentes; qua Indorum ignauiam irridere, qua præfecti seu monita seu iussa contemnere. Graue piaculum contumaciæ dedit nobilium cohors, nam simulatque frequentes in turri conspecti sunt;

fant; ignem cuniculo Mamudiani raptim injiciunt. is à primo aditu ad intestina momento perlatus, multiplicatis in arcto flammis, & in apertum impetu vasto enitentibus, euulsam ab radicibus turrem cum terribili strepitu, qualis ex Ætneæ cavernis interdum cieri solet, in altum sustulit, longèque ac latè disjecit. è superstantibus alios volitantia saxorum fragmenta dilacerant: alii, sublime quantum propè oculorum sequi acies posset elati, dein ad terram afflicti, suo & armotum pondere conteruntur. alios dira ignium vis, tamquam tormèto excussos, ad hostem vsque projecit: quorum intetitu nequaquam expletis odiis barbati, inanima & mutilata cadavera tum incessunt probris, tum sparis & gladiis crudeliter fodiant. Viginti ferme ex ea statione tantè cladi superfuère: ad centum extincti, in Ioannis Regis familiam adscripti plerique, & clariorum natalibus. quo in numero Fernandus Prætoris filius fuit. corpora dein conquesta mulieres terræ mandarunt. Cæterum vixdum resederant flammæ, cum per stragem ac ruinas Mamudiani conatur in arcem irrumperè, aduersus eum impetum quatuor è superstitibus raptim opposuère sese: nam reliqui incendio afflati, & recenti malo attoniti ac sopiti jacebāt: & cum pugnacissimis aliquot Mascarenias confestim accurrit. huic manipulo sacerdos effigiem Christi Domini è Cruce pendentis intrepidè præferbat. eius admodum piis adhortationibus, & occulta nimirum è cælo vi, non dubiè confirmati erectique Lusitani, tumultum ac periculum pugne sustinuère, quoad opere tumultuario murus interim ab tergo ingenti aliorum sudore ac certamine objectus est: & imminente iam nocte, Mamudiani, multis itè è suorum numero amissis & sauciis, incepto irrito recesserunt. Eius diei casu admoniti reliqui præsidarii, exinde cautiùs in muris agitare, atque ad primas talium incendiotum notas abistere. itaque & Iacobæa & Passania turris, item subditis ignibus, nullo defensorum interitu prociderunt. Thomæa verò (nam èd quoque cuniculus penetrauerat) procumbentibus in fossam ruinis, paratos atque imminentes in irruptionem trecentes è Mamudianis oppressit. Atque huiusce machinationis in vniuersum ferme hic erat euentus, vt Mamudiani introitu exclusi, spatia saltet obsessis eriperent, & intra mœnium excidia subitarias munitiones raptim excitarent: Lusitani contrà, & per patefactum ruina iter conantem transcendere hostem, virtute atque armis arceant; & nouum introrsus pro diruto murum summa contentione reficerent. Inde angustior in dies arx fieri, & vix ad explicandos ordines relinqui locus. Quatuor iam menses obsidionem pertulerant Lusitani, cum ex aded paucis aliqui ferme quotidie aut vulnc-

vulnerarentur aut caderent. Accessit inopia & fames, frugibus carnibusque consumptis: & præter fœda animalia, quicquid etiã erat fruticosum aut herbidũ, in alimenta conuerso. hinc vulgo ingrue- rant morbi: scissiq; & animis & corporibus, qui arma tractare pos- sent, vix centum & quinquaginta supererant. atque ii admodum ægre continebantur, quominus in hostium stationes vltro imperũ facerent, vitæque miseras & æumnas honesta morte finirent. In hoc rerum discrimine diu expectatum ab Goa subsidium aduenit, naues quinquaginta Bazainum facili tenuerant cursu. Aluarus Castrius Prætoris item filius, & Franciscus Menesius præerant. in- de Aluarus cum meliore parte classis Diu protinus antecessit. reliquæ, captim, prout agilitate vel robore quæque præstabant, captatis tempestatibus, ante Septembris exitum subsequuntur. ar- mati supra nongentos eum omni rerum copia in arcem expositi, quæ res Lusitano maiores, quam pro viribus, animos fecit. Auxit ferociam, basiliscus, qui demersis in ruina rotis inhæserat, cum cũ ad se injectis funibus Mamudiani attrahere niterentur, prospera pugna retentus. Ex hoc indignari postremus quisque, & æcusare primos, quòd hostium conatibus nõ statim ex arce obuiam ierint, quòd opera mœnibus applicari, munitiones transferri, sese in tã- tas angustias rogi permiserint. recensere victorias (vt de Europa & Mauritania sileatur) ad Sofalam, Quiloam, Goam, Malacam, Ar- muziam, Calecutum, ad Repelui vada, ad Diu denique partas; ingentes barbarorum exercitus parua sæpe manu fugatos; perua- gatam Africa atque Asia tota nominis Lusitani terrorem; scilicet quo tanta decora, tantæque laudes, in vno demum præfecto atque in vno præsidio pereant. tuendum omnibus viribus quod à majo- ribus acceperint patrimonium dignitatis ac famæ. viriliter tan- dem erumpẽdum in hostium castra, & dignum aliquid rebus olim gestis & veteri gloria perpetrandum: quicquid ad eam diem acce- ptum in atec sit damni, id fraude, cuniculis, tormentis illatum: si vera virtute, manu & gladiis decernatur; Lusitanum imperium, & micãtia ex propinquo arma Indos haudquaquam laturos: hæc ini- tio pauci, dein velut ex cõtagione plures quotidie palàm in circulis & contuberniis fremere, & in Mascarenia cunstationem qua vera qua falsa jactare. Postremò ad eundem convenire frequentes, pugnam efflagitare, minari, si diutius torpeat, se quemlibet alium vel ex argilla ducem haud dubiè suffecturos. Mascarenias contra lenire furentes, de hostium genere numeròque disserere; iam nunc abundare comœatu arcem; eustodes vti ad hostem læcessendum paucos, ita ad prohibendum sat multos adesse; hycem maxima ex

parte circumactam; vniuersas ab Goa copias propediem affore; tū
 demum certioribus victoriæ præmiis, & minore suorum detrimē-
 to prælium inituros. Hæc & alia in eandem sententiam surdis
 canere Mascarenias: aded certamen penitus imbibent animis
 plerique: nec deorat, qui ab insito liuore, solutæ obsidionis glo-
 riam præreptam Ioanni Castrio cuperent; atque ad profligandos
 Guzarates eguisse Prætoris ipsius auxilio nollent videri. Mascare-
 nias, vt inflatos inani fiducia fixosque in audaci proposito ani-
 maduertit, Acquum fuerat (inquit) ciues, militem ab duce regi, nō
 regere; expectare signa, non extorquere; scire, quæ ad rationē ge-
 rendi belli pertineant, præfecto & cōsiliariis curæ esse. Nunc, quā-
 do mihi propè manus injicitis, & seditionem vultu verbisque præ-
 fertis, vincat sanè maiestatem imperii, inconsulta spes & libido. i-
 te, quod superi bene vertant: virtutem istam, lacertosque, & armo-
 rum scientiā expromit. ego, quos agere debueram, sequar; & quā-
 quam alieno tempore, ramen partem periculi ac laboris vobiscum
 vnā capeßsam. Vos modò videte, vt quos ante pugnam spiritus at-
 que ardorem ostenditis, eosdem in ascensu valli postmodum at-
 que in ipso conflictu præsteris. Cùm hæc dixisset, prout in arcto li-
 tebat, copias instruit: primam aciem Aluaro Castrio, alteram Frã-
 tisco Menesio dat; cum cæteris ipse, modica manu ad custodiam
 arcis relicta, subsequitur. Facta secundum euripum eruptione (nam
 a ea parte latior patebat exitus) ferocissimi quique vallo succedunt;
 ac defensoribus primo impetu petculsis aut deturbatis, ingē-
 ti ardore transiliunt. dein, signo ab hostibus dato, cùm noua idē-
 dem subsidia è castris affluerent, atrox esse prælium cepit: & qui
 nondum transcenderant Lusitani, cùm proculcatæ priorū pedibus
 latiores herbæ altitudinem nudassent valli, quod ex atce prospici-
 entibus nuper humilius apparuerat, icti re subita, primò hæsitare,
 dein, hoste imminente, fugam aut latebras circumspicere. Tum
 Mascarenias: Hęcine pugna est, quam poscebatis? increpitans; an-
 te discrimen feroces, in ipso discrimine timidos & ignauos appel-
 lans; ad opem laborantibus ferendam frustra conatur accendere.
 Inter hæc Menesius intra vallum acriter dimicans; & circa eum a-
 liquot principes Lusitanæ iuuentutis occubunt. Aluarius Castrius
 saxo percussus, cedente ad ictum galea cùm attonitus cecidisset,
 Mascarenia interuentu seruatus est. Neq; vltra sustineri, superfundens
 se ex omni parte castrorum, poterat multitudo. Lusitani cùm
 vndique pulsi transfigerentur, & oppugnari è diuerso latere arcē,
 seu consilio seu temere sublata nuntiaret vox; nequicquam ob-
 stente Mascarenia, nullius nisi vitæ memores ad mœnia portasque
 præci-

præcipiti cursu vertuntur. cupientem simul inuchi Mamudianum
 tormentis è muro deterrent. Hic temerariæ eruptionis euentus
 fuit. Exinde suo ipsi conatu segniores facti; (vt in contrarium sæpe
 migrant vitia) vix pro muris obire stationes, vix fecenti successu e-
 latis, & subinde arcem aggredientibus Indis obsistere: quoad re-
 fectis tandem ex pauore animis, rursus alacres, & obliterandæ i-
 gnominie cupidi, ad consuetam munia rediêre. At Mamudiani, quo
 se magis magisque obfirmatos ad continuandam 'obsidionem o-
 stenderent; atque vt expeditiores ab continenti com meatus habe-
 rent, curipso ad Rumæpolim, iactis vtrinque molibus, alterum pon-
 tem imponunt ea magnitudine ac firmitate, vt quamlibet onustas
 vehes rûdè ac largè transmitteret. Simul, dies noctesque fatigare
 ac premere Lusitanum; stantes muros frequenti verberatione con-
 cedere; quæ minus cõmodè ballistis labefactari possent, in ea, sub-
 ditis ignibus calefacta, syphonibus acetum immittere, putrefacta
 continuò extindere ferramentis, igniferos è stupæ, gossipio, & sul-
 phureo puluere globos in tecta conijcere, denique cuniculos, quòd
 ea res prospere celsisset, ad arcem vniuersam euertendã pluribus
 simul locis agere. Aduersus ea Mascarenias, operariis auctus, non
 vna regione item obliquas aduersasque excavare fossas, tormentis
 æmissilibus ab omni parte hostes impetere; intergerinos quodiam
 parietes perforare, qua tecti milites & mancipia com meatent.
 Iisdem ferè diebus, quibus hæc ad Diu m fiebant, Goam de Fernan-
 di & commilitonum elade nuntius affertur. inde grauis mœstitia
 simul & metus ciuitatem inessit. Prætor, quamquam acri doloris
 morsu perstrictus, tamen ad cæteros animandos, lugeri filium ve-
 ruit. ipse nitens purpura & ornatu alio sumptuoso, in campum
 vna cum proceribus, velut animi causa, processit. ibi, tum in gy-
 ros flexo, tum cursu & saltibus incitato militariter equo, malum
 subinde Mamudianis interminans, cunctos vultu & oratione con-
 firmat. mox in classis apparatus omnes de integro curas ac net-
 uos intendit. ac mitescente iam hyeme, Aluarum Acuniam nauibus
 quinque, in quibus, præter magnam instrumenti bellici vim, fistu-
 latores erant quadringenti, protinus iubet obsessos adire, ac suo
 nomine prohibere, quominus ante vniuersæ classis aduentum pe-
 des è munitionibus efferant: sese paratis omnibus ad pugnam re-
 bus breui affuturam. Cum ea nranu profectus Aluarus, circa Diu m
 in aliquot naues Arabicas incidit. iis mercenaria variarum gētium
 auxilia propinquus Sofaris quidam ad exercitum subuehebat. Al-
 uarus, commisso feliciter prælio, naues expugnat. captum ducem
 in arcem infert. huic, magnum auri pondus ad redemptionem
 frustra

frustra offerenti, vnà cum primoribus abscissæ ceruices. capita in euripum consultò proiecta, vt in conspectum vrbs æstu accedente ferrentur: perlata atque agnita, iram in Lusitanos ac rabiem hostibus acuere. At Prætor, appetente vete, Bazainum oppidum nauarchis & militibus ad conueniendum edixit. atque ad cæteros excitandos eòdem ipse confestim celocibus circiter quadraginta cõtendit. Coactis omnibus copiis, quæ contrahi è vicinis regionibus potuere, (si fuere, præter naualem & aliam turbam, Lusitani bellatores mille quadringenti, Canarini auxiliares trecenti) Cambaicam oram ferro ignique perpopulatus, ad Mortuorum insulam nauibus circiter octoginta peruenit. Huc euocato Mascarenia mādard, vti ad exscensionem cuncta quamprimum expediat, ac sine intermissione tormentis vndique vallum hostium & densos aggeres quatiat, ruinaque patefaciat in urbem iter. Dictis obtemperatum, & paulo post prætor incolumi classe subsequitur. Ab auersa parte atcis per triduum sine tumultu expositus miles. naues portum inuectæ, quàm maximè tuto ab hostium telis recessu consistunt. Prætor, omnium postremus in terram egressus, vti munitiones intrauit; mirari faciem loci: solo equatas turres ac propugnacula; alicubi nullum fossæ vestigium; inædificatos mœnibus ab hoste muros, duasque propemodum ex vna artes factas. contemplatus dein, quatenus lieuit, hostilia castra, adhibitis proceribus, de summa belli consultat. Erant qui differendam eruptionem & rescindendum è maritima iactatione suaderent militem. ipse, ratus ad nominis Christiani dignitatem pertinere, ne vno quidem die Prætozem Lusitanum ab Indis clausum teneri; nulla interposita mora certamen experiri constituit. militibus edicit, curatis maturè corporibus, tertia vigilia præstò sint. Arcem, detractis valuis, ne qua in receptu spes vlli foret, Antonio Correx cum idoneo præsidio inter prælii tempus tuendam adsignat: consilio dein adiuuat rem, quod consilium haud dubiè victoriam peperit. Turris erat ad dextrum vrbs latus, quâ in apertum mare prospectus est, Syluerianam appellabant, ad eam quatiendam, quasi ex illa parte descensio quæreretur, dromones pridie missi tres, è salo eminus muri partem vehementi iaculatione diruerant. id vbi cognouit Prætor, Nicolao Consaluo, impigro viro, & rei maritimæ in primis perito, mandat, vti naues quæ remis agantur, præter nauatas ac libratores, imbelli turba, lixis & calonibus impleat: ii parriter ac nauæ hastas erectas singuli binas: remiges altera manu remum, altera accensos funiculos teneant: libratotes tormenta in hostem veluti ad oppugnationem exerceant. Hòc modo instru-

ctam

Etiam classẽ iubetur Consaluis ad insulæ alterum latus, de quo dictum est, paulo ante lucẽ adiuuere: vociferatione, & ombarãda, tympanis, tubis, quàm maximum strepitum ac tumultum ciere; aliis aliisque subinde locis descensionem ostendere, multimoda arte hostiles distingere copias. Hæc mandata Consaluo. cæteris item præfectis, prout quæq; res postulabat, sub vesperam edita imperia. Rumecan, haud satis cæcus quã potissimum ex parte Lusitanis essent erupturi, ad omnes aditus, æquẽ terrestres atque maritimos, tormenta vigiliasque disponit, telorum omnis generis ingentem copiam in huiusmodi aggeresque componit: auget munitiones: & quæ ex utroque descensus ad oppidum est, præaltas fossas leui superinjectu ramorum ac terræ latenter occurrat. Externi selectique militis, (præter Guzaratas Indosque, quorum maior multo erat numerus) in eam curam ac sumptum acriter incumbente Mamudio, viginti millia in armis habebat. Ex iis ipsa robora ad primos imperus excipiendos in fronte castrorum locat, sitmarque ab tecto subsidiis: Rumæum pontem septingentis milibus insidet, reliquam multitudine, quo elamor quo signa aduocarint, patatam ad omnia occurrere iubet. Rebus ita prouisis, tanta virium suarum Mamudianos cepit fiducia, vti Lusitanorum paucitatem conatusque irrideret, viæque vniuersæ pugnae subituros aleam crederent. Lusitani contra, vti Christianos decet, vno Deo maxime freti, nihilominus expediunt arma: atque ad condictum tempus ante Prætorium armati conueniunt. Dies erat iij. Idus Nouembris, Diuo Martino sacer. Tum loco excelso, vt vndique conspici posset, Antonius Casalius Franciscanus insigni pietate sacrificat; Deumque precatur, vt in hostes Ecclesiæ sacrosanctæ, formidinem ac terrorem auerteret; Christianos, quo alatrius capessant pugnam, noxis omnibus Pontificia potestate expiatis absoluit. Eisdem Prætor, quod pluribus agendi spatium non esset, paucis adhortatur, vt Christo duce, cuius tueantur causam, forti ac fidenti animo prælium ineant. Ioannem ipsam Regem, vniuscuiusque virtutis vel ignauitæ primò testem & spectatorem, mox remuneratorem aut vindicem adesse putent. Indici totius imperii summam in eius diei certamine vtrū nil ambigant, postremò sciant, præter naturam loci, ab se quoque diligenter prouisum, vti seignibus rimidisque nullum neque terra neque mari effugium sit. Ex arce detractas fores, è portu naues in expeditionem emissas. Magnanimis, certam vel in morte victoriam, vel in victoria salutem & præmia constituta. Cùm hæc agerentur, iam Nicolaus Consaluis classẽ è composito ad alteram partem insulæ circumegerat: variisque (vti conuen-

kerat) locis descensum & oppugnationē ostentare pergebat. & nox
adiuuabat inceptum, ex incerto speciem omnium multiplicem op-
pidanis intuentibus reddens. & in Prætoria sublime vexillum, ac
lumen in puppi, ad hæc, densi tota classe ignes, tormentorū fragor,
micantiaque arma, & mistus hominum vocibus ac tympanorum
pulsu tibiærumque concentu Martius tubarum sonus; Castrum cū
omni exercitu adesse monstrabant. Eo terrore Consalvus omnium
oculos in se conuerterat: vti non ex vrbe tantum, sed etiam è ca-
stris, at mariorum agmina, relictis præsiidiis, ad mare concurrerent.
Id ubi à speculatoribus accepit Prætor, in primo tumultu, antequā
dolum clarior prodideret lux, instructas, prout angustiar loci fere-
bant, copias (ferme tria eiant hominum millia) pluribus simul
portis emittit. primū agmen ducebat Mascarenias è veterano
milite, ac perito locorum, atque ad eius imperia dudum adueto:
accesserat è reliquo exercitu quadringenti, cum cæteris modico
interuallo sequutus est Prætor. Cingebant latera spectatæ fortitu-
dinis viri. Vna Casalius ornatu quā augustissimo trabeatus; Chri-
sti ad Crucem affixi attollens imaginem, concionabundus aderat.
Eius hortationibus inflammati Lusitani, simulque diuina & hu-
mana pleni spe, clamore consentienti ad castra succedunt: ac semi-
plenas adorti stationes è vallo dejiciunt: & partim stratos, partim
integros aggeres murōsque scalis, contis, humeris innixi trans-
scendunt; hostemque obuium laestis gladiis que conficiunt. Ad e-
ius rei nuntium Rumecan vacuam ratus arcem, cohortes aliquot
ad eam occupandam circuitu capto iubet extemplo contendere. ii,
ab Antonio Cotrea, quāquam patētibus portis, magna cum cæde
pulsī. Alia item manus ad opem castris ferendam à mari sub-
missa. inde aliquot locis atrociter dimicatum est. id ad eò ex
ipsa vulnerum sceditate perspicere potuit. Cosmo Paiux gladio
femur abscissum. Vasco Fernando, cū se se in hostes acrius
immisisset; decusus ab tergo thorax, petque plagam nudata vi-
talia: cuidam, quod super aures oculosque eminebat, à reliquo ca-
pire, propè ad ostentationem artis, vno acinacis ictu diuisum est.
Circa vnam item è turribus, qua Prætor ipse constiterat, multum
sanguinis fusum: & vexillifer Eduardus Barbutus, inter scanden-
dum ter ab hoste præcipitatus, repetito quartum conatu in pin-
nas euasit, ibique per vnam Lusitana signa constituit. Exinde in-
gens Mamudianos inuasit paucor, & fuga passim fieri cæpta. per-
territis, hinc Prætor, illinc Mascarenias, pertinaciter ab tergo cum
suis instant, immistisque fugientium turbæ eodem impetu in vr-
bem irrumpunt. ibi redintegrata pugna, & aquis aliquandiu vi-

ribus mercenarii ac transfuga maximè resistebant. Vrgēte dein vehementiùs Lusitano, quantum se inuehebat hic, tantum illi de loco demoti. atque vti denuo inclinaret certamen, Lusitana vis ultra sustineri non potuit. Fusi Mamudiani, infula trepidè relicta, super alium alii ex vtroque ponte sese in continentem eijciunt. multi in turba obruti, multi à persequentibus interfecti. Castris & oppido Lusitanus vno die potitus. in oppidanos deinde nullo discrimine sexus ætatisve sumitum est. Mascarenia præcipuè cohors dolori atque iracundiæ paruit: Mahometicamque perfidiam, caecos tot præliis commilitones, & diuturnæ obsidionis mala ad satietatem ultra est. armati iuxta & inermes, pueri senesque, viri pariter ac femina trucidati. vsque ad brutorum animantium cadem atrocitas peruenit. regium Cambaia vexillum, & alia signa relata cõplura. castrensis æquè atque urbana præda militi cecidit. vtrobiq; tabernas apertas, pataram expositamque rerum omnium copiam, triclinia strata, & appositos cibos, velut in media pace (adeò Lusitanum Indus contempserat) inuenerunt. Simon Pheus & socii, ad catenas demendas frustra quæsi. ab irritò sub muris colloquio Mamudiani Madabâ vinctos attraxerant. hosce dein, & yna eiuem Goanum Athanasium Fsterium eum militibus viginti, dum lembo Diuum peterent, vi tempestatis ad Surratum nuper ejectos, ab nuntio cladis acceptæ Mamudius rabie furens jugulari omnes iussit. in cisternam projecta eadavera. Caterùm in prælio è nostris desiderati circiter sexaginta, ex hostibus ad quatuor milia. Rumeean imperator (incertum à quo peremptus) inter caesorum acervos gregali amictu vix tandem est agnitus. sexcenti viui, in iis principes aliquot, in potestatem venere. Præter innumerabilem armorum ac telorum copiam, aenea tormenta maiora in castris reperta quinq; & triginta, è quibus vnum Arabicis inscriptum notis, rudi opere factum, sed inusitata magnitudinis, in armamentario Olisiponensi conspeximus. Clara admodum & gloriosa Lusitanis hæc quoque victoria fuit, vel magnitudine periculi vel prædicatione omnium & fama: celebritatem auxere diuina miracula, quod hostes ipsimet affirmarent, conferta iam pugna, majores aliquot ballistas, applicitum quater ignem, cælo minimè pluuio, respuisse. & super ardiculam arcis apparuisse mulierem cœlesti lumine radiantem, cuius fulgor ita adspicientium oculos mentesque perstringeret; vt, cæci propemodum, neque in ordines ire, neque in vnum conglobare se possent; ac tanto superiores numero, tamen, immutata repente rerum omnium specie, in denos Lusitanos pugnaturi singuli videretur. inde consternationem & fugam ortam. Prætor, ab tam felici

eventu primùm Deo supplicationes habendas curavit collaudato
 dein exercitu, laureatas ad Ioannem Regem litteras misit, mili-
 tumque ac ducum virtuti minimè malignè testimoniū tribuit;
 inde hostiles omnes munitiones æquavit solo; pontes, quibus in-
 sula continenti iungebatur, interseidit. Simul, ad reficiendam a-
 gendamque arcem, ad motus ipse ante alios manibus, cunctos ac-
 cendit; atque ut ingenti labore militum, ita non magno sumptu,
 intra paucos menses partim repurgatè ruderibus fossa, partim etiā
 turres ac mœnia restituta: iisque, ad extremum, laxiore circulo no-
 ua fossa nouique muri circumdati. Hisce rebus peractis, & stipendio
 militibus persoluto, Prætor inuenite autumno victor Goam uoli-
 ta omnium ordinum gratulatione reuectus est. Per eosdem ferè
 menses Idalcan in Bardelianos & Salictanos fines, eadem qua nu-
 per iis Lusitano cesserat leuitate, ad uestigial portoriumque exigē-
 dum armata manu procuratores immiserat. Aduersus hosce, medi-
 cis copiis Prætoris iussu profectus Iacobus Almeida, ejectos ex a-
 gris, Pōdam trepida compulit fuga, castellum, uti supra docuimus,
 magnis operibus ab Azedecane munitum. iis cum ab Idalcane sub-
 sidia mitterentur, Castrius ipse cum duobus millibus peditum,
 equitibus ducentis in ea loca trajecit. Ad eius aduentus samā, pa-
 tidi hostes, ne expectata quidem oppugnatione, castello agrisque
 excessere. Castrius Ponda recepta & euersa, Goam rediit: inde ad-
 uersus Mamudium reparantem bellum, protinus classe contendit
 lemborum aut biremium centum & viginti, quibus Lusitani mille
 octingenti, & è sociis Naires quinquētri uehebantur. Cum hisce
 copiis in Cambaiam delatus; aliis atque aliis locis milites sub si-
 gnis ad populādam oram agrosque duxit. Cūm diu neminem ob-
 uiu habuisset armatum; ad Barocum denique urbem cum equitū
 millibus quinque acie instructa sese illi objecit Mamudius ipse Rex.
 Turritos elephantos & cutulia tormenta in prima fronte loca-
 uerat; post elephantos in dimidiatæ Lunæ figuram instructo equi-
 taru substiterat. Neque Castrius detectauit certamen. Vbi ad teli
 iactum est ventum, repente Mamudiani referunt gradum, haud
 tamen confusis tutmarum ordinibus; & intra conspectum ho-
 stium, loco remotiore, consistunt. Tam subiti receptus causa
 in occulto est. Sunt qui ab Turca quodam ex præfectis moni-
 tum dicant Regem, ne florem nobilitatis, & vnā suam ipse
 caput furentibus tabie ac temeritate Lusitanis objiceret. Sunt qui
 putent eo consilio recessisse, uti auiditate pugnandi pertractos in-
 tra sua præsidia Lusitanos ex omni parte circumueniter. Siqui-
 dem è toto regno copias ingentes equitum peditumque in loca

vicina contraxerat. Vtunque sese habeat res, Castrius ad ostentandam fiduciam, integris item ordinibus, aliquantulo spatio cederentibus instare perrexit: dein torrente desuper Sole, armisque degrauantibus, expressa ab ranto Rege timoris confessione contentus, incolumem exercitum præter oculos Mamudii cum plausu tantumque ad naues reduxit. Patanem inde Arabum coloniam metu ab incolis relictam, itemque Patem eiusdem tractus oppidam célèbre, & alia emporia multa, plurimas naues incendit: magnum mortalium numerum partim occidit; partim cum alia omnis generis præda captiuos auexit: fata, villasque, & conditas horreis fruges exussit. Eam vastitatem per se grauem, spatium temporis grauiorem fecit. Tres ferè menses circumlatus belli terror ac populario: & Mamudii conatus in multum tempus ea clade repressi. Inde Prætor confirmato Diensi præsidio, renauigans Goam, ex itinere Dabulum oppidum Idalcanis maritimum vi cepit, disreptoque flammam iniecit. Idalcan, absente Castrio, in Salsetanam rursus agrum, externorum magna ex parte militum octo millia miserat, equites septingentos. Abassinierant, Arabeque Turcis immisti. Duces iis quinque pari imperio præerant, ita ut pluribus sententiis in decernendo staretur. ad Marganum vicum munierant castra. Prætor, uti Goam insulam attingit; priusquam urbem intraret, nouis copiis auctus, ad Agacino (id loci nomen ad vereris Goæ ruinas) illico in Salsetanam terram transiit ratibus. Lusitanorum peditum duo millia, equites centum & octoginta; pedites Canatinos ex eadem insula Goa item bis mille, Naires sagittarios peltatosque trecentos ducebat. Eius aduentu cognito, duces hostium silentio noctis in locum natura tutiorem se recepere. à fronte fluuius, ab tergo mons editus claudebat. eorum vestigijs acriter insistens Prætor, in castris ab hoste desertis ea nocte consedit. ibi relictus ex itinere miles. Postridie, diuisis quadrifariam copiis, intentus prælio ad hostem ducit. Lusitanos interim, tanquam non cum armatis ac pluribus dimicandum, sed quasi par pecorum grex mactandus foret, accensa cupiditas inuaserat pugne; minisque ac denuntiationibus plerique ad signa cõzineri vix poterant. ex iis quinquaginta fistulatores, incõsulto Prætor, deuus callibus antegressi, flumen vado trajiciunt, interelussique ab iuis temere hostem lacessunt. in eos continuò Arabicus equitatus emissus, cumque pauci à pluribus premerentur, atque retro ad flumen trepidi cederent; conspicatus laborantes Prætor, ad opem circumuentis ferendam amne transmissis cum paucis equitibus aduolat: perque ignium riuos, quos iacta à Mahometanis ardentes duxerant ollæ, perque media tela hostem aggressus, tan-

sas, tandin sustinuit pugnam, quoad ab tergo reliqua superueni-
 tet acies. Eo primū certamine (ita per litteras iusserat Rex) cum
 Sancto Iacobo Diuus quoque Thomas Apostolus inuocatus. & is
 ipse dies fortē natalis erat Apostoli, XII. Kalend. Ianuarias, quæ res
 animaduerta, fiduciam animosque militibus auxit. Simul etiā Ca-
 salius idem, qui nuper ad Diūm, Christi pro nobis è ligno penden-
 sis effigiem excellens gerens, commemoratione tantæ caritatis i-
 dentidem addebat stimulos. Neque ad superos vota, neque ad ho-
 mines hortamenta irrita fuere. Euidens tum quoque cæleste nu-
 men Christianis affuit rebus. Et Lusitani proceres, nouo ardore cõ-
 cepto, in Mahometanas cateruas impetum dant. Aluarus Castrius
 primo incursu duos ex equis præcipitat, stricto dein gladio sese
 medios in hostes inmittit, Ioannes Ataidius vnum ex primariis de-
 turbat: inde non gladio tantum, sed manu atque impressione vrget
 aduersos. Franciscus Syluius effuso item vno, cum tribus simul ca-
 pssit pugnam, atque omnia interficit. Iacobus Almeida vnum è
 quinque ducibus hasta transigit. Aluarus Camigna tres equites,
 Aluarus Gamma duos, Antonius Persona totidem sternit. Saluator
 Fernandus vexillifer, ad cæteros magis magisque incitandos, in me-
 diam hostium aciem seque & signum intrepidus intulit. Dum hæc
 ab antesignanis fiunt, nequaquam ab alijs interea cessatum. acriter
 vbique gesta res. magna passim edita strages. ac nisi prælio in-
 teruenisset nox, è tanto hostiū numero pauci omnino superfuisset.
 Sub vesperū cæpta pugna, circiter vnus horum spaciū habuit. arre-
 pta dein fuga plenos vulnerū ac pauoris Mahometanos tenebrę si-
 mul ac siluæ tutatæ sunt. Eorum equites cecidere centū & quin-
 quaginta: sexcēti pedites: è quinque præfectis occisi tres. in iis Ce-
 labatecan Turca, magna inter omnes auctoritate. è reliquis, alter
 duabus acceptis plagis ægre tandē euasit; alter insolentis, per den-
 sas cohortes incitato equo sibi viam aperuit. E Lusitanis vnus tan-
 tum desideratus, Ioannes Carriagus, Goanus ciuis, & Naires duo:
 vulnerati Lusitani quatuor, Naires haud amplius tres. Hæc omnia
 postmodum ad Ioannem Regem fusè perscripsit Prætor; idemque
 multiplici intra vertentem annum parua victoria, Goam urbē spe-
 cie triumphantis inuestus est. Sub hæc, per honorificum de rebus ad
 Diūm gestis decretum Regis allatum. ex eo cum alia fortibus viris
 diuisa pænnia, tum veteranis ad Bazainū agri assignari. Prætor ip-
 se laudatus verbis amplissimis, & Præregis titulo decoratus est: ei-
 dē super honotarium stipendiū, decē auri milia dono data, & in
 tres annos prorogatū imperiū. Sed, quæ rerum humanarum vani-
 tas est, Castrius nō diu licuit uti honore ac beneficiis Regis; è ma-

gnis laboribus vigilisque lentacorreptus febrî, gementibus bonis, intra paucos menses extinguitur, vir omnium consensu aequè belli ac pacis artibus clarus. Huius ingenium & industriam varii per omnem ætatem casus exercere. Olisipone, adolescens, ob clandestinum matrimonium eiectus a patre, in aliam partem vrbis migravit. ibi quæquã in magnis rei domesticæ angustiis, cû Petro Nonnio ejusdẽ vicinitatis, illustri mathematico, familiaritatẽ inuit, multaque ab eo per otium de rebus æstronomicis ac de nautica in primis arte cognouit. Ab ea cõmendatione, ipsomet insinuante Nonnio, in Ludouici principis amicitiam peruenit. Ioãnis Regis frater germanus hic erat: idemque eximius bonarum artium patronus ac patres. Ab eo cû auxiliariis copiis ductus in expeditionẽ Caesaris Turenanam, egregium sese virum & manum & consilio præbuit. Inde cum Garzia Noronia in Indiã ab Rege missus, magnã sibi rerum Indicarum notitiam peperit, eamque litteris ingenti labore ac subtilitate explicauit. Ab Olisipone Goã usque, singulorum dierum iter, locorum aspectus ac situm, altitudinem Solis ac poli, diligentissimè persecutus est. Id ipsum rursus præstitit orã legens ab Goã Diuim usque, & ex partium dimensio, multis oppidis vicisque, vocabula antiqua restituit. in commentariis, Ludouico dictati, in Academia Eborensi (quã Henricus deus Cardinalis regali munificentiã condidit) adseruatur. Exstant ejusdem Prætoris ad Ioannem regem epistolæ: in quibus, præter cõmunis boni studium in signe, nõ vulgarem insuper tum militarium politica rei scientiam facillè animaduertas. Et, quod hæc omnia superat, usque aded pius perhibetur fuisse, uti quãtalibet stipatus aut nobilitatũ aut plebis frequentia, ad Crucis adspectum illico positus hũni genibus, oculos in cælum cum attenta quadam ueneratione defigeret. huic pietati non sine causa victorias vulgè acceptas ferebant, quas, breui tempore paruisque copiis non paucas neque obscuras de nominis Christiani hostibus reportauit: hoc etiã nomine felix, quod morienti Xaverius affuit & in extremo illo certamine opẽ egregiã tulit. Castro vita functo (annus tum agebatur seculi huius octauus & quadragesimus) successiones, quas vocant, de more consultæ. prima Ioannem Mascareniam, cuius modò meminimus, nominabat. is, quod in Lusitaniam patulo antè redierat, solutus alter codicillis Prætorẽ declarauit. Garziam Salã, grãdi iã arãte virum, multisque in eadem provincia honoribus domi pariter ac militiæ clarum. Huic, ritu solenni, tradita extẽplo gubernacula. Atque eo lætius fuit eius initium magistratus, quod per eos ipsos menses è Dominicana quoque familia prædicatores in Indiã peruenere. Duodecim erant numero. Antistitem habebant

Jacobum Bermudium Castellanum. Hisce, ac venturis deinceps fratribus, templum cœnobiumque Goę magno rei Christianę bono & vrbs ornamento conditum est.

LIBRI TERTII-DECIMI FINIS.

HISTORIARVM

I N D I C A R V M

LIBER QVARTVS-DECIMVS.



Vñ idem tempus, quo hæc in India gererentur, in vltimas quoque terras porta præter spem & expectationem ingens Euangelio paruit. Angerius erat in Iapone quidam, maritimus in oppido Cangoxima honesto loco natus, regni quod Saxumam appellat. Is, contracta cum Lusitanis iustitoribus amicitia, de religionis Christianę mysteriis, ac simul de Xauerii sacerdotis vita rebusque, quas gereret, multa ex iis in familiarium sermone percepit, inde paulatim & veritatis & Xauerii tanto studio est captus, uti ad eum inquirendum, vasto & ignoto sese mari absque ulla dubitatione crediderit. profectus ducibus Lusitanis iisdem, post varios errores atque discrimina, Malacæ Xaueriũ (qui è Molucis Indiam repetens eadem in vrbe subsisterat) summa sua cum animi voluptate conuenit, atque ut pater item de Iaponiis mira quædam audierat, aduenatum congressu & aspectu, valde lætatus, crebris deinde colloquiis varia ex iisdem sciscitari non destitit. per commodè ad singula respondebant: minimeque vulgaris ipse cunctis, ac præferri Angerũ, tum in dolens tum humanitas visa, ergo Xauerius, ut primũ Indica negoria translegisset, Iaponios (quod iam autè cogitarat) omnino adire cõstituit. Interea, quod Parauana & finitimæ Indorum Ecclesiæ erant illi ex itinere inspiciendæ, Angerũ Goam via breuiore præmisit, Ioannem Beiram, Nunnũ Riberiũ, Nicolaũ Nonniũ socios Molucas petere iussit. Malacensis catechismi, quẽ negligi aut remitti

2 nolebat, munus Vincētio Viegæ externo sacerdoti egegiè probe
 concedidit. Mox ipse perquã difficulti ac periculosa navigatione
 Cocinum delatus, inde ad Cori promontorium Piscariisque tra-
 jecit fines; ac suis, qui in ea regione curabant, Antonium Crimina-
 lem communi consensu præposuit; neophytos ad perseverantiam
 adhortatus est, oratoria recognovit, nec leuibz denuo signis atq;
 miraculis Christianæ fidei veritatem ostendit. morbos depulit: de-
 monia exegit: mortuos quin etiam reuocasse perhibetur; quod ta-
 men vlt postea fateretur ipse, quamquã grauissimorum hominum
 præce fatigatus, adduci non potuit. Hisce aliisque in ora Piscaria
 gestis rebus, ad urbem Goam summã diuini gratulatione perue-
 nit, paulo antequam Prætor Castrius è vita discederet. huic animã
 agenti (vt supra significatum est) affuit. Angerum vnã cum famu-
 lis probè institutum, sacro intinxit latice, ac Paulum appellauit.
 famulorum alter Ioannes, alter Antonius nominati. ea messis Iap-
 ponicæ fuere libamina. simul è sociis alios alid: Alphonsum Cypria-
 num genere Castellanum, in Diui Thomæ Colonia, Gasparè Bet-
 zcum, ortum in Belgis, Armuziam destinauit. Goani collegij ac se-
 minarij domesticæ disciplinæ consuluit. Indica suorum domicilia,
 dum abesset, Paulo Camerti cuncta subiecit. Interim verò, Iapo-
 nicam ad expeditionem, instante iã die, se ipse diligenter parabar.
 is vbi pereteuit rumor, piorum greges ad illum portinus lacry-
 mabundi conueniunt. monēt, obsecrant, obtestantur, ne semet vl-
 tro ram ancipitem ac periculosam in aleam det; neu publicam rē,
 quæ ipsius vel in primis nitatur capite, eiusmodi consiliis ran-
 tum in discrimen adducat. Sanè quàm multa erant, quæ quamli-
 bet animosum hominē ac fortem absterteri à tali itinere possent.
 primùm ipsa longinquitas. quippe leueas amplius mille trecen-
 tas distat à Goanis finibus tertia Iaponia. dein, multis in regioni-
 bus, ac præsertim circa Somatrã ac Sinas, mate à pitatis infessum,
 itēque à Sinarum præfidijs, quæ sæpenumero in peregrinos
 omnes nullo discrimine tanquam in hostes inuadunt. idque rum-
 erat extimescendum magis, quòd Sinas inter & Lusitanos non-
 dum essent planè reconciliata commeteia, neque locus foret Si-
 narum vllus, quò Lusitanis ad contrahendum aperte descende-
 re, aut vbi tutò commorari licerēt. memorabantur etiam variis lo-
 cis insidiosa vada syrtesque, nondum ad plenum iis cursibus explo-
 ratis. itēque Eoi pelagi natura, quod sauum, & vastum, & vorti-
 cosum, totas hæud rarò naues absorbet; & super hæc, præcipuus
 nautarum terror, eenephijs typhon; suctus in ea vel maxime plaga
 furere; & in ipsa cum oneribus vectoribusque nauigia in asperum

sæpe littus ac saxa torque. Cum hæc & alia multa ad timorem
 proponerentur, sarisque mirari se posse amici negarent, cur tanto
 rerum vsu, tali sapientia vir, tantis periculis objiceret sponte sese,
 relictaque in vicino segete, cuius ipsemet sementem fecisset; tam
 longinqua, tam operosa, tam incerti prouentus noualia peteret;
 Ast ego (inquit ille) satis mirari non possum, cur infinitam Dei vim
 pariter & elementiam quotidianis præconiis celebrare soliti, eidem
 nunc potentia ac bonitati, meo potissimum in capite, diffidatis.
 Anne vos præterit, qui rerum omnium arbiter sit, huic animata æquæ
 atque inanimata prorsus ad nutum omnia deseruire? Testis haud se-
 mel vnda, quæ se se Domini ac famulorum postea gressibus, muta-
 ta illico natura, calcandam exhibuit. Testes venti ac procellæ, quæ
 perfalis ultimi exitij horrore discipulis, vno Christi imperio con-
 ciderunt. Testis inelytus ille Job, in quem nihil omnino, nisi ex
 Domini voluntate, malo demoni licuisse comperimus. Testis de-
 nique (ne in re aperta sim fusior) veritas ipsa, quæ capitis nostri ca-
 pillos omnes numeratos esse, ac ne vnum quidem ex iis periturum,
 disertis verbis affirmat. ergo, sicuti Regum ducumve internuntij
 ac præcones, regiis dumtaxat insignibus freti, per media castra, per
 instructas armatorum phalangas ac tormenta disposita, vadunt se-
 curi & inermes; ita, diuinarum legum interpretes, gentiumque do-
 ctiores, vna summi Regis tutela ac maiestate subnixi, per varia ter-
 ræ marisque pericula, atque adeo per intentas vndique machinas
 ac mucrones, quocumque res postularit, intrepidi atque alacres
 penetrare non dubitant. At enim isti ipsi quos narras, in latrones
 incidunt, laniantur à feris, naufragia faciunt; variis implicantur
 morbis; æstu, frigore, fame, siti, rerum omnium egestate laborant;
 citcumveniuntur conuulsorū insidiis, factionibus opprimuntur,
 tyrannorum iussu omnibus suppliciis exerceati maectantur.
 Concedo, & quidem hisce itineribus olim Apostoli ac martyres
 ad sempiternam gloriam peruenerunt. Sed idem contendo; hæc
 omnia ad illorum vel probandam fidem, vel constantiam illustran-
 dam, Diuina tanquam dispensatione permitti. Nam alioqui refertur
 historiae sunt exemplis eorum, quibus esurientibus angeli ministra-
 runt cibos, quorum leuanda siti, purissimi subito fontes è terra e-
 micuerint; quibus, posita extemplo siccitas, flatus ac tempestates
 obscurarint; quos voracissimæ & in alios ferocissimæ bellæ
 propalam blandiendo permulserint; quos vel exquisitissima lictor-
 um carnificumque tormenta nil laxerint; queis ferrum, equulei
 virgæ, rotæ, flammæ pepererint. Atque in eiusmodi certaminibus ta-
 mensi non semper explorata victoria est, multique ac magni sæpe

,, conatus in irritum cadunt; tamen diuinæ gloriæ & hominum sa-
 ,, luti seruientē, fidenter omnia tentare, moliri, experiri par est. Itā
 ,, ne verò? ad leuissimam incertamque prædā, per densas acies, mi-
 ,, cantes gladios, & volitantia tela cæcò impetu ruet miles; inanēs
 ,, honorum titulos, & speciosa vocabula, nihil aut modicum dura-
 ,, tura, ambitiosus per summam indignitatem atque miseriam, quo-
 ,, tidianis obsequiis, adulatione seruili, valetudinis damno, patri-
 ,, monij profusione captabit; sordidarum mercedum causa, quæque
 ,, dumtaxat corpori seruiunt & vernitate facillimè corrumpuntur,
 ,, institor ac nauicularius, terra vnde ortum habet relicta, veluti
 ,, ruptis naturæ scæderibus, ventorum ac maris iræ sese permitteret;
 ,, obiectulque fluctibus ac piratis, ignotum orbem, peteginarū a-
 ,, uium instar, ignota semper littora pererrabit; nos, propagandæ re-
 ,, ligionis, amplificandī Christiani nominis, omnipotentis Dei de-
 ,, merendi, seruandi humani generis gratia; inopiam, arumpas, in-
 ,, commoda, mortem denique recusabimus; præsertim eum illorum
 ,, temporarios labores, ab improba plerūque cupiditate profectos,
 ,, mortemque vnam, altera sæpe mors, & sempiterni labores; atque
 ,, infiniti cruciatus excipiant; nostram industriam operamque, si in
 ,, officio ac fidē ad extremum vsque perstemus, beatissima æternitas,
 ,, immortales coronæ, inmensa præmia manebant: nihil ergo sit tā-
 ,, ti, quo nostra de Deo deque hominibus benemerendi studia recitat-
 ,, dentur. Nam quoddam Goanæ Ecclesiæ, viciniq̃ huiusce tractus, ab-
 ,, sente me, solitudinem peritimescitis; agnosco pietatem vestram, sed
 ,, ne in hanc messem operæ desint, satis à me, vt in tanta nostrorum
 ,, paucitate, prouisum est. Paulum Camertem eximia caritate virū,
 ,, Goano collegio; Antonium Crimivalem, insigni virtute pastorem,
 ,, Ecclesiæ Parauanæ cum idoneis adiutoribus vtrumque præfeci-
 ,, mus. Ad hæc, episcopum habetis in urbe vigilantissimum; Francisc-
 ,, canos Dominicanosque fratres, vestri amatissimos cupidissimos;
 ,, que: præter hosce, alij quosque subinde sacerdotes è Lusitania su-
 ,, peruenient. Vltimis, vltimis, inquam, nationibus, ad quas læti sa-
 ,, lutis nuntij, nullo vnquam tempore allati sunt, rectus ad vitam æ-
 ,, ternam callis tandem aliquando monstrandus; ac terribissima dæ-
 ,, monum seruitute miserandum in modum oppressis, Christianæ
 ,, libertatis cominus attollenda vexilla. Neque enim pro Lusitanis
 ,, tantum, aut Canarinis, aut Parauis, sed pro vniuerso hominū ge-
 ,, nere, quotquot vbique sunt, fuere, futuri sunt, redemptor idem
 ,, & conditor I E S V S vitam ac sanguinem in cruce profudit. qui-
 ,, bus miserissima captiuitate detentis, cum in idipsum a præpotenti
 ,, Deo vocatus detestatusque sis, non omni ratione consuluisse,
 neque

neque per ignia quamuis & aspera sacrum Euangelium pertu-
 lisse, extrema non modò ignauit, sed etiam perfiditæ crimen esse
 quis ambigat? Proinde facessant querelæ, absint complorationes,
 singultus ac suspiria sileant. quin potius, vti Christianos & Dei
 hominumque amantes decet, meam hanc expeditionem, faustis,
 reita dicam, ominibus & studio incensis apud Deum suffragatio-
 nibus prosequimini. Hisce dictis lenato vtcunque mœore, cõscē-
 dit nauim Aprili mense, anno post Christum natum MDXLI X.
 Comites habuit de societate Cosinum Turrianum & Ioannem Fet-
 tandum Hispanos; de externis, Paulum famulosque Iaponios. Co-
 cinum ab Goa primùm, inde Malacã exeunte Maio venere. Hic pa-
 tri, quò intēderat pergere cupiēti, nauis Lusitanorū nulla sese ob-
 tulit. Iuncus erat Sinarū in Malacēsi portu, & quidem piratica in-
 famis, vulgo latronis iuncū appellabāt. Cum hoc ipso latrone Xa-
 uerius (tanta inerat eius menti fiducia diuinæ tutelæ, tantus ardor
 liberaudi ab dæmonum seruitute Iaponios) cetta mercede pacisci-
 tur, vti relictis ad læuē Sinis, ipsum & comites in Iaponem extēplo
 perducatur soluere viij. Kal. Iulias ipso D. Ioannis Baptistæ die nata-
 li. Post multa nauigationis incommoda, & nautarum fraudes, Can-
 proximam, Angeri, vti dictum est, patriam, attingere xvij. Kal. Septē-
 bus; qui dies Assumptæ in cælum Deiparæ Virgini sacer est. Xaue-
 ras a Pauli propinquis atque domesticis amanter exceptus, vix-
 dum recreatis à maritima iactatione comitibus, ad Christianiani-
 tatem anitum adiecit. linguæ primùm Iaponicæ rudimentis ad in-
 star pueruli summo studio ac sedulitate institit operam dare. in
 præcipuis dein fidei Christianæ capitibus conuertendis, quamquã
 enixè adiuuante Paulo, tamen ob rei difficultatem, & mysteriorum
 altitudinem, & linguarum inscitiam, complures dies ingenti labo-
 re miseriatque defudatum est. postremò, iis in codicem vtcunque
 relatis, ex eo codice Xauerius balbutire ad populum vnà cum so-
 citis cepit. magni extemplo concursus ad eos facti. atque, vt pro-
 tacia & acuta sunt Iaponiorum ingenia, ridere alii solæcos bar-
 batiemque, alii, quid ea lectione significaretur, ambigere; alii
 peregrinum habitum cultumque demirari: alii etiam, communis
 consuetudinis ac inorum ignaros, probris & cauillis petulanter in-
 testere. nec deerant, qui eiusmodi ludibria detestati, miseraren-
 tur innoxios; nec spernendum vti que genus hominum inter-
 pretarentur esse, qui tam remotis è regionibus, docendi tantum
 gratia; periculo maximo, nulla mercede venissent. Xauerius in-
 terea sociique nihil de studio & contentione remittere. adhæc, nor-
 mam eam tenere viuendi, tamque illustria sobrietatis, patientiæ,
 mansue-

in anſuetudinis, omniumque virtutum exempla præbere, vti veram ac ſalutarem doctrinam afferre ſe factis moribusque, multo magis quam dictis aut ſcriptis, oſtenderent. Inde haud leuiter commoueri ciuitas capta; noſtrisque non ad magiſtratus modò, ſed etiam ad Regem, qui tum extra oppidum agebat, Paulo præſertim adnitate, facile patuit aditus. Commertium is Luſitanorum auidè iadudum expetebat, quos ad vicina emporia cum pretioſis oneribus comineare didiceſat. apud eos, quòd plurimum gratia & auctoriſitate Xauerium valere Paulus & famuli teſtarentur, valde ſeſe illi comem & humanum initio præbuit. quòd etiam prolatam à Paulo, Chriſti & ſanctiſſimæ Virginis matris imaginem veneratus, id ipſum fieri ab omnibus, qui aderant, impetrauit: ac prædicandi Euanglii, & baptizandæ ritu Chriſtiano gentis poteſtatem haud grauè conceſſit, eaque de re, publica edicta propoſuit. Ac Bonzii etiam, (quo de hominum genere ſuprà demonſtratum eſt) ſuperſtitionum Iaponiearum antiſtites, vel nouitatis gratia capti, vel ſuis opibus ac majeſtate conſiſi: cùm nihil ab ignotis præſertim externiſque ſibi metuerent, fauere tum quidem Xauerio videbantur. ergo Chriſtiana paulatim facta in urbem inducta. Pauli primùm vxor & filia, tum propinqui & amici complures, eodem Paulo die nocteſque hortante, inonente, docente, ad baptiſmum adducti, hoſce deinceps alii ſubſequuti; quibus ad virtutem ac pietatem excolendis, operam Xauerius in primis impendebat aſſiduam. Decretum erat illi, ſimulatque aliquem eius linguæ uſum nactus foret, Iaponis caput Meacum adite, & quo expeditior ad cæteros prædicatio eſſet, Regi primùm ipſi vel Imperatori, quem vniuerſo Iaponi præſſe audierat, Euangelium afferre: ſed Regis præcipuè Cangoximani promiſſis ac precibus, & oblata rei bene gerendæ ſpe, diutius quam cogitârat in eadem vrbe detentus eſt. Inter hæc, negotiatores Luſitani cum mercibus Firandum regni Figenſis appulerant. id vbi Cangoximæ cognitum eſt; periniqua tulit animo Rex, vicinos dynaſtas inſperatis augeri opibus, at ſe diuturna lucræ aduentitii exſpectatione fruſtrari. ex eo tempore ſenſim auerſari Xauerium cepit, & ab ipſius doctrina præceptiſque refugeſe. Bõzii quoque, poſteaquam Chriſtianis inſtitutis vicia ſua reprehendi, Euangeliæ luce mendacia prodi, ſanctiſſimis decretis conuelli nefaria dogmata, denique diſcipulos & ſectatores ab ſe auocari animaduertent; immutata ſubitò voluntate, Xauerium exſecrari, fictis criminibus ipſum & ſocios in inuidiam adducere, publicè priuatimque maledictis lacerrare atque proſcindere, offenſum iam Regis animum nouis in dies facibus inſtigare. neque ab incepto deſtitere;

defitère; quoad reuocato priorè edictò, rursus pœna capitali sanc-
 tum est, ne quis omnino, relictis partibus auitisque noua & pere-
 grina sacra susciperet. Xauerius; æquitate animi ac summissione
 facientes lenire nequicquam conatus; nihil taquæ & grauia perpessus
 incommoda, Meacum, quò pridè intèderat, abire decreuit. Chri-
 stianorum numerus in vrbe Cangoxima ad centum ferine perue-
 nerat. Paruulum eum gregem Paulo commendat. ipse, vertente
 anno, mœrentibus lugentibusquæ; neophytis, & gratias immortales
 agentibus optimò patri, Firandum ad Lusitanos cum Cosino Tur-
 riano & Ioanne Fernando progreditur. ibi verò, cùm à Lusitanis
 ipsis ingenti gratulatione, tum in eorum gratiam ab regulò per-
 honorificè acceptus est; & quod optabat vnum, illico facta legis
 Euangelicæ promulgandæ potestas. iam linguæ paulò maiorem
 notitiam noui præcones erant nacti. ergo, partim dicendò, partim
 aliis aliisque, prout res postulabat, periochis è codice recitandis, &
 super hæc, in oculis omnium innocenter & castè viuendo; plures
 paucis dièbus Firandi; quàm toto anno Cangoximæ ad Christum
 adiuuere. his Cosmi Turriani curæ fideique concreditus, Xauerius
 cum Fernando Meacū petens; circa Octobris initium, scruiente iam
 hyeme, Amangutium, leucas ferè centum à Firando, processit. ca-
 tum erat vrbs perâpla; (nam aliquoties dein ferro & flammis euer-
 sa est) in Iaponis serme vmbilico sita; ac Regem habebat longè la-
 tèque imperantem. Ad eum Xauerius accitus Fernando comite ac-
 cersit. ille de vno cœli terreque conditore, de lapsu Angelorum ho-
 minumque, de redemptore generis humani IESU CHRISTO
 Dei filio, de sempiternis pœnis ac præmiis, ex eo quem dixi libro
 multa expromenti Fernando, vnius horæ spatio mirum in modum
 attentas aures præbuit: dein, vt sine honore, ita sine injuriâ vtrun-
 que dimisit. eadem serme nostri quotidie bis ad circumfusam mul-
 titudinem per vicos & compita prædicabant, obsoleto ac peregrino
 vestitu, nulla pompa vel apparatu verborum. Nihil initio tam
 nouum aut absurdum ad Amangutianorum aures oculosque acci-
 dere potuit. ergo, non plebis tantum insanæ, sed etiam nobilium
 infesto clamore sibilisque & cachinnis explosi, & omni petulantia
 genere vexati sunt nullo profus operæ pretio. Hæc per eos dies A-
 mangutii gesta. Meacum inde abeuntes, duorum ferè mèsium iter
 excepit difficile & asperum, à latronibus atque piratis infestum; ni-
 ue geluque, siluis ac saltibus; ad hæc, interueniente pclago vel æ-
 stuariis impeditum. Id iter ingressi humano præsidio nullo, diffici-
 le dictu est quàm grauia, quæ acerba ignotis regionibus terra ma-
 tiqûe pertulerint, pedites ambulabâr, & quidem in humeros clata
 sarcinulæ

farcinula. in manicas oryzae semitosta indiderant bolos, (auelara vulgus appellat) eo cibo famem aqua profuente sitim leuabant. Ignari viarum, & simul quo latronum insidias effugerent, indigenas equires citato gradu, nunquam talari deposita veste, persequebantur exalceati, quòd eo anni tempore torrentes annésque occurrerent vado superandi non pauci. itaque partim antecedentium festinatione, partim etiam assidua sarcinae vestatione lassí, ad hanc lubrica plerumque via incerto ac fallente vestigio corruebant, pedibus interim glaciæ & algoris iniuria miserandum in modum intumescens: ac noctu demum imbre perfusi, fame & algore confecti, sicubi tecto saltem agresti reciperentur, alia hospitalitate nulla, prælatè videlicet secum agi præbant. Nam in pagis quidem & oppidis, præter cætera vulgi ludibria, interdum etiam lapidibus petebantur. ast ubi transmittendum esset mare, vix atque ægre tandem in naues admissi, pecudum instar in ipsam præter sentinam detudi consueuerant. Per eiusmodi vexationes atque misérias cum ad urbem denique Meacum sospites haud sine miraculo peruenissent, minimè idoneum sationi Euangelicæ tempus, cuncta bello flagrantia, surdas ad salutaria monita & obstræctas incolarum aures offendunt. Ad ipsum verò Imperatorem, quamquam adhibita diligentia conatuque, adspirare non licuit. ergo, terræ natura gentisque moribus in præsentia utrunque exploratis, per easdem difficultates, iisdem itineribus, eodem ferme spatio temporis, Amangutium reuertuntur. ibi, quòd se se haud iniquum illis antè præbuerat Rex, certum erat fixumque Xauerio, terram eam rursus omni arte moliri, curaque & labore, quoad eius fieri posset, sterilitatem soli maciémque peruincere. & quoniam experiendo cognorat, Iaponios, Bonziorum furore & ostentationi assuetos, plurimum externa moueri specie, & animi bona forme corporis habitu cultuque metiri; ad eorum mores, quantum sine peccato liceret, in præsentia conformare se se; & Christi causa non nihil ad istorum salutem extrinsecus mutuari in animum induxit. ergo, priusquam ad opus aggrediretur, Firandum aëcurrit. ibi, Lusitani Regis impensa videlicet, augustioribus vestimentis induitur, commendatitias ad Iaponios Reges litteras, quas ab Indiæ Prætoris & Goano Episcopo sibi traditas, interim ibi reliquerat, sumit, nec non à Malacensi Præfecto munera Iaponiis ante id tempus ignota. In iis erat Lusitana vestis vñque prænobile, musica sambuca, & horologium ex iis, quæ inæquali ponderum examine, plutiumque rotarum denticulis inter sese implicatis, læto motu ac perpetuo, temporum interualla distinguunt: quam Europæ solertiz

solettiæ machinam gentes illæ sine fine mirantur. Hisce rebus in
 umenta impositis, ipse, præter Ioannem Fernandum duobus tri-
 busve Iaponis comitatus, Amangutium tedit: litteras & munera
 offert Regi: quibus ille magnopere delectatus, ac simul comitum
 numero admonitus, & noui habitus dignitate; caput cum consilia-
 ris contulit, iisdemque approbantibus, maiore deinceps in hono-
 re Xauetium habuit. ac primum, aurî argenti que non leui pondere
 munificentiam aduenæ remunerati contendit: quæ cum Xauerius
 obfirmato consilio cuncta reiecisset; altitudinem animi suspiciens
 Rex, vacuas Bonziorum ardes illi ad habitandum adsignat; dein pu-
 blica per vicos edicta proponit, placere sibi, non Amangutii mo-
 do, verum etiam omnibus suæ ditionis finibus regnisque, vnius Dei
 legem ac religionem declarari palam; eamque cuiuslibet amplecti
 liberum esse; legis eius ac religionis interpretes nulla ratione læ-
 di vel impediri. sub hæc, Evangelici præcones ad instituta munia
 quam acerrimo studio retulere sese, interdum, in arcibus triuivisque
 conciones habebant; noctu, confluentibus ad se omnium ordi-
 num, ætatum, sexus vtriusque mortalibus, aures ac responsa præ-
 bebant. erat autem tanta frequentia celebritasque, uti cœtum
 ædes ipsæ non caperent; alii, quæ in publico inaudissent, priuatum
 ac per otium auere nosse: alii etiam, animi causa, incomptam ac
 rudè peregrinorum atque hospitem irritate linguam, & cum effuso
 adstantium cachinno de industria disputationem extrahere. alii
 denique variis interrogationibus etiam atque etiam fatigare do-
 ctiores novos. Huic tantæ curiositati cum ab Dei seruis, partim ex
 veteri historia, partim è physica ratione, partim è Theologorum
 decretis atque responsis identidem satisfaceret; illi, voluptatum ille-
 tebris irretiti videlicet, in stultitiæ tenebris & cæno flagitiorum
 nihilominus hærebant. neque tamen ideirco Xauetius desponde-
 re animum, quin potius omnem in partem versare semet, ceptisque
 acriter ac perseueranter instare. Cum aliquot iam menses erudum
 aridumque nouale tractasset, ac, nullo dum fructu, diuini verbî
 semina proiecisset, tandem è professo ac sæpius iterato solo Chri-
 stianæ fidei germen eiecit. Germinis eius origo fuit eiusmodi:
 Concionanti, ut solebat, in publica via Fernando, præteriens è
 plebe nescio quis, attracta præpingui saliuâ, repente in mediam
 inspuit faciem. ille, sine perturbatione vlla sputum linteolo ab-
 tergit: ac ne verbo quidem reddito, ceptam orationem eodè pro-
 fus tenore vultuque profecquitur. id contemplatus ex auditoribus
 quidam haud imperitus rerum estimator (ex quo facile intelli-
 gas, ad permouendas ad virtutem animos, facta dictis quanto
 antecel-

antecellant) cepit cogitare apud se; profectò nobilissimum atque ad eò diuinum philosophiæ genus esse, quod homines ad tantam æquitatem animi constantiamque perduceret. dimissa dein concione, domum ad Fernandum venit; præcipua Christianæ fidei capita legèsq; probè cognoscit; postremò, cærtis præcationibus, Mosique decalogo; ac symbolò Apostolorum è catechismi formula memoriter haustis, Amangutianorùm omnium primus, antea vitæ detestatus peccata, sacro fonte renascitur. Hunc alii deinceps diuino impulsu imitati, quorumi ad quingentos breui pertuenit numerus; & quidem ita in proposito firmi stabilèsq; , uti per varias deinde clades & bellica infortunia, & nefarias Bonziorum conspirationes, magistris ac pastoribus haud semel orbati, suis tamen ipsi moribus ac vitæ ratione, Christianam fidem & disciplinam in hoc usque tempus religiosè coluerint. inter quæ circumactò iam anno Lusitanorum alia nauis portum Bungi tenuerat, quo nomine regnum Amangutio distat leucas circiter quadraginta. ab iis de statu rerum Indiarum Xauerius cum litteras accepisset, cum alias ob causas eam sibi prouinciã repetendam existimabat; tum verò, uti rursus, inde quocumque opus foret, supplementum è noua copia mitteret. simul, quoniam apud omnes circa nationes magnum nomen Sinarum, magnam auctoritatem compererat esse: primò quoque tempore Sinas ipsos Euangelii gratia adire cogitabat, haud absurda ratione conjectans, si gentem illam Christo lucratus foret, eius lucri accessionem facili negotio postmodum vniuersos fore Iaponios. Hæc eo moliente, cæteri quoque dispersi per Indiam, focii miuimè segnitè in suo quisque munere versabantur. Egregia in primis fuit opera Gasparis Berzei, quem Armuziam à Goa profectum, paulo antè docuimus. Is in Zelandia, seu Matiaicis Belgici Oceani populis, oppido Goufa, Francisco & Agnete parentibus, obscuro natus loco, à primis pueritiæ rudimentis Louanium ad studia grauiora se contulit. Inde per varios casus cum in Lusitaniam deuenisset, in societatem adscitus, ac dñi multumque probatus, in expeditionem Indicam vnà cum aliis octo deligitur. Conimbriga profectus Olisiponem anno seculi huius quadragesimo octauo uaneth Ioannis Mendozæ conscendit. socii adiuncti quatuor: totidem cum Antonio Gomezio in aliam nauem impositi. Ac primum omnium, à nauarcho eblanditus est Gaspar, uti quotidie publicè tum ad plebem erudiendam catechismum exerceri, tum ad propitiandum cæleste numen catholico ritu litanias adhiberi permitteret. Mox ad vitia tollenda corrigendòsq; hominum mores paulatim aggressus est: rem in primis arduam atque

quæ difficilè præter naualem quippe turbam, colluuiemque serui-
 lem, epibata circiter quadringenti numerabantur, plerique scor-
 tis, alex, rixis, calūniis adfueti. Ad horum sanāda ingenia, Gaspar,
 exemplo prius quàm verbo opus esse ratus, cunctis, vti equum erat,
 ad omnem virtutem & caritatem præluere perrexit. Neque sanè
 ampla defuit illi de Deo patiter ac de hominibus benemerēdi ma-
 teries. primùm socii eius è maritima iactatione & nausea in mor-
 bum incidere. iis dum accuratè ministrat, & propalam coqui mu-
 nera fungitur, ita despicibilis initio visus, vti paranti ad focum ci-
 bos ac satagenti, procaces circùm pueri, præter cæteras contumē-
 lias, appositam quoque ollā aut futo subducentent, aut per lasciuā
 frangerent: quidam etiam ab innocente vix colaphos pugnosque
 absterent. perspecta dein patientia & grauitate viri, paulatim
 contemprus in vetecundiam vertit: nec defuere, qui laboranti, per
 se perque suos, opportunè succurrerent. simul etiam sociis melius
 cepit esse. operam ergo iis adiutoribus, ad verbum Dei prædican-
 dum; prohibenda flagitia, curandos ægros, veterem iam societatis
 instituto, conuertit. ex quo, mirum dictu, quanta quàm breui om-
 nium vitæ mutatio consequuta sit. bene moratam institutamque
 familiam, non promiscuam seruotum, nauarum, militum, instito-
 tam turbam, contineri matino illico domicilio dicetes. Primus
 sermè Præfectus Mendoza, Gasparis consuetudine & admiratione
 sese collegit: piisque priuatim exercitationibus ab eodem excul-
 tus, vltro deinde cum aliis quoque opportuna de Christo deque
 celestibus rebus habere colloquia, suos primùm familiares, tum
 cæteros in officio continere; egenos & imbecilles quotidianis e-
 leëmofynis alere. Præfecti virtutem ac beneficētiā reliqui deinceps
 pro sua parte imitati: vnus etiā haud infimè sortis negotiator,
 Christianæ caritatis pulchritudine ac specie captus, contempta
 rerum humanarum inconstantia & vanitate, sese ad Gasparis ductū
 ac vitæ rationes applicuit. inter eiusmodi occupationes Guineæ
 malacia primùm, dein sæuissimis procellis duabus circa Bonæ spei
 promontorium superatis, nemine (quod perrarum est) tantis incō-
 modis tantaque morborum lue profus amisso, ad Mosābicum
 nauis appellitur. Ibi opatissima dierum quindecim capta quies,
 terrestribus etiam diuersotius è maritima iactatione refecti pleri-
 que. Gaspari tantum ac sociis, de aliorum magis quàm de sua in-
 tolimitate sollicitis, integratus labor. lauta illis inquilinorum ho-
 spitia minimè deerant; ac multi, vti iis ad valetudinem rēndam
 uterentur, instabant, sed Gaspar, Xauerii emulato egregius, depor-
 tatis in publicum nosocomium ægrotis, eodem ipse quoque succes-
 sit: ac



fit: ac refouendis eorum corporibus animisque, (cùm ad centum & viginti decumberent) pari cura ac diligentia totum sese rursus impendit. Per id ipsum tempus alia eiusdem classis nani, fratres Domini. cani duo Mosambicũ delati. horũ quoque, in eo valetudinario, magna cum omnium approbatione caritas ac virtus enituit. Goam deinde peruenit. Ibi Gaspar, nouo impetu capto, in omnes partes Christianæ adiuuandæ rei animũ ac vires intendit. variis quotidie locis ad multitudinẽ, in ipso Prætorio ad selectã nobilitatẽ, procedensq; verba faciebat: quanto cum fructu motuque, è noua emendatione morum, è voluntariis diuitum ac delicatorum pœnis, è plurima peccatorum confessione, è frequenti restitutione pecuniarum apparuit. disputationes etiam de religione cum Brachmanis habebat interdum. Ex iis primarius quidam sæpe conuictus, denique cum vxore & sororis filio baptismum expetiit. Is baptismus octo ipsos dies tinnitu festo, symphonia, choreis, ingenti omnium ordinum studio celebratus: viæ vrbs, vario peristromate, ac vitenti palma elegantem in modum ornata: neophyti magna tum Christianorum tum etiam Brachmanarum frequentia in equis ad templum deducti; ibi ex aqua baptismatis, ab Episcopo ac Prætorẽ, honoris causa ritè suscepti. Marito, Lucæ Salæ; vxori, Elisabethæ nomen impositum; adolescens Antonius appellatus. in hanc deinde familiam, ad cæteros ad Christum inuitandos, Prætor ipse, quod ita Lusitanum Regem velle non ignoraret, alia quoque propalam ornamenta & beneficia contulit. Hæc & eiusmodi multa Goæ Gaspar omni ope cutabat. A Xauerio dein missus, vt dicebamus, Armuziã; in ipsa primũ nauigatione pristinam cunctos adiuuandi consuetudinẽ tenuit: eaque re ipsa commotos è vectoribus aliquot Christianos fecit. Mascatum Arabiæ felicis delatus; Europæos exules vel decoctores, qui tamquam ad asyllum in ea perfugerant loca, quoad fas tulit, expiare, atque ad fidem officiumque reuocare conatus est. A Mascato prouectus Armuziam; in ipso portu, officii causa, obuios habuit Proepiscopum. & sacerdotes. ab iis cum honesto comitatu ad arcis Lusitanæ præfectũ deducitur. ibi cùm inter se præfectus & Proepiscopus de hospitalitate certarent; & Gasparem apud se retinere admodum cuperent; ille, gratis vtrique actis, ad publicum videlicet nosocomium de more diuertit; eam veluti sedem belli contra Satanam & vitiorum monstra capturus. Hic, è Xauerii præceptis, quæ assiduè cogitabat, suum ante omnia pectus acri custodia sepelit ac munit. simul, optimatum voluñtates sibi conciliare aggressus, breui perfecit humanitate, submissione, prudentia, vt omnium nemo illis acceptior

acceptior esset aut carior. Per hos maximè de statu empõrii, & generibus negotiorum, & moribus hominum diligenter cognouit. Deliberanti dein apud se, qua potissimū ex parte oppugnaret sceleris & nequitia munimenta, arcē ipsam protinus aggredi visum est. ea ferme contemptu sacrõrum, inscitia diuini pariter humanique iuris, & alta quadam futuri seculi obliuione constabat: nec mirum. multos quippe annos Christiani conuenæ & inquilini magistris, ac monitoribus, parochisque caruerāt: & qui nuper aduenierant clementi, quæ tum erant tempora, pecuniarum haud paulo magis quàm animarum inhiabant lucris. ergo passim enata virgulta vepresque, omnem ab infelici tellure benigni sideris radium ac lumen arcebāt. hinc teterrima rerū, cæremoniarū, errorūque colluues; artes magicæ, diuination, sorres, cõcubitus incesti ac vagi, quodque haud minus detestere, fidelium cum infidelibus, Iudæis, Turcis, Arabibus infanda connubia; vt Christiana proles à matribus educata (proh nefas) in Mahometanos, & Hebraicos, & aliarum gentium ritus moresque transirent. eam consuetudinem Gaspar, admirabilis spiritus vehementia, crebris concionibus ac terribili cælestium irarum denuntiatione discussit. Et auxerat opportunè pauorem auditorum atque formidinem, terra per eos fortè dies horrendis moribus intemiscens. Præterea Gaspar, ad sinceritatem fidei reuocandam, & præuæ religionis procul habèda cõragia, nullo nõ die statis horis è Xauerii formula publicè catechismū habebat. id verò in omnes partes vnicè profuit. puerilis ætas, infima plebs, sexus vtriusque mancipia, Christianis præceptionibus ac mysteriis erudita, simul etiam quotidianæ singulorum vitæ custodes adhibiti, qui ad Gasparem cuncta deferrēt: propositisque præmiis ac pœnis, pudici paulatim ac probi mores in vulgus inducti. eadē illa rudimenta legesque, serui mox heris, filii parentibus, fideles pueri æqualibus Mahometanis, aliisque priuatim edebant; eosque omni arte ad Christum allicere nitabantur, ac demum, sublatis ibi quoque prophanis & lasciuis cantionibus, castissimo versu ac salutaribus monitis dies ac noctes omnia personabant. Ita, religionis integritati, non in præsens modò, sed in posterum quoque magna ex parte consultum. Erant præterea qui ferrum, & sulphur, veritasque mercès alias, Turcis ac Mahometanis infertent, quòd Pontificias diras, contra id facinus in cœna Domini cum horrendo carnine fundi solitas, vel proteruè contemnerent, vel penitus ignorarent. docti quanto id piaculo fieret, à quæstu sacrilego destitère nõ pauci, & pro ea potestate quam habebat Gaspar, in gratiam cum Ecclesia restituti. Ab hisce victorijs, Christi miles, tererrimam aliam

generis humani pestem aggreditur, avaritiam & fœnebre malum: quo in genere tanta erat nonnullorū impudentia, (qui se Christianos ferebant) vt auctorū vix decim iteratis per annuū vsuris, integra semper sorte, sc̄que familiamque turpiter alerent. ad hæc tollenda scelera, Gaspar, de avaritiæ peccatō disputationes instituit ea subtilitate doctrinæ, tam veris grauibuscq; sententiis, tam incensis amore diuino verborum fulminibus, vt hoc etiam dæmonis castellum p̄nē à fundamentis frequenti verberatione conuulserit. Id, graui multorū pœnitentia, & euidenti morum ac vitæ mutatione declaratum est; qui prima luce, ne salutato quidē Deo, ad argentarias tabernas protinus itare adsueti, atque ibi nullo recti prauiq; discrimine res cōtrahere, pecunias huc illucq; traiecere, fœnus augere; iā, inrima religione tacti, domo tēplum rectā, inde forum adibant. ibi, stupentibus alienigenis pariter incolisque, tamquam in academia, de iure mutui, de legibus permutationum, de Christiani mercatoris officio, è Gasparis potissimūm præceptis ac traditione quærebant. Neque labiis dumtaxat ac vultu sese philosophia cōtinuit, ad rē atque ad facta peruenit, & inexorabilibus ad eam diē claustris obseratas aperuit arcas. Igitur ex malè parto restitutiones vel in duplum iustis dominis, aut, vbi ii non apparerēt, in pios vsus; & super hæc elecmosynæ factę complures, atque ex iis auri argentiq; redactum, quod magno puellarum numero collocando, nosocomii laxandis angustis, & multorum inopiæ leuandę sat esset. opulenti præterea negotiatores, gehennę metu perculsi, vltro suas omnes rationes ad Gasparis arbitrium cōtulēte, parati, quęquid ab se fraudatum fuisset, non pecunia tantūm, sed etiam, vbi satis ea non esset, corporibus luere. Per hunc modum fraudibus & rapinis obuiam itum est. Ingens præterea, vt in celeberrimo portu amplisque diuitiis, erat Armuzię luxus. ea quoque Satanę opera Gaspar aggressus, multorum excussit delicias, multos à scortis atque à nefario pellicatu d̄uulsit. Inde ad lites dirimendas tollendâsq; inimicitias adjecit animum: monitisque & auctoritate viros aliquot honestos adduxit, vti datis inter se dextris, & venia offensionum petita, publicè ad ipsas templi valuas, magna populi frequentia, in gratiam optimo exemplo redirent. Non eundē cum sicutis (quorum erat ibi summa licentia) successum habuit res: Gasparis dicta palām aspernabantur, negantes, futura damna lucrâve sibi esse tanti, vt præsentem fructum ac dulcedinem vltionis amitterent. Hoc perditorum hominum genus, itēmq; blasphemū, & seditiosū, & grassatōres, egit eum Lusitano præfecto Gaspar, vt oppido pellerentur; sed propter multitudinem impetrari

non potuit. Crescebat interim occupationum moles. quippe non vnus nationis alteriusve salutem Gaspar complexus erat animo, sed omnium prorsus, quotquot in eadem insula versarentur. quo pluribus ergo sufficeret, spatia temporis certa ratione dispensare coactus est. Dominicam feriam, itemque tertiam, quartam, & quintam, populo Christiano: secundam ethnici; sexta Mahometanis; sabbatum Hebræis (quos harum quæque; secta festos observabat dies) attribuit. Christianis, quod eorum potissimum gratia missus in ea loca fuisset, idcirco longè plurimum operæ tribuendum putabat. igitur & ægrotis in nosocomio, quoad liceret, sedulus aderat; & custodias adibat frequenter; catechesim verò itemque conciones, vel seruentissimo solis ardore, (cùm intra rectorum umbras immersi aquis incolæ sedent) habere pergebat tanto omnium ordinum ætatumque concursu, loca certatim occupantium, vti pænè ante lucem templum auditoribus oppleteretur. accedebat domestica & quotidiana consuetudo multorum; vt, quod è superiore incallum egerat loco, priuatis colloquiis & familiari conuictu ad exitum haud rarò perduceret. Mulro verò maximam temporis partem eximebat pœnitentiæ sacramentum, cui Gaspar non interdiu solum instabat, sed etiam noctu: atque ita distinebatur interdum, vt ad necessariam corporis quietem, quantouis adhibito conatu, spatium horæ vix vnus etiperet. Auxit eam occupationem, publicè per eos dies accepta clades. Munitum & opportunum castellum erat in Persidis cõtinente, Monaiarum, Armuzianæ ditionis. id hosti repente proditum est. eo vehementius tum Regis tum popularium animos inopinata res perculit, missus extemplo recuperandi causa Mahometanis præfectus cum quinque milibus Persicæ iuuentutis. additi ex fœdere, Lusitani circiter quadringenti. Pantaleon Sala præerat. Hosce Gaspar, antequam ad bellum exirent, Christiano ritu ad confessionem conatus adducere, viginti vix persuasit, apud cæteros inania fuere monita: flagitiis non minus quàm armis operi ad castra tendebant. Venienti dein ad se Pantalconi salutandi causa, vereri se admodum dixit, ne graues neglecti nunquid pœnas Lusitani propediem darent. Præfensionem respondit exitus. quippe, vt in statua peruentem est, retrā Lusitanam cohortem inuasit lethargi lues. breui periêre ad quinquaginta, vulnerati præterea ab hoste circiter centum, inde cùm alii deinceps atque alii caderent, ac veluti pecora passim inhumati iacerent; consternata fœdo spectaculo reliqua cohors, & ex conscientia delictorum, sempiterni exitii metu perterrita, conuulsis repente signis ægre Armuziam repetunt; Gaspa-

rem vnum omnes requirunt; vti se a peccatis absoluat, ac resipiscentes exaudiat, obtestantur. Nec mora; in valetudinarium admitti, & in lectulis collocati plerique. Tum renouato ad omnem laborem conatu Gaspar in corporum simul & animotum curationem totus incumbere, acciti extemplo medici adiutoresque. Sacerdotes etiam aduocabantur, sed vulgo negantur milites, vlli omnino sese, nisi Gaspari, arcana sui pectoris velie committere. quocirca ita distringebatur, vti vno eodemque tempore, huic peccata expromenti aures, illi animam agentis voces & hortamenta praberet. Cecidit per incommode, quod vi morbi emotis mente nonnullis, ad confessionem peragendam neque ratio neque sermo constaret. in iis quidam cum ferrum in sese repente strinxisset, clamore & concursu retentus, extorto gladio, in Gasparis fauces inuasit manibus ac minimum abfuit, quin spiritu intercluso praefocaret in fontem. per vim auulsus, paulo post extirpauit, instructu mali daemone in eam rabiem actus creditur, tantam a Dei famulo sibi quotidie praedam eripi non ferentis. Inter haec, sollicito Rege populoque, quod extraheretur bellum, & amissi castelli obsidio male procederet; supplicationes ad Beatam Virginis adiculam, duo serè millia passuum ab vrbe, Gaspar indixit. Insigni pietate concepta exalceati non semel iere quamplurimi, caelestem opem ac pacem consono clamore poscentes. haud in irritum susa obsecratio. Monachianum, vi & armis ad eam diem frustra oppugnatum, conditionibus demum ac subita voluntatum inclinatione receptum est. ea res praeter spem nuntiata, ingentem Gaspari apud omnes gratiam & gloriam peperit. eximit vtri sanctimoniam felix tribuebatur euentus. Accessere ad nominis celebritatem ac famam in alio genere nonnulla miracula. Lusitanus erat praediues, mammonae laqueis valde irretitus. is Gasparem, salutaria dantem monita, identidem respuebat, hoc etiam nomine in sensus patri, quod suum negotiandi ac viuendi genus (vt est suspicax male conscia mens) publicis ab eo concionibus proprie perstringi putaret. cum huius pertinacia Gaspar interim officiis & caritate certabat, ac plurima nequicquam experitis, ad extremum magis magisque pro illo se macterat, preces & obsecrationes instaurat. nouissima demum haec remedia valere. propitiati Domini in obstinatum indulgentia singularis apparuit; quippe sera iam nocte, secundum quietem Lusitanus praesentem sibi videre visus est sacerdotem, pulcherrima forma conspicuum, suauissimo quodam odore fragrantem: tum alter adstans jacenti nescio quis, amica voce; quid, inquit, dubitas, caelesti huic medico, animi tui latebras & vlcera patefacere? nonne cernis quantus

oris decor, quanta & quam angusta corporis totius habitusque dignitas sit: hisce dictis erecto mirum in modum homini, & experienti causa manus ad tactum admouenti, apparere Gaspar è vestigio desit. eam scilicet frustrationem Lusitanus ægre admodum ferre. Tum alter ille, tristem ac merentē bono animo iubet esse, certam desiderati sacerdotis in proximo spondet copiam, quippe, vbi diluxerit, in regio nosocomio publicè factis operaturum. hæc effatus, item evanuit. Admiranda somnii virtus fuit, lapideum viri pectus emollit, vim lacrymarum expressit. madentibus inde oculis ac genis cuiusdam, Gasparem è valetudinario precibus infimis domum accersit, perque summam obseruantiam ac mistum gratulationi pudorem accepto, acta ad eam diem vitæ, quantum repetere potuit memorando, noxas edisserit; eidem seque & sua cuncta permittit. mox tempestiuo dierum aliquot secessu, meditatione saluberrima vegetatus, cum alia Christianæ sanitatis minimè obscura dedit signa, tum vetò, quòd in egentes breui aureorum millia circiter quinque distribuit. Alium quendam Gaspar, diu multumque oblectantem, ad euendam animi saniam plagasque nudandas tandem aliquando perduxerat. is, peracta confessione, dum circa mediam noctem è præscripto satisfacit; ecce tibi, tertris animalibus scædisque monstris cubiculum repente completur. ab iis circumuentus, ac variè petitus, obrigit primò; & conscius offensionum, incertus gratiæ, ne viuus in tartarum cum ipsis, vt aiunt, vestimentis illico raperetur, extimuit. dein, vbi sese paululum ex pauore collegit, detractam è pariete sacram imaginem arctè complexus, magno clamore diuinum implorat auxilium. Ad eas voces (mirum dictu) confestim atra illa & feralis turba discessit tanto cum tumultu strepituque, vt domus tota concuti & conuelli funditus videretur. Id probè expiari purgatiq; animi argumentum nonnulli duxere. certa magna tum sua tum Gasparis laude; vir ille, haud paulo meliorem inde vitæ rationem instituit. Alius; eum aliquot iam annos in flagitiorum tenebris & cœno jaceret, in Christi lucem extrahi nullo modo se patiebatur; affirmans, mortem subiturum potius, quam Gasparis vultum atque iudicium. Veritus deinde, ne, si diutius in eadem vrbe mansisset, ad id ipsum, quod adeò horrebat, amicorum aut conuitiis tandem adigeretur aut precibus, mutare sedem, & in Indiam proficisci quamprimum decreuit. eo consilio vixdum conscenderat nauem, cum subita vi morbi, miser, ac simul panico quodam ita correptus est, vt cœlestes in suum caput minas undique intètas putaret: quicquid increpuisset, se videlicet vnum peti sine dubio crederet. Hisce terroribus an-

xius, in terram exscendit, Gasparem aduocat: peccata fatetur, ac
 valetudine tum demum recepta, castigato veterè luxu, nouum in-
 duit hominem. eodè improuisæ mortis metu pertinaces alii multi
 ad Gasparis tribunal arbitriumque pertracti. Atque horum animi
 ferme, illorum etiã corpora sanata diuinitus. Primarii viri filius
 febrî grauissima laborabat: eidem erat oculus diuturna tabe pu-
 tridus, & sæuo tumore diruptus. duplici malo multis adhibitis ef-
 fectu nullo remedii, cum in humana ope nihil iam esset spei, mœ-
 rens pater Gasparem demissè obtestatur & obsecrat, vt pro salute
 carissimi filii, tam periculosè egrotantis, litare dignetur. Fecit ille:
 neque diutius dilatum è cœlo beneficium est. eo ipso quo saluta-
 rem hostiam obtulit die, non solum æquatis humoribus vniuersa
 febris abiit, sed etiam delapsis ex oculo maioribus squamis, planè
 restitutum est lumen. Tum parens, accito festinè Gaspari, libera-
 tum vtroque simul morbo iuuenem, vix præ læticia sui compos o-
 stendit, agitque gratias immortales, quòd sibi pariter ac nato spi-
 ritum lucemque reddiderit. At Gaspar, modesto vultu, constantiq;
 sermone, Deiparæ Virgini, cuius votiuum fuerat sacrum, tantam
 virtutem, adèdè insigne miraculum tribuit. Idem pro amico pænè
 iam animam agente rogatus fecit: ille, sacro vixdum absoluto, cõ-
 ualuit. Mulier a dæmone propemodum obsessa, spectrisque horri-
 ficis agitata, in vltimum venerat vitæ discrimen. Euocatus à mari-
 to Gaspar, vt afflictæ & exsanguis manus imponeret; per occupatio-
 nes ipse rû quidè adire non potuit; ceterû schedulam, inscripto di-
 uini Ioannis Euangelio, pro se misit, quam pesti amoliendæ mulier è
 collo suspenderet. id vbi factum, confestim leuata morbo, terrori-
 que soluta, surrexit. Præterea, cuiusdam acutissimus laterum dolor
 pia Gasparis deprecatione sedatus est. Neque vetò ad corporis
 morbos duntaxat leuandos aut depellèdos valebant eius vota; sed
 etiã, vbi ad animi salutem id expediret, vltro accersendos augen-
 dosque. Centurio nobilis quidam, insigni contumacia & procaci-
 tate, pænè rotius ciuitatis odia sibi conciuerat: ac proinde cū mul-
 tis, vt sit, graues & apertas inimicitias exercebat. Is ad concordiam
 à Gaspare diu multumque sollicitatus irritò semper conatu, incer-
 tum cuius rei gratia ex vrbe secessit. regressus deinde, cū in eadè
 obstinatione perstaret; quàm vellem, (inquit Gaspar) ad stectèdam
 istius mentis duritiem, diuina manu in corpus aliquid grauioris
 cruciatus immitti. nondum id planè optauerat, cū ferus ille, sæ-
 ua correptus febrî, ad Gasparem, vrgente religione se contulit. à
 quo per Pœnitentiæ sacramentum ritè expiatus, cū in eius po-
 testate sese futurum omnino affirmasse, apprehensum inermem ac
 supplicem,

supplicem, pater, ad petendam ab inimicis veniam offensionum, tota vrbe circumagit; sanè opportunè: quippe, alii lapidibus, alii gladiis & ballistis instructi, variis locis inuisum caput ad necem operiebantur: quorum incensus dolor, & puniendi propositum, ceterationis humilitate & Gasparis auctoritate subito mitigatum est. Ita, quòd ferreus miles, audacia & robore ægre affecutus foret, vti aduersariorum iras atque impetus frangeret, id morbo subactus & Gasparis hortatu Christiana virtute ac submissione perfecit. Aliù item supetbum & sanguinarium, truciq̃ ore minaces gerentem spiritus, aduersa præter opinionem valetudo prostrauit. Vt occasione Gaspar, ad hominem, si qua posset leniendum simul & expiandum, clementer accedit. mulcere iracundiam; bonam concordiam & pacis, discordiam mala; perpetuum è mutuis certaminibus angorem ac sollicitudinem; Christianæ legis de reconciliatione vim ac necessitatem exprimere. Ille, domita nondum asperitate sæuitiaq̃, patrem auersatus, vltro cõtumelias ingerit, Deũque lacessit ipsum, abiret cum intempestiua sapientia: nullo pacto velle se inultum excedere: neque ipsius Christi gratiam existimationi ac dignitati præferre. hæc & alia, militariter, impia verba jactanti, renidens amarum Gaspar; Itane? inquit. Atqui nõ antè crastinus occidet sol, quam tu plus quinquies, & quidem frustra, sacerdotem inclames, nec vana cecinit. postera luce ante meridiẽ acri symptomate oppressus, posita repente ferocia, magnis vocibus Dei seruum ægrotus implorat, ac parum absuit quin, ad supplicium sempiternum, temeratus ac sordidus è vita discederet. Hæc & alia id genus, à Gaspare, cœlestis cuiusdam virtutis edita documenta. Præterea in istis è nationibus ad eum desertores ac transfugæ, nec non schismatici ventitabant; Abassini, Armenii, Georgiani, & ex Europa non pauci. quos ille, per summam lenitatem ereptis opinionum erroribus, solenni ritu piatos, restituebat Ecclesiæ. Ex iis vnus, Ioannes nomine, in ipso conatu Gasparis ad eundem, præclarum martyrii decus tulit. Germanus erat genere, in vrbe Colonia patre natus admodum locuplete; annumq̃ iam decimum in oppido Turcarum Catifa, non longè ab Armuzianis finibus; pro Mahometano sese gerebat, tormentarii pulueris artifex, atque ob id ipsum gèti percarus. is, audito Gasparis nomine, rebusq̃que iis quæ Armuziæ gerebantur; ab impio ministerio ad famulatũ Christi, si Gaspar adiuuaret, quamprimum redite cõstituit. Id quo sine arbitris fieret, in agramenti librarii difficultate, sulphureum diluit puluerem; ex eo diluto litteras ad Gasparem vna eademq̃ sententia, Latino, Belgico, & Franco sermone conscribit: vehementer

menter optare se, modò apud Lusitanos tutò liceat commotari, & in idipsum a Gaspare fidem accipiat; Armuziam venire, & Christo Domino per sacramentum pœnitentiæ satisfacere. eonuntio lætus Gaspar extemplo rescribit; fidenter accedat, sibi ac Lusitanis aduentum ipsius gratissimum fore. Hæc epistola, incertum eius fraude qui perferendam acceperat, an alio quo casu, ab Catifano præfecto intetcepta, Ioannis consilium prodidit. Confestim à Turcis de ipsius religione quæsitum. ille verò intrepidè sese Christianum fateri, atque ad omnia tormenta necemque pro Christi nomine præptum ostendere. Inde furentibus Mahometanis, sædè laniatus atque dissectus, ad vltimum vsque spiritum in veræ fidei confessione permansit. Caput abscissum, & prælongo infixum hastili, Turcæ in atcis mœnibus posuere. Haud ita multo post, Lusitana classis Armuziam tenuit. millia duo circiter hominum ea classe vehabantur. eius turbæ totius animorum sordes Gaspar eluit solus, quòd sacerdotes cæteri per eos dies in morbum incidissent. inde placato Deo Lusitanus ardentior ad Catifanum littus accessit, ac repentina descensione oppidum cepit, atque diripuit. inter direptionem, Gasparis epistola apud Præfectum reperta. eo argumèto de Ioannis necè cognitum est. reflexum extemplo caput, Armuziamque accuratè transmissum Gaspar cum psalmodia & laudatione perhonorificè condidit. Atque hæc sermè Dei seruus cum his, qui vel Christi censcebantur nomine, vel quoquomodo ad jus ac ditionem Ecclesiæ pertinebant. Cum Saracenis autem & Arabibus, qui que alii pseudopphetam sequuntur, cum ex occasione alias, tunc verò sexta, ut dictum est, feria maximè versabatur. Apud eos, contra quam in Iapone Xauerio, magnam illi pepererat existimationem perspecta & voluntaria viri paupertas, & in tantis animi bonis, tantaque doctrina, tantus corporis neglectus, tanta externi cultus habitusque tenuitas. Gratiam verò conciliarat comitas & mansuetudo, & super hæc, seneratoribus Europæis per illum incussa religio, & exhaustis incolis pecuniæ restituta. Augebat venerationem, eostans apud omnes de eximia illius sanctitate editisque miraculis rumor, ut eum Mahometani magnum Christianorum sacerdotem, atque ad eò ipsum Ioannem Baptistam Zachariæ filium vulgò appellarent. Ergo ab iis patri, inter cætera, nouum etiam & inusitatum honoris genus illud habitum est. media nocte, videlicet ob calores, illum nò modò in maximum Mahometis templum, (Coranum, id est rem sacram Arabes de ipso Mahometicæ legis nomine appellant) quo Christianis hominibus pedem intulisse capitale est; sed etiam in ipsius templi fastigium perduxere frequen-

tes, magna luminum accensa vi, manum ipsius ac vestem subinde osculantes: neque abnuvit ire Gaspar, quo gentis ritus ac superstitiones, refutandi gratia, certius propiusque cognosceret. Eadem fama permotus Armuziæ Rex ipse, diuino impulsu paulatim in studium Christianæ religionis incubuit, atque in id ipsum viginti circiter millia traxit è multitudine, itemque è nobilitate nonnullos: neque ita multo post ad se Gasparem accersit, intrantique non assurrexit solum, sed etiam in suamet sella diu renitentem sedere coëgit. Ad colloquium, cæteris arbitris consultò remotis, vnus interpres adhibitus Garzias Penna Lusitanus, fidelis vir, & solers ingenio; Latinis pariter & Arabicis litteris eruditus. In eò congressu, cognita Regis voluntate, quominus inuisa proceribus foret, actum de coarguendis in publico cætu & principum corona, vanitatis Mahometanæ fallaciis: dein conditum catechismo tempus, ac factò baptisari: & Gaspar, collaudato Rege, latissimus abiit. eam rem (neque enim celari diutius potuit) satrapæ ægre admodum passi, blanditiis primùm ac precibus tentant Regem: asperranti mox defectionem & arma, & iras Thomæ Persarum Regis magni denuntiant. Hasce comminationes, diuina tutela fretus & subsidio Lusitano, temnebat Rex. Cacizios insuper (quo nomine Mahometanæ superstitionis antistites vocant) ausos in regiæ vestibulo de auita religione tenenda vociferari, confestim abigi lapidibus iussit, arque perpetuo multauit exsilio. Hactenus constantiam & fortitudinem Rex præstitit miram: sed matris ad extremum, interstina bella, patriæ excidium, occasum regni omni arte miserantis, obtestationes & lacrymas diutius ferre non valuit. Regis exemplū cæteri extemplo secuti. Aliquod deinde interjectis diebus, vocato rursus ad se Gaspari plus etiam quam antea honoris tribuit Rex. ingredienti ad scalas occurrit, ac dextram insuper apptehensam nixus genibus exoculari contendit. dein tarditatis purgandæ causa docuit, quanto in periculo res versaretur. Si pergant de baptismo agere; domesticos tumultus ac seditiones, externa imminere bella. cedendum tempori, neque experiendam tanto discrimine vim. vbi primùm atrox procella conciderit, & optata affluerit lux, se neque suis promissis neque patris optimi caritati ac studio defuturum. Interea, quæ alioquin ad rei Christianæ dignitatem & incumentum attineant, quantum presentes difficultates ac tempora patiantur, ab se cuncta nihilominus exspectet. Ad ea dicta Gaspar, magna nimirum spe delusus, ingenuit, hortatusque Regem est, vti Deo, cui nihil arduum, fideret; eique totam rem ex animo commendaret. ipse item ab Rege digressus, contra nouas

dæmonum

dæmonum & hominum fraudes, nouum è cælo auxilium petit; voluntarias pœnas, ieiunia, obsecrationes per se perque suos instaurat: supplicationes de more per urbem habendas curat. concinentes longo agmine incedebât pueri; validior ætas, quinquageni vel sexageni pariter, in sua terga flagris acerrimè sæuiebant: omnibus locis implorabatur diuina clementia. Aduersus ea Cacizij vicissim inflati pœnitentia Regis & popularium, concita plebe, supplicationes item obire, in mediam extendere, nouaculis cutem incidere, quàm maximas manus in Coranum & reliqua sana cogere, Mahometis exsectabile nomen ex omni parte dissonis clamoribus inuocare. Tum Gaspar, facinus indignum ratus, in vrbe, quæ Lusitano præsidio reneretur, Christo Mahometem opponi: cum veritate mendacium, fabulas & ludibria cum recta fide sanctisque mysteriis propemodum ex æquo contendere; per summum animi ardorem aliquot maioris formæ comparat Cruces; ac nulla vi, nullo armorum strepitu, præuia dumtaxat psalleutium puerorū imbelli turba, ad Coranum tendit intrepidus. res mira, Crucis virtute ac fulgore perstricti atque attoniti Mahometani repente diffugiunt. Gaspar in Corano palàm victriçia mortis ac Satanæ defigit signa. Regis dein iussu fabris adhibitis, templi ianux cæmento & calce obstruuntur. Super hæc, graui edicto impiæ vociferationes insula tota prohibita: tum verò satrapæ & antistites fremere; violatas religiones, & sacra deserta, cū Armuziano coram, cū cæteris Regibus, Persæque in primis, per litteras queri: cunctos ad arma atq; ad vltionē accendere; postremò, sese urbē relicturos, & in pernitiæ vestigalium aliò commercia auocaturus minari. cū parum terrendo proficerent, ac nihilominus clausæ valuæ perstarēt, multo breuiorē & magis compendiariam ineunt viam. Europæos aliquot, professione dumtaxat ac nomine Christianos, perque eos nouū arcis Lusitanæ præfectū grandi adoriuntur pecunia, vti Coranum deniq; patefieri, & celeberrimè religionis altaria sibi reddi permittat. Præfectus, quietis videlicet otiiq; causa inclinato, ad assentiendum animo, nihil tamē inconsulto Gaspare ausus aggredi, patrē ad conuiuium inuitat. in eo cōuiuio cū blandè super ea re Gasparem appellare, & molli brachio negotium tractare cœpisset, subito deliquio panè exanimatus, captū omisit. de cæteris qui rē nefariam vrgebant, alii alio leto paucis diebus absumpti. de templo in præsentia nihil impetratum. Rex cū aliquandiu Christi cultum agirasset animo, improborum artificio ac scelere sensim infatuatus, denique sapientem cogitationem abiecit, ac regno cælesti (quod nimium sæpe fieri videmus) humanas opes & fluxa

commo-

commoda vitæ præsentis antetulit. De populo tamen subinde fie-
 bant aliqui Christiani. Sed Gaspar ipsa petebat capita; & legis pe-
 titos in certamen ac disputationem elicere nitebatur, vt Maho-
 metica palam prauitate conuicta, gētem, si fieri posset, vniuersam
 ad Christum adiungeret. illi contrā tergiuersari, cōgressum alter-
 cationemque defugere, & quidem ipsius religionis obtentu, quod
 subdola falsi prophetæ sanctione vetari dicuntur, Mahometica do-
 gmata ad examen ac trutinam reuocare, & in quæstionem vlllo pa-
 cto deducere. Hoc maximè prætextu cōnatus Gasparis & pro-
 uocationes diu elusere. Veriti deinde, ne si pergerent abnuere pu-
 gnam, prædamnare semet, & causæ diffidere viderentur; athletam
 denique producunt, ætate prouectum, natione Persam, cūm so-
 brietatis apud eos, tum verò doctrinæ fama præstantem; quippe
 non Mahometica dumtaxat volumina, sed Aristotelem etiam le-
 ctitarat, ac medicam insuper callebat artem, erātque in physicis
 apprime versatus. Is in mediū adductus, Gaspari ante omnia spō-
 sionem obtulit; in montem natiui salis (quales in eo tractu multi
 consurgunt) squalidum ac desertū, & omnis alimenti penitus ino-
 pē secederent ambo. vter diutius in eō monte inediam toletasset, e-
 ius fides in Deum ac religio rector ac sanctior haberetur. Ad ea
 Gaspar, tentato, quod aiunt, Deo, nihil opus esse rēspōdit: homi-
 nem à brutis ratione tantūm & oratione secerni: verbis agerent
 prius: concertatione verborum si decerni lis atq; ad liquidū con-
 trouersia perduci non posset; tum demūm sponsione certarent, at-
 q; ad aspera quamlibet experimenta descenderent. Hisce auditis
 philosophus rubore statim mox pallore suffundi: nolle se videri vi-
 ctum: nolle rursus infirmas ac friuolas theses in discrimen adduce-
 re; ad extremum, vincente pudorem metui, in aliud tempus delata
 res est. Porro hæc nequaquam in occulto agebantur. Inter cæ-
 teros aderant ipsius philosophi vxor & filia, non vulgari indole
 & ingenio feminæ, & insuper generis nobilitate insignes, è Zei-
 denti familia, quam ferunt ab ipso Mahomete originem ducere.
 hæc, perspecta pugilis Christiani constātia, Mahometani formidi-
 ne, profectò nihil syncerum ac solidum subesse patriis ceremoniis
 argutè coniectant. dein afflata diuinitus, quando paterfamili-
 as in amentia perstaret, priuatim ipsæmet saluti suæ prospiciunt,
 baptismum ab Gaspare seorsim petunt. ille feminas illustres apud
 fidelem amicum & probum, catechismi causa, in hospitio locat; ia-
 nuis, quæ in publicum ferebant, diligenter oclusis. ea res ob illa-
 rum claritatem atrox admodum incolis visa, magnosque in vrbe
 animorū motus exciuit: sed partim Gasparis reuerētia, partim Lu-
 sitano-

sitanorum arce machinisque deterriti, diuersorio vim afferre non
 audebant. Tum philosophus desiderio ac dolente agitated, ad Ga-
 sparem adit; injuriam dolenter exostulat, coniugē marito, paten-
 ti filiam reddi protinus æquum esse, Deos hominesque testatur.
 Gaspar contra nihil iniuria factum dicere, feminas vltro (& sapiē-
 ter quidem) sibi consuluisse: vt Christo initiarentur, suppliciter
 exorasse: recta illarum studia deserui, sanctissima postulata repudia-
 ri nefas fuisse. Sub hæc multis vltro citroque habitis verbis, nouam
 conditionem philosopho Gaspar tulit; relictam paulo antè dispu-
 tationem ex condicōto repererent, testes adessent, si victor euade-
 ret Persa, feminas domum abduceret cum bona pace: sin victus,
 vnā cum illis ipse quoque Christum indueret. Eam conditionem
 admodum grauātē Persa visus accipere; sed amor, & necessitudo,
 & præterea ratio dignitatis vrgebat. dicitur disputationi dies
 cæubi affuit, in idem conclave conueniunt, sponsonis iudices ac
 spectatores certaminis Proëpiscopus ipse, & Penna interpret, i-
 temque scriba publicus, qui dialogum ex fide mandaret litteris;
 nec non alii partis vtriusque viri graues adstabant: spectaculi au-
 tem eo maior fructus fuit, quod certantium vterque dialecticis ar-
 tibus erat imbutus: vt non eminus inter imperitos tāquā velites, in
 irritum aur in diuersum tela ferrentur; sed vt inter statarios & exer-
 citatos, collato pede, gladii mucronesque cōcurrerent. De natura
 Dei quaesitum in primis, quem solitarium, & generationis expertē,
 è Cerdonis & aliorum hæresi Mahometes affirmat. Hanc naturam
 vel maximè fecundam validis argumentis Gaspar ostendit: effe-
 citque ratiocinando, vt Persa Deum trinum vnicumque ex fidei
 orthodoxæ decreto concederet. Deinceps de Christo Dei filio se-
 quitur problema, quem ex Dei quodam halitu, & è Virgine ma-
 tre conceptum genitumque, Mahometani eximium illi quidē pro-
 phetam agnoscunt; veruntamen Deum eundem, & pro generis hu-
 mani salute mortuum, prorsus negant. At Gaspar, verū Deum pari-
 ter hominemque, duplici in vnā hypostasim cōeunte natura, nō
 solum è Spiritu sancto conceptum & natū è Virgine, sed etiam Dei
 patris iram in perfidum ac rebelle genus humanum suo capite ex-
 cepisse, dira que supplicia, & ipsam in Cruce mortē sponte subiisse;
 rationibus, exemplis, oraculis docuit. Iam, quæ Arabes de ecclēsti
 beatitudine fabulantur, quam in fœda sensuum voluptate ac titil-
 latione constituunt; quæque de immensis nescio quibus Angelorū
 corporibus ac ministeriis turpiter adstruunt, perleui momento
 cuncta Gaspar euertit. Denique variè argumentando, pre-
 mendoque paulatim aduersarium adduxit, vt Christianam re-
 ligionem

ligionem dignam esse, quam prudentissimus quisque maximè
 foueret; Mahometicam nec sine stulritia suscipi, nec sine per-
 tinacia defendi posse fateretur. Vbi ad hunc locum ventum est,
 nouo perfusus gaudio Gaspar, ad Persam: bene habet, inquit, nō
 longè abes a regno Dei. deum cum instare pergeret, & clariùs ean-
 dem confessionem exprimere; Persa confusus ac perturbatus, dæ-
 mone reprehensante resiliens, tam longè sese prolapsus ingemuit;
 ac sibi talia excidisse responsa. postremò, ne manus omnino
 dedisse videretur, ad veterem cantilenam confugit domesticis
 negotiis impeditum, ne fidem falleret, subito se in arenam de-
 scendisse: certis insuper libris ad commentandum sibi opus esse,
 quo paratior instructiorque in pugnam rediret. vr proferretur
 dies, & ampliaretur iudicium, postulauit. inde furtim ex vrbe ad
 vicinum dynastam consultandi gratia secessit. ab eo acriter obiur-
 gatus, quòd cum veteratore ac venefico (ita enim Gasparem appel-
 labat) egisset; camelis in Persidis interiota transmissus est, neque
 postea rediit. Insignis, ad Caciziorum dedecus & ignominiam, illa
 fuga & exsilium fuit. vulgo fractum & abiectum Persam late-
 bras quæsisse narrabant. Vxor interim eius & filia, Christianis
 institutionibus eruditæ, diuisis in pauperes aureorum quatuor
 ferè millibus, magno apparatu pompæque ad remplum Christi
 adeunt. ibi summo omnium gentium ordinumq; concursu, mi-
 ra bonorum læticia, sacro fonte abluuntur. matronæ M A R I A,
 virgini Catharina inditum nomen. hanc dein Gaspar Lusitano
 viro dedit in matrimonium. Earum præclara conuersio Maho-
 meranos in diuersa distraxit. alii, exemplo incitati, rectam fidem
 amplectebantur. alios contra, è tam secundo Christianæ rei
 progressu, metus incessit, ne magia & præcantationibus ad pere-
 grina & inuisa cogerentur facta: ac pròinde, antistitum admoni-
 tu, non modò vocem Gasparis ac vultus horrebant; sed etiam ad
 consuetum catechisini signum, oppositis illico manibus obtura-
 bant aures, quod ita persuasum haberent, in ipso quoque illius
 tintinnabulo ac sono vim inesse maleficam. Per idem tempus,
 modò præconum adesser copia, nouus in vicinas regiones aditus
 Euangelio parescebat. populi sunt felices Arabiæ, celeberrimis
 quatuor oppidis incolentes: Ammonitas quidam opinantur, vetu-
 stissimi generis, in ipsum vsque Loth originem referunt. Horum
 majores fama est mortalium primos à Mahomete in fraudem in-
 ductos. ii, rumore excitati, qui de Gasparis admiranda virtute ac
 doctrina longè lateque manauerat, communi consensu patrem ad
 se per litteras ac nūcios inuitarūt. magno studio se teneri veritatis

& sapientiæ: ad sitientes aures accederet, non sine fructu verba facturum. Ea res Gaspari mistum dolore gaudium attulit. Sollicitam de officii ratione deque æterna salute gentem in mediâ apparere barbaria magnopere lætabatur. obstructum sibi ad eos aditum valde mœrebat. Optatum quippe Gaspari dudum fuerat, ad mortem ac supplicia pro Christi nomine subeunda, sese in medios Persos ac Turcas immittere, & Mahometanæ sectæ mendaciâ refutare palam: sed eo feruore comperto, Xauerius, publicæ magis rei quam Gasparis gloriæ consulens, in ipso discessu illum ex insula Armuzia, ad triennium, suo vel certè Goani rectoris injussu pedè efferre vetuerat. Iraque Gaspar, quamquam eundi ac periclitandi percupidus; tamen obsequium sacrificio antiquius duxit: legatos, adhibita præparatione, baptismo lustravit: quo minùs in eam regionem ipse in præsentia tenderet, causatus occupationes, per epistolam vniuersæ nationi suasit, idoneos interim ad se discipulos mitterent, atque in amore ac proposito veri cognoscendi perstarent. Hæc sese initia dabant expeditionis notæ, necessariò dilata, multis, vt sit, difficultatibus interpositis deinde consenuit. At Gaspar à libero excursu & ancipiti peregrinatione cohibitus, eo accuratius operam ac studium in omnes vnius Armuzianæ vitæ partes intendit. Inter alias nationes, vt dictum est, ethnici quoque simulacris dediti Armuziæ versabantur. In iis aliquot erant lögues, (de quibus antè commemorauimus) horrido in primis & aspero victu cultuque famam sanctimonix vulgo caprate aduerti. suburbanum habebant specum ac delubrum: interdum ad emendandâ stipem, & imbuendas variis erroribus hominum mentes prodibant: noctu sese in eam recipiebant latebram: statisque horis (aded ex omni parte Christianas cæremonias dæmon æmulari non desinit) dato signo ad certas prinium commentationes euigilabant; tum ad cœlestes honores simulacro seu pagodi cuiusdam, vt vulgus Indicum vocat, habendos. vnus omnibus præerat, insigni duritia & austeritate vitæ: neglecta semper barba & capillo; asperso cinetibus corpore; obsitus pannis, ac seminudus; dira inacie luridus. hisce assisique id genus artibus in tantam sui admirationem adduxerat cunctos, vti qua pedes aqua lauisset, hanc Armuziæ Rex ipse religionis causa potaret. Hunc præcipuo conatu Gaspar aggressus, paucis diebus arcta sibi familiaritate deuinxit; & crebra cum eodem instruit de omni virtute, ac præsertim de cõtinentia & de castitate, colloquia. quibus ille paulatim in studium Christianæ religionis adductus, moram trahebat nihilominus; & inter consilium mutandæ vitæ perplexus hærebat. Ita nutati & anxio suasit Gaspar;

tri diebus triginta continuis quina verbera virgæ; totidem Chri-
 sti plagas recolendo; susceperet: certam que sibi lucem a sole iustu-
 rit accuratis precibus imploraret. Fecit ille diligenter, ac demum
 nocte quadam diuinis laudes & bona reputanti apud lectum elatus
 bitò ad aures accidit vox: *Quin tu, quod tibi monstratur iter ingre-*
deris? vna est ad salutem via, quam populus Christianus inquit: si-
mul vigilanti magnificus nosteratum factorum apparatus per spe-
ctem oblatas, pretiosa Pontificum vestimenta, sumptuosa textilia,
mitræ geminis auroq; fulgentes, nitidissima liurea, nec non dispo-
sita in abacis vasa varij generis, auro argentoq; talata. His ille vi-
sis, ac monitis, & intimo sancti Spiritus hortatu vehementer incē-
sus, ad Christum sine vlla dubitatione transire constituit. Manè, vi-
tato Regis congressu, qui ad illum visendi causa, vti solebat, acces-
serat, Gasparem ipse vltro conuenit, baptismum enixè petit. adep-
tus, nouā innocentie stola & in clyro Pauli nomine decoratus est.
Goam dein profectus, & in Europa classe transmissus, iucunda ali-
quandiu spectaculū Regi Lusitano ac populis tribus præbuit, paratū
postmodū è Lusitania Romā ipsam adire interuenit mors. Cæterū
Armuzæ sequuti rectoris auctoritatem Iogues alij, suaue Christi
iugū, graui & acerba demonū excussa tyrānide, subiēre. in signis
ad vcti Dei gloriā & rectæ fidei propagationē ea cōuersio finit; at-
que ad multū exinde tempus in omnium ore ac sermone versata;
specū ac delubrū Gaspar solēni ritu expiatū, præalta ibi defixa Cru-
ce, Deiparæ Virgini dedicauit. Idem Iudæos omni officio & carita-
te cōmplexus, mirā ab eorum plerisq; gratiā iniit. inde sese comi-
ter illorum synagogis & cœtibus inferendo, quem frustra exspe-
ctant liberatorem ac Regem aduenisse iādudū; atq; ad instantiam
eius elementia quālibet noxijs ac perduellibus adirum per fugiūq;
patēte, firmissimis argumentis ac testimonijs demonstrabat: vti ab
inānibus vmbrijs & rancida superstitione ad nouā legem veritatis
& gratiæ sese eādē aliquādo transferrent; suadete & instare per-
gebat. duos præsertim magistros, quos vocant Rabinos, magna a-
pud velsanam gentem auctoritate, in certam en vocabat: ac parū
abfuit, quin sepius conuictum vtrunque ad Ecclēsiam aggregaret.
quominus planè obsequerentur, nimia in vxotes ac liberos indul-
gentia, & necessario malè questitæ rei familiaris damno deterriti
lunt. Hinc alijsque gestis rebus, celeberrimū in Oriente Gas-
paris nomen euasit. Vna res famulo Dei ad cumulum dignitatis
& gloriæ defuit, occasio martvrij subeundi, quam ille palmam ar-
denter, vti dictum est, adamauerat. Felicitōr in eodē voto fuit An-
tonius Criminalis, quæ & Xauērio Ecclēsiæ Patruane præpositum
 fuisse

fuisse docuimus. Is totam oram; ducenta amplius passuum millia, singulis mensibus ingenti labore nudis pedibus obire adfectus; ad Remanacoris vada rã erudienda insudabat plebi. Vltimus in Septentrionem Christianorum locus erat ille: Narlingano seu Bisnagensi regno finitimus; agri malè pacati; atque ob id Lusitanorum aliquot præsidio tenebatur. In eodem littore nobilissimum idolorum sanum habent Brachmanæ; ii ab Lusitanis militibus per lasciuiam lacessiti, ac variis affecti contumeliis, ad proximos Narlinga populos confugiunt, quos Badagas vocant, cum iis acceptas à Lusitano queruntur iniurias: orant obsecrantque, ne patriæ religionis antistites, Decorum immortalium interpretes ac sacerdotes, peregrinis & profanis & deferris hominibus derisui ac ludibrio diutius patiantur esse. Præsentissimum quentq; spectatustinis vindictam vltoremque maxima ab superis laud dubiè latyrum præmia, Hisce vocibus incitati barbari, certis de more significationibus iuuentutem ad arma vocant; millia ferme sex momento conueniunt: ad Remanacorem agmine infesto contendunt. Haudquaquam anceps erat expeditio. Pagus, nullo aut perexiguo septus munimento ad incursum patebat; incolæ minimè feroces ingenio, & super infiram lenitatem, piscando natandoque magis quàm bello aut armis exercitati. in Lusitanis tantùm erat spes: qui tamen ipsi vix quadragenarium explebant numerum: & quidem per eos fortè dies, cum ab aliis imparati rebus, rum à tormentario puluere, quo maxime malo territare vel pauci magna barbarorum examina, & irfugam agere consueuerant. Nota hæc Narlingano, spectatores quippe ac delatores oculi non deerant, eo maiore fiducia & impetu ferebantur ad prædã. Aduentu hostium cognito (& prouecta iam erat dies) Antonius præfectum præsidii Ioannem Fernandum Corream ad pacem duris in rebus petendam, placandosque aliqua honesta ratione Badagas, nequicquam, adhortatus; tẽplum, vbi rã diuinam manè peregerat, rutlus ingreditur; ibi tenellum gregẽ ærerno pastori commendat. tum de ipsorum incolumitate sollicitus, ad portum accurrit. Miseranda ibi rerum facies. iam iamque adesse nuntiabatur hostis. inde alii protinus in aua fugam arripere: alii domo raptim elatis quæ quisque poterat, occupare linces, vel vbi in iis locus non esset, ad ipsas in salo stantes admare naues; alii, deficiente consilio, incerti quid agerent, hac illac estabundi cutsare. Mulietum in primis triste spectaculum. hæc patuos complexæ liberos, opem à viris implorantes; cunq; lamentis gemitibusq; complebant. Antonius, certatim offerentibus illi scapham Christianis, atque vt præsentem exilio subtraheret sese, etiam atque etiam obte-

stantibus imbellem & opportunam injuriæ turbam summa opè instat imponere. Inter hæc Badagæ, nulla pacis mentione ad aures admissa, irarum & cupiditatis pleni, sine certamine irrumpunt; Lusitanos, trepidè molientes a terra, telis eminus impetunt. lanceis mulci, plerique sagittis, cōplures etiam nuper illatis ad eos ferreis instructi fistulis aderant. iis licet nondum ita perire vterentur, tamen haud in irritum plumbæ tela mittebant. Icti Lusitani perire postmodum sex. Antonius, dum, suimet oblitus, pergit fidelis custos armento cōsulere; comitem suum & interpretem, eximia probitate virum, occidi circa se videt. ad eius casum, illico manibus oculisque defixis in cœlum, procumbit in genua; quod ille quadragies ferme cum jaculatoriis precibus quotidie factitabat. Inter eâ supplicationem ipse quoque innox, impio ferro confossus, animam Deo reddidit. Abscisum caput, & madentem cruore subuculam, barbari ad ostentationem ex alto suspendunt. inde ad prædam versi, magnum feminatum ac puerorum abducunt numerum; atq; ad gratias pro bene gesta re idolo agendas, cum læto cantu ac tripudiis abeunt. Beati martyris truncum, tenui cespite à superstitis incolis in summa tellure contactum, Lusitani deinceps, altius effossa humo, cum lacrymis condidit. Vir fuit insigni morum sanctitate, minimè vulgari consilio & vsu rerum, cibi ac somni parcissimus, patientia corporis animique mira; ac multo plura spiritus Apostolici relictorum exempla, ni strenuum probatūque operarium, diuina bonitas, ad gloriosam laborum mercedem ex agro maturasset educere. Felicem eius exitum, cum cura exploitatum atque compertum, socii à Xauerio eidem attributi, cum alii priuatim ad alios, rum communiter omnes ad Goanum Episcopum ex fide scripsere.

LIBRI QUARTI-DECIMI FINIS.

Dd 2

HISTO-

HISTORIARVM

INDICARVM

LIBER QVINTVS DECIMVS.



ALIS viri necesse ac neophytorum acerba vexatione commotis bonorum omnium animis, haud exigua spes aliunde rerum utique fatiorum affulsit. Maritimum est oppidum Tanoris, leueas ultra Goam circiter octoginta, eis Calecutum ad quindecim: eius oppidi Rex est Brachmanarum ordine ac disciplina, cuiusmodi plerique Malabaricae terrae sunt Reges, in Lusitanum nomen a pueritia valde propensus, cum Cialensis arcis praefecto Ludouico Xiralupo (quam arcem a Nonnio Praetore exstructam in limite Calecutano docuimus) amicitiam ac familiaritatem inierat. Idem Vincenrium Franciscanum, Goani Episcopi comitem, & Iohannem Soarium Cialensem ahristitem, ventitantes ad se, libenter audiebat. horum praecipue stimulis discusso corpore, baptizatus a Soario, susceptus a Xiralupo & Cosmo Anno Quadratore, qui tum forte, Cocino rediens, Tanore salutandi eius causa descenderat, Iohannis maxime nomen in gratiam Lusitani Regis desumpsit. Paulo post, vxor quoque sacro fonte lustrata, itenique est Cialensis regali praefectus vnus, & e Cainalibus seu dynastis alter: verum haec in occulto fiebant, ne quis grauior popularium motus existeret, atque adeo Rex ipse Tanoris, trina filia, Brachmanae superstitionis insignia, palam est eeuice gestabat: cum tamen idem ipse, Vincentii parris munus, aeneam icunculam Christi ad Crucem affixi, abdiram foueret in sinu. sub haec neophytum Regem, adstringende cum Lusitanis amicitiae causa, incessit cupido regiam ipsorum urbem vltro adeundi Goam; & familiariter cum Praetore & cum Episcopo colloquendi. id quo tutius faceret, litteras ad vtrumque dedit, vt sibi sibi hospitium esse cum Lusitano genere: nuper etiam illorum sacra sibi & vxori suscepta. Valde se optare, si per eos liceat, ad maiorem percipiendum eius necessitudinis fructum, dextrasque jungendas, Goam venire. esse praeterea, quae cum vtroque communiuari vehementer expediat. Einmodi litteris ad urbem allatis, aduentus illius fama extemplo vulgata nouo gaudio cunctos affectit.

affectit.

affecit. præclarum atque honorificum sibi dicebant, sub nominis
Luitantii rutela præsidioque latere quamplurimos; & Christianam
religionem relictis patriis ritibus induisse haud ignobilis in his
locis Regem: atque, ut cupiditati est ferme adjecta credulitas, vul-
go ita dissebant: Malabarici littoris incolas omnes, viri huius ex-
emplo atque aucteritate, in Lusitanicam fidem brevi esse venturos;
simul, affuturo propediem hospiti, quod genus honoris habeatur,
exquirunt. super eadem re Prætor ipse consilium aduocat, et consi-
lio interfuere delecti è nobilitate viri triginta: Quæstores regni
tres: custos Fræscianorum; & Goanus Episcopus. Ambigebat Præ-
tor, utrū aduenientē Tanorium, qui apud suos nondum pro Chri-
stiano se gereret, neque Brachmanicas è collo deponeret lineas,
Goæ pro Christiano accipi ac tractari oporteret. ea de re cum alia
alii rogati censerent; negauit Episcopus, neophyto Regi patriū in
præsentia gestamen aut vitio verti aut fraudi esse debere. Osiphū
quoque ab Arimathia, quem iustum sacra testentur littera: iteque
Nicodemum & Gamalielē, qua fide, qua probitate viros occultos
Christi discipulos fuisse propter metum Iudeorum. eandem ob
causam, ipsosmet Apostolos Christi, ante acceptam spiritus plene-
tudinem, januis clausis dies aliquot in eadem caratione latuisse.
iam verò, diuum Sebastianum, bellatorem illum ducemque fortis-
simum, suscepta dudum Christiana religione, ramen Romano mi-
litari ornatu, ut nulla re prorsus à cæteris dignosci posset, custodias
dissimulante obire, & martyribus animos addere solitum, quoad
coram ipso Diocleriano demum aperiendi quis esset, quem co-
leter, cui dies noctesque seruiret, præclara sese dedit occasio. Simi-
liter huic etiam Regi tam pio, nondum maturis ad Christum pu-
blice profitendum rebus, concedendum aliquid spatii, dum Nai-
res ac proceres vitanda seditionis causa paulatim ab insita super-
stitione diuellat. suum esse cuiusque rei tempus, id expectandum
vtrique sapienti. sæpe, quæ patientia ac lenitate sanari negotia pos-
sint, peruicacia & festinatione corrumpi. Hæc & in hanc sententiã
alia dixit Episcopus, haud dubiè beneuolentia in Regem, & qua-
dam naturæ bonitate prouectus: nec satis animaduertens, quan-
tum inter habitum nationis & symbola religionis interfit. Vicit
tamen auctoritas Pontificis, inque eius sententiã Prætor & reli-
qui frequentes iere. Cõfestim Ioannes Lupus cum octo biremibus,
& idoneo comœatu, missus ad Regem aduehendum; in ipso Ta-
noris aditu anchoras jecit, deque suo appulsu facit eum per nun-
tios certiorē. ille, sospitem gratulatus accessum, ad profectiōnem
extemplo se cõparat, id ubi cognitū in vrbe, propinqui & primores,

ac præcipue Brachmanæ, circumstant Regem, monent, orant, obsecrant, ne regnum siue causa deserat, ne caput suum peregrina & ignote comittat genti: ne sese, vetustissimis ceremoniis præditum augustumque, profana & impura contagione contamine. Ea monita preceque obfirmato ad iter animo cum Ioannes asperraretur, enimvero illi ærioribus remediis opus esse constituunt: facta conpiratione, custodibusque ad portas adhibitis, Regem in arcem includunt, triplici circumdatam muro. neque tamen idcirco ille de sententia demoueri se est passus. nocte cœcubia, solus, reuincta capillis in ipso vertice, quã dicebamus, effigie Christi, cuius opẽ subinde implorabat, subitariam restem, præligato quod fors obtulerat adunco cerui cornu, retinaculi causa in pinnas iacit: eoque adminiculo in limum euadit. inde translato in partem alteram vinculo, suspensus manibus ad ima sese demittit. ita, septum vnum atque alterum felici ausu trãgressus; in terris descensu, quod altitudinem mœnium restis haud æquaret, ex interuallo dei liens; caput & alterum læsit erus. inde ad stationem Lusitanorũ aggre progressus, in ascensu scaphæ, tumentibus aquis, parè submergitur. Hisce defunctus periculis, ad naues denique magna omnium gratulatione peruenit. Vixdum in Prætoriam erat acceptus, cum eius cognito discessu oppidani ad litus accurrunt; supplices redunt ad illum manus, eadem quæ paulo antè cum lacrymis obtestantur, quos ille partim præstanti largitione, partim celeris reditus promissione solatus, familiaribus paucis adsumptis Goã ire perrexit. Propius ad insulã accedenti præfectus vr̃bis Franciscus Lima in ipso portus ore cū splendido comitatu, & fulgentibus vndiq; serico versicolore catiribus ac lenibus, obuiã sit. Ad mutuum cõspectum, vtrinque tubæ tibique ac tympana pestrepunt. Consultã dein salutatione acceptã redditaque, Rex ad inpositam littori suburbana Antonij Personę villã, regio instructã appatatu, deducitur. ibi noctem exegit. Postera luce, Hispaniensi decorus habitu & aureo torque, pari frequentia, nec sine horrifono tormentorum fragore ad vr̃bem classe prouehitur. ipsum Prætorẽ in arcis mole præstolantem, paratos itẽ ciues populumque, strictã summa ratione pompam offendit. eius pompæ ordo traditur talis: Ad portam, qua intrandum erat, Lima præfectus in argentea sance clauẽ vr̃bis tenebat, hospiti Regi more maiorum offerendas, adstrabant decuriones auratis baculis, holosericam ostrinam attolentes umbellam, simbrisiis & cocco retorto pendentibus. Viam quæ rectã vocatur, & præter Sabaias ades ad templum fert maximum, propè purgatam, aqua conspersam, virentique Aratã iunco, parietibus

et utraque parte pretiosa textili & varia pictura nitentibus; clerici & sodalicia sacra; cum infulis & insignibus religionum, longioragine insederant. postremus omnium erat Episcopus, maioris focius baiulus Crucem. Rex urbem ingressus, cum caetera laetus gratulatione, tum in primis honore clauium; sub umbella cunctabundus incessit; adeo conferta occursantium ac deducentium multitudine, (cum interim è superioribus locis alii spectarent plurimi) uti a lictoribus, umbellam antecedenti honoris causa Praetori, magno labore submoueretur. Vbi ad Episcopum accessit Rex, solemnè ab eo preceatione lustratus. Crucè venerandum amplectitur, pendentis Christi signum exosculatur: dein templum intrat, fuitque ritè precibus, ad pridianum hospitium eques eodem studio & comitatu reducit. exceptus dein à Praetore quàm apparatissimis epulis, atque colloquio tempus ac locum petit. confestim vacua pars facta Praetorii, ad colloquium Episcopus & nonnulli Theologi nominatim adsciti, ac praeter hosce Lima Urbis Praefectus, & Franciscus Aluarus à secretis, & regij quos dixi Quaestores, & Gaspar Nonnius interpres. Coram eo confessu Rex omnem sui de religione consilij rationem exposuit. Sibi, posteaquam, singulari Dei beneficio caliginè discussa, de tenebrarum profundo in lucem sapientiae ac veritatis emergerit, nihil aequè in votis fuisse, aut esse; atque ut populares suos non solum, sed vicij nos quoque Reges ac Principes Christo conciliet; cunctisque de suo (quod aiunt) lumine lumen accendar. Verùm lenitate opus esse; quæ, nisi tempus ac spatium datum sit, constare non possit; vsque adeo Malabaricam gentem suas amplecti ac fouere, alienos horrere atque auersari leges ac caeremonias: adeo a vitis erroribus ac superstitionibus captam atque implicatam teneri. interea sibi Christum eiusque precepta penitus hærere in medullis: eius rei Deum & conscientiam testes inuocat simul, ad certamina, ubi res tulerit, pro Christi nomine subeunda sacrosancto Chrismate confirmari se postular. Ad ea Praetor & Episcopus, collaudata viri pietate, eum experiendi gratia dicerent, satius videri sibi, Regem, ad caeteros per-mouendos, Christianum sese fateri palam; & ope diuina praesidioque magis quàm humana prudentia vel dexteritate confidere; multo plus vniuersæ genti exemplo factisq; quàm arte ac simulatione & occultis hortationibus profuturum: Rex magna rursum pericula, maguos rerum motus obtendere. inter caetera incommoda fratrem sibi esse amulum regni, praepotētis dynastæ vicinis opibus & fauore subnixum. haud sine causa vereri se, ne, si noua & peregrina obrudenda religione, populorum animi grauius offendantur,

eorum alienatio nem ille suam occasionem putet. Lusitanis paulu-
 lum in eo de spectate ne graue sit. Si vita suppetat; domesticas pa-
 riter & publicas res irate Deo adiuuante cōpositurum, ut quæ nūc
 temporis causa corde tacitus premat, ea postmodum vultu; sermo-
 ne; rebus denique ipsis ratē possit expromere. Aduersus hæc ultra
 etiam se neque Prætori neque consiliariis visum. ita te infecta dis-
 cessione est. seorsum dein super sacramento Confirmationis a Præ-
 tore eductus Episcopus, nequaquam negandum enixè petenti
 respondit; eodemque approbante Prætorē, postridie ipsemet in
 priuato sacello neophytum, patris adhibitis testibus ne rumor
 mararet, solemniter ad luctum spiritalem inuixit; ab eo mysterio
 Rex aouis deq̄ promissis optima spe tum Episcopum tum ceteros
 omnes implens. Decem ferme dies Coa in hospitio substitit. om-
 nes hi dies Lusitano populo geniales ac festi fuisse. è cunctis ad diu sa-
 cram modum Lusitanorum ars quam citatissimo pulsu dies no-
 censeque personibus Exhibiti ludis; taurotumque venationē accessere
 atinæ; salutationes & Indicæ & Agypticæ; minti, sanniones, &
 perforiste, quæque alia eluse, letitię signa sunt; itemque ad Numi-
 darum conuictiorem edita equistris pugne simulacra; in quibus
 expeditose quædam, ratio distinctos ornatu, arundinum iaculis inter
 se decertare mos est. Inter quę reuocatus domesticorum epistolis
 precibusque Rex, proficiscendi veniam petit. Multum illi a Præ-
 tore bonidycinę vestis, multum quoque ospinæ familiis in discessu dona-
 tum. omni genere honoris & ostentatus, multo quam antè Lusita-
 nis amior & obsequior abiit. Hanc nos rei gestę feriem cū ex a-
 lis auctoritatibus minime spernendis, tum verò ex ipsiusmet Episcopi
 Coanobilitatis haesimus, ad Catharinam Lusitanæ Reginam datis.
 quibus nōnnullis in modum datus Ioannes Rex; Taporit
 conuersiononi, ut acū Antonii Criminalis exitu gloriose, non
 modò Lusitaniam prædicandam curauit, sed etiam Romæ Pon-
 tificatum in eadem Lusitaniam, per Alphonsum Alencastrium oratorem
 suum diligenter exposuit quæ res, ingenti plausu, per eius ipsos dies
 resurgente Britaniam quoque; & perstruisset utinam) haecotum ac fi-
 delium vbique gaudia epulauit. Sunt qui totam eam conuersione-
 nem, captamque Lusitanorum gratiam, in tempus ab Rege barbaro
 fictam putent, eo maxime arguunt, quòd domum reuertus, pro-
 missa non præstitit. Mihi, circumspicis rebus omnibus, verissimi-
 liss videtur, motu potius quam perfidia neophytum a suscepto cō-
 silio destitisse; præsertim quòd alioquin & ipse cōtractam cum Lu-
 sitanis amicitiam, egregie coluit, & successor eius hodie sese præ-
 carè in eodem animatum ostendit. Circa idem tempus, extorres
 patria

partia dynastæ alii duo, cum ad Lusitanam confugissent opem, ienera ætate uterque, ad Christum adiuncti, atque a Prætorè Societatis s. v. in disciplinam dati. Trichinamalo insula alter, quæ Cæliano adiacet, alter Maldiuus, quarum de regione ac natura supra docuimus, imperabat. Ac Trichinamalo quid postea contigerit incertum. Maldiuanus, ductus in matrimonium nobili Virgine Lusitana, exsul adhuc, & regno superstes, Cocini extremam ætatem degit, in gloriosius ætus maximus natu filius, Franciscus nomine, præstanti indole & humanitate adolescens, nuper, cum in Lusitaniam ad Philippum Regem suus ac patris de rebus venisset, per poëtem ignotus Olisipone, à sicariis, extracta ex occurſu rixa, magno bonorum dolore percipus est. Cæterum inter eas quas dixi conuersiones, confecta iam ætate, Garzias Prætor anno seculi huius vnde quinquagesimo supremum obierat diem, pacatam nactus quidem ille provinciam, verum tamen de Lusitana re inter ipsam partem egregie meritus. quippe in minutam variis casibus classem, solutis cellioribus ad quatuordecim cum cura suppleuerat. sulphurei pulueris in vrbe Goa institerat officinas. Lusitanicæ ditionis oppida & propugnacula cunctis ad tolerandum bellum rebus instruxerat. inchoatam à Castro Diensis arcis adificationem, ex eius committendis ac destinatione promouerat: multas ab eodem ab negotia bellica relictas in suspensio litis & controuersias attentæ & æquabili iurisdictione deciderat. In Garziaz locum Georgius Capralius è regio codicillo sussectur, oppido Bazaino tū prætor, vir & bello strenuus, & pietatis laude præcellens. Hoc rerum Indicarum statum, Brasiliæ quoque sylvæ ac dumera paulatim inretractari ac subigere præ Societati illis vidit etiam onus inpositum; cum ipsam Franciscaniam ante fratres aliquot, Italici maxime generis, forei magis, a nimo quam prospero euentu tentassent. Namque ante partem eius lingue notitiam, vnus ex iis in traiectu fluminis ignoti submersus, celebre illi ab se nomen dedit: Fratris flumè exinde appellatum. reliqui, subito coortis in aduenas Brasiliis, interempti. Sucebere igitur è Societate primi omnium sex: Ioannes Azpilcueta, Nauarrus, Antonius Pireus, Léonardus Nonnius, Didacus Iacobaus, & Vincentius Rhotérgius Lusitani. Rector iis additus item Lusitanus, Estmanuel Nobrega, præstanti virtute ac sapientia vir. Thomam sequentur Solam, qui primus omnium Prætor ea littora petiit. Brasilianæ attrigere inuente Aprilis mense, anno post Christum natum MDXLIX. cum ante duos circiter menses Olisipone soluisſent. Navigatione sunt vsi admodum læta, ventisque adeo secundis atque serenibus, uti capris illorum adesse

Deum haud obscure appareret. Paucæ tû Lusitanici generis erant in iis regionibus, ac vixdum inchoatæ colonix seu præfecturæ; antiquissima omnium, & ab Æquatore in meridiem prima, Itamaracæ dicebatur. alteram Pernambuco, tertiam Illeos, quartâ (Capralis quondam appulsu prænobilem) portum securum: extremam à Sancto Vincentio nominauerant. ipsorum verò incolarum, nulli pagi, nulla oppida vrbesve. dispersis (vti supra dictum est) mapalibus habitabant, sedem pabuli ratione mutâtes Nomadum in morem: iidemque ab externis alieni commercijs, & infandis epulis aduerti, paucos aduenas & imperitos regionum haud sine causa terrebant. Sosa comitesque ad villam quam vocant Veterem descensione facta, instructo agmine, Christianæ religionis insignijs præferentes, puro & aperto loco præcella Crucis trophæa gratulabundi constituunt. Ibi mensis ferme vnus fuit mora, dum varijs artibus conciliantur animi barbarorum, & idoneus in vicino situs exquiritur nouæ vrbi condendæ, cui deinde Saluatoris nomen inditum est. Nec vani fuere conatus. & pax cum accolis inita, & spatium ædificationi designatum duobus cireiter passuum millibus à Vetere villa. inde Lusitanæ multitudini (aliquot exceptis, quibus priorē sedem mutare nõ placuit) in exstructionē areæ diuiduntur. Patres, facta optiōe, locum domicilio delegere, vbi Mariæ Virginis adiutricis templum hodie cernitur. id templum ab iisdem cõditum est ingenti labore: siquidem populo domibus priuatim excitandis, & cingenda raptim vrbe, dies noctesque occupato, aquari lignarique ipsimet, ac proximis è montibus materiam suis humeris baiulare cogebantur. Accedebat extrema propemodum egestas in ignoto incultoque solo; nulladum in eorum victum aut cultum ab Rege decreta pecunia. excalceati, ac seminudi, æstu & sole torridi, quotidianum obibant opus. nec raro, planè omnibus defecti alimentis, cibaria ostiatim emendicabāt euentu vario, quippe eum alii sibi quoque angustam esse domi rem dicebant; alii commoti misericordia, ex eo quod suppetebat liberalitet impertirent. eiusmodi inopia conflictatis, ad extremum Prætor modicum quid, eleëmofynæ nomine, ad tolerandam ex parte vitam adlignat, quo ad reliquis deinde necessitatibus ab Lusitano Rege pro cetera ipsius munificentia ac pietate subuentum est. Inter eas tamen ærumnas miseriaque (si vltro suscepta pro Christi nomine incommoda nominibus hisce appellare fas est) adiuuadis quantum liceret, Lusitanorum animis, exemplo, verbo, sacramentis instabant Sed non eo consilio tantum trajecerant pelagi, vti Europæis inquilinis, Christi notitia dudum imbutis, atque ab infantia ad numerum fidelium adscri-

adscriptis, potissimum operam darent. Indigenarum illi salutem præcipua contemplatione spectabant, in cæcis opinionum tenebris, & in summa veri numinis ignoratione versantium, itaque, simul ac popularis è Lusitania Sacerdos aduenit, qui curionis patriarchæ munere fungi posset, concessis illi adibus tanto sudore constructis; extra oppidum nouam in sedem loco edito commigrarunt, quem montem Caluarium ipsi dixere, circumfusis vndique barbarorum ruguriis, magno scilicet apertoque discrimine vitæ; sed sacra Deo & deuota iam capita nihil pro salute hominum periculi recusabant. Atque hac maximè ratione Prætori ac cæteris, (quos tamen hæud omnino relinquebant) satisfactum à patribus. Alia longè erat causa Vincentianæ colonix, quos exsules ferme, in vltimis finibus ab omni Christiano hæretore disinctos, atque ob id ipsum cælesti carentes cibo, circumstementibus barbaris, ipsa prope modum efferauerant loca. Ad hosce igitur omni studio recreandos refouendosque Nobrega ex ipsa suorum paucitate duos in præsentia destinauit: Leonardum Nonnium, & Didacum Iacobæum; ipse cum reliquis ad Brasiliis indidem circuitandos & erudiendos incubuit. erat omnino laboriosa prouincia, & multis difficultatibus implicata. obstabat inscitia linguæ, quamquam hæud ita copiosa nec varia, tamen ab omni Europæo sermone planè abhærentis. obstabant ingenia moreisque incolarum: quod super quotidianas cædes, ac finitima bella, & inexpiabile vlciscendi certamè, dapesque diras in crapulam quoque ac Venerem proiecti, magis in dies obtunderent aciem mentis; & flagitiorum cæno quicquid erat indolis bonæ demergerent. Accedebat indomitum ac latè patens malum, & quo valentius nihil adirum atque iter obseperit Euægelio; veterum Christianorum, indigna tali nomine ac professione, licentia procacitasque; cum anxia cupiditate sordibusque coniuncta: vr eorum aduentus in barbarorum vitos, vitæque consuetudo, cum graueret cunctos offenderet, tum ingentem nomini Christiano inuidiam infamiamque constaret. Nec leue afferebat incommodum ipsa mobilitas gentis, & crebra, vt dicebamus, mutatio loci; vt sub ipsam interdum messem, fessis agricolis, & diururnum laborem radiumque spe largi prouentus de more solantibus, adultæ iam segetes repente apparere desinerent. Postremò deploranda erat hæc etiam, in tam vastis terrarum spatiis, tantula ac tam deserta operarum manus? Sed nequaquam idcirco fracti animis vel debilitati sunt patres, hæud ignari videlicet, quam exiguo numero Apostoli quantas olim res Deo duce atque adiutore gessissent. & Christus idem, talium consiliorum patens fautorque, recentibus

his quo-

his quoque famulis ipso potissimum præside fretis, ac nihilominus pro sua parte satagentibus, aderat. Igitur in commodo linguæ obuiam itum initio nonnullorum ope ex iis qui ante Sosa aduentum ad villam Veterem agebant, ii primùm adhibiti interpretes, vicem sermonis utcunque supplebant. Dein, quo faciliùs procederet tota res, ac minus ipsi aliunde pendentes patres ad Brasiliicam linguam addiscendam cuncti pariter animum adjiciunt, acriq̃ue studio ac pia æmulatione perfectum haud ita magno temporis interuallo, uti essent ad confessiones audiendas & habendas conciones idonei. Azpilcueta præsertim in eo genere enituit laus; ut cognitissimas rebus quæ à Xauerio apud Indos fierent, vulgò Lusitani affirmarent, peculiare ac proprium munus decusq̃ue Navarrae gentis ac nominis videri conuersionem ethnicorum. Hoc instructi adiuumento patres, doctrinae Christianae capita, certasq̃ue precepciones, ut assolet, Brasiliicè vertunt. dehinc vicos & tuguria paulatim obire; modestia, comitate, beneficiis obligatè sibi homines omnium ætatum: ac simul de rebus diuinis dicere per se ad populum incipiunt. Mirificos insolita prædicatio motus animorum effecit in rudi tenebrisq̃ue inuoluta barbarie; satisq̃ue apparebat, cum alia, tum præsertim quæ de omnipotentia & infinitate Dei discebantur, ingenti cum admiratione æquè a viris ac mulieribus accipi. Nostram etiam legendi scribendiq̃ue consuetudinem ac peritiam sine sine suspicere videbantur; cupereq̃ue sese in cultu ac religione nostris esse simillimos. verùm quominus id re ipsa perficerent, inueterata morum peruersitate ac feritate retardabantur. eo acriùs instare patres, uti eos humaniorem ad vitam ritumq̃ue traducerent. Maximus fuit labor in cohibenda furestia ac feralis cibi consuetudine, quo Brasilius nullum palato gratius edulium norat. atque ob id ipsum grauiora non semel adiere discrimina. Inter cætera illud memoratur facinus insigne: Captum in prælio ex hostibus quendam accolæ ad Caluacii montis radices attraxerant, ac diu passum coactumq̃; pinguescere, in epulas ingenti cum exultatione mactarant. Ea re cognita, Christum suppliciter inuocant patres, hortatq̃ue inter se protinus aduolant, in tuguriu irrepunt, protensum cadauer in ganeam præparantibus interueniunt, palam ac fidecer asserunt manus. Ac virorum quidem quies ac silentium fuit, injecto pudore, quodd cum patribus non nihil iam familiaritatis è vicinitate contaxerant. Non eadem fuit patientia feminarum. vetula adstabant aliquot præcipua crudelitate, & hostis puniendi libidine. hæ sibi nec opinato exceptam è faucibus prædam indiguè ferentes, cum clamoribus & quiritationibus concursare,

curfare, iuuentutem ad vlciscendam à deò atrocem injuriam exci-
 re. inde commoti nonnulli auferentibus aliquantulum restitère:
 sed mox vel ipsa repugnante natura, vel etiam diuinitus territi, ex-
 prum omittunt. Ita, corpus ablatum patres in horto suo sepeliunt,
 aliquot cenotaphiis ad fallendum appositis, si fortè barbari no-
 ctu ad effodiendum atque asportandum accederent. Nec vana fuit
 conjectura. Facta manu per tenebras in hortum irrupère Brasiliis,
 pertentatisque sepuleris, ac demum inuētō corpore, (tanta sagaci-
 tas fuit) iam extraxerant brachium, tùm excubantes in idipsum pa-
 tres accurrunt, eadēque orationis animique constanria nefarios
 cōuatus infringunt: ac, ne sæpius eertandum foret, ablata denuo
 membra intra urbem ipsam accuratè defodiunt. exasperauit ea res
 vehementiùs animos gentis, muliebribus præsertim incense faci-
 bus, ac parum abfuit, quin agmine facto repentè urbem inuade-
 rent. Patres quidem, iussu Prætoris intra mœnia remigrare coacti
 tantisper dum iræ mitescerent, aliud sibi hospitium condidère, qua-
 nunc collegii noui exstruuntur aedes. Idem Prætor, qua erat pietate
 terribusque vsu, iacta in eos crimina & voces vulgi repressit. Ipsorum
 culpa & retum getendarum auiditate misceri cuncta, pacem tur-
 bari, ferocissimæ nationis arma irritari conquerebantur. At ille
 negabat aduentum belli extimescendum, quod eorum causa con-
 flatum foret. Deū quippe vel meliori affuturum causæ, vel sedatis
 tumultibus, è turbido ac tristi, serenūm repentè nitidūmque diem
 hæud dubiè redditurum. Veta ecēnit, mitigati præter spem animi
 barbarorum, & magno omnium gaudiō redintegrata pax est. leu-
 tiùs inde cautiùsque patres cum Brasiliis agere: non tam quòd suo
 ipsi patererent capiti, quàm ne serimonem aut offensionem popula-
 ribus darent: monendo, precando, fœditatem rei demonstrando,
 non paucos à nefariâ laniena ac popina tandem auulsère. ab aliis
 impetratum, vti ad eos, qui capti saginarentur, saltem sibi pateret
 alloquium. horum ergo, quando seruare corpora non dabatur, ani-
 mis certè omni studio consulebant: Christiana edoctos mytheria,
 atque ad salutarē peccatorū detestationē adductos, priusquàm rape-
 rētur ad necē, sacro Iustrabant latice, dabātque operam, vti ex ho-
 stium ludibriis ac tererrima seruitute, ad ecclēstia regua protinus
 euolarent: sed ne hac quidem ratione miseris diu prospicere licuit.
 Mali dæmonis artificio sibi persuaferant aiebantque barbari,
 intinctis eo baptismate carnibus, multum de pristina saporis gra-
 tia deperire. ac proinde immutata voluntate, ab illo religionis mu-
 nete nostros arcebant. Itaque atrenta consultatione demum eò
 decursum à patribus, vti neci destinatos supremo die ad patibulum
 vsque

vsque prosequerentur, atque interea madenti sudario super aliquam
 corporis partem furtim expresso, adhibita formula sacramenti, iam
 iamque morituros dissimulante abluerent. id. aliquoties tenta-
 rum, ex animi sententia cessit. Per idem ferè tempus Lusitanus qui-
 dam incolarum cassis oberrans, incertum vnde orto iurgio rixave,
 perimitur. Accendit ea res maiorem in modum animos Europæo-
 rum. nulla surgentis etiam rum urbis habita ratione, vindicanda fre-
 munt eadem, consulendum ipso initio incolumitati aduenarum; neque
 impunitate ac socordia diutius alendam gentis audaciam. hæc mi-
 nitabundi & coram Prætoribus & inter se iactare. nec dubie ad arma itum
 fotes; nisi rem Christianam fovens Deus, barbarorum animos ad æqui-
 tatem repente flexisset. amicitiam ac viciniam iura sanguini prætu-
 lere. deditus piaculum iræ noxius, & inaudito apud eas nationes
 genere pœnæ, in os bombardæ propalam insertus, applicato ad spi-
 raculum igne discerpitur. ea res per agros nuntiata, magnum Bra-
 siliis terrorem incussit; simul etiam, vnius Lusitani casus, cæteros in
 præsentia non nihil ab inconsulto ac temerario discursu cohibuit.
 inde patribus paulo expeditior Evangelii prædicatio capit esse.
 magnamque ac fidenti animo sese multitudini subinde immiscerens,
 densam ignorantiam nebulam, veritatis luce dispellere, opinionum
 potentia ac monstra fugare; magorum ac veneficorum (quibus de-
 risui simul & quæstui captæ mendaciis & errore sunt mentes) præ-
 stigias atque fallacias aperire ac tollere nitentur. In iis præcipua
 astutia veterator summam sibi auctoritatem ubique pepererat,
 tamquam pro Æsculapio venditabat sese, ad ægrotos omnes illico
 advocabatur. Hunc, Nobrega data opera aggressus, rogat; qua tan-
 dem vi res tantas efficiat, illum ne consulat Deum, qui totam hanc
 rerum universitatem verbo condiderit, regiamque ac domicilium
 habet in celo; an tattatei cacodæmonis consuetudine utatur & o-
 pera. impudentissimè arrogantissimeque respondit, se quoque
 Deum esse, & Deo progenitum; certum etiam hominem coram pro-
 duxit, à quo graniter laborante motum ipse depulisset. illum præ-
 terea regnatorem cæli Deum, sibi esse amicissimum, ac sæpe inter
 nubes tonitrua ac fulmina ostendere sese: & alia eiusmodi multa,
 superbia vanitatisque plenissima. Hanc Nobrega tantam auda-
 ciam impietatemque non ferens, advocata cõcione institit singula
 hominis dicta firmissimis argumentis maxima vocis contentione
 refellere, convictumque tandem ac fractum ad sententiam simul
 morisque mutandos adduxit, amicum eomitæque pollicitus, se pro
 illo apud verum Deum fore deprecatorem. ac paulo post, cum se ip-
 se iniciandum sponte obtulisset, in catechumenorum adscriptus est
 numerum.

admerum. is numerus pro multitudine reliqua oppidò exiguus erat, ægrèque admodum necessaria Christianæ sapientiæ præcepta & dogmata capiebant: post diuturnam institutionem, qui maxime idonei ad baptismum euasere, vitali fonte lustrati, cumque vnicâ vxore, cæteris dimissis, ritè coniuncti sunt. ex iis vnus, lætitiâ gestiens, adiit patres: nutu gestuque significans & affirmans, proxima nocte sese apud superiores fuisse, incredibili gaudio & suauitate persusû. Cætera plebs à patriis epulis, & ebrietate, & saltationibus impudicis, & multiplici coniugio abstrahi ac diuelli non poterant. neque in iis colendis vllò pacto respondebat operæ fructus. quotiescunque focii nequaquam vltra serere super spinas, sed puram aggredi tellurem è veteri præcepto constituunt. Infantes primùm quâ plurimos in tutum recipere (si cui foretante vsum rationis obeunda sit dies) & salutari summi Pastoris nota insignire festinant, patres dein matrèsque familias, precibus, pronissis, blandimentis adducunt, vti puerilem ætatem ac sobolem sibi in disciplinam dent. hosce postmodum ipsos, cibo & crepundiis paulatim illectos, omni arte mansuefaciunt. nec pœnitendus fuit labor. siquidem & tradita facillè accipiebant, & retenta fideliter grandioribus natu, quotidianæ consuetudinis & linguæ beneficio, per otium inculcabant; & suo ipsi exemplo sensim cæteros à nefariis atque impuris moribus auertebant. Parentes interea (vt est etiam improbis ipsa per se virtus amabilis) filiorum obsequio, sobrietate, cultu, doctrinâ lætari, eosque vltro ad proficiendum accendere. ac tantus erat Christianæ institutionis amor, vt piis catechismi carminibus, ac beatis vocibus IESV & MARIÆ, littora, campi, luci perstreperet. Neque ita multis interiectis diebus, Brasiliæ centû maturi baptismi exstiterè. is baptismus quanto maximo licuit apparatu pompæque celebratus est peracto Paschate, qui præcipue dies, veterè Ecclesiæ instituto, factis eiusmodi sunt destinati. cæteros catechumenos ad septingentos, dum amplius erudirentur, in aliud tempus, quamquam ingemiscens & impatientes moræ, differri placuit. Sub eiusmodi rerum initia subito factum, vti neophyti pænè omnes in morbû alui oculorumve ac variis abscessus inciderent. hæc magi videlicet ad baptismum inuidiosè referre. lauatione illa tentari valetudinem; doctrinâ ac prædicatione pestem ac perniciem populis importati calumniabantur. Sed ipsorum mendacia & improbitatem, Dei beneficio reddita mox Brasiliis firmatas, apertè redarguit. ea recepta, institere cum aliis, monitu patrum, oratoria sacræve ædes publicè exstruere, quò ad conciones & catechismû vndique conuenirent. dux duobus locis magno Christianæ

rei bono excitata. Agitatum etiam a partibus, (idque dein tempore procedente perfectum est) uti quod de Theseo iacet Græcia, sparsos per tuguria indigenas, in pagos & oppida cogeret, agris colendis adiuuarent, eorumque cœtus legibus ac magistratibus temperarent. Circa idem ferè tempus, quo Prætor in Brasiliam est missus, Conganis quoque Æthiopibus ab Rege Lusitanò pari diligentia & caritate subuentum est: Alphonsus iam antè decesserat Rex, cuius de singulari virtute ac pietate initio demonstrauimus. Successor eius, Iacobus nomine, quamquam Christianis initiatoris factis, tamen ab illius viri vestigijs atque itineribus longè deslexerat. Hunc imitari populares, ad patria vicia leui momento tuebantur. nec multum erat in Europæis vel institutoribus vel etiam sacerdotum ministris auxiliij: quippe tantum aberant à miseris Æthiopibus verbo aut exemplo iuuandis, ut ipsi potius constringendi vinculis maloque ad officium cogendi viderentur. His rebus cognitis Ioannes Tertius, è Conimbrigeni collegio quatuor viros in vineam illam, ceteris eandem sorte ardentè optantibus, impetravit: Christophorum Riberum, Iacobum Diazium, Didaeu Soueraliũ, quem Georgius Vasæus præterea, ii ab Olisipone ad celebrem Sancti Thomæ insulam nauigauerunt, ex qua facilis ad littora Congi tractus est. in ea insula febribus aliisque morbis acerbè vexati, necdum recuperata valetudine Pindam emporium Congani transierunt. Forùm adueatu addito Rex à lectis quinquaginta è proceribus duos obuiam misit ab iis in regiam ligneis equis de nocte perduci. Indis artificij tale commentum est. Cantherio seu signo doriantalis ferme crassitudinis, pedum octo longitudinis, bubulum coriũ ad sella amplitudinem intèdũt. huic ephippio diuaticatis cruribus viator insidet, baiuli succollant dno, & ubi longius iter est, succedunt alij. huiusmodi caballis languidos adhuc partes in interiora prouectos, comitet accepit, in Ioannis videlicet gratiam, Rex viã cum liberis & caritate ad Crucem extra moenia positam honoris causa prægressus. Nam illis assignatur hospitium, eusiusmodi Æthiopum adificia sunt, eulmo paleis que contextam. Ibi Soueralius publicè ludum aperuit, sexcentos admodum pueros labore maximo & litteris & Christianis præceptionibus induebat. Caret ad emendandam populi ac procerum vitam omni ope conixi promum, dein ad prædicandum ethnicis Euangelium operam conalète, nec sine fructu: quippe intra huiusmodi mensem Riberus mille septingentos Æthiopas probè institutos, ad Christiani adiunxit; Diazium quadringentos, Vasæus trecentos: idemque Vasæus cum fido vno duntaxat interprete, viatico profusum habito, in proximos pagos egressus,

gressus, duo millia & septingentos baptismo expianit: ac prædæ
 templa olim in vrbe Alphonsi beneficio condita, tria in finibus
 excitauit dicantque, Saluatori vnum, MARIA Adiutrici alterū,
 tertium, duo Ioanni Baptistæ, ingrauescēte dein morbo, domum
 redire coactus: ac reliqui item aduersa conflictati valetudine, (siue
 ad è grauitate cæli, siue ex insolentia deterioris cibi contingeret) à
 spiritalibus ministris ad necessariam corporum curationē haud
 sine magno ipsorum dolore traducti. Accessit ad prædicationem
 inter præcipuam, Regis quoque aliquis a studio religionis animus
 cum rei Christianæ, quæ ipsius auctoritate ac munificētia in pri-
 mis egeret, segniter admodum ac malignè pro sua parte consul-
 ter: atque inter cætera pessimi exempli delicta, ab improborum
 consuetudine, & a multiplici pellicatu auelli nõ possit. Haud pau-
 lo felicior, eadem tempestate, fidei processus erat in India, & Ca-
 pralius Prætor, tuendis ornandisque neophytis, ethnicos ad Chri-
 stum inuitabat. Consilio, auctoritate, ope, Dei seruis & Euangelii
 præconibus aderat. Præter hæc attolletem sese denuo Zamorinū,
 exercitu mature coactio repressit. Cœlestium; Tiracolum, Pananem
 Calecutanæ ditionis, vi cepit, facibusque subiectis incendit, agros
 vastauit, palaneta succidit; magnum numerum æquè majoris ac
 minoris formæ nauium flammis absumpsit. ad extremum oræ Ma-
 laoticæ proceres, Calecutani socios ac fœderatos, Cocino muni-
 tantes, intra Ciëbem insulam deprehensos obsedit: redactisque
 iam in arctum rebus, nuntius de Alphonsi Noroniæ successoris ad-
 uentū in castra perferretur. E Lusitania profectus, Ceilanum attige-
 rat. ad eius rei famam dilapsi milites, Noroniæ visendi cupiditate,
 & Capralius ipse, ad prouinciam illi tradendam, vix anno Præture
 circumacto, discessit, inde soluta præter opinionem obsidio. Inter-
 im ex vlterioribus Indis valde iniquos infestosque Euangelio
 sese præbent reguli Molucenses. ii cum denuo in Lusitanorum
 conspirassent cædem, patefactis insidiis oppressi, vires omnes atque
 consilia ad neophytos ab Christi cultu absterrendos, Caciziorum
 instinctu, verterunt neque ita difficile fuit, exacerbatos Europæo-
 rum iniuriis, flagitiis atque peccatis offensos, necdum in veræ fidei
 ac solidæ virtutis amore fundatos, partim suadendo, partim inse-
 dando vexandoque conuelleret. Ergo, cum alii, tum verò qui Mau-
 ticas insulas incolabant, quorum ingens in oppido Tolo erat nu-
 merus, Xauetii patrumque auctoritatis atque institutionis oblit-
 rupto baptismi sacramento, propalant ab Ecclesia Christoque de-
 sciscunt, ædem sacram evertunt, Cruces & sanctorum signa succidunt:
 Lusitano Rege contempto, Geiloli tyranni imperio ac ditioni

sese subiiciunt. Neque impunè tanta illis impieras cessit: primùm
 ager, totius regionis antea feracissimus, mutata subitò natura,
 squalidus atq; effœtus euasit: condita in horrea fruges dira tabe
 prorsus exesq; dulces aquæ, salugine atque amatore contracto, no-
 xia redditæ: fame dein ac pestilentia multi omnium ætatum ordi-
 numque mortales absumpti. ac reli qui nihilominus in obstinatio-
 ne persistere. satisque comperto, sibi nouum à Lusitanis imminere
 bellum, contrà omni arte parate sese: aditus alios muris alios val-
 lo fossaq; & operibus objectis obstruere; milites ac tormenta
 clam ab Gcilolio submissa locis idoneis collocare. Inde cùm se
 aduersus omnem externam vim lat supetque tutos putarent, ac de-
 terrimus quisque ferocissimè loqueretur; Lusitani parua, vt solè,
 manu, magnæ rei molem aggressi, cum auxiliariis manipulis a-
 liquot superueniunt: missi que è classe inretnuntis, blando ac be-
 nigno sermone desertores ad sanitatem reuocare conantur. se non
 armis aut multitudine fretos, aut sanguinis auidos accessisse; ve-
 rum salutis ipsorum studio adductos, & omnipotentis Dei præs-
 tidio atq; ope subnixos: quem illi si pergant spernere, neque eos ad-
 missi facinoris pœnitentia capiat; majore in dies mercede sensu-
 ros, quàm graui piaculo datam Christo fidem, & initam cum Lu-
 sitano Rege amicitiã, ac diuina pariter & humana fœdera viola-
 rint. Aduersus ea cùm inflato ac pertinaci animo respondissent
 barbari; sat iã ab ignoro & extetno mercatore insultatù indigenis;
 non vltra ferèdam impotentis dominatus acerbitatem; sibi quoq;
 auxilia, machinasque, ac bellica tormenta suppeterè; denique le
 Christianos nullo pacto futuros, continuè in amenes efferatosq;
 euidentior, quàm vnquam aliàs, vindicta cœlestis apparuit. circa
 meridiem obscuratus repente sol. lentas hinc tenebras cùm pau-
 di ac tremebundi palparent. ecce tibi rursus, vicini montis è verti-
 ce, cum horrendo mugitu crebrisque tonitribus, qualia majori-
 bus tormentis eduntur, sordidum ac tetrum erumpit incendium;
 rantaque cineris punicumque & ambustorum igne lapidum vis,
 vti propugnacula & muri coronas æquaret. accessit terrarum mo-
 tus ingens, quo arbores anullæ radicitus & inuetsæ, testa omnia
 diruta præter vnum templo nuper enersò contiguum. quin, prox-
 ima quoque palus, oppleta saxis & improuisa congerie, latè resta-
 gnans, multos mortales vna cum brutis animantibus obruit. ne-
 que horas paucas, vt antè, sed ipsos tres dies noctesque tartarei
 camini ardor ac sæuitia tenuit. Post triduum sterère flammæ, & ca-
 ligo discussa: facili que ac plano iam aditu Lusitani procul è nau-
 bus omnia contemplant, descendunt. ac defensoribus aut exitio
 sublati,

sublatis, aut metu dilapſis, iterum nullo cerramine cuncta perua-
 dunt. Arma dein illata Geilolio. is duodecimglnti iam annos cuius-
 dam inſulæ, ſeptem à Ternate leueas, arce ſeſe tenebat, partim ſitu
 manuq; partim etiam æneis munita balliſtis, quas ille Chriſtianiſ
 interpoſita hoſpitiū fide captis ac ſubinde maectatis ademerat. ea
 Luſitani arce terrium intra meſem Bernardini Soſæ conſilio ac
 virtute potiti ſunt. ipſe tyrannus, cū viuus In poteſtatē veniſſet,
 memor flagitiorū ac ſceletum, ſibimet mortem veneno conſciuit.
 in eiſ locū filius ab Soſa cæteriſq; ſuffectus. Hiſ cognitis rebus
 conſeſtim illuc ab Ternate Ioannes Beira tranſmiſit. territos in-
 colas palatoſq; ſuaui oratione ac familiari vultu contraxit: moni-
 toſq; per eā defectionē quanto quāque nefario ſeſe obſtrinxiſſent
 crimine: docuit nihilominus, modò facti pœniteret, non eſſe cur
 de venia deſperarent: quippe nullum ex cogitari poſſe delictum, di-
 uinæ bonitati atque elementæ par. Multipliei malo emollita iam
 & ſubaecta erat gētis duritia. hoc alius amanriſſimi patris monita
 penetrarunt. ergo vbi ſat magno acriq; dolore cōpunctos, & prio-
 ra conſilia eum gemiru deteſtantes, ac ſibimetipſis iratos animad-
 uertit, bono ac ſidenti animo iuber eſſe: tum ſolempni ritu per ſa-
 cram confeſſionē expiatis, Eccleſiæ ſacroſanctę Chriſtōque ſalu-
 tis humanæ parenti reſtituit. Inde noua rerum omnium facies. pa-
 nter hominibus recta mens, laticibus dulcor, telluri ſæcūditas red-
 dit: luctus, mæror, atq; formido, in gratiarum actiones, hymnos,
 lætitiāq; cōuerſa: denique in audio miraculo, noxii quoq; mures,
 qui ſatu per id rēpus in perniciem gentis eroſerant; aquæ luſtralis
 adſpergine protinus ethnicoſū in arua cōpulſi, tanto quidē corū
 damno, vt vulgo cum Chriſtianiſ injuriam expoſtularēt: mox etiā
 tantis ac tam variis permoti prodigiis, gregatim ad Beirā baptiſ-
 mi gratia cōfluere. iis, quod pater ſolus cunctis miniſtrare non
 poſſet, ſocios à Ternate accerſit primū: dein, cū ne ii quidem
 ſufficerent, magiſtratuum rogatu in Indiā ad ſubſidia perēda pro-
 ſectus eſt. Interea Gaſpar intra inſulæ Armuziæ ſines exacto ferme
 triennio, Goam ſuperiorum accitu reuertit, Iaponioſ inde Sinaſ-
 que, ſi per eodeſm ſuperiores liceret, tum etiam Scyrhaſ, vt ex ea
 parte immenſo circuiſu Romam ipſam adiret, vaſto & cœleſtibus
 flammis ardenti agirans animo. Verū in digreſſu ab Armuzianis
 handquaquam ei leue negotium fuit. Non enim precibus dun-
 taxat lacrymiſve, vt moſ eſt, ne ſe deſereret, ſummi patiter infimi-
 que tendebant; amica parabarur ei viſ; poſitęque locis opporun-
 ſ inſidię: quas ille fruſtratus, celeri lembo ad Luſitanam peruenit
 claſſem, capta & direpta. Gatifa Canariñoſ ad portuſ eo ipſo

tempore nauigantem. ibi magno militum ac naualis turbæ gaudio in vnâ è rostratis acceptus, ad Bazainum applicuit. A Bazaino, Antonii Laurerii Franciscani inuitatu, ad salutandos in vicino Christianos excurrit, ab eodem Antonio per Euangelium genitos. Multa, in eo tractu, præsæ artis & magnificentiæ monuimenta uisuntur. in iis Canariini fanum quod appellauit, vnâ cum adibus priuatorum multis, itemque uis & angustioribus, nec non cisternis ad centum, è solido ac uiuo lapide ferramentis excisum. aliud item ex vna petra fanum, elephantis uocatur, multis insignis simulacris, ac duobus præcipuè colossis ingentibus, terna quæis capita, totidem pedes manusque. eiusdem operis templum aliud in eodem titulo Antonius, ritè expiatum, Christo dicauerat. in templum id Gaspar obuiò Christianorum agmine, præcipientibus tubis, effusa cum lætitia exceptus, rem diuinam peregit, grauique & efficaci oratione animatis ad fidem officiumque neophytis, Tanaham inde, Ciulumque, postremò Goam cunctis optatissimus appulit. At Xauerius, ex Iapone Indiam, ex India recto Sinarum littora petiit, priuim Christianos in digressu confirmat. Cosum Tutrianum, & Ioannem Fernandum, Amanguriano præficit gregi; ipse in Bungum, quò Lusitanorum appulsam audierat nauem, recta cõtendit. Rex erat Bugi tum adolescens, & cœcis errorum tenebris inuolutus. attamen cognito quanta Xauerii esset uirtus, quanta etiam apud Lusitanos auctoritas, (quorû ille, ut plerique eius tractus dynastæ, cõmerciũ ac societate expectabat) aduenienti parti sese ualde humanum & honorificum præbuit: abeunti, comitem è suis familiaribus cum epistola & donis ad Indiæ Prætozem dedit. idem cæteris è Societate, qui in Iaponem postea missi sunt, eandem humanitatem ac beneuolentiam præstitit; proprium in suo regno domicilium adsignauit; aditum ad Regum finitimorum familiaritatem gratiamque litteris ac nuntiis munit: quin etiam, in maximo rerum suarum discrimine, inter grauisimas bellorum ac seditionum procellas, eorum saluti & incolumitati præcipua fide curaque consuluit; ab duodetrigesimo demum post Xauerii profectiõnem anno, Christiana sacra suscipiens, quæ ad id usque tempus metu seuerioris disciplinæ fuerat auersatus, de tanti patris nomine Franciscũ appellari se uoluit, nouissimè uerò ad Gregorium. xiiij. Pont. Max. legatos è regia stirpe, uenerationis & obsequii nomine, destinauit: qui Obisponem, ipsius sermè triennii spatio, perquam ancepiti nauigatione deuecti, & à Philippo Catholico Rege in primis munificè comiterque tractati, bonam Hispaniæ & Italiæ partem, ut inaudito post omnium seculorum memoriam, ita gratissimò cun-

mo cunctis principibus populisque spectaculi genere peragrarunt. Cæterum Xauerius, præter Bungensem, de quo dicebamus, Regis internuntium, ex ipso etiam fidelium numero viros duos egregie cordatos assumpsit, Matthæum & Bernardum, ad urbem usque Romam Iaponicæ indolis exempli causa mittendos, quorum alterum Goa mors abstulit, alter, quod intendebat, cursu feliciore peruenit, & ab Ignatio in Societatem acceptus, quo in vulgus obscurior, eo per otium artior, exquisitas Ecclesiæ Romanæ caeremonias, religionisque, & sacrorum apparatus est contemplatus; celeberrima sanctæ urbis templa, insigni cum animi fructu ac pietatis incremento, non semel obiit; patriâ deinde repetens, multa Iaponiis narraturus, in Lusitania letali correptus morbo, Combrigæ supremum vitæ actum hæc sine plausu peregit. Hisce ergo comitibus a Bungo Xauerius Nouembri mense anni quinquagesimi primi paucis diebus peruenit ad Sinarum insulam Sanctianum, quod comincabāt per ea tēpora Lusitani, leucas ab vrbe Cantone triginta. ibi inter alios opportunè reditum ad Indos parantem Didacum Peretiam offendit, nauarchum experiētē, & industriū, & Sinarum utrunque littoribus adsuetum. Cum hoc sua patet de introitu aggrediendo consilia contulit. Aptius nihil utrique usum, quàm ab Lusitano Rege ad Regem Sinarum, amicitiæ & societatis incundæ cum litteris ac donis orator. quam rem infeliciter olim quorundam culpa tentatam, mitigatis ipsa die Sinarum animis, modò temeritas abellectæ ac fraus, multo iam nunc melius celsuram, hæc inanè coniecturâ sperabant. in huius porrò noui legati comitatu posse Christi nuntios in ipsa mediterranea dissimulanter induci, qui vel aliquam linguæ consuetudinem, vel interpretes certè nacti fidos, magno deinde animo, diuino subnixi ope, sementē Euangelii facerent. Cùm ea maximè ratio probaretur; legationē sibi (ni Prætor abnuat) Peretia ipse deposcit: cætera, nempe Xauerius. Hac mente profectos ab Sanctiano, atrox procella è regione Cincei portus inuasit, anullamque repente scapham, & in ea duos è nautico ministerio Mahomeranos ex omniū oculis abstulit. Furebat veprus: aquarū insani mōtes undique minabatur exiti: nauarū majoribus demissis antennis, modico tantum velo tempestatis vim subterfugere nitebantur: memoriâ scaphæ propior metus ac terror cunctis excusserat. Xauerio tantum ea inuidebat cura. neque id, euadendi consilio si naufragium incideret; sed miseram illud animarum par ab sempiterno interitu vindicandi, nimirum diuinitus concepta spēs, si reciperentur, Christianos aliquando futuros. Hoc ille studio accensus, quamquam alieno tum tempore,

intentos gubernaculo nauclerum ac praefectum aggregantur. diu renitentem utrunque monitis, obtestatione, auctoritate peruenit, uti dolones demitti protinus imperent. aggre id exsequuti proreta, mox, cum ne sic quidem è summo speculantibus appareret scapha, pelago saeuente vela rursus expediunt. Tum, inuictò caritatis ardore ad proram aduolat pater: iunctis antennarum manibus, haud intermissa ad Deum prece, paululum adhuc morae per summam contentionem extutquet: puerum iubet, dispiciendi causa, de nouo rudentes ascendere. Cùm hæc maximè fierent, ecce subito aduentans praeter omniū opinionem scapha cōspicitur. Protinus clamore sublato cōtracti dolones; atque ad eam expectandam, cursumque faciendis inhibendū, obliqua oneraria contra maris impetum iulitur. appropinquanti dein eminus iniici funem Xauerius vetat, assermans ad ipsum nauius latus restā accessurā esse per se: neque aliter factum. per medios fluctus facili admota remigio, tam diu stetit, dum tenaciùs religaretur ad puppim. lenitū interea pelagus Mahometani è tanto periculo sospites, instāte Xauerio cæterisque, ad Christum extemplo cōuersi. cuncta prorsus uti prædixerat, euenēre. scilicet magnitudine rei primò defixi omniū animi: noua dein per sui lætitiā, diuinā clementiā gratulantes agnoscunt: ac prospeto demum cursu Malacam deferuntur incolomes, ibi solita celebritate pater acceptus, non diu subsistit. inspectis tantū & cōfirmatis in opere lociis, ex ea vrbe Cocinū, Cocino Goā deuenit, Februario mēse, anno seculi huius quinquagesimo secundo, quatuor nō totis mēibus è Japone illuc usq; cōsumptis. eius aduentus, quo diutius ac longius abfuerat, eo maiorem vniuersæ ciuitati lætitiā attulit, ipse, à descensu, primū omnium, publicā nosocomia & sacra cœnobia religiosorū inuisit, dein ad collegiū diuertit. Ibi Gasparem ac socios perquā suauiter amplexatus, reliquum vnū esse cognoscit, qui dudū in lecto decumberet. is è diutino ac letali morbo desperatus à cæteris, nunquā tamen spem abiecerat ipse, modò Xauerius ante supremū adesset diē; neque mendax finit fiducia. uti valetudinariū ingressus pater, iacentem grato sermone ac salutatione, uti solebat, impertit, impositisque capiti manibus, consueta in eam rem ex Euangelio effatus est verba, illico leuationem sensit agrotus, mox etiam vires omnino recepit. Obnitente dein amicorū turba, nihilominus in maturandam profectionem intētus, Episcopo Prætorique suas & Pereriarum cogitationes aperuit. laudabiles utriusque visæ. & Prætor haud grauatè principem legationis Pereriarum declarauit, eidemque conciliandæ fidei litteras ad Regem Sinarū, nomine Lusitani Regis, attribuit. Cæteris ornamentis donisque regalibus

galibus Peretta suomet sumptu magnificè legationem instruxit
 Lauertius interea, Indica prouincia res, ne quid per ipsius absentia
 coeperent detrimenti, accuratè ordinabat. Ante omnia Gasparem,
 Paulo Camette pijs alijs muneribus occupato, quamquam inui-
 tum, & comitandi per asperissima quæque patris cupiditate flagran-
 tem, Goano collegio cæterisque præposuit. Ad Bazaini culturam
 Melchiorcm Nonnum, ad Tanahæ Consaluum Rhoterigium,
 ad Cocini Franciscum Henricum, in Piscarium litrus Aloysium
 Meudium, (qui deinde propter Christum ibidem à Barbaris iugu-
 latus est) ad Sancti Thomæ coloniam, Ioannem Lupium abire ius-
 sit. in Lusitaniam vesò, atque inde Romam, ad demonstrandum
 Joanni primùm Regi tum Ignatio Indicæ prouinciæ statum, & pe-
 ræda ab utroque supplementa, Andream Fernadû cum Bernardo Ia-
 pomio, vti paulo antè diximus, destitauit. In Iaponèsem denique
 vineâ Cosmo Turriano & Ioanni Fernando subsidiarios designa-
 uit Balthasarem Gagum, Petrum Alcaccuam, Eduardum Syluum.
 hosce Malacam vsque secum ducebat. Hisce aliisque rebus, tum è
 domestica disciplina, tum è publica vtilitate cõpositis, inter pias
 deduceptum lacrymas saustasque preces & certantia vota discessit
 xv. Kal. Maii, tertio circiter mense quàm è Iapone redierat. Pericu-
 losa in primis ea quoque navigatio fuit. secunda prouectus flatu,
 adeò subita ac scæda tempestas inuasit, vti neque nauarum cona-
 tus artèsyne, neque vasorum onerumque iactura, superandis flucti-
 bus & naui regendæ sufficerent. Inde, cum ex sanguis metu, hu-
 mescentibus virorum etiam alioqui fortium oculis, relictas ali-
 coniuges, liberòsque, alii tætrum & informe genus leri miserarentur,
 ingenti animo pater in medium prodiens, pauorem atque for-
 midinem, singulis demerere, excitare iacentes, certo vultu ac sermo-
 ne haud dubiam Dei benignitate salutem omnibus polliceri. Cas-
 tellum de sin onerariè scandit intrepidus. reliquiatiam thecam è
 collo sibi detrahit: hincque suspensam, vnus trinique Dei nomi-
 nibus fideliter inuocatus, mari mergit, ac rursus ad cœlestium pa-
 cem exposcendam, sub tabulata succedit. Haud ita in longum ex-
 tenderat preces: cum è dira procella, turbidòque ac fulminare cœ-
 lo, optata lux primùm, mox plena tràquillitas rediit. Hinc recrea-
 ti Lusitani cum se defunctos iam periculis crederent, aperitè mo-
 nuit Dei seruus, haud leuius adhuc superesse discrimen, neque fal-
 sa prædixit in oreua Syrtisq; paulo pòst illata carina, cum aliquã-
 diu ipsa inuassent vada, vectoribus pariter ac nauis nouo horro-
 re intramentibus, eodem deprecatore in altum euasit. Malacam
 deinde peruentum, ex ea vrbe pater Balthasarem Gagum. eiusque

consortes in Iaponem sine suspensione transiit. ipse cum Pereria sese ad reliquum itineris conficiendum parabat. Bono iam loco videbatur esse res, quippe non modico navigationis emensuram spatio: & oratore ceterisque ad suas cuiusque partes rite obsecundas accensis: cum repente, unde minime opportuerat, grauitum Christiani & rei damnis, tum bonorum dolore disculla tota legatio est. Praefectus eo tempore Malacam obtinebat, haud satis aequo in Pereria dignitate animo, ac proinde coloniae infrequentiam cau-
 satus, acceptasque clades, & imminens ab Aceno bellum uentem legati legatione ipsum, e portu excedere vetuit. Neque, obstinata illius mentem, aut amicorum hortamenta, aut Pereria obsecrationes, aut Praetoris decreta ac littera, aut Xauerii ex postulatione, causaque bonitas, & Pontificia ipsa cum caelestibus diis missisque diplomata succedere valuerunt. demque, quantum in eo negotio diligentiam & sapientiam, vel contra cum in periculo praestiterat designatus orator, rite alter hic, nobilissima legatione in hunc infestum aduersarium praebuit. Neque vero, in hac etiam vita, (ne quis in horum Deum rebus humanis putet) debira meritis utriusque stipendia defuerunt. quidem Praefectum exsecrantes, quancunque incedebat vitis feminisque, elefantinea primum indasit Ius: deinde, haud uno crimine, sed peculatus praesertim ac rapinarum accersitus, magistraturae deiectus, ceteris onustus, in Lulitania Regis iullo transactus est. ibi cognita causa, damnatus, relictis in silicem bonis; ad haec, morbo in dies ingravescente, quod reliquum vitae fuit, per summam, & animi aegritudinem, & corporis feclitatem, egens, infamis, ab omnibus contemptus exegit. Contra, Pereria, egregii studii conatusque non modo praclarum ex optimi cuiusque commendatione, atque adeo ex ipsa conscientia fructum, sed etiam splendida & optima postmodum a munificentissimo Rege praemia retulit. Xauerius autem, quamquanti tanto praesidio ac spe subito destitutus, haud tamen idcirco despondit animum. neque consilium saluberrimae expeditionis abiicit. Solatus Pereriam, atque ad obliuiscendam iniuriam, & reddendam Christo iniustitiam adhortatus, in carcere capto perrexit ipse cum uno e Societate Alexio Ferreria, externisque pueris duobus, quorum alter alienigena Sinesem linguam penitus ignorabat; alter, cui nomen Autochus a Sancta fide genere Sina, in Goano diui Pauli seminario a primis educatus ahnis, pertenuem retinebat patriae linguam notitiam. Hoc tantum temporariam ad oculam ex obuia materia raptim extruxit: ibi rein diuinam quotidie facere, & Lulitanos negotiatores omni officio adiuua-

adiutare, uti solebat, infirmit. simul; & Sinis, qui ad eam insulã com-
 mercii causa ventitabant; peritum interpretem sibi parauit, qui ta-
 men postea, iniecto iudicii perharumque metu, fecellit fides. ab ali-
 is; de gentis quod die moribus; legibus; institutis; diligenter qua-
 rebat; nec non de ratione insinuandi se in eas vrbes hominumque
 colloquiis. quam illi rationem, cum sine euidenti capitis discrimi-
 ne propter sceleratissimã interposita edicta iniri negarent posse; ta-
 men Xauerius; ex his quã de Sinarum indole ingenioque libinde
 audiebat, actiore in dies accendebatur studio, tam docilem, tam
 pellicam alioqui nationem e gentili caligine ac tenebris erendi;
 ac nouo Euangelij afferre miseris quo quomodo liceret, omnes
 cruciatus ac mortem cum eorum salute nõ solum a quo, sed etiam
 libenti pœisebatur animo. Huic patris voluntati studijque maxi-
 me Lusitani obistebant, cum ipsius caritate, quem diligebant om-
 nes ac reuerentur vante; cum vero nimia quadam solitudine,
 & anxia cura fortunarum suarum, graui scilicet pauore concepto,
 ne tetros intra fines publica nulla fide subito deprehensus Euro-
 pœus aduenisset, non ipse tantum acerbissimas illico ca-
 rit pœnas, verum etiam denique in Lusitanum omne nomen, regio-
 num fatellitum furorem atque iras accenderet. atque ob id ipsum
 crudelitatis eorum cum vetera documenta promebant, tum etiam
 recens in Lusitanos aliquot edita, qui tempestate in litus iecti;
 comprehensi confestim ab incolis, teterrimo etiam tum carcere te-
 nerentur, quod si naufragis & erectis euenisset, quid tandem illi
 futurum, qui se se, prudens volensque, nullis cuiusquam opibus vel
 comminatione sulcus, intra illorum praesidia & terra non dubi-
 tasset iscludere? Unde, ut maxime euicta experiri libitum foret,
 quam tandem fecerit in libertate esset res? calcaturumne eum
 constrictis equorã; an, ceterum fere nulla passum quantum inter-
 esset spiritum trabe vel tabula traiecturos? nam postitoris quidem &
 inuictissimam nullam omnino fore topiam. Lusitanas, omni appulsu
 continentis arceri. Sinis, capita scelle, quæquam externum in iussu
 Praefectorum inferre. quod si quis adductus pretio, suam in id ope-
 ram quamvis occulte detulisset, vetendum tamen, ne pernumerata
 mercede, receptum eum inermi foeto puerisque peregrinum, vel in
 deserta quapiam insula per seclus exponeret, vel breuiore facinoris
 compendio, ne quid iudicii emanare posset, in altum e nauis proi-
 ceret. Cum hæc a iustitiam a Lusitanis hand absurdè proponeren-
 tur, nunquam tamen Xauerius de sententia potuit demoueri: tan-
 tum, quod ad ipsorum incolumitatem ac mercimonia pertineret,
 nihil illis dempsit timorem; per sancte pollicitus, nõ ante se quod

tendebat iturum, quam confectis ipsi negotiis ab Sæctiano soluis-
sent. cæterū a transmissione in id tēpus præparanda non destitit, a-
liquandiu nullo successu, quippe Sinæ inuitores, ad quos erat ne-
cessariò cōfugiendū, appellati ea de re, vulgò negabāt: ad extremū
tamen pecunia euictus est vnus: huic eū Xauerio in hæc pacta con-
uenit: Sina lembū, occultādæ rei gratia excluso omni alio remige,
nauta, vectore, suis duntaxat filiis famulisque ad iter in diem certā
instrueret. transfœctum in suburbia Cantonis patrē ad tres qua-
tuorve dies clā haberet apud se; tum intēpesta nocte cum sarcinula
& libris ad portā vr̄bis nemine conscio destitneret; vnde perductus
(quod extēplo videlicet erat futurū) ad tribunalia, quicquid liberet
ibi de religione, aliisve de rebus, periculo suo palā explicaret. Xau-
erius vicissim, cuius opera transfœctus fuisset, prorsushaberet occul-
tum: eidēque naui nomine daret piperis, quod duceutorum paulo
amplius aureorum efficeret summam. id piper Xauerio Lusitani,
quādo eū ab incepto reuocare nequuerant, in idipsum pro amici-
tia fuerant elargiti. ea pactione transacta pater interea omnis tor-
menti patientia assidue meditari: martyrii palmam cum animarū
salute coniunctā dies noctesque sibi proponere: condictum profe-
ctioni tempus per summam cupiditatem expectare. Inter hæc ab-
euntibus paulatim Lusitanis, aduersa valetudine laborantē Ferre-
riam, ne sibi in tam ancipiti re impedimento foret, in Indiam tem-
pestiuè remiserat. mox ipse quoque in febrem incidit: qua dies ali-
quot acerbè vexatus, cum onerariæ in salo iactationem ægre ad-
modum ferret; in casam inde sese recepit apertam, ventoque ac fri-
gori peruiam, ex us quas ad extremam littoris oram, Lusitani ab Si-
nis ædificatione prohibiti, è paleis ac ramalibus momento excita-
re, atque in discessu disturbare consueuerant. Ibi quinto ab disces-
su die, dum Sinam ex composito portitorum expectat, nauarchis
iam Lusitanis præter vnum cæcētis ex eo loco profectis; cum ad re-
focillandas vires nihil omnino suppeteret, in summa rerum omniu
egestate, germanus Christi in morte pariter & in vita discipulus,
accēsa diuino amore iacula è psalmis sermone petita, subinde in cœ-
lum emittens, IESVMQ. ac MARIAM suauiter inuocans, è corpo-
re, ex quo iam pridem eminebat, excessit. iv. Nonas Decēbris, anno
Christi nati (nam de ipsius quidem ætate nil traditur) supra Iesū qui-
millesimum quinquagesimo secundo: Indicæ vr̄o suæ peregrina-
tionis, vndecimo. Ea de re seriū moniti Lusitani mœrentes accu-
runt: mirantur habitum quiescētis quam mortuo propiore; com-
positos artus, decoram faciem, ipsa denique pietatem adhuc spirā-
ria lincamenta. dein rati id quod erat, indignum ac nefas, tanti sa-
cerdotis

cerdotis corpus, tamque de Lusitano vel in primis genere benemeriti, nullo exsequiarum honore, desertis in locis & barbaro solo relinquere, cum ipsis vestimentis in arcam inclusum, viua operiūt calcce, quo celerius excisis acrimonia carnibus, nada secum olla deportent; ipsam deia arcam deserro & squalido quodam in eius insulæ colle defodiunt. post dies aliquot confectis negotiis ad sepulcrum vniuersi conueniunt, corpus diligenter inspiciunt attrectātque; non modò integrum, solidumque, & aspectu iucundum inueniunt, sed etiā, quo magis obstupere, suauiter admodum fragrans. lxti suā de viri sanctitate opinionem comprobari diuinitus, in eadem viuæ calcis arca reconditum, venerabundi omnes in nauem imponunt. Inde Malacam deuectum, prodeuntibus obuiam cum solemnni pompa oppidanis, excipitur, & sua impensa funus procurāte Didaco Pereria, qui nondum abierat, in ædem Beatæ Virginis, vbi collegium est hodie Societatis, defertur. iam tertius a morte agebatur mensis. arcam sacerdotes & amici rursus aperiant: nihilo minus incorruptū extrahunt mirabūdi, ac Lusitanico more (laud dubio Dei nutu, quo liquidius postea de admirabili integritate cōstaret) terræ ipsi mandant nullo capsæ tobulæve munimine, puluino duntaxat ceruici subiecto, & obrecta sudario facie, quinq; ipsos menses eū in eo tumulo iacuisset, è sociis quidam missus ad Xaveriū inuestigandum ab Goa superuenit, (quem nos deinde Romæ hæc eadē ab aliis antè perscripta memorantē audiuius) is auditate ac studio explorandi cernēdi que oculis quæ ferebat fama, sarcophagum detegit; mirum dictu, puluinum ac sudarium purpureo cruore tinctum offendit, dum funeris administri terram superingerunt inculcātque inter sepeliendum expresso. ceterum corpus totum planè illæsum, & eadem quæ ferebatur odoris suauitate: quin etiam (quod super omne miraculum fuit) vestimenta ipsa, crepidāfque, & extimum linteum, adeò recenti specie, vr illo ipso Melchior Nonnius in Iapone deinde, quemadmodum diui Pauli eremite palmea quōdam tunica diuus Antonius, ita ad celeberrimas quasque gratulationes & cæremonias vti consueuerit. clara profectò ac testata sancti patris virginitate ac sanctimonia, (quanquam aliis quoque argumentis antè iam nota) quando neque calcis viua caustica vis, neque telluris humor ac situs, defuncti carnes aut amictum vlla ex parte labefactare valuerunt. Quo indignius visum omnibus, vltra in defossio haberi corpus, tanto tamque honorifico Dei munere custoditum. in iis Didacus Pereria, memor amicitie ac meritorum, elegantiore materia formaque arcam aliam damasceno serico subsuepdam, aurco textili desuper obtegendā curauit.

in eam

in eam trāslatum corpus idoneo loco ad vsque tempus Indiae nauigationis est habitum, quo ipso tempore Indiam repetens Gofmi Turriani missu Petrus Aleaceua, Malacam ex Iapone delatus, impositum in onerariam sacrum thesaurum vnā cum altero de quo dicebam socio asportat, praesens vtrique nauigantibus ac salutare praesidium; si quidem nauim, distracto gubernaculo, vadis impactā aliquoties, praesenti illius ope, cuius vehebant exuias, haud dubiē seruata fuisse eum alii, tum nauarehus ipse testatus est: idemque actuario Goalm'eeleri cursu praueuiens, rem totam patribus nuntiavit. ex iis quatuor cum totidem a catechesi pueris, biremi regia, tardius nauiganti oneraria ad Baticalam occurrunt, aream denuo referant sexto decimo iam ab obitu mense, aequē incorruptum corpus ac vestimenta, gaudio simul ac stupore attoniti, deprehendūt. Area iterum elata in biremem eo quem dixi ornatu deponitur. nauā sublatā vndequaque vexillis tormenta sexto cum rebōaru displodūt. eo die sub vesperam a Baticala ad Gōam biremis rediit. arca noctem vnā in aedicula Deiparā Virginis custoditur, passibus ab vrbe in ille quingentis. post ridie manē confestim Praetor ac proceres; Canonicorum ac Misericordiae sodalitia, ingens praeterea oppidanorum vis, & diui Pauli collegium omne, corpōri extra portas obuiā prodit. reliquā multitudo ad spectaculum effusa, parietes, fenestras, plateas, ita cōstipulerat, vt in reditu summōueri vix posset. cum cēreis candidati nonaginta praebant pueri, sequebantur clerus, & magistratus, ac nobilium ordines: quacunq; plium incedebat agmē, multa erant passim odoramenta disposita: feretri latus vtrūque thūribūā ex argento affabre facta eungebant: diui Pauli templum quo iustebatur, cū per eos ipsos dies hebdomadae sacrosanctae agerentur solennia, nihilominus albo peristromate conuestitum: cuncta sobriam ad hilaritatem latitiāque cōposita. Hoc maxime modo corpus acceptum, & statim in diui Pauli sacello, tectum vri erat, magna cum veneratione repositum est. ibi quominus terrium aperto iam loeulo palam ostenderetur, efflagitantibus pariter summis infimisque, negari non petuit: veruntamen ad introspeiendum obiecti cancelli; ne applicuisse rosaria, impressisse oscula virginis carnibus, semel iterumque palpasse nō faris habentes; insuper (quod apparebat futurum) in frustra & praesegmina carcerasque reliquias inuolarent. in eo sacello tres amplius dies ac noctes habitum summo ac perpetuo omnium atatum, nationum, ordinumque concursu. neque interea ab vno quopiam è superiore loco pater est laudatus, vt allolet. pro laudatore populus fuit. alii quippe reconditam viri doctrinam & sapientiam,

ac dicendi vim copiamque: alii prudentiam, vsumque rerum, & longinquas peregrinationes ac plurimas; alii comiratem ac mansuetudinem, & sine fastu vel atrogantia grauitatem, sine indignitate iunitionem, sine fūco pudorem atque modestiam; alii castimoniam insignem, & voluntariam paupertatem, & longa ieiunia vigiliisque; alii subleuatas egentium angustias, orborū educationem ac disciplinā; viduarum ac virginum pudicitia egregiè custoditam; curatos per summam patientiā ac sedulitatem aegros, direptas plurimorum inimicitias; alii verissimas prædictiones atque miracula; (multo videlicet plura quàm quæ nos aliò properantes attingimus) ac partim Christianorum greges à perduto vitæ genere ad meliorem frugem, partim ethnicorum ab Satanæ seruitute ad Christi fidem obsequiumque traductos, horumque tutelæ, cōmodis ornamentis omni ratione consultum; alii denique magnitudinem animi in rebus arduis capeffendis, constantiam in promouendis, & quod super omnia mirandum, ad eò salubri temperamento miram actione contemplantationem; vt cum vtraque coleret propemodum ex æquo, neutra tamen officeret alteri; hæc, inquam, & alia pro suo quisque sensu lacrymantes in cœlum efferre. Interea exacto ferme quadruido, cum satis iam in aperto fuisse videretur, ab sociis arca iuxta maximam arā loco certo reponitur, & claustro munitur: Huic tantæ gratulationi Gaspar adesse non potuit, ad æterna, vt sperandum est, gaudia paucos ante menses erectus. Is Indicæ prouinciæ administratione suscepta, publicè priuatimque multa præclarè instituit, quorum hodieque vsus cum vberissimo perseuerat animarum fructu, dumque in domesticam pariter disciplinam & communem Ecclesiarum vtilitatem intentus, affecto iam corpusculo acerbius grauiusque quàm ferre posset imperit; inter concionandi ardorem & contentionem defectus repente viribus, intra pulpitem concidit. collecto dein spiritu domum regressus, acrique correptus febrī, mox inter sodalium caros amplexus animam efflauit XV. Kalend. Nouembris, anno seculi huiusce quinquagesimo tertio. elatus est magno ciuitatis luctu, quam sibi suisque vniuersam excellenti caritate officiisque deuinxerat. Sub hæc, ab Iaponiis dynastis litteræ ad Prætorem allatæ: fœdus & amicitiam vltro petebant: ac siue id ex animo, siue gratiæ causa, nuntios Euangelii, & sapientiæ Christianæ magistros. ea re permotus, vt æquum erat, successor Gasparis Melchior Nonnius Lusitanus, commendata vicariis citeriore prouincia, cum sociis aliquot Iaponem petere intendit. Ingens dudum in iis locis erat perturbatio rerum omnium. Amagutii Regem inter ac populares

atrox ac periculosum extiterat bellum, nec nisi Regis & filiorum interitu restincta seditio. in Bungi quoque Regem aliquot principum conjuratio etuperat: ii, commisso demum prælio, victi cæsiq; otii deinde nonnihil ab armis fuit. patres ad prædicationem & consueta munia redière. ac Deus item signis atque miraculis adiuuabat. ægroti debilesq; lustrali vt plurimum aqua sanati: ex infestis diuturna possessione corporibus, Dei verbo fugata dæmonia. hæc & alia minimè deerant Euangelii firmamenta: sed nondum idcirco notabilis fiebat ad rectam fidem accessio. Pauperes ferme & inferiorum ordinum homines colla saluari subdebant jugo. contumax etiamtum & fastidiosa, veruntamen manus olim datura, nobilitas à Christiana humilitate ac mansuetudine egentiumq; ac vulgi confortio valde abhorrebat.

LIBRI QVINTI-DECIMI FINIS.

HISTORIARVM

I N D I C A R V M

LIBER SEXTVS-DECIMVS.



INTER hosce tam varios dubiosq; rei Christianæ successus, repentinum & graue apud Ceilianos quoque bellum exarsit. Columbanos Regi, qui Cottam pariter insignem obtinebat urbem, tres erant sororis filii, ad quos, de more gentis, hæreditas pertinebat. ii, expetitur ab insita dominandi libidine regnum, senecta auunculi detineri ægte ferentes, facta conjuratione Regem interimunt. inde ita inter se opes & imperium partiuntur, vt iratu maximus, nomine Parea Pandar, jus populis è regali solio diceret; minimus, cui Madunio nomen, (medio paucos intra dies extincto) militaribus copiis cum stipendio ac potestate præisset. Ac primò quidè concordibus inter se animis agere visi: mox (vt est omnis dominationis malè fida societas) capitales inter vtutq; dissensiones exortæ. Queri Madunius, non pro dignitate meritisq; tractari se, quippe qui præcipuo periculo

ruelo & audacia nefariam vim ac sceletatas manus auunculo, cæ-
 teris hortantibus, attulisset; magisq; sese in dies à Pareæ consuetu-
 dine rationibusq; alienum ostendere. at ille, nouis quotidie sese
 caputq; suum præsidis aduersus fraternas insidias impietatēq; que
 munire. inter carerá, cū Lusitano Rege per supplices litteras egit
 obtinuitque, ut nepotem ex filia, contra consuetudinem, excluso
 Madunio, in regni successionem iusq; adoptaret. hoc acriore incē-
 sus ira Madunius, exercitu coacto apertum fratri bellum inferre,
 Cottanos euastate fines, ad oppidum castra mouere non dubitat.
 Rex item, ne contra latronem ac perditellem, aggere moribusq;
 potius, quā armis ac virtute sese tutari videretur; malè auspicato e-
 ductis extra oppidum copiis, idoneo confidet loco. erat in eius ca-
 stris auxiliaria Lusitanorum cohors. ex iis gregarius quidam (te-
 mere, an à Madunio corruptus, incertū) plumbco militi sine me-
 tu suis obuersantem Regem interficit. Tum proceres in urbem ex-
 templo sese recipiunt; nepotēque Pareæ, regis cōmuni consensu
 decoratum insignibus, in auita collocant sede. mox, diffisi adoles-
 centis ætati, ac popularium animis, instante præsertim ac minitā-
 te Madunio, nouum ab Noronia Prætoris subsidium petunt. Ille
 sine mora instruit classem: impositisq; Lusitanorum millibus ad-
 modum tribus, ipsemet eam expeditionem obire constituit. præ-
 tendebatur bello, vetus cum Columbano fœdus, & pia pueri pænè
 circumuenti defensio. sed arcana suberat profectiois illecebra, q̄
 à quibusdam pro certo accepisset Prætor, auri argentique thesau-
 rum in vrbe Columbò repertum, quo si potius foret; & Lusitanum
 crebra erogatione exinanitum ærarium opportunè suppleri, & se
 suosque facili negotio ditari posse consideret. Hac mente consi-
 lioque p̄fectus, incolumi classe Columbum deferrur, leucas ab
 vrbe Goa ductas. descensione facta, primū omnium in thesauri
 persecutationē toto pectore incubuit: & exacerbatis per acri quæ-
 sitione oppidanis, ad eò ut non pauci ad hostem subinde transirent;
 ingenti labore miseriæque tandem eruit, quod aureorum centum
 millium summam expleret, quātum in classis bellique apparatus
 insumperat. Inter hæc Madunius contractis vndique copiis intra
 Ceitauacam urbem, à Columbo nouem introrsus leucas, intenta
 cura sese munire pergebat. Promoris eò signis Prætor haud magna
 mole urbem expugnat; direptamque, ferro & flammis excindit: de
 Madunii exitu nihil traditur. inde, firmato pupilli regno, quā in-
 uentā pecuniā latior clariorq; Goam sospes reuertit. Ab Goa,
 renouato impetu, Ciembē insulam petit; receptaculum latronum
 Malabarium, iu Cocinēsis regis damna perniciemq; imminerium.

hanc frustra nuper a Caprati circumfessam; ipse haud inuenta victoria tandem cepit; Malabatibus partim caelis, partim in seruitutem abductis. Circa idem tempus, auidè cupienti Solimano Turcarum tyranno, occupandæ Armuziæ viciniquè tractus oblata de nouo spes, Mahometanis inquilinis odio Lulitanorum per clandestinos identidem nuntios literalque sollicitantibus, ea si obtinisset loca, perbreui in Cambaiam & Indiam transitu, Lusitanos questuosissimi commercij fructibus, & iniusta longinqui maris possessione, facillimè depulsarum. Eiusmodi stimulus incitatus Turca, cupidus præsertim delendæ ignominia, ad Diuum priore bello suscepta; Peribecum vnum è Præfectis, qui ad Mecam agebat, classem ab Suezio properè iuber accersere; & Adeni claustra quam occultissimè præteruectum, Arabia Felicis quicquid Lulitanorum custodia teneretur, necnon Armuzianos fines, repentino aduentu (si res patiatur) nuadere; cum eo tamen, vti ad colligendam clementia famam, incolarum animos benigna oratione ac promissis alliceret prius, quàm incendiis, caedibus, populatione vexaret. Ille, triremibus quinque & viginti, onerariis duabus extemplo deductis ornatisque, celeritate vsus & secunda nauigatione, Mascaram applicuit. Lusitani sexaginta, duce Ioanne Olisiponensi, eam arcem obtinebant. ij, vel subito classis appulsu perterriti, vel à conuenatibus imparati; Peribeco saluis corporibus & libertate deditiorem faciunt: cuiusq; mox deditiõnis luere piaculum; à barbaro, contra pactiõis fidem, & Solimani mandata, malè mulctati & in custodiam & vincla coniecti. Eius rei fama pavidis illico nuntiis Armuziam allata, cum in maius, vt fit, cuncta certatim auerent; ita occæcauit animos omnium, vti amentes repentino terrore Mahometani pariter & Christiani diffugerint. Rex cum proceribus iurata iam sese receperat loca. ciues & inquilini, partim atreptis que carissima habebant, partim etiam præ formidine ac festinatione relictis, aut os alij montes, alij, proximas insulas, petunt. duo tum ad Armuziam è Societate Iesv agebant patres: eorum alter, ad nauandam in extremo discrimine Lusitanis operam, sese cum ijs in arcem inclusit; alter, ne mortis metu a Christo deficerent, corrogatis in alimenta pecuniis, ad Mogastanem continētis oppidum ingenti labore traiecit. eumque ibi gregem ad vsque transitum illius tempestatis cum fide cura que tutatus est. At Peribecus obuiõ nemine prouectus, vacuum hominibus, gaza, refertam urbem, ad Turumbacum ab atce procul ingreditur: aduersus Lulitanorum eruptiones militem idoneo loco disponit: deiu cæteris deripiendi oppidi signum dat. Pauca tum erant emporia Armuzia-

ho diuitiis comparanda: vsque ad eò multi omnium ferme nationum institores varias illuc prinx notæ merces opesque congefserant. Ergo tantum pretiosæ vestis, gemmarum, & vnionum, auriq; & argenti exhaustum; quantum alioquin expedita ad iter faciendum aliquot nauigia capere potuerunt. exposita dein ad arcem oppugnandam & aptè locata muralia tormenta. queis Peribecus præcipuè infestum sibi vnium è propugnaculis tanta pilarum vi siue intermissione quassadit, vt solutis iuncturis bona pars muri prociderit. adeoque tertis ictibus pares globi in aduersa tormentorum ora contorti, vt nostris amplius ex eo loco iaculandi facultatem eriperent; neque inter verberationem dmnino quisquam ostendere sese pro pirnis auderet. Ea edita strage, haud tamè ad subtrundum, conscendasque manus Turcæ animus fuit; siue ad asportandam festinaret prædâ, seu præsidij magnitudine territus, quòd iusitanos bellatores amplius octingētōs, omnibus rebus ad sustinendam vel oppugnationem vel obsidionem instructos, arce contineri non dubiè comperisset. Ostentata igitur in speciem, dein omissa pugna, Queixomem insulam, quò multos ex vrbe confugisse audierat, protinus petijt: oppressisque ac variè cruciatis, quicquid secum asportauerant fortunarum extorsit. inde grauè spoliis classem ad Bazoram vrben, quæ in intimo est Persico sinu Turcicæ ditionis, applicuit. ibi recognitæ manubiæ, & è molesta iactatione refectus miles. At Goam vt primùm circumsideri ab Turcis Armuzianos allatum est; Prætor, quanta maxima potuit classe exercituque coacto, Diu sine mora processit. inde, ne præsidis Indiâ nudaret, cum parte copiarum Antonium Noroniam iubet Armuziâ pergere. Profectus, desertam direptamque vrben, itemque solutâ dudum arcis obsidionem inuenit. intento dein reuocandis habitatoribus, triremes duas è freto in altum egredi nuntiat. Peribecus, Mecam ante hyemem rediturus, pretiosissimis vtramque rebus onustam, nocte per summum silentium à Bazora soluerat, reliquis deinceps pari silentio sequuturis. Ad harum conspectum Antonius confestim; anchoralibus præcis, abeuntem latronem insequitur. at ille, ante capti iam spatio, per summam & remigum cõtentionem, & nautarum industriam, vix tamen atque ægre instantium ab tergo Lusitanorum effugit manus. Inde mœrens tam paruo sibi momento elapsam hostem Antonius Armuziani reuertit; aditaque Regis iussu arcis præfectura, classem, vt mādauerat, Prætor, Didaco Noroniæ tradidit. Eius ope ac præsentia dum fauces freti vicinamque oram attentè percursat, profugi maris accolæ in patrias reuocati sedes, inclusi que intra sinum hostes, capto haud

semel impetu cùm ex angustiis erumpere conati essent, onerariis duabus amissis præclarè cohibiti, quoad vrgente demum hyeme Turca Bazoram, Noronia Goam in hyberna concessit. neque iis dum exactis, Prætor, cui puniendæ Turcaum audaciæ cura vivebat in pectore, Fernandum filium cum magno nauium ac militum numero ad easdem obsidendas fauces maturè transmisit. is celeri cursu in Arabiæ conspectum delatus, speculatoris nauigiis quouersum dimissis, cognoscit partem tritemium, cæteris ex interuallo sequentibus, cursum ad fauces intendere. continuè classarios ad demendum nomini Lusitano dedit, atque ad vlciscendas fratrum ac sociorum injurias cohortatus, ad Rosalgatum promontorium dirigi proras jubet. inde oram legens, circa Mascatū obuias trirèmes habuit octo: cæ, vitandicongestus causa, cùm litrus propemodum singulæ abraderēt, Fernandus è cellarū numero tres rostratas, castellorum instar, vltro in arenam inflatis velis inferre non dubitat. inde transitu alucis ac missilibus intercluso, habiliores ad cursum dromones & expedita nauigia, quæ remis agerentur, egregio milite instructa, in hostes immittit. ii, desperatis iā rebus, cum iactura tritemium sese in terram parantes ejicere, oppressi celeritate nostrarum nauium trucidantur: ac nullo pænè certamine trirèmes abductæ, cæteris Turcis è longinquo spectantibus, qui suorum casu perterriti, ac Mecam ne si liceret quidem tanta accepta clade redire non ausi, longiore ambitu in Cambaiæ fines ad Cindiscanem regulum perfergere. is, in fidem acceptos ac supplices, repetente dein Lusitano, ita seruauit; vt in eius grâtiâ trirèmes, ad vnâ omnes membratim dissolutas, ad nauigandum profus inuitiles fecerit. Eam satisfactionem Prætor Lusitanus accepit. Fernandum interim, haud leui parta victoria, quominus sincero gaudio frueretur, cura de illis in breuia rostratis angebat: ne in hâc penitus euelli non possent. verùm postquam pleniore accedente ætate paulatim alleuari cæptæ, iamque salo profus liberæ atque agiles innabant; tum verò plausus & clamor militum ac nautarum exortus, velisque in Orientem daris, Goam incolumes ingenti omnium gaudio peruenerunt. At Petibeco, cum duabus quas dixi trirémibus prospera nauigatione Mecam reuecto, malè partis opibus diutius frui non licuit. Solimani iussu, cùm rei gestæ seriem postea didicisset, exserendæ rapacitatis atque perfidiæ pœnas capite abscisso persoluit. Per idem serè tempus, periclitanti Paramanæ Ecclesiæ priuato consilio ac virtute subuentum. Indici maris oram, præsertim quæ ad Cori promontorium vergit, distractis tum in diuersa Lusitanis viribus, Malabares, Turcis immi-

sti, latrociniis & incursionibus infestam nomini Christiano reddiderant; nanibus ad viginti, anni vix spatio in tēceptis. iidem oppidum Punicale, oppugnantibus ab terra Mahometanis, admota ipsi classe vi ceperant, Henrico Henricio è societate I E S V, nec non præfecto præsidii Lusitani cum vxore ac liberis & quinquaginta militibus in custodiam datis: quòdque multo erat detestabilius, Parauanos aliòsque neophytos ad quinquaginta millia variis artibus ab Christo abducere nitēbantur. Eius rei Cocinum multiplex iam fama perucnerat: itemque per litteras Parauæ Christiani tam duris in rebus opem ab ea ciuitate precibus infinis implorabant. ac demum, instanti minaciter hosti, vt Christiana deserent sacra, consensu responderant, nisi intra quintum diem subsidium a Lusitanis venisset, tum se de religione deliberaturos. Interim Cocini cognito sociorum extremo discrimine, ingens inceserat dolor, quod aratio exhausto, & absente magna parte iuuentutis ac nauium, publicè Parauis opitulandi nulla esset facultas. Inde cum vulgò mœsti perplexiq; casum vicinæ Ecclesiæ miserantes, hæterent, Ægidius Fernandus Caruallius in communi causa præcipuam Christianis operam narrare cōstituit, eximia pietate pariter ac fortitudine vir; quā nuper in oblidione Malacensi nobilitauerat. Is contracta vndique pecunia, & omni pænè domestico instrumento in idipsum oppignerato; quāuis tum è crure altero laboraret; biremes quatuor, manciām vnam, (actuarii genus id est) confestim omnibus ad bellū rebus ornauit. multis deinde cum lacrymis per sacram cōfessionem expiatus, cœlestique refectus cibo, in hostes duxit intrepidus: eosque ad Calecatem vicinā assecutus; vno I E S V nomine sidenter inuocato, renouatis quæ iam consensisse videbantur militiæ Lusitanæ miraculis, rostratas minores duodecim, lenunculos, quos vocant cialatones, amplius quadraginta, momento fudit fugauitq; in terram dein egressus, Mahometanorum ædificiis ignem iniecit; Henticumque grauiā & acerba multa perpeffum, cum reliqua Lusitanorum manu è vinclis eripuit. Sub idipsum ferè tempus, quo aduersum Christi fideles Malabarica grassabatur impietas, (ex quo facilè diuini consilii ac destinationis appareat altitudo) ex eadem natione gloriosum Euangelio testimonium perhibebant Malabares adolefcenuli sex circiter & triginta, ab nono ætatis anno ad septimum vsq; decimum. hosce, Lusitana qua vehebatur naui, circa Arabiam à Turcis excepta, cum à Christo ad Mahometem traducere summa ope barbari conarentur, postquam alternis blanditiæ mingq; nil proderant; ad verbera cruciarusque descendunt.

Adduntur ad cæteram inmanitatem stillæ adipis igne liquati. eâ tormenta, multasque præterea iniurias, puerorum virtus fidesque vicit egregiè, Turcæ obstupefacti constantia, ab ijs vltra vexandis tandem abstinere. At Caruallius, præter insignem apud Indos gloriam, ab Lusitanis quoque, & ab ipso in primis Noronia, debitum tantæ virtuti & caritati præconium tulit: dumque digna talibus factis exquiruntur præmia; interim & regio fisco quicquid in eam expeditionem insumperat, benignè repensum. Eodem Noronia Prætor, cum alia, tum duo præsertim horrenda fuere naufragia: Emmanuel Sosa, cognomento Sepulueda, qui Diensi (vri memoratum est) præfuerat olim arci, vir opulentus ac splendidus, ducta in matrimonium Eleonora Garziæ Salæ tum Prætoris filia, tactus desiderio patriæ, pressam diuitiis rostratam excelsam Cocini cõscendit. sequebatur vxor, ac parui liberi; & Pantaleon Sala, & nobiles aliquot; & præter nautas, famulorû etiâ ac mancipiorû turba: in vniuersum capita ferme sexcenta. Ianuarij mensis initium, Lusitaniam ex illa petentibus ora, statum soluendi tempus. ventorum id vices, ac dudum explorata nauigandi ratio postulat. Sosa cum cæteris, quod impeditior ad Coulanû cõemptio fuerat, non nisi Februario mense profectus, circiter Idus Aprilis Casrarium littus aperuit. Inde leni statu prouectis, circa Bonæ spei promontorium vehemens ab occasu obstitit ventus, idque cum fulgeris, & cœli fragore, tetraque ac minaci nubium vi. Tum inhorrescens mare paulatim attolli, maiorésque in singula momenta ciere fluctus. Cum in aduersum obnitendi, rennigior destitutis, nulla esset ratio; paulisper addubitatû à nautis, vtrum demissis antennis, in fallo transirum tempestatis expectarent. verum Oceano magis magisque sæuiente perterriti, sinul propter anni tempus abjecta superandi promontorij spe, retro in Indiam pari consensu vela dare constituunt. Sed ne id quidem è voto successit, aded violenti ac repentini flatus ab Oriente, diuersisque cõorti plagis, quassatæ iam nauis in perniciem conspirauerant. Horum impetu vela primùm discissa: malus deinde, mox gubernaculum, frustra fluctus cui tante magistro, diffringitur. præterea costis immodica iactatione conuulsis, multo plus accipiebatur vndæ, quàm vt exhausti aut egeri summa turbæ naualis contetione & industria posset. Neque, præcipitata leuandæ naui bona onerum pars, auertebat, exitium. per hunc modum spoliati armamentis, obuersante perpetua mortis imagine, diès aliquot in alto iactati, postremo vrgëtibus à meridie ventis, certum ad naufragium ad terram appelluntur. neque erat in malis potius quicquam, ni viuentes videntesque, haurire profundo,

fundo, vel in cæca vada syrtesq; adigi mallent: ad teli ergo missum iactæ ab vtraque parte anchoræ, dum scaphis, quæ vna supererat salus, in continentem euaderent. Sosa ante alios cum vxore filiisque, & primariis aliquot, raptim elata pecunia gemmisque, transecti haud sine ingenti periculo: vsque ad eò immanes toto littore moles aquarum illis reciproco frangebantur. neque idem effugiū cætera multitudini paruit; scaphis, post vnum alterumve trajectum, in dorsuosa breuia impactis & cōminutis. Eodem ferè tēporis articulo achorarius funis in Austrum obuertus, quamquam valido nexu & crassitudine, rumpitur. Tum qui remanserant, diuisa nauis latera, & vasto dehiscens hiatus alucem conspicari, erumpentia ex imo dolia, sarcinas capsasve corripiunt; seque, incertam ad spem, qua cuique proximum est, in mare dimittunt. Miseraudo hinc spectaculo, immistos fluitanti gazæ mortales, & naualia instrumenta passim agi ferrique cerneret. Periere ab ipso statim deiectu, Lusitani circiter quadraginta; ex aliis nationibus, ad septuaginta: reliqui haud semel operti fluctibus, ac turgido spumantique æstu in diuersa raptati, ad hæc, seriniorum incussu liuidi, aut claporum squamatumque ictu cruenti, (tantus amor est lucis) tandem semianimes in sicco vestigia posuere. Vix dum euaserant; cū in conspectu omnium, vacua hominibus carina subsidit; & arenis illata, duas primū, dein quatuor in partes, ad extremum in minutissima frustra dissiliit. hæc maximè clades ad vltimam pænè rerum desperationem Lusitanos adduxit. quippe consilium fuerat, è reliquiis naufragij subitarium dromonem intentis vestibis ad cursum aptare; atque vbi licuisset, cum delectis retro Sofalam aut Mosambicum opis petendæ causa transmittere. Eam quoque sibi facultatem creptam videbant, cū è discetpro nauigio laceroque vix vlla fragmenta cubiti mensuram excederent. paulatim dein, quæque supernatauerant, quæque obruta fuerant, pænè cuncta cum cadaveribus in littus eiecta: ipsæ quoque demum anchoræ, hastæque & minora tormenta, quamquam hæc quidem profus inutilia; sulphureo omni corrupto puluere, neque vlllo conficiendi apparatu. Inter hæc autumnus abierat; & quod ab æquatore in meridiem gradus vnum & triginta distat regio, resouendæ turbæ, frigore, inedia, vulneribusque torpenti, Sosa complures excitat ignes. tum ex aliquot oryza semicorruptæ modiis ac salsamentis, quæ tempestatis iniuriæ superfuerant, cibaria in singulos parcè diuisa: quod squalida circum arena, ac nullum esset cum incolis,

lis, fera & inhospita natione, commercium. dulces tantum in proximo scaturigines emicabant. atque ob id, connexis in orbem scriniis, aduolutoque saxorum pondere, uti securas exigenter noctes, loco munimenta circumdata, & quatuor in partes, ut assolent, vigiliæ distributæ, quas intempesta nocte haud semel circuibat Sosa; neque vllum, in tali calamitate, boni & ciuis & præfecti omittebat officium. Tredecim ferme dies curationi corporum dati. mox de summa rei deliberatum, quid agerent, quò se conferrent. nemini dubium fuit, quin oram tenentes, ad flumen contenderet, cui Laurenrius Marchesius olim ab sancto Spiritu nomèn indiderat: eodemque Lusitani ab Sosa & Mosambico mercimoni causa commoebant. id flumen à statiuis in Orientem aberat leucas centum & octoginta. Ab hoc decreto Sosa, quamquam præcipua in clade, tamen cæteros ipse vultu ac sermone confirmat, ne asperis in rebus desponderent animos. qui se pelago committant, iis famem, sitim, iacturas, arumnas, omnia incommoda esse debere proposita. quæ si contingant, non ita mox cadendum, quasi ea nūquam evenitura existimarint. ad hæc, pro suis quisque delictis æterna supplicia meriti, breuia ac temporalia non inuiti persoluant. Simul, eo infortunio, non quid perdidissent cogitandum, sed quòd euaserint. amissile multa, sed perire vnà cum iis, quæ amiserant, potuisse. monuit insuper, ut antè efferas destituti gentes, nullum deinceps nisi in conjunctione & concordia præsidium collocarent. nemo scorsum, omnes in cõmune consulerent. nihil neque dispersis & vagis tutum, neque conglobatis & consentientibus noxium fore. postremò precatus est cunctos, in ratione itineris, Eleonoræ & filiorum vel ætati vel sexui parcerent; seque validi & robusti ad infirmorum vires attemperare ne grauarentur. Ad ea succlamatum, dueret quò veller, & quo modo. se ab eius auctoritate arbitrioque non recessuros. Per hunc modum corporibus & animis utcunque firmatis; hoc maximè ordine capessunt iter. Præcedebat Sosa cum vxore virilis animi femina, liberisque propter ætatem securis, & Andrea Vascò nauis magistro (is præcellum Crucis vexillum ferebat) & Lusitanis aliis octoginta, seruis præterea centum. hi puerulos tergo per vices; Eleonoram informi pileto gestabant. sequebantur cum ancillis & iu belli turba nautici. agnoscunt in faustum Pantaleon, & reliqui cum mancipiis Lusitani cogebant. Modicis inde itineribus, per infesta Castrum incursionibus & noxiis animaribus loca progressos: inuia rupes, excedentia in nubes juga, de spectu horrendo conualles, cœnosa voragines, inflata imbribus hybernis flumina excipiunt. iis dum superandis, humilia procul yada,

vada, elementisque montium ascensus ac descensus inquirunt; litoralis spatii triginta non amplius leucas, crebro ipsi ambitu flexuque, cœcis ad hæc erroribus, in centrum prorsus extendunt. Mensis inter hæc voluitur. simul, extrema quoque inopia, consumptis iam omnibus alimentis, conflictari capti. Sustinebant famem primò conchyliâ, putresque cetorum artus, & alia maris eiectionemta. dein, vbi à littore abscesserant, siluestria poma baccæve: tum tenerrima frondium, postremò bestiarum cadauera & ossa quælibet igne tosta, pellésque mollitæ. Nec leuius torquebar sitis, cum oppidò pauci, nec hili magna præsentis pecuniæ mercede, aquandi causa de via decederent, insidiantium ex occulto latronum impetus, atque leonum etiam ac tigrium ignota cubilia meruentes. enormia inde aquæ pretia: vti octo interdum auris hemina constaret. Inter quæ subinde aliqui lassitudine, inedia, siccitate confecti, deploratis viribus, Æthiopi diro, belluisque, & alioribus præda restabant, suprema ad suos mandata dantes antecedentibus: quorum in animis, vt sit, diuturni terrores & proprium cuiusque malum, omnem panè miserationem ac sensum alienæ calamitatis exstinxerat. Sofam tamè, cari aliquot relictî, supra modum augebâr. vxoris verò quotidiani labores miserèque propemodù emouerât mente: quamuis illa quidem sese marito infatigabilem corpore pariter animoque præstaret comitem: ac baiulorum destituta ministerio, dudum suis ipsa pedibus ambularet, addens cæteris animos; & in partem oneris, tenere proli subleuandæ succedês. Quarto mense ad amnem Sancti Spiritus peruentum ab insciis. causa latendi fuit, quod audire conceptæque animo magnitudini haudquaquam respondebat flumen, (quippe tribus alueis ea regione decurrens, in exitu iungitur) & idonei ad percontandum explorandæque interpretes degravant: siquidem Æthiopicis ex alia longè regione mancipiis, quæ habebant in comitatu, nondum erat cum iis populis tanta societas linguæ, vt per illos possent, quæ vellent, probè cognoscere. Percommodè cecidit, quoddam regulus ea tenebat loca, miti admodum præter aliorum consuetudinem ingenio vir, beneque in Lusitanos animatus, quoddam illi placidum & equum paulo antè commercium cum ipso Laurentio Marchesio & Antonio Calderia fuisset. Is, peramanter acceptum Sofam & reliquos apud se, dùm aliquis ab Sofala institor appareret, omni arte retinere conatus est, partim ab insita humanitate, partim etiâ proprii cõmodi gratia, quoddam finitimis implicitus bellis, tæpestiuo firmoque sibi auxilio diuinitus oblatâ hanc putaret manû. ac proinde, post multa benigni vultus inuitamenta, denique gestu, nutibus, & incerta

vocum significatione denuntiat, haud procul abesse inde potētiam se Regem, impium, & rapinae adfectum: si pergant, praecipitis consilii poenas duros. Nec preces, nec monita profuere. quo liberalius habebatur Sosa, eo magis fraudem suspicatus, porro abire contendit, nauiculisque ab eodem regulo impetratis fluium traiecit. Quinto die ad medium amnis brachium processere, leucas iam a naufragio trecentos emensi, & quingentis comitibus ad centum & viginti variis cladibus redacti non amplius id quoque brachium, conductis precio litribus, immipientium ignari transmittunt. majore dein usu linguae, per interpretes haud dubie cognitum, id esse flumen, quod tanto iam diu labore quaesissent: & eiusdem habitus albos homines illuc nauibus itare consuesse. non longe a mari is locus aberat. falsi ex eo latices: neque ullam dulcis aquae yenam circum apparere constabat. ad haec, solum plane in cultum ac sterile. cum ibi Lusitani, malis victi, sub nocte necessariis confidissent; postridie aduentantes Aethiops ferme ducentos adspiciunt. ac primo adesse praedium rati, arma, quae male iam sustinebant, expediunt: reliquias virium ad repellendos sugandosque latrones intendunt. dein, postquam pacatus appropinquabat Aethiops; ac, quoniam, & unde profugi, blandè quaerebat; sumptu fiducia, infortunii summam, & exhaustos labores, per interpretem exponunt. cibaria tantum, neque ea gratuita, iure gentium petunt: ferramenta genti expetita conciliando commercio proferunt. Haud spernenda crescendi occasio barbaris visa. tactum de re extuto aggredienda solliciti, ac toti è fraude mendacioque constati, respondent, nihil esse comitatus in promptu: haud ita distare oppidum: eò si accesserint, hospitaliter ac benignè cunctos ab Rege tractatum iri. Sua debet requiem ultima lassitudo, & inuentus agnitusque tandem exoptati fluii terminus: vana insuper sames urgebat ac sitis. age sane, ducibus iisdem ad oppidum tendunt. iamque successuros per viatorem ingressu prohibet Rex; densae arbores in vicino adsignatae, quarum umbra sese usque reficerent. sex ibi dierum fuit mora: clauos ferme reuulsos è naufragii rabulis cum carnibus nutrituque alio permutabant: sitim leuabat in proximo fons. contracta inde cum incolis nonnulla consuetudine, perniciosam in spem hospitii Sosa paulatim inductus, mercatoris cuiuspiam aduentum ab Sosa, si liceat, ibidem operiri constituit. id ipsum Aethiopes cum valde hortarentur; ex iis missi ad Regem, qui Sosa interim, & coniugi, ceterisque pro instituta societate paulo commodius diueltorium peterent. Ille, popularium haud absimilis, omnibusque artibus ad fallendum instructus, iubet Sosa renuntiare; se

suosque

suosque opprimo esse in aduenas & calamitosos animo: sed quominus eos adhuc intra oppidum admisit, duabus maximè causis retardatum. altera, quòd magna tum annonæ penuria vno omnes loco sustentari nō possent; altera, quòd ferro succinctos, & vario genere telorum, incolæ seminudi, ac sudibus tantum adfueti, maior è in modum extimescerent. Si animum inducant Lusitani, ad pacatæ mansionis fidem arma interim apud se custodienda sine dolo deponere; se domi suæ Præfectum primoresque benignè habiturum: reliquos, circumfusis oppido vicis, fida in hospitia diuisurum Dura omnino postulata visa concilio. sed recusantibus extrema necessitas & egestas instabat. ergo nemine præter vnâ Eleonoram dissuadente palam; Sosa qui amicè monenti atque inuitanti regulo priori abrogauerat fidem; repudiatis Eleonoræ precibus monitisque, se ac sua demum omnia insidioso huic præpostera credulitate permittit. cohors reliqua dueis auctoritatè sequi non dubitat. tradita extemplo arma præmittuntur ad Regem: Sosa cum vxore, liberisque, & fidelibus aliis ferme viginti subsequitur. ceteros quinos vel senos regii præfecti varia in loca diducunt. necdum ad inhospitales peruenerant casas, cum destitutos ac diremptos ab ope mutua; non peculio tantum, si quid abditum gerebant, sed vestimentis etiam quamquam attritis ac laceris exuunt; eaque nocte malignè admodum pastos, manè fustibus conuitiisque per summâ perfidiâ & immanitatem relictis ac vicis exturbât. Rex, gemmis, auræ que, & argento, & quod pretiosi reliquum Sosæ & familiaribus fuerat, auidissimè rapto, corporibus tantum ac vestimētis abstinuit; domoque eunctos item exegit, insuper increpans, clementia adductum se nō pro meritis tractasse vagos piratas, & communes hūmani generis inimicos. Tum demum sensere Sosa comitesque, quam stultè sese inermes ignotæ ac barbaræ fidei credidissent. Neque hic finis miseriarum fuit. namque dum inopes cōsili, solutis ordinibus, nullo rectore, nullo signifero, passim ineerto erant gradu; noua repētè Æthiopum manus, præacutis armata sudibus, in Sosæ manipulum inuadit: ipsūque & ceteros vtriusque sexus nullo discrimine vestibis nudat, obnoxios, & contra se hincere quidem audentes. a deo ablati armis ceciderant animi. Eleonora tantum, generis memor, ac pudoris ad vltimum retinens; obniti acriter, pugnis quin etiam colaphisque barbaros vltro ad necem irritate: quoad mariti denique hortatu, & deficiētibz iam planè viribus, abstinit. nec mora: derraçtæ direptæque vestes; metu ac pudore confusis qui ex infelici comitatu restabant, atque ab tanta rerum indignitate auertētibz oculos. tū verò, castæ matronæ tristior omni morte lux visa,

defodit arenis è vestigio sese: quæ supereminet, soluto raptim fu-
 soque obtegit erine. mox ad Andream paucosque superstites, voce
 „suprema: Vos quidem, inquit, duci vestro fidem egregiam præstiti-
 „stis, optimi viri. nil vltra opus est. ite, vobisque ipi tandem aliquã-
 „do consulite. ac, si quem patriis olim finibus reddi contingat, re-
 „nuntiate quò loci mea me maritumque delicta perduxerint. Mæ-
 stum inde silentium immobilis tenuit. eam tãtùm intuenti pigno-
 ra, iuges riui lacrymarum denso cum gemitu profuebant. Sosæ i-
 tem altus mæror ac dolor vocem incluserat. cumque defixo in ter-
 ram obtutu, aliquandiu attonito ac stupenti similis adstitisset,
 paterna demum exstimulante cura, proximam in siluam quæren-
 do qualicumque nutrimento secedit. inde regressus, Eleonoram
 triduo ieiunio fletuque pauè cõsumptam, è filiis alterum pro-
 fus extinctum offendit, cumque suis ipse manibus terræ mandauit.
 Postridie eodem pabulandi functus officio, coniugem vna cum fi-
 lio exanimem reperit, & lamentabili circum vociferatione com-
 plorantes ancillas. Hisce confestim summoctis, in dextram iacentis
 manum aliquandiu reclinato capite incubuit: dein, iisdem ad-
 iuuantibus ancillis, cadauer vtrunque sepeliit, nihil vnquam
 effatus. postremò se se iterum abdit in sylvas. ibi laniatum à fe-
 ris putant. nunquam deinde comparuit. Hunc exitum, inter
 paucas miseranda Sosæ peregrinatio terra marique sortita, eum
 seculi huiusce tertius & quinquagesimus ageretur annus. reliqui
 ad centum, sædo agmine, rerum omnium inopes, diu errabundi,
 variis casibus ad sex & viginti redacto numero, eum pro captiuis
 haberentur, denique ab nauiculario Lusitano, qui eboris mercandi
 causa regionem eam à Mosambico petierat, sestertis in capita qua-
 ternis redempti. in iis Pantaleon fuit, qui ante hoc biennium, ex-
 cta iam ætate, verum præualens viribus, Olisipone subito neruorum
 stupore apoplecticus obiit. Cæterum tanta Sosæ calamitas longè
 lateque vulgata misericordiam hominum euit: cupiditatem & au-
 daciam non imminuit. Anno quippe iusequẽu, nauarchi alii quin-
 que Lusitaniam versus Cocino soluere. Fernandus Aluatus Capra-
 lis cunctis præerat. ex iis nauibus vna tantùm Olisiponem post va-
 ria discrimina tenuit, aliarum incerti euentus, Prætoria excepta,
 cui à Sancto Benedicto erat nomen. Hæc quantum patebat con-
 stipatis ad summum oneribus, vix vt nautico ministerio spatia su-
 percessent, in medio cursu aduersis ventis & fluctibus labefacta;
 cum deploratam duceret sentinam, ipsa item circa Bonæ spei pro-
 montorium ad litus, quod appellant Natale, vi tempestatis alli-
 sa dirumpitur. inter enatandum periẽre ad ducentos. cæteri ferme
 debili-

debilitati ac semianimes deserto in littore corpora postrauere. Mesquita Perestrellius, qui cladi superfuit, ac totam accuratè descripsit, varios insolitòsque addit terrores. ingruente procella, cacodemonum choreas in sublimi visas. ab infortunio dum se miseri ad viam parant, silentio noctis nautica errantium ibidem animarum exaudita celeumata. Ceterùm hi naufragi iisdè ferme quibus priores itineribus casibúsque, illuue obfusi, inacie cnecti, cum à recentis amplius ad tres circiter & viginti rediisset summa, redempti pariter à Lusitanis negotiatoribus, miseriarum & patientiæ documentum, ad Sofalam atque ad Mosambicum ægerimè peruenere. Sub idem tempus, Alphonso Noronia, cum circiter quadraginta prouinciam administrasset, successor aduenit Petrus Mascarenias idem, qui Xauerium olim ex vrbe Roma in Lusitaniam adduxerat. Is, qua erat in Deum pietate, bonis maiorem in modum approbantibus, ante omnia ad euellendos ethnicos ritus ac superstitiones, quarum adhuc erant in vrbe Goæ multæ reliquiæ, studium & cogitationes intendit. simul neophytorum libertati, commodis, immunitatibus, è Regis decreto cum fide curaque consuluit. Idem, sollicitantibus iterum ab Idalcanis odio Mahometanis proceribus, ac præsertim Inele Maluco, Mealem, qui Goæ dudum in libera custodia tenebatur, cum equitum peditumque præsidio in finibus Decanii regni, Ponda cõstituit. Goam dein regressus, vixdum anno vertente Præturæ, morbo decessit. Huic è regio chirographo ritè successus è prima nobilitate Franciscus Barretus. hoc Prætor, Mealem à Ponda Inel Malucus cum duobus equitum millibus in Decania terræ interiora perduxit. Ab rerum nouarum cupidis, quiq; sæuo tyranni seruitio premebantur, ad mitem ingenio virum ac iustum regni hæredem cõkursus illico fieri ceptus; neq; se Idalcã aduersus ea segniter comparabat. inter cætera, diffusus popularium voluntati, magnas firmasque copias è Natangano regno haud leui mercede conduxerat, ac postreindò signis collatis, haud dubiè victor euasit. Meales ad Nizamalucum è fuga se contulit. Goam inde repetiit. ibi reliquam exegit ætatem. Prætor interea firmando imperio intentus, Ciaulanam arcem, vicino subiectam & obnoxiam colli, in cum ipsum collem transfere statuerat. coacta ergo in id classe, cum fabris aliòque apparatu Ciaulum petiit. Non latuit ea res Nizamalucum. is, ne geminum pro vno iugum acciperet, armato milite prior locum incedit. neque Prætori tentanda res viâ per vim. dissimulato consilio, & renouata cum Nizamaluco amicitia; ad lustrandam Borealem plagam de more perrexit, nullâque memorabili gesta re, Goã ante

hyema-

hyemales motus reuertit. Sub hæc Idalcã victis perduellibus ferox, in Canarinum limitem præfectos cum exercitu misit. ii excelſis tumulis castra poſuere, præterfluebat amnis incerto gurgite, præcipitibus vtrinque ripis. ex hiſce munimentis Mahometani crebra excuſſione terreſtres ab Goa comæatus arcebant. Aduerſus eos Prætor ex inſula peditum tribus ferè millibus & paucis equitum turmis in continentem traductis, cis flumen è regione hoſtium in ipſa valle conſedit. Mahometani interim è ſuperiore loco incédarias bolides & varii generis tela torquere. Prætor, conſerendæ cominus pugnæ audis, quòd ponti materia deſſet, tràſitum ex omni parte circumſpicere. poſtquam dubias voragines & cuncta vndique prærupta cernebat, admotis acriter equo calcaribus, vti erat cataphractus, qua in arctum coibat flumen, immani ſaltu tranſmiſit: ac tanta fuit incitatio, vti diruptis ephippiis propemodum ex equo delaberetur. idem auſi ducis exemplo quidam, protinus in terram effuſi, & ruentibus ſuper eos equis obruti, cætera copiæ, ſimulatque trans annem conſpectus eſt Prætor, qualicumque demùm reperto vado, per æqua per iniqua traſi ciunt: ardentefque animis in hoſtem aduerſo cliuo ſuccedunt. Non tulere impetum Indi. vixdũ inito certamine, queis nullũ in fuga dedecus, terga vertere. neque per aſpera & cõfragola euadentibus Prætor diutius inſtitit. Miſſi dein vltro citroque legati, & ex vtriuſque gentis commode redintegrata pax eſt. Nec minori felicitate per id fetè tempus in Braſilia quoque compositi bellorum tumultus; cùm, orto Luſitanos inter & Saluatoris accolæ iurgio, ab Ioanne Rege Braſiliæ defeciſſent. Sequuta dein quies. perque eam tranquillitatem liberior excuſſus Euangelio paruit. Thomæ Soſæ Prætori iam antè ſucceſſerat Eduardus Acoſta: & peropportunè cum eo inſignes aduenerant è Societate Iſſv viri Ludouicus Grana, Blaſius Laurentius, Gregorius Serranus, Ioãnes Conſaluus genere Luſitani, Antonius Blaſcus Caſtellanus, & qui prouinciam hodie regit, Iosephus Anchieta Cantaber. Hiſce adiutoribus inſtitutæ aliquot locis Eccleſiæ, atque in pago præſertim, cui Piratininga nomen: vagique Braſiliæ, quo commodiùs erudiri poſſent; paulatim in vicos aut oppida contributi: atque hîc etiam miraculis nonnunquam Deus prædicationi adſtrucebat fidem. inter cætera illud inſigne referunt: Bello inter Piratiningæ incolæ & finitimas gentes exorto; cùm in aciem exiſſent Piratiningani, nec opinata multitudine hoſtilium copiarum exterriti fluctuabant. Erat in exercitu virilis animi femina, paulo antè ſacro luſtrata baptiſmate. Hæc, percufſos metu conſpicata viros, magno animo hortatur, vt ſigno Crucis, Chriſtiano more, ſe inuuiant, ac prælium ſine dubitatione

tatione committant. Factum uti monuerat, ac dempto pauore tantus repente ardor atque fiducia cunctis injecta; uti alacres ac celsi pugnam inierint; magnaque edita strage, hostem in fugam auertent inacti omnes, duobus tantum exceptis, qui salutaria piæ mulieris præcepta contempserant. sagittis ambo confixi, alter postmodum occubuit. Sub hæc, ad auri venas inuestigandas Lusitani milites cum fabris in mediterranea Prætoris iussu profecti. eorum animis Azpilcuera pastor adjunctus. ii per multos errores, variis, ut assolet, conflictati miseriis & erumnis, denique ad Saluatoris urbem redire nullo tantæ operæ pretio. At Azpilcuera è summis laboribus ac lassitudine morbum contraxit, quo sensim absumptus, magnum Brasiliis pariter ac Lusitanis desiderium sui reliquit. Interea exciti fama rerum, quæ à patribus gerebantur, Carigii & Ibitagiari populi Americæ interioris, dociles mitisque natura, Christianæ religionis præstantiâ adamauerant, Castellanis præsertim hortantibus, qui ad Paragaium amnem (is ex Argeuteo defluit) sedes habebant. Nec dubitauerunt Carigii amplius ducenti, aliquot Hispanis admixtis, audiendi Euangelii ac baptismi petendi causa, Brasiliam versus à sexcentis passuum millibus iter periculosum ignotumque capessere, horum piæ voluntati breuiore compendio satisfactum. siquidem à Tupinaquinis diræ immanitatis gente intercepti ac rucidati, labes criminum suo protinus cruore expiarunt, tanta beatitudinis æternæ concepta fiducia, ut inter ipsam necem percussores in hæc afferentur verba: Vos quidem arbitrato vestro, carnifices, fluxâ hæc & vtilis membrâ concidite. animas certe non prohibebitis, quominus ad suum hodie conditorem ascendant. Per hunc modum mactati plerique, aliis vincla indita, unus è Castellanis duntaxat elapsus, eum ad sancti Vincentii Coloniam peruenisset, cuncta patribus ex ordine retulit. Missus extemplo ad Tubinaquinos haud sine aperto vitæ discrimine Petrus Correa, linguæ Brasiliicæ (ut supra diximus) bene peritus; rucis ac sanguinaris gentis ferociam blando sermone permulsit, ac duos, qui supererant, exemptos è custodia Castellanos in Brasiliam perduxit incolumes. Cæterum ipse Carigiorum indole magnopere delectatus, illam sibi prouinciam à Nobrega depoposcit, additus illi comes è Societate Ioannes Sosa Lusitanus, eximia sobrietate ac patientia vir: præfinito spatio temporis, intra quod spatium redirent. Haud otiosa vel irrita fuit legatio. Ingenti labore totum illud iter emens, verbo & exemplo magnos in Carigia terra motus animorum fecere, non plebe tantum, sed primoribus quoque à patria vanitate magis in dies ad studium Christianæ veritatis accensis. Ab eo munere

nere dum ad socios cuocandos Brasiliã repetunt anno sæculi huius
 quinquagesimo quarto, sub ipsam natalem Domini diem, quæ
 Nobrega peregrinationis terminum dixerat; præclara vtrique tâ-
 ti sudoris atque operis præmia diuinitus persoluta. Vetus quidam
 erat Castellanorum interpres, quem paulo antè Correea, captum à
 Brasiliis, & in epulas de more saginatum, ex eorum faucibus cri-
 puerat. magna huic erat cum Carigijs consuetudo & auctoritas,
 variis artibus & mira calliditate quaesita. Ab eius impuro conuictu
 quoddam Correea, tollendæ publicæ offensionis causa, concubinam au-
 nulserat; ira percitus ille, & immemor acceptæ salutis, in simulare
 Corream & Sofam apud Carigios institit, & in summum odiu ad-
 ducere, quasi cum hoste vicino in eorum perniciem conspirassent.
 Inde suspectos vulgò & inuisos, ethnici aliquot in itinere adorti,
 Brasilios primùm duos, qui cum iis ambulabant, dein Sofam nixu
 illico genibus, & in preces effusum, sagittis eminus impetentes in-
 terimunt. postremò in Corream ipsum arcus intendunt. is, aliquot
 iam acceptis vulneribus, cum eos placido nihilominus vultu ac
 sermone lenire conaretur; contrà illi pro verbis spicula redderent,
 flexis item ipse genibus, baculo abjecto, manus oculosque tollit
 in cælum, peccatisque hostium ingemiscens, inter supremã depre-
 cationem densatis ictibus expirauit. Sunt qui factum eiusmodi in-
 dedecus & infamiam trahant gentis vniuersæ argumento probabi-
 li sed mihi certis auctoribus compertum, clemèti alioquin, vt su-
 præ diximus, ingenio viros, impij veteratoris dolo, & proditionis
 falso metu compulsos ad facinus. Certè, cum hæc scriberemus,
 de instituendo inter eos publico liberalium artium gymnasio à
 patribus agebatur. & vineam hanc, vt in primis fructuosam, Gor-
 reea Sofaque præcipua sibi cura colendam sumpserant. quorum
 ille, ante Societatis aduentum, Brasiliici nominis terra marique a-
 certimus infectator; postquam à patribus doctus est quãto id pia-
 culo fieret, nouis beneficiis veteres iniurias obliterare, totumque
 sese Brasiliorum salutem à patrum disciplina dicare constituit: præ-
 clare secum actum iri putans, si in ea gente ad Christum addu-
 cenda vitam sibi ponere contigisset: ac proinde fideliter ac vigi-
 lanter admodum versatus in opere, quinto initæ Societatis anno vo-
 ti compos effectus est. alter, ab olla & culina, quo in ministerio so-
 ciis aliquandiu detruierat, ad gloriosam pariter ipse coronam af-
 citus, nouum patribus fratribusque solidæ virtutis ac submissionis
 certamen iniecit. Cum hæc in Brasilia fierent, Ioannes Rex dignã
 ipsius virtute ac pietate susceperat actionem; Abassini Regis ac re-
 gni ad Catholicam fidem atque ad auctoritatem sanctæ Romanę
 Eccle-

Ecclesiæ tandem aliquando adiungendi, nam etsi ab Dauide legatus, de quo supra commemoratum est, Clementi VII. venerationē obsequiumq; detulerat; tamen, in tanto locorum ac temporum intervallo, ad ingenium deinde redierat Abassina gens, quippe cuius in animis hærebant Dioscori & Eutichetis penitus infixæ mendaciæ; & ab adulterino Alexandria præfule nihilominus iuris diuini responsa, ritusque sacrorum, & publicæ ac priuatæ cæremonix petebantur. quapropter vna superesse videbatur salutis ratio, si ab Romano ipso Pontifice legitimus & rectè sentiens Patriarcha ad eos pascendos regendosque populos mitteretur, & cum eo, spectata morum innocentia & sanitate doctrinæ theologi, qui concionibus, colloquiis, & frequenti disputatione; deceptis è mentibus letalium opinionum atque superstitionum fibras euellerent. Cuius rei perficiendæ hoc maiorem in spem venerat Ioannes, quòd Claudius Rex, cui Gamma pridem suppetias tulerat, optimè sese in Latinos Francosve (vt appellant ipsi) animatum & reconciliationis cupidum ostendisset. Rebus igitur cum Iulio iij. mox cum Paulo xv. diu multumque agitatis, ad consilium adhibito in primis Ignatio Loiola; tandem in id munus delecti è Societate IESV tredecim viri, sanctimonix non minùs quàm eruditionis laude præstantes, ii que variis è nationibus. accelsère ex eadem Societate probi aliquot vitæ quotidianæ adiutores. Neque vlli, tam arduam in expeditionem, tamque laboriosum iter atque longinquum, alacritas defuit. tantùm ab honorum vocabulis & insignibus cuncti & suo ipsi iudicio, & Societatis instituto, valde abhorrebant. ac proinde nominatim appellati ea de re quidam, præcisè negauerant. Eo dignior, quæ extolleretur, tanta humilitas visa. ac ne tergiuersationi vltra esset locus; ab summo Põtifice pro imperio coactus ad Patriarchatum euehitur Ioãnes Nõnius Barretus Lusitanus, qui nuper in Africa tedimendis iuuandisque captiuis insignè operam summa cum prudentiæ & caritatis laude nauauerat; alterius Nonnij germanus frater, qui tũ Indiæ Ignatij nomine Societate regebat. Huic episcopali dignitate coadiutores, vt appellat, iidemque, si quid ei grauius accidisset, successores pro potestate in super adjuncti duo, Melchior Carnerius itè Lusitanus, & Andreas Quiedus Castellanus, qui Collegio Societatis Neapolitano tũ præerat, mirus & corporis domitor, & gloriæ humanæ contèptor. illũ antistitis Niceni, hunc Hierapolitani titulo decorauit Põtifex. Neq; in quopiã eorũ hæreere potuit cupiditatis aut ambitionis vlla suspicio: cum & inuitos tanta onera subiisse constaret; & per hosce dignitatis gradus non ad opes aut vitæ comoda,

sed, vt declarauit euentus, ad vltimam egestatem, & ærumnas, & quotidiana capitis pericula tenderent. Magnam verò expectationem delectus ille conciuuit. & cum de successu rerū variè, vt fit, pro suo quisque sensu loquerentur homines; tamen huic tantæ ac tam nouæ actioni vulgò fauebant. Ignatius verò in eandem, nō solam opi diuinæ implorandæ assiduis per se perque socios vōris & supplicationibus excubabat; sed etiam, festā iam ætate vitibusque, suum ipse nomen operamque (modò fulgor ac species honoris abesset) summo Pontifici sponte detulerat, cumque eius ætati, & valetudini, maximis præterea occupationibus parceretur; accurata meditatione ad Claudium Regem scripsit litteras hoc exemplo:

» Domine mi in Domino nostro IESV Christo: Gratia tuæ Celsitudi-
 » dini, & salus, & affluentia donorum spiritualium, à Domino nostro
 » IESV Christo. Serenissimus Portugalliæ Rex, pro ea solitudine
 » ac zelo, quæ illi Deus creator noster ac Dominus dedit gloriæ san-
 » cti sui nominis, & salutis animarum, quæ vni geniti eius filii pretio-
 » so sanguine & vita redemptæ sunt; non semel ostendit mihi per lit-
 » teras, pergratum sibi fore, si è religiosis nostræ minimæ Societatis,
 » quam vocant IESV, duodecim viros designarem, è quibus ille Pa-
 » triarchā vnū, duos coadiutores pariter & successores eligeret. iis-
 » demque à Summo Christi Domini nostri Vicario suppliciter pete-
 » ret auctoritatem & ius, quo iure ad suas quisque partes ritè obeū-
 » das ipsi cum sacerdotibus aliis in tuæ Celsitudinis regna transmit-
 » ti possent. Ego, pro eximius, inter ceteros Christianos principes, e-
 » iusdem Serenissimi Regis Portugaliæ meritis erga Societatem no-
 » stram vniuersam, nostraque vicissim omnium in illum obseruantia
 » & pietate, feci quod iusserat: consultoque sequutus numerum, qui
 » Christi Domini nostri Apostolorumque eius collegium referret;
 » præter ipsum Patriarcham, sacerdotes duodecim, supplementi ac
 » velut seminarii causa, è corpore nostro cunctos excerpti: qui ad
 » subleuandas iuuandasque animas, tuæ Celsitudinis imperio ac di-
 » ctioni subjectas, sese vitamque suam in omnem laborem atque dis-
 » criminen offerrent. Atque hoc libentius parui, quod præcipua qua-
 » da. a laetitate sentio me sociosque meos omnes ferri ad obsequiū
 » & cultum Celsitudinis tuæ, haud immeritò, quippe quæ inter
 » tot circumfusas vndique nationes infidelium, & hostium nominis
 » Christiani, vestigiis majorum suorum insistens, ad conseruandam
 » ac promouendam Christi Domini ac Dei nostri religionem & glo-
 » riam diligenter incumbit. Quam ipsam ob causam optandum fue-
 » rat, vt, ad hæc tam recta tuæ Celsitudinis studia conatusque, sub-
 » sidium accederet spiritualium patrum, quibus & legitima pote-
 » stas

stas ab hoc Sãctæ Sedis Apostolicæ fastigio deriuata, & fidei Chri-
 stianæ pura & sincera doctrina suppeteret. quæ nimirum duæ sunt
 clauẽs illę regni cælorum, quas Christus Dominus noster Sancto
 Petro, & omnibus qui deinceps in eius erant folio sessuri, promi-
 sit prius; dein ipsa re tradidit. Promisit tantummodo, cum ad eum
 dixit: (vt legimus apud Diuum Marthæum Euangelistam) Ego dico
 tibi quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam
 meam; & tibi dabo clauẽs regni cælorum, & quicquid ligaueris su-
 per terram, erit ligatum & in cælis: & quicquid solueris super ter-
 ram, erit solutum & in cælis. Tradidit, ac promissa patrauit; eum
 post resurrectionem, antequam in cælum ascenderet, seiscitatus ex-
 co ter (quem admodum affirmat diuus Ioannes Euangelista) Simo
 Barjonia diligis me plus his? subjunxit In singula responsa: Pasce o-
 ues meas: committens illi non partem aliquam ouium suarum, sed
 totam prorsus gregem, vniuersa cum plenitudine potestatis, ad a-
 lendũs vitali Christianæ religionis pabulo eunctos vbiq; fideles,
 eosdemq; ad cælestia sempiternę beatitudinis pascua perducendi.
 Ac ceteris quidem Apostolis auctoritatem Christus Dominus no-
 ster impertit delegatam, ac veluti extra ordinem: at Sancto Petro
 eiusque successoribus ordinariam dedit ac plenam, vt ab hoc sum-
 mo Pastore, tanquam à fonte, reliqui animarum pastores peterẽt,
 eidemq; acceptum ferrent, quicquid omnino iuris ad suum quis-
 que munus ac regimen obtinerent: quod olim adumbrasse per E-
 saiam videtur Dominus, cum de Eliachim loquens Pontifice Ma-
 ximo; Et dabo, inquit, clauem domus Dauid super humerum eius;
 & aperiet, & non erit qui claudat, & claudet, & non erit qui ape-
 riat. quo videlicet typo figuratus est Petrus, eiusque successores,
 quibus datam integrã potestatem declarant clauẽs, consuetum vti-
 que symbolum & insigne pleni atque absoluti domini. Quæ cum
 ita sint; Celsitudo tua gratias debet ingentes Domino Deo nostro,
 quod ipsa regnante potissimum dignatus fuerit istis nationibus
 mittere veros animatum pastores, qui a Summo pendeant Pastore
 ac Vicario, quem reliquit in terris I E S V S Christus Dominus no-
 ster; & quantamcunque habent potestatem, quæ sanè per ampla est,
 hanc ab eodem illo Vicario rotam acceperint. Nec sine causa, pa-
 tri auoque tuę Celsitudinis displicebat sumi ab vrbe Alexãdria Pa-
 triarcham. quippe, sicuti diuulsum à corpore membrũ, neque mo-
 tum, neque sensum, neque omnino vitam à corpore accipit suo; ita
 Aegyptius Patriarcha; siue ille Alexãdrię seu Memphi degat,
 cum schismaticus sit ac disunctis ab hac sacrosancta Sede Apo-
 stolica, & ab Ecclesiæ totius capite Pontifice summo; videlicet vi-

„ tam gratia, & pastorem auctoritatem, nec sibi recipit ipse, nec
 „ alteri cuiquam valet legitimam imperrere. Ecclesia namque Ca-
 „ tholica vna tantum est in orbe terrarum: neque fieri potest vt alia
 „ Romano Pontifici, alia pareat Alexandrino. Vri sponfus eius Chri-
 „ stus vnus est, sic sponsa illius vnica, de qua Salomon ait in Canticis
 „ ex persona Christi Domini nostri; Vna est columba mea & Oseas
 „ Propheta: Congregabuntur filii Israel & filii Iuda pariter, & po-
 „ nent sibi caput vnum. & in eandem sententiam multo deinde post
 „ Sanctus Ioannes: Fiet, inquit, vnum ouile, & vnus pastor. Vna
 „ erat, quemadmodum in Genesi legimus, arca Noë; extra qua nul-
 „ la omnino salus. vnum tabernaculum, quod fabricatus est Moyses.
 „ vnum Hierosolymæ templum à Salomone conditum, quo in tem-
 „ plo sacrificare & adorare oportebat. vna, cuius starent iudicio,
 „ Synagoga. Hæc nimirum omnia Ecclesiam denotabant, quæ vna
 „ est item; extra quam nihil boni. etiam qui cum eius corpore con-
 „ iunctus non fuerit, nempe nullum à Christo capite recipiet influ-
 „ xum gratia viuificantis animam, ac preparantis ad felicitatē eter-
 „ nam. Huiusce vnitatis declarandæ causa, contra quosdã hæreticos
 „ in Symbolo canitur: Credo vnam Sanctam Catholicam & Apo-
 „ stolicam Ecclesiam: damnatusque à sacris Conciliis error est, priuatas
 „ Ecclesias, seu Alexandrinam, Constantinopolitanam, aut similes
 „ dari, quæ communi omnium capiti subiectæ non sint Pontifici
 „ Romano, ex quo perpetua serie ab sancto vsque Petro (qui Chri-
 „ sti Domini iussu, vt à diuo Marcello martyre traditum est, Roma-
 „ nam elegit sedem, eamque suo cruore sanctificauit) perducti Romani
 „ Pontifices; Vicarii Christi citra controuersiam à tot ac tanta san-
 „ ctitate doctoribus Latinis, Græcis, omniumque nationum habitis;
 „ ab sanctis Anachoretis, Episcopis, & aliis confessoribus adorati; tot
 „ signis atque miraculis, tot denique martyrum, qui in hac fide & v-
 „ nione Sanctæ Romanæ Ecclesie vitam profudere, testimonio cõ-
 „ probati sunt. Merito igitur, consentienti Episcoporum omnium vo-
 „ ce, qui ad Chalecedonensem conuenerunt Synodum, Papa Leoni
 „ pariter acclamatum, Sanctissimus Apostolicus, Vniuersalis. Et in
 „ Constantiensi damnata est hæresis negantium super omnes & sin-
 „ gulas omnium terrarum Ecclesias, Primatum Romani Pontificis emi-
 „ nere. Ad quas tam dilectas firmasque patrum sanctiones atque decre-
 „ ta, Concilii quoque Florentini, quod sub Eugenio IV. præter alias
 „ nationes, à Græcis etiã, Armenis, & Iacobitis tanto studio celebrã-
 „ tum est; in hæc verba accessit auctoritas: Definimus, Sanctam Apo-
 „ stolicam Sedem, & Pontificem Romanum, in vniuersum orbem te-
 „ nere primatum, ac successorem esse Petri, & verum Christi Vica-

rum, totiusque Ecclesiæ caput, & omnium Christianorum patrẽ
 & doctorem existere: & ipsi in Beato Petro, pascendi, regẽdi, guber-
 nandi vniuersalem Ecclesiam, à Domino IESU CHRISTO potesta-
 tem plenam esse traditam. Iure igitur Setenissimus Rex David, ru-
 Celsitudinis genitor, inisso ad obsequium Romano Pontifici dese-
 rendum legato, sanctam hanc Sedem omnium matrẽ ac principem
 agnouit. cumque alia multa & præclara ipsius pariter & ru-
 Celsitudinis acta numerẽtur; tũ duo hæc eiusmodi sunt, vt eorum præ-
 stantiam nulla vnquam obscuratura videatur obliuio: ac proinde
 ab omnibus, qui sub isto viuũt imperio, immortales auctori bono-
 rum omnium Deo debẽtur gratiæ pro tam singulari in eos benefi-
 cio, vestra duorum opera, industria, virtute collato: cum alter om-
 niam primus se in illius potestate, qui Christi vices gerit in terris,
 perpetuò fore professus sit; alter ite primus dictum ab eodẽ Chri-
 sti Vicario Patriarcham, verum ac legitimum Sacrosanctæ Sedis
 huiusce filium, in sua regua perduxerit. Erenim si in magni cuiusdã
 beneficii loco habendum est, vt profectò est, in sitos esse corpori-
 mystico Ecclesiæ Carholicæ, quod à Spiritu sancto viuificatur ac
 regitur, quam, teste Euangelista, idem Spiritus docet omnem veri-
 tatem; si eximium est munus, lucem sanæ doctrinæ intueri, & Ec-
 clesiæ fundamẽtis insistere, quã Apostolus Paulus, ad Timotheum
 scribens, domum Dei, columnam & firmamentum veritatis appel-
 lat; cui se promisit in æternum affore Christus Dominus, inquit: Ec-
 Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi, vt legi-
 mus apud Mathæum Euangelistam; est sanè cur sine fine gratulẽ-
 tur istæ nationes Deo Domino & conditori nostro, cuius prouidẽ-
 tia, per tuam parentisq; tui Celsitudinem, tãto illos bono dignata
 est. præsertim cum iure sperandum sit, ex hac ipsa conciliatione cõ-
 sensuque, fore, Christo Domino moderante, vt cum spiritualibus
 tẽporaria quoque incrementa, non sine amplificatione imperii tui
 & hostium abiectione proueniãt. Sacerdotes qui mittuntur isthuc,
 omnes quidem, sed præcipuè Patriarcha, coadjutoresque & succel-
 sores eius duo, spectata admodum virtute sunt, & nostra in Socie-
 tate probati per omnia: ac propter illustrem chatitatem, & exqui-
 sitam rectãque doctrinam ad hoc tanti momẽti opus adsciti. ne-
 que verò illis animus in idipsum aur alacritas deest, haud leui con-
 cepta fiducia, labores suos, ad Christi Domini gloriam, tuæ Celsi-
 tudinis rem, animarum auxilium, pari cum operæ pretio collocan-
 di. Humanæ quippe salutis amor, illos, & Christi Domini aliqua
 saltem ex parte imitandi exstimular studiũ; qui cruciatus ac necem
 subiit volẽs ac libẽs, vt mortales ab æterna calamitate redimeret:

,, aitque per Euangelistam: Ego sum pastor bonus: bonus pastor ani-
 ,, mam suam dat pro ouibus suis, hoc exemplo incitati Patriarcha &
 ,, ceteri parati veniunt, nō verbo duntaxat, consilioque, & spiritua-
 ,, libus adiumentis, sed ipsa morte, si res ferat, periclitantibus ani-
 ,, mis opitulari. tua Celsitudo quo inuicem illos ad consuetudi-
 ,, nem ac familiaritatē aduenit; eo maiore, ut spero, capiet in Do-
 ,, mino voluptatem. Iam verò, quod pertinet ad fidem ac pondus
 ,, eorum, quæ ab ipsis vel publicè vel priuatim exponentur, non i-
 ,, gnorat Celsitudo tua, omnium (quatenus ritè legati sūt) sed Patriar-
 ,, chæ præcipuè dictis, Apostolicæ fidei pondus & auctoritatem in-
 ,, esse: ac perinde illis & Ecclesiæ credi oportere, cuius ab ipsis inter-
 ,, pretanda sunt verba & sententiæ. Et quoniã Christi fideles cunctos
 ,, Ecclesiæ firmiter assentiri, eiusque decretis obtemperare, & siquid
 ,, existat ambiguum aut obscurum, eandem consulere necesse est;
 ,, non dubito quin tua excellens pietas probitasque publico edicto
 ,, curatura sit in suis regnis, uti omnes omnium ordinum homines
 ,, tum Patriarchæ ipsius, tum eorum quos ille sibi substituet; dicta,
 ,, præcepta, responsa citra ullam dubitationem sequantur. Constat
 ,, ex Deuteronomio, de controuersis omnibus ac nodis ad Synago-
 ,, gam Ecclesiæ prænuntiam referri solitum: hinc illa quoque Chri-
 ,, sti Domini verba: Super cathedram Moyli sederunt scribæ & Pha-
 ,, risæi. id ipsum in prouerbiis docet sapientia Salominis, cum ait:
 ,, Ne dimittas præcepta matris tuæ (ea est Ecclesia.) & alibi: Ne
 ,, transgrediaris terminos quos posuerunt patres tui. ii sunt eiusdè
 ,, antistites. Denique tantū Ecclesiæ suæ tribui ac defetri vult Chri-
 ,, stus Dominus; ut per Sanctum Euangelistam Lucam apertè denū-
 ,, tict: Qui vos audit, me audit: qui vos spernit, me spernit. & per Sã-
 ,, ctū Matthæū: Si Ecclesiã non audierit, sit tibi sicut ethnicus & pu-
 ,, blicanus. Ex quo apparet, ne aures quidè præbèdas his, qui alienū
 ,, quippiam à sensu & interpretatione catholica Ecclesiæ attulerint;
 ,, Sancto quoque Paulo in epistola ad Galatas id ipsum præmonete,
 ,, cum ait: Si aliud vobis angelus de cœlo euangelizauerit, præter id
 ,, quod euangelizauimus vobis, anathema sit. ad summam, hoc idem
 ,, Sancti doctores, Conciliorum Canones, fidelium omnium cōsen-
 ,, sus & consuetudo planè demonstrant. Ac vicissim Patriarchæ ac
 ,, sociis pariter omnibus certum est fixumque, tuam Celsitudinem
 ,, assiduo cultu, submissione, atque etiam, quoad fas piūque ferat,
 ,, indulgentia prosequi. Nos verò, quotquot in hisce terris è mini-
 ,, ma nostra Societate retinemur, tua Celsitudo ad omne obsequiū
 ,, in Domino paratissimos habeat. Nostris quidem certè precibus &
 ,, sacrificiis, ut iam instituimus, Deo supplicare pergemus, uti Regiã

Celsitudinem tuam, regnumque istud amplissimum in Sancto Christi famulatu conseruet: detque illi ita transire per bona temporalia, vt nō amittat aeterna. Idem ipse Deus ac Dominus noster omnibus nobis, ad sanctissimam ipsius voluntatem & clarè cernendam & ritè exsequendam, perpetuum lumen ac vites pro sua infinita bonitate suppeditet. Romæ vij Kalend. Martias M.D.LV. Hæ litteræ, quas ad Claudium, vt dixi, perferret, Ioanni Patriarchæ designato, cum Pontificiis diplomatibus & sacro pallio de more transmissæ. Legationē totā Ioannes Rex pro sua cōsuetudine perquam liberaliter instruebat. oratōrē insuper declarauerat è suis familiaribus primarium virum Fernandum Sofam, qui Patriarchæ honoris causa in Abassiam vsque deduceret. Accedebant regalis opulentix dona, intextæ atro argenti que vestes, & sacrorum instrumenta magnifica. Dū hæc parantur, maturè ab Goa Regis iussu profectus ad Claudium Iacobus Diazius, qui aduētum Patriarchæ & comitum nuntiarent, eis que aditum in eā locā muniret. Vnā missus à Prætorè, Cōsaluus Rhoterigijs, (de quo suprā memorauimus) egregiè pius & eruditus è collegio Societatis Goano sacerdos. huic mandatum (non dum explorato ad liquidum sensu Abassini Regis) vti rem totam probè cognosceret; conceptosque ab eò bonæ mentis igniculos interim accutatè foueret excitarētque. Simul, superstitionibus è Christophori Gammæ clade Lusitanis, quorum plerique in iis terris matrimonio sese illigauerant; spiritalem opem ac solatium afferret. Sapienter id prouisum ac prætentatum, exitus docuit. Biremibus duabus, vnus mensis navigatione, ad Arquicum Abassinæ ditiohis expositi ambo, in regia statua (quæ subinde principi mutare nios est) tertestri aliquot dietum itincte peruenerunt. Biduo post admissi ad colloquium: & Lusitani Regis epistola publicè recitatur, in qua erat: Quod sese Claudius, cui ac parentis exemplo, rectæ in Deum fidei & Catholicæ communionis cupidum ostendisset; gratissimum id omnibus Christi cultoribus ac sibi præferri accidisse. atque ob id se missurum anno proximo certum è sua fantillâ virum, & cum eo perfecta morum innocentia & doctrinæ sinceritate pates, qui optimis eius studiis toto pectore deseruieret. Sub hæc & aliam eam sententiam, è Lusitanis adstantibus Abassinæ linguæ peritis cognita, Rex veluti oppressus, obducto vultu, sermone confuso, perplexa quædam & incerta respondit. ingenii mobilitate, vel improborum suasu immutatum hæud dubiè cerneret. Modestè post hæc interrogatus, quid ita super eare litteras ad Ioannem vltro dedisset; reiecta in libtarium aut iitctptrem

culpa, se quidem fraterna in Lusitanum Regem voluntate esse ac fore subiunxit; cæterum nihil libi minus in mentem venisse, quam ut idcirco à maiorum institutis, ac tot seculorum spatio corroborata religione deficeret. Attamen Rhoterigius, ope fretus diuina, captatisque temporibus, Claudium omni ratione ad sanitatem renocare conatus; miram in eo & primoribus regni, Conciliorum, & Ecclesiasticæ historiæ, ac diuini & humani iuris inscitiam deprehendit. Neque tamen astus aberat. callidè vel in primis ipse Rex agere; occupationes modò simulare; modò longis, & alicuius, & non inuenientibus exitum sermonibus de industria tepus extrahere; in angusto comprehensus, palam eludere, pleraque inficiari; interdum etiam infimi sacerdotis qua sortem, qua confidentiam acerbè perstringere. At Rhoterigius, cum & inalignos aditus, & iniquiorem in dies eoràm disputandi conditionem animaduertisset, librum subsæciis interim operis ab se confectum, & Chaldaicè vtcunquæ redditum, obtulit Regi. quo libro, confutatis Abassinæ gentis erroribus, Ecclesiæ Romanæ summum inter omnes Ecclesias culmen ac potestatem apertè monstrabat. Aduertus hunc librum dum Claudius petita è variis cœnobiorum bibliothecis volumina dies noctesque perlustrat, neque tamen extricat quicquam; Latini sacerdotis nomen, & insignis in eo cuiusdam sapientiæ famam toto panè regno vulgavit imprudens. ac ni cautè suppressus liber fuisset, magnos procul dubio concussus ad Ecclesiæ Romanæ gremium apparebat futuros. auxit tumorem Abuna, (sic enim Ægyptios Antistites vocant) nuper in eas regiones Alexandria missus. hunc Rex certaminis causa cum Rhoterigio committere cupiit, atque etiam ut scriptis Rhoterigii respòderet hortatus est. At ille, rugosa fronte, superciliis adductus, nullum, ait, sibi cum hæreticis commercium sermonis esse: neque se illuc altercandi cum peregrinis, sed clerici ordinandi gratia destinatum. quin religionem vitro incussit Regi, quòd impia scripta legere esset ausus: idque ne in posterum faceret, minaciter vetiuit. Inter eiusmodi frustrationes ac moras sextus effluxerat mensis. cumque iam tempus reuersionis instaret, Rhoterigius, per Sacramenta expiatis & confirmatis in officio Lusitanorum animis, ab Rege veniam abeundi cum Diazio petit; ac simul obsecrant, missis ambagibus promat, quid super aduentu Patriarchæ & comitum referri imperet Goam, ille, quod ad patrum aduentum attineret, Mazux præsto fore dixit è suis, qui descendentes exciperet, atque ad se, cum fide curaque perduceret. vbi coram eos audisset; tum se, quid factò opus esset, deliberaturum.

Simul

Simul, auri decem uncias Rhoterigio in viaticum erogari iubet. ille, accepta voluntate, pecunias rejicit. Goã dein repetentes, circa Zeilanam oram subita coorta procella everso nauigio, propè demersit, saluti fuit, suppliciter inuocatum Beatae Virginis auxiliũ. eius præsentis ope, desperatis iam rebus, nullo nautarum ministerio suam in sedem carina rediit, ita fluctus exhausti, votiuã dein casus effigies Goã in eiusdem Dei Matris templo suspensa. Per eodem ferè dies, quibus in Aethiopiam Rhoterigius erat profectus; è Lusitania præmissi, dum grauiora Patriarcham negotia motantur, ex eius comitatu decem, ac varias, vt sit, in naues impositi, Mosambicum incolunes deuenere. A Mosambico dum vastum præcidunt Oceanum, abducta ab cæterorum conspectu oneraria vna, in syrtim per tenebras noctis impingitur. neque tumidum erat mare, & paruo interuallo, breuia, ignotam ad insulam exigui admodum ambitus pertinebant. Eo tutius, ditupro aluco, nauæ vectoresque, trecenta circiter capita, in terram effusi. verùm squalidus & ab omni humano cultu desertus erat locus. & è comæatu nautico modicum quid vini & cibaria, ea que ferme vitiata, supererant; vt ni propetè subueniretur, vltima necessitas ac dira famies instaret. extemplo nauarchus opis petendæ gratia scapham cum eximius viris triginta conscendit, & leucatum quingentarum, vt nauæ supputant, spatium emensus, haud sine miraculo Goam applicuit. mox, è naufragii reliquiis raptim concinnato nauigio, quinquaginta ferme alii subsequuti, remasere ad ducentos, in iis è patrum numero tres. Cõsalus, Paschalius, & Alphonsus Lupius. hi ab antecedentibus liberaliter inuitati; præcipuam conditionem in communi discrimine recusarunt; afflictæque turbam & inopem, suis quoque officiis ac præsentia destituti, quo erant caritatis ardore, passi non sunt. Eorum periculo cognito Prætor Barretus confestim cum duabus celocibus eundem Nauarchum, & nauclerij ordinis præfectum, quem gubernatorem maximũ appellant, ad naufragos quærendos ac deportandos abire iussit, itritus fuit labor. & ingenti, vt diximus, interuallo distabat; & insula quo minor, eo ad inuestigandũ obscurior. Ergo non antè inuenti, quàm inedia ad vnũ omnes absũpti sunt. Eius rei nũtius Goam allatus, morore ciuitatẽ impleuit. Socii tres æterno virtutis & caritatis præconio celebrati, quoddã oblato ad salutem exitu, suis tamè ipsi capitibus aliena solatia prætulissent. Anno insequenti, Ioannes patriarcha, Andreas Episcopus, & Ioannes Mesquita, oratore Sola inter nauigandum extincto, Goam deuehuntur incolunes. ibi cognito Claudium, contra opinionem & famam, in

veterum erroribus & impia secessione perstare; digna cōsultatione
 res visa. Adhibiti præter lectissimos è Societate patres, Ecclesiæ
 quoq; Goanæ viri primarii. Ac Patriarcha quidè, quamquam aspe-
 ris ac periculosis in rebus, tamen sese in omnè aleam Christi causa
 paratum ostendere. cæteris nequaquam è Sedis Apostolicæ digni-
 tate visum, eo loco fastigiòque perlonam, tot tantisque Pontificis
 Romani decretis ac iudiciis inelytam; seiunctæ è Catholico cœtu
 gènti præbere ad ludibrium & contumeliam os. Verùm, ne præ-
 damnata & abiecta repente per metum vel ignauiam tanta exspe-
 ctationis apparatusque legatio, & si quid sanari experièdo posset,
 omissum ylla ex parte videretur; Andréa Episcopu duobus tribus-
 ve cum sociis Abassiam adire, quæque Rhoterigijs incallum ege-
 rat, pati fide, maiore auctoritate, rursus aggredi placuit: & prout
 sese res darent, per litteras Patriarchæ Ioanni suadere vel dissua-
 dere prouinciam. Ille, tam præclaræ de Christo bene inerendi
 & exercendæ patientiæ occasionem arripuit libens. Cum Emma-
 nuele Fernãdo sacerdote, & paucis præterea comitibus in Abassiam
 profectus; nihilo quàm Rhoterigijs faciliorem aut æquorem ex-
 pertus est Regem. Major dein illis obstata omnis virtutis explicã-
 dæ materies. Paucis namque post eorum aduentum diebus, Clau-
 dio à perduellibus acie victo ac perempto, successit Adamos fra-
 ter, olim desertor fidei Christianæ, vir immanis ac ferus, & Apo-
 stolicæ Sedis hostis acerrimus. is, vinctum Andream, in castra bel-
 lumque raprauit, comites, probris & cōtumulis; Abassinos quot-
 quot catholicæ veritati fauere visi sunt, vario genete pœnarum
 affecit, atque ipse demum à Turcis, quorum arma rebelles in re-
 gnum ascuerant, ingenti clade fusus fugatusque est. & ab iisdem;
 Andreas ac locii primò capti crudeliterque direpti, postmodum
 igne in hospitium iniecto viui panè combusti, denique tanta pre-
 mi rerum omnium inopia capti sunt: vti ad vitam toletandam, ne
 à pusillo, quem supra dixi, Catholicorum, abscederent grege, bo-
 bus & aratro quæstis, terrâ suis ipsi manibus colerent. Atq; inter
 hæc difficultates & inçomoda quotidiana, caritatis & obediçtiæ
 gloria clarus Andreas, diuexato miris modis & fatigato corpuscu-
 lo tandem excessit. Per hunc modum de aggregandis ad Catholi-
 corum numerum Abassinis clusæ bonorum spes. At Patriarcha
 Ioannès, Albuquerque Goano Episcopo vita functo, cum ad illius
 Ecclesiæ gubernacula vocaretur; nunquam, vt eam reciperet pro-
 curatiouem, adduci potuit. Suum ipse quin potius apicem, quoad
 literet, ad Societatis normam & inçrituta submittens; perpetuam
 abstinentiæ, religionis, industriæ laudem ad vltimum vsque spiritum

tum æquali tenore perduxit. Melchior, Nicenus Episcopus, pari moderatione cum se panè in ordinem redegisset; in Thomæos Christianos è consuetudine Societatis excurrens, Nestorianum pseudoepiscopum, inficientem praua doctrina populorum animos, egregiè confutauit ac fregit; aliisque deinceps viro fortè dignis actionibus cum iniquorù similitates & odia subiisset; directa in eius caput sagitta, pileòque decusso, propemodù interfectus; in Sinas denique iussu Romani Pontificis abiit. ibi ad Amacanù hodie Lusitanorum emporium, ætatis iam exactæ reliquias, propagandæ fidei & Christianorum animis ritè curandis infumit. cæteri Patriarchæ socii varias ad functiones de more destinati, vitam in suo quisque munere posuere. insignem inter eos perhibent Antonium Quadrium Lusitanum, qui vniuersæ dein prouinciæ quatuordecim annos magna cum sanctitatis & prudentiæ laude præfuit. Verùm circa irritæ expeditionis initia; neque leuioris momenti aliam, neque meliore successu renouit Bõferrus è familia Franciscana sacerdos natione Gallus, minimè vulgari vel doctrina vel sanctimonia vir. Is, rei Christianæ studio incensus cum in Indiam peruenisset, audita Pegusiapi regni amplitudine, vitiiisque & superstitionibus incolarum, eam sibi præcipuè gentem omni ope subleuandam, ac fidei rudimentis imbuendam suscepit. Igitur Goa profectus ad Diui Thomæ coloniam, ex qua frequens in littora Pegusiana traiectus est; cum eius colonia Vicatio, & Alphonso Cypriano, & cæteris Lusitanis amicitiam iniit. iisdemque adiutoribus in onerariam admissus, difficili admodum ac periculosa nauigatione ad emporium, cui nomen Cosini, deuenitur. Prorsus ignotæ, paulo ante Correx aduentum, de quo supra diximus, nostris hominibus hæ gentes fuerant. ipsius dein Correx & comitum relatu, multa de illarum diuitiis moribusque comperta. Bomferri postea litteris de origine Pegusiorum præter fabulosas quasdam opinioniones acceptum, stirpem eos ab Iudæis exsilibus ducere, qui ab Salomone dånati ad Ofiranas aurisodinas, ea loca primi tenuerint. Fertilissimus verò ager, & exspatiantibus latè cãpis, alendo pecori bonus, & affluens omni varietate rerum est. quippe, alueo nauigabili, & flexuoso discursu piscosi amnes intermeant. è quibus vnus è Ciamaio lacu centù & quinquaginta leucarum decurrit spatio; atque ad instar Nilstatis incrementis in triginta circiter leucas exundans, præpingui ac feraci limo rigat arua felicia. Accedunt ad opulentiam, crebra introrsum æstuarua, facili commercio gentiù exterarum, ac mira quidlibet importandi exportandiq; copia & facultate. Cæterùm ignara Dei, &

in omnē libidinē scelusque proiecta gens est, ac miserādis opinio-
 num erroribus inuoluta: è quibus nonnulla hoc etiam loco atti-
 gisse operę pretium fuerit: vt ex ea comparatione Christiani, cum
 sua clariùs agnoscant bona, tum ad eadem aliis imperienda vehe-
 nentiùs inardescant. Iam primùm, qui apud eam barbariem sapiē-
 tes habentur, infinitos perpetua serie ac successione mundos ab
 omni æternitate constituunt. innumerabiles item Deos: quorum
 aliquot in singulis mundis variante numero deinceps existant. qui
 nunc voluitur, hunc Deos quinque habiturum affirmant, quo-
 rum quatuor iam abierint. postremum hunc ante bis mille & no-
 naginta nouem annos aiunt è vita migrasse; nunc siue Deo sunt,
 post multorum annorum curricula venturum alium expectant:
 eo quoque demortuo mundum hunc ingenti conflagraturum in-
 cendio; vti mox reparetur succedatque moles noua, suos item
 Deos ac proprios habitura. in Deorum autem cœtum homines
 referuntur, ea tamen lege, si priùs in aquatiles, terrestresque, &
 aërias omnium generum animantes varia transmutatione migra-
 uerint. Qui ex hac vita decedunt, iis triplicem fingunt sedem; Na-
 xac, is tormentorum est locus; & Scuum, deliciis ac paradiso Ma-
 hometano persimilem: & Nibam, quę vox, omnis essentię priua-
 tionem, & vltimum corporis & animi interitum notat. duobus in
 prioribus animę nondiu detinentur, utque inde repetitis nascendi
 vicibus in mundum tories redeunt, quoad in Nibam admitti, hoc
 est, prorsus ad nihilum redigi denique mereantur. Hęc & id genus
 alia Pegusiani dogmatis elementa sunt; existantque multa de hoc
 genere toto conscripta volumina. Ex iis principiis, & eiusmodi
 vanitate, quam prauus numinum cultus, quam absurda cætemo-
 nię, quę portentosa opinionum, quę vitiorum sequantur monstra,
 nou expers doctrinę, vel rerum imperitus facile quis existima-
 uerit. Accedit ad cumulum malorum, quòd hasce tenebras circū-
 sepfit dæmon, vt solet, summa difficultate luminis inferēdi. siqui-
 dem ipsius artificio planè persuasum ac peuitus infixum habent
 Pegusii, cujuslibet alterius, quamquam ex ipso demissæ cœlo do-
 ctrinę vel sectę, decretis aut placitis, aures, nedū assensum, absq;
 inexplabili scelere præberi nõ posse. Bomferrus, in Cosmi de quo
 dicebamus emporio, tribus ferme annis, inter hęc explorāda my-
 steria, linguamque ediscendam, ingenti labore miserięque con-
 sumptis, (ita tamen vt adiuuandis per id ipsum tempus Europæis
 mercatoribus operam daret) sermones demum de Christiana reli-
 gione serere pederentim aggreditur. Vnius æterni trinięque Dęi
 prouidentiam, vniuersitatis huiusce molitionem ex nihilo, primi

hominis erimē in posteros omnes letali contagione transfusum; necessitatem satisfactionis infinitæ, quam præter Deum præstare cum poller nemo; Deus ipse, redimendi generis humani gratia factus homo, volens prudensque pro sua immensa bonitate subierit; ad hunc humanæ salutis auctorem quorquor sese per fidem, & imitationem, & caritatem adiūxerint; hisce omnibus inenarrabilia quædam & sempiterna esse in cælo præmia constituta: qui secus; hisce in tartaro item exquisitissima in omnem æternitatem parata supplicia; ad utram quisque pertineat classem, extremo voluentium seculorum die, cum animæ vita functæ rursus corpora induerint, Deum ipsam iudicem in celeberrimo superum inferumque conuentu lata sententia planum esse futurum. Hæc igitur, & alia rectæ fidei capita, cum per occasionem exponere Dei famulus, multisque partim exemplis partim rationibus affirmare tentasset; mirum quam obduratos obfirmatosque contra omnem veritatem animos incolarum offenderit. alii, vt fabulas ac deliramenta ridere; alii, vt pestes & piacula prorsus abominanda respicere. neque multum ab ultimo exitio aberat ignotus præeo, si nouam ab omni memoria disciplinam ac religionem porro inculcare institisset. Ergo non sine causa veritus, ne super discrimen capitis, & quotidianas ærumnas, oleum quoque & operam perderet; amicorum suasu, re infecta, retro vnde venerat in Indiam reuertit. Per eosdem ferè dies atrox Cocini facinus editum. in capsâ, quæ piorum collationibus in maximo vrbs templo prostabat, nefariæ schedulæ à custodibus reperiæ, cum horrendis in Christum salutis humanæ parentem maledictis ac iurgiis. Lacerabatur simul è Sacerate Consalus Sylueria, qui ad Manomotapam Aethiopiæ deinde Christi causa perēptus est, ac tum in eadē vrbe conciones habebat, vir nobilis genere, sed virtute & eruditione multo nobilior. Huius tam sacrilegæ tamq; infandæ audaciæ crimen haud obscuro indicio hæsit in falsis è circumcissione fratribus, qua ex fæce aliqui ex Europa subinde, pretio à limenarchis aut nauium magistris furtim admissi, mercatorum habitu in Indiam peruehuntur, ibi cum Aegyptiis ferme Iudæis, (quorum in iis locis numerus ingens) aliarumque nationū & sectarum hominibus, in Christiani deinde nominis damna pernitiemque conspirant. Ex eo, de inducenda in illas regiones sacra Inquisitione agi captum ab Rege: quæ hodie per idoneos probatosque iuris diuini consultos iudicia Goæ magno rei Christianæ bono exercentur. Interea Melchior Nonnius, ab Goa per varios ancipitesque admodum casus ad Sinarū littora primū, inde,


redem-

redemptis è custodia Lusitanis, quorum antè meinimus, in Japonios biennii amplius navigatione perfertur. comiterque & benignè exceptus ab Rege Bungi, Cosmum Turrianum nec opinato ibidem offendit, qui ab euclia excisaque iterum per intestinas ciuium discordias rabièque Amangutio vrbe sese in ea loca receperat. Cedrinae ædes eleganti opere, itemque ateam templo cõdendo, nec non annuæ pecuniæ modicum quid patribus adsignauerat Rex: eius arca pars cæmeterio è Christiana consuetudine dedicata: pars altera in vsum valetudinarii publici item diuisa bifariam: vti elephantiaci, quorũ est in iis terris magna multitudo, scorsum ab cæteris ægrotis haberi curarique possent. Id opus, quo magis nouum insolitumque, eo maiore approbatione celebratum ab incolis; multique inde, sed vt antea plebei ferme, ad Christum accedebant. At Melchior, haud ignarus, ad excitandos ad virtutẽ pietatemque populorum animos, quantum sit in principis exemplo momenti; Regem ipsum variis rationibus ad verum Dei cultum conabatur adducere: successu rum quidem minimè læto: quod neque dum tumultus planè quieuerant; & Rex è Ienxuana hæresi, quæ negat spiritum esse vllum, aut omnino quicquam præter ea quæ sensu percipimus; à voluptatibus, quæ dudum adsuæuerat, ad Christianæ disciplinæ seueritatem traduci se nullo pacto sinebat. Egir cum eo Melchior, vti eum aliquot saltem Bonziis præcipua sapientiæ fama, coram ipso regni que proceribus disputationem ac certamen haberi de religione permitteret: ne id quidem impetratum. Inde cum exiguam in præsentia cerneret proficiendi spem; Cosmo cum sociis ibidem relicto, ad suum ipse prouinciale munus reuertit in Indiam. Sextus & quinquagesimus tum seculi huius agebatur annus. eo ipso tempore Ignatius Loiola Romæ, non tam ætate confectus, quam ieiuniis vigiliisque, & super omnia desiderio Christi, decesserat. Huic, cum aliis in prouinciis, (ipsas enim duodecim ab se Dei munere constitutas reliquit) tum in India præsertim, solemnè ritu & exquisitis cæremoniis parentatum est. tamen si minimè deerant qui tam illustri sanctitate viri pattocinium implorandum potius, quam fundendas pro eo preces haud absurdè affirmarent. Certè ab illius excessu (vti optimum patrem in cœlo suorum cæptis adesse conijceres) per omnes fundatæ ab eo Societatis ordines, recens quædam ad pios labores alacritas, nouus mentium ardor vigorque diffusus: & Indicus ager cultuæ & sationibus vberiore quàm antea prouentu respondit. annis quippè proximis quatuor, Goæ duntaxat, præter incertam summam eorum qui à Franciscanis & Dominicanis ablati sunt, baptizati

baptizati ab Societate IESV mille primū & octoginta, mox mille nongēti sexdecim, dein tria millia ducēti sexaginta, demum incremento notabili duodecim millia septingēti quadrāginta duo. In his regia virgo fuit, adulta iam ætate, Mealis filia, ob generis claritatem Regi Mahometano cuidam in matrimonium destinata. hæc, tempestivis nobilium feminatum adhortationibus, itemque psalmis, & catechesi, & supplicationibus, quæ per urbem haberi consueverant, studio Christianæ religionis incensa, dum Prætor Barreus tota de re Mealem docet, ac furentē ira placare contendit; matris ancillarumque pertinaces & impias eluctata manus, ad paratum in platea vehiculum, adjuvante Prætoze, sese proripuit, inde cū honestissimo comitatu ad spectatæ virtutis ac pudicitæ matronam perlata, Didaci Pereræ conjugem, adhibito scriba publico testibusque, Christianam sponte se fieri velle professæ, post aliquot dies in diui Pauli tēplo ab ipso Aethiopiæ Patriarcha vitalibus aquis abluitur, & sacro MARIÆ nomine decoratur, tanta civitatis uniuersæ lætitia tantōque concursu, vt prætor ipse, qua erat pietate, virga ad submouendam turbam arrepta, lictoris munere fungeretur. eidem virgini cū à primoribus Lusitanis priuatim, tum à Prætoze data publicè munera; & annui redditus aureorū circiter octingentorum è fisco regio in alimenta decreti. Jam ex ipsis quoque Regibus Molucarum, is qui Baëtianū obtinebat insulam, quamquam acriter obnitente socero Ternatensi, tamen constanti animo sese ad Christum applicuit; abolitaque Mahometana superstitione, ac fanis euetis, defixas haud vno loco præaltas Cruces adorari à popularibus iussit. Ac Soloris quoque Rex (quæ salubris admodum ora, gradus octo cum quadrantibus tribus ab Æquatore in meridiem sita, leucas distat à Malaca trecentas) cum familia regni que proceribus ab Lusitano quodam inſtitore baptismum accepit. patres deinde à Malaca per litteras inuitatos cū propter paucitatem non impetrasset, fratris filiū Regem designatum, cui Laurentio nomen, apprime bona iuuenem indole, Malacam ipse transiisit: nimirum vt ibi per otium expolitus, ad suos dein erudiendos teuerteretur in patriam. Hæc Solorani. Ac multæ insuper eius plagæ nationes, cū Euāgelii nomē per tenui accepissent fama, miram in cupiditatem Christianæ religionis exarserant. Quibus vt Ioannes Rex propter multitudinem atque distantiam cunctis opitulari non posset; Indicos quidem certè neophytos nouis decretis ornare, beneficiis atque muneribus augere pergebat. is audita Petri Mascarenæ morte, cū præclare intelligeret ad amplificationem rei Christianæ plurimum interesse,

esse, cuiusmodi moribus ingenioque Prætor Indiam regeret; circumspectis omnibus Lusitani primoribus regni, præfectum cubi-
culi Constantinum Brigantię Ducis fratrem in id ipsum delegerat
munus: qui prouineiam illam adedò sanctè ac prudenter postmo-
dum obtinuit, vti deinceps ituris eò magistratibus, officii exem-
plum ac norma vnus ipse proponi consueuerit. Iam in id quoque
Ioannes acriter animum & cogitationes intenderat, vti Francisco
Xauerio pro sanctitate viri, & immortalibus in Ecclesiam Christi
promeritis, cælestes more majorum honores à Pontifice Romano
deernerentur. Atque ideireo per litteras Indię Prætoti mandat,
vti quęcunque per Xauerium Deus miracula perpetrasset, verè at-
que accuratè indagata colligeret: cuius nos inquisitionis auto-
graphum exemplar cum testimoniis publicis priuatisque apud
Conimbrigense Collegium nuper inspeximus. Hęc meditantem
ac molientem, neque sera neq; inexpectata Ioannē abstulit mors,
cùm ætatis annum, viribus dudum affectis, ageret quintum & quin-
quagesimum: vir planè magnus & venerabilis, ac præter cæteras
laudes æterno præconio celebrandus, quòd imperii moderatione,
cultuque bonarum artium, & studio religionis amplificandæ, for-
mam speciemque benefici, & mitis, ac verè Christiani Regis ex-
presserit.

HISTORIARVM INDICARVM FINIS.



IOANNES
PETRVS MAF-

SELECTARVM
EPISTOLARVM
EX INDIA LIBRI
QVATVOR,

IOANNE PETRO
MAFFEIO IN-
TERPRETE.



IOHANNES
PETRVS MARI
SEPECTARVM
EPISTOLARVM
EX INDIA LIBRI

QVATVOR

IOHANNES PETRO
MAFFIO IN



IOANNES

PETRVS MAF-

FEIVS,

E SOCIETATE IESV,

Christiano Lectori S.



*V*AE de Catholicae religionis progressu litterae serme quotannis ex India perferuntur; eas (quod facile animaduerti) optimus quisque avidissimè lectitare consuevit. Nec sane immeritò. Quid enim ad honestam vitæ oblectationem accommodatius, quàm corpore domi sedentem, cogitatione ac mente peregrinari; transmeare Caucasum Oceanumq; nouas identidem formas rerum & (ut inquit ille) mores hominũ multorum cernere & vrbes? Quid porro, vel ad animi fructum vberius, vel ad virtutis emulationem efficacius, quàm, Euangelii face dispulsis errorum atque opinionum tenebris, veritatis lucem longè latèq; fusam intueri, & in diuerso vel aduerso potius terrarum orbe veluti renascentis Ecclesiae sancita miraculis, testata martyriis, distincta personis, notata locis temporib;que primordia recognoscere? Quæ mecum

4
ego cūm reputarem; & superioribus annis feci libenter, uti non exiguam earum literarum partem in Latinum è Lusitanico sermone conuerterem; & nūc easdem sub Indicarum Historiarum opus intentiore delectu pressas ac repurgatas, & nonnullis insuper auctas epistolis, denuo in publicum edendas existimavi. Sanè recentiores supersunt aliæ, quas mihi si per occupationes ac valetudinem licitum fuerit, latinas facere pro mea tenuitate propositum est. Tu interim (amice Lector) fruiere presentibus; ac nostros qualescunque conatus piis apud omnipotentem DEVM precibus adiunabis.

Vale.

SELE.



5

SELECTARVM
EPISTOLARVM
EX INDIA
LIBER PRIMVS.

FRANCISCI XAVERII E SOCIETATE IESV
AD SOCIOS IN EVROPAM.



VAM lætos atque vberes animarum fructus Indica ferat vinca; & non in Regiis modò præfidiis, verùm etiam in reliquis oppidiis barbarorum, sanctissima Christi fides quàm feliciter crescat, fusiùs ad vos scripsi mense Ianuario superiore. Ego Iaponem versus ex India sum profectus Aprili mense, duobus è Societate nostra comitibus, altero sacerdo-

te cui Cosimo nomen est, altero laico: itèque Iaponiis neophytis tribus, quos mihi sanè videtur Domin⁹ præcipua quadã benignitate clemètiaq; fouisse. namq; vt in D. Pauli Collegio Goæ cœlesti lauacro expiati sunt, tanta eos diuina bonitas voluptate gaudioq; perfudit, tantamq; ad suã in ipsos beneficentiã cognitionẽ adduxit, vt præ lætitia spiritali piaq; dulcedine lacrymas non tenerent. in virtutibus verò mirabile dictu est quantum profecerint: planè, vt ex nobis iucundam atque vtilem sermonis materiã præbeant. Ad hæc & legere & scribere didicerunt, ac distributis in horas precationibus diligenter vacant. Interrogati à me quonam sentirent se genere considerationis potissimùm affici; passio- nis Domini recordatione, dixerunt: itaque huic vni maximè cõmentationi dant operam. Articulos fidei, Redemptionis generis humani causas, & cetera Christiana mysteria per otium cognouerunt. Percõrati mihi supenunero quosnam religionis Christianæ ritus quãve instituta sibi maximè crederent profutura, duo illa semper, scilicet Confessione & Cõmunionem, sine controuersia responderunt. addentes insuper, sua quidem sententia neminem omnino fore participem rationis, quin auditis Christianæ disci-

plinae decretis assentiat ut ac pateat. Vnius verò ex iis, cui Pauli nomen, sanctæ fidei cognomen impositum est, illam quoq; vocem audiui, cum ingeniosus in hæc verba prorupisset: O miseri Iaponii; qui ea ipsa, quæ Deus ad vestrum est fabricatus obsequium, adoratis ut numen cui ego, quid iram inquam. tum ille, quod Sole, ait, veneratur ac Lunâ; quæ res iis, qui nouere Dominum Iesum Christum, famulantur ac seruiunt. quid enim agunt, inquit, aliud; nisi diei tenebras ac noctis illuminant, ut ea claritate mortales ad magni Dei & filii eius Iesum Christi cultum & gloriam in terris utantur?

Verum ut ad institutam itineris nostri narrationem reuertar, Malacam venimus pridie Calē. lunias, anno M.D.XLIX. ibi Lusitanorum accepimus ex Iapone literas, in quibus erat scriptum, principem quandam eius terræ virum velle fieri Christianum: itaq; legari ab eo ad Prætorē Indiæ, qui aliquot è Societate nostra Christianæ religionis interpretes postularet. afferebatur etiã, quodam Iaponis in oppido, mercatores Lusitanos in hospitium iussu reguli diuertisse dæmonum incursums vehementer infestu, atq; ob id habitatoribus destitutum: eum ignaris quid esset Lusitanis vestes detraherentur, famulus etiã nocturno spectro perterritus exclamasset; excitatos eo strepitu arripuisse arma: deinde famulum Crucibus vndiq; circumdedit hospitiū: incolas verò & regulum mercatoribus aperuisse, domum eam ab dæmone inhabitari: & simul quaesisse quoniam ad eum fugandum remedio uterentur: respondisse Lusitanos, nullum aduersus dæmones Cruce firmiter inueniri præsidium: itaq; ex eo die Cruces domibus eius oppidi ferè singulis collocatas. Nuntiabatur ad hæc, per apostolum patere eum angelizantibus in Iapone capum; quod ea gens moribus mansuetata sit, ingenio docilis & acuta: quocirca magnam in spe veni, si per nostra peccata non steterit quo minus captis faueat Deus, in gentem animarum vim ad Ecclesiæ gremium accessura. His ego rebus cognitis, rametsi ea mihi admodum læta videbantur, tamē aliquandiu subititi, mecum adhuc de profectioe deliberans: sed cum certa cõstaret mihi iam diuinæ voluntatis indicia, videremq; me, si ab incepto desisterem, ipsimet Iaponis ethnicis multo detestabiliorem futurum, (quãquam perennis ille humani generis aduersarius meum hoc iter summa ope nititur impedire) hædenti animo pergere, & primo statim aduentu Regem ipsam Iaponis adire cõstitutum: etq; mandata quæ habemus a Domino, exponere. Et quamuis apud Regem a eadem die dicatur esse perecelestis: tamē haud dubiam nobis, si ad certamen ventum sit, Deo fauente, victoriam pollicemur nec nos litteratorum veremur sophismata; nec barbarorum minas, vel dæmonum insidias perimere sciamus; quid enim nobis aut ab eorum incertiis, qui Iesum ne-

sciūt, potest esse periculi; aut ab eorum vi, quibus nihil in nos, nisi quantum Deus ipse permiserit, licet? præsertim cum nulla re alia, nisi diuinæ gloriæ studio & salutis animarū adducti, negotiū hoc susceperimus; & Iob à diabolo sacra litteræ non nisi concedente Domino lædi potuisse testentur. Illa verò nos vna assidue cura sollicitat, ne grauius ipsi pro humana fragilitate peccemus; neque Dei auxilio, quod laborantibus ille semper benignè suppeditat, abutramur. quod tamen ne accidat, cum sacrosanctæ matris Ecclesiæ (cuius imperii fines, animabus ad creatoris agnitionē trahendis, propagare satagimus) tum nominatim Societatis I E S V meritis impetratum iri speramus.

Sanè quàm periculosum iter hoc Iaponicū est, partim ob frequentia latrocinia, partim etiam ob tempestates, quæ passim hoc mari ita sæuè excitantur, vt præclare agi cum iis qui nauigant existimetur, si tribus è nauibus dux eursum incolumes teneant. Quocirca venit mihi sæpe in mentē vereri, ne, qui è nostra Societate sapientiores videntur, si cui eorū in hæc loca mitti contigerit, temerariū esse negotiū, Deumq; tentari quodāmodo, tam apertis aduendis periculis, putent: qua tamen eos suspicione postmodum libero, quod spero, Societatis nostræ doctrinis ac litteris inhabitatam Domini spiritum præsidere. Illud quidē occurrit mihi sæpenumero, quod aliquando patrem nostrū Iguatium audiui dicentē: omnibus iis, qui in Societate nostra versantur, summo studio conatuque elaborandum esse, vt inanes ab se timores & cætera cuncta depellant, quæ homini, quo minus totam in vno Deo spem collocet, impedimento esse consueuere. Potrò, quemadmodum interest inter eos, quorū ira spes est in Deo reposita, vt rebus tamen affluant necessariis, & eos, qui ob id ipsum vt Christū imitarentur, & soli Deo considerent, omnibus sese vitæ præsidii exsuerunt; sic proculdubio multū refert, utrū quis, cum vnicum habere se profiteatur in Dei bonitate perlugiū, tum in tuto & quasi vmbra se exerceat: an, alia re proposita sibi nulla præter Dei honorem gloriāq; , sese caputq; suū volens vidensque in discrimen offerat præne quotidie: cuiusmodi si quis existat; nã illum ego prope diem seculi radio, migrandiq; ad Dominū desiderio, affectum ita crediderim: quandoquidem hæc hominū quæ dicitur vita, mors perpetua potius ac triste quoddā à cælestibus regnis exsiliū est.

Vos interea valete fratres, Dominumque precamini, vt nostrā disunctionem pro infinita sua misericordia coniungere dignetur in cælo: nam in terris quidem ecquando posthac visuri inret nos simus, incertum est. Malaca, x. Cal. Iulias, M. D. XLIX.

SELECTARVM EPISTOLARVM
 EX EIVSDEM PARÆNETICA AD GASPA-
 RVM BERZAEVM, CVM IS ARMVSIAM PETERET.

IN Armuziana ista prouincia, primum & antiquis-
 simum tibi sit Dei obsequium, & animi tui cultus.
Ex hisce fontibus cætera ad proximorum utilita-
tem largè manabunt. ac proinde curabis, vt semel
 bilve quotidie te ipse ad calculos voces: atque inte-
 ger iudex cognitionè exerceas tui communè om-
 nium illius diei cogitationum & actionū tuarum; tum verò pro-
 priam earum, in quibus aliqua per id tempus præcipuo studio vel
 præcauenda, vel corrigenda, vel ad perfectum expolienda susce-
 peris. In primis verò, Christianæ humilitati intenta cura studeas
 velim: eaque potissimum obeas ministeria promptus ac libens,
 quæ ceteri velut abiecta & minimè speciosa fastidiunt. in eo genere
 catechismus est. quas tu partes ne alteri delegaueris. circa meri-
 diem singulis diebus cõpita vrbis cum socio circuibis ipse, plebè
 in templum elata eiens voce. ibi Lusitanotum filios, puerosque, &
 libertos, nec non sexus vtriusque mancipia, salutariis institutis
 atque præceptis erudies: teque publicè præeunte, promiscuum
 vulgus Christianas preces & pia dogmata resonabunt. At-
 que id ipsum eo maioris apud te momenti debet esse, quòd
 eius laboris patientia non modò imperitos idiotasque ad noti-
 tiam Dei atque ad virtutem informat; sed etiam reliquorum a-
 nimos cum tacito quodam plausu atque approbatione conci-
 liat. Delatus Armuziam, Proepiscopum adibis officii causa: eique
 ad genua protinus accides, & manum exosculabere. ex eiusdem
 auctoritate conciones habebis; in confessiones audiendas incum-
 bes; & cæteris Christiani pastoris fungere muneribus. Simul, o-
 peram dabis, vt ab eo gratiam & benevolentiam in eas, quo per
 te, si fieri possit, piis animi saltem ritè purgandi meditationibus
 imbuatur. Reliquos item sacerdotes omni submissione & officio
 demerere: curabisque vt ex iis quamplurimos ad easdem medi-
 tationes Deo adiuuante perducas. Praefectus item praesidii, qualis
 qualis ille sit, enitere quantum poteris, vt amicus ac propitius ti-
bi sit: neque res vlla erit tanti, vt dicto factove illum exasperes:
vrbi hominem tibi arctè deuinxeris; tum si & malè audierit, & mo-
neudo rectè meliorem putaris posse, & occasio commoda incide-
rit; quam anticipe ac demississimè & ore placido eidem expo-
nes, quinã de illius actis & vita sermones hominum sint: inuadebis-
que, vt famæ patriæ & officio consulat. Multi erunt, qui de illo
 ad te

ad te querimonias deferant; tuamque apud eum prophanis in rebus implerent opem. hisce tu occupationum tuarum & magnitudinem exulabis, & genus addes, veteri te, ne parum ea legatione proficias. qui numen & conscientiam spernat, hunc tua quoque monita nihil esse facturum. Cum sodalicio misericordiae fac ut quam optimè tibi conueniat: sodalésque ipsos, quoad eius fieri poterit, mansuetudine ac beneuolentia comprehendas, ac eorum opus, quibuscumque licuerit rebus, pro virili parte promoueas. Aegrotos in publico nosocomio & uinctis in carcere identidem uis; hortaberisque ad caelestes iras per sacram confessionem apertendas, quandoquidem ii propter admissa piacula ferme plectuntur, & sunt qui Sacramentum Pœnitentiæ nunquam obierint. Adhæc, ubi res postulauerit, ages cum præsidibus utriusque loci, ut maiore cognoscantur singulorum causæ; ac simul, ut egentibus miserisque ad tolerandam vitam necessaria præbeantur. Tam, inter nauigandum, & posteaquam exscenderis, omni ope contendes, uti per idoneos certosque homines, Armuziani populi mores ac uiria domi forisque; genera pactionum & questuum; nec non in forenli re corruptelæ, factiones, caluniae, & alia id genus, quibus opprimitur ueritas; tibi quam notissima sint: quo ad ea postmodum curationes ac medicinam scienter accommodes. Hoc tibi ad rem ex animi sententia gerendam inuigilare uilius fuerit, quam librorum artenta peruolutario, minime tam alloqui omittere. Mihi quidem in omnes partes plurimum sepe illam notitia profuisse perspexi, in capienda autem Christiana re, delectumque negotiorum habendo; illud uitabis in primis, ne, quorum fructus ad unum uel ad paucos pertinet, anteponas iis, quæ plures uel etiam uniuersos attingunt: sed quo latius quidque, eo potius & antiquius tibi sit. Quos in Societatis nostræ disciplinam admiseris: eorum profectum caue ne acriter tentamentis explores, quam quæ pati, ut ægroti natura, sic tyronis imbecillitas possit. sed semper infra potius, quam supra vires probatio sit. alioquin exacerbantur multi, sensimque desperant; ac domitis ad extremum frangis, in auia & dirupta præcipientes abeunt. Atque hoc toto in genere prorsus uitanda censeo experimenta, quæ uel inani & absurda nouitate, uel etiã procaci quadam & cynica libertate, aut risum, spectantibus, aut stomachum mouent. Tū uero sectaberis quæ & in uulgus accepta sunt, & cum ratione pariter ac pietate consentiunt, cuiusmodi sunt quæ posui modo: carcerem & ualitudinaria frequenter inuisere: uinctis & decumbentibus, in utroque homine patienter ac sedulo ministrare: itemque, ad paupertatis uoluntariæ documentum, panes & uualulos emendicare

dicare palam: & alia id genus. Porrò ad regēdos & in virtute promouendos alumnos, illa res vna vel maximè proderit, comitate quadam eos & paternæ benevolentix significatione perlicere ad arcana pectoris sui planè tibi nudanda: sic prorsus, vti omnia cogitationum initia, quibus vel a deprauata natura vel à malo dæmone sollicitantur, extemplo ad te differre non dubitent. Hæc differendi & communicandi fiducia & consuetudo, mirum, in omnes partes quantopere conducat. siquidem occultæ hostium fraudes, & improbæ petitiones, in medium protractæ, vel ipsa luce protinus euanescent: vel, si vrgere persistierint, variis remediis opprimuntur. quibus in remediis expertæ virtutis illud est: vbi quempiam inani gloria, corporum illecebris, aliâve parû honesta cupiditate irritari cognoueris, huic præscribere spatium aduersus ea vitia meditando: tû, quæ excogitauerit, iubere vt ea populo per occasionem adhortationis impetiat. Hinc duplex percipietur fructus; tenacioris memoriæ, quod serè quæ cõmenti sumus, promendo & commemorando, alitius nostris animis insignuntur: salutaris verecundiæ; quod nos ea non exsequi pudeat, quæ ipsi aliis facienda præcepimus. In Sacramento pœnitentiæ, cû negotiatoribus præsertim amplis & opulentis, sunt quæ ante criminum cognitionem, in ipsa cognitione, & post cognitionem obserues. Ante cognitionem; curabis, vti reus idem & actor (nisi id mysterium frequēter obire consueuerit) biduum aut triduum sumat ad antea vitæ reputanda peccata, & simul memoriæ causa in scedulam ex ordine referenda: vt ne imparatus, & sine aliquo morsu doloris pudorisq; ad accusationē accedat. In ipsa vetò cognitione, si turpitudine flagitiorû, aut magnitudine scelerum, quod sepe fit, absterri hominem senseris, quominus ipse se prodatur; hilari facie, blandoq; sermone, quin etiâ, si opus fuerit, variis te quoq; morbis animi olim implicitum fuisse testâdo, vti singula probè fateatur, adduces. & cû alia diligenter inuestiganda & elicienda sunt; tû verò accuratissimè, quæ ad nefaria lucra, & res dolo malo partas aut retetas, pertinet. etenim, si quem scœnore contaminatum, aut peculatu, vel iniquis pactionibus, in vniuersum interroges, num aliena possideat; vt est procliuis ad sui tutelam, & sibimet libenter ignoscit, hominum natura, facile inficiabitur: si genus vitæ artisve quam facilius, si vsuras, & contrahendi, mercandi, vendendi formulas nominatim exquiras, & (si regius fortè præfectus curatorve ille sit) si de interuersa intercepta pecunia, de monopoliis per vim nefasque institutis, de quæ aliis, quæ magistratus contra uoluntatem Regis & ius cõmune plerumque sibi pro potestate &

imperio vindicant, singillatim percunctere; multorum haud dubie delictorum confessionem exprimes, quæ reus alioqui, vel per malitiam vel per incertiam silentio forsitan inuoluisset. A cōfessione, si noxius tibi dura & perfricta vitus erit fronte; comperentibus videlicet, eique certos interea locos ad commentandum assignabis, quorum consideratione, tamquam repetitis ictibus, è silice pectoris sui, pios gemitus & aliquas amoris diuini scintillas excutiat. Quod si fraudati quid forte restituendum, vel condonandæ iniuriæ, vel scorta relinquenda, vel eiusmodi quippiam expiandum sit; planè videbis, vt ante latam sententiam experieris, neu te largis cuiusquam pollicitationibus induci permittas: nam qui piaculis eiusmodi obstricti tenentur, ab sacerdote appellati, magis in promittendo interim faciles, quàm in præstando postmodum fideles, existunt. Vbi sine fallacia ab reo satisfactum esse didiceris, tum demum, æternis vinculis absolutum, temporario aliquo supplicio ritè iniuncto, dimittes. Si qua pecuniæ summa, seu propterea quod iusti domini copia nulla sit, seu etiam pietatis ac beneficentiæ studio, erit in pauperes conferenda; nequaquã ego tibi sim auctor, vt illius pecuniæ te sequestrum ac diribitorem exhibeas: sed eam tu (nisi si tibi secus interdum in te præsentem videbitur) ad Misericordiæ sodales extemplo rejicies; atque id multis grauibufque de causis, primum, quod tibi non æquè ac sodalibus nota est mendicorum & egentium turba: quorum, alii sæpè morbum, alii probitatem & sanctimoniam, alii etiam inopiam ipsam egregiè simulant. Ad hæc, si percrebuerit, humanis necessitatibus & egestati paratum in tua facilitate subsidium esse, tanti vndique petentium concursus ad te fient, vt ad Apostolicas functiones, quæ tibi primæ esse debent, otii nihil supersit. Non est potrò æquum, te, qui ad Euangelium prædicandum veneris, relicto verbo Dei, ministrare mentis. Postremò, si pecunias ipse tractare assueueris, metuendum est, ne famæ tuæ atque existimationi aliqua labe ab iniquis, & omnia peiorem in partem interpretantibus, adspargatur. Quæ cuncta incommoda effugeris, si hæc Christianæ caritatis & officii partes eidem Sodalitio delegaueris. Quotidiani vsus præcepta, ad æternam salutem præcipue necessaria, in B. Virginis & in Misericordiæ templo palam in tabella propones. Ad ea perlegenda, exscribenda, &, quod caput est, obseruanda, cum cæteros inuitabis; tum verò pœnæ loco, si res postulet, adiges in tempus certum, quorum ipse confessionem exceperis; vt inde perpetuam, si fieri possit, eius disciplinæ cōsuetudinem sponte retineat.

Singulis verò noctibus, voce ad commiserationem accōmodata, vicatim populo commendabis oppòrtuna deprecatione adiuvādas animas, quæque in hac vita peccato letali tenentur, quæque in altera purgatorio igne torquentur. statis per hebdomadam diebus operam conferes ad simultates civium dirimendas, restinguēda odia, forentes denique controuersias cōponendas, quippe quarum impentia magno civium damno sepe tortem exsuperant. Ergo tuis omni ope obuiam ibis: atque ipsos etiā, quorum interdum culpa lites aluntur, scribas ac leguleios, tibi aliquo pacto deuincire, & salutari quopiam remedio sanare conaberis. in concionibus autem, quo magis commune bonum id est, eo maiorem, ut dicebamus, industriam, & assiduitatem, & operam collocari, neque illas ad vulgi oblectationem plautumque, sed ad morum emendationem & vnus Dei gloriam omnino referri par est. Animorum quippe agitur salus: adhibenda vulneribus remedia; non prurientes aures curiosis quæstionibus & inani sermone scalpendæ, ac proinde accersita, fucata, dubia, obscura, cōtrouersa, ne in medium adduxeris. virtutis amorē, vitiorum odium excitare contendes: & ex iis quæ pro vniuerso mortalium genere Christus Dominus acerbissima pertulit, locum subinde aliquē inducendo, ad malè actę vitę detestationem, ad lacrymas, ad pœnitentiæ & Eucharistiæ Sacramenta populum vehementer impelles. Inter dicendum autem, vide ne quem eorum, præsertim qui cum imperio ac potestate sunt, aperte perstringas. Exulcerare plagas hoc quidem est, non curare. & qui longius in eo genere prouehuntur, efficiunt nihil, nisi ut magno labore, fructu nullo, gratias perdant, odia colligant. Privatę obiugationes in privato adhibendæ sunt, & quidem plurima humanitate conspersæ. opulentis verò ac potētibus viris, quod ferme delicatum & fastidiosum est genus, inter ipsam admonitionem subinde etiam te ad pedes abicies; vel, si res tulerit, caros dabis amplexus: planè ut perspiciant nō tristitia te vlla, vel seueritate, vel negotiorum appetentia, sed ex inia quadam benevolentia & caritate, ad officium reprehensionis adduci. Iam verò, de familiari conuictu, & quotidiana cum hominibus consuetudine, haud leuis est animaduersio; multatque & magnas ea res habet cautiones: quarum prima illa est: Ita utendum amicis, quasi non tu quidem illis, sed illi tibi olim infensi infestique futuri sint. sed si præsumptis animo; longè attētius omnia circumspicies, reticere ipse in officio continebis, neque in securitatem effusus, admittes quod aliquando tibi exprobrari aut objici possit. In vniuersum tamen, te cunctis mitem, iucundum, affabilem præbeas velim;

velim; vt ea comitate illecti (nam alioqui anceps & periculosa curatio est, quod item supra monuimus) omnes tibi pectorum suorum latebras ac recessus aperiant. Alter locus cautionis est, operam des vti studiosos recti, verosque discipulos, à fictis prauisque dignoscas; & conuenientem vtrisque facias medicinam. Nō enim deerunt plurimis obfiti vlceribus, qui, vel metu ne illa detegas, vel etiam captandæ ad cæteros commendationis causa, vltro sese tuâ in amicitiam ac familiaritatem insinuare non dubitent. ij, si te inter cætera ad prandium aut cœnam inuitent; i sanè; ac tu vicissim illos ad Sacramentum Confessionis inuita: curaque, vti prorsus intelligant, fixum esse tibi certumque, eos omni ratione ad Christianam seueritatem, ac disciplinam, à laxiore vita deliciisque traducere. sic fiet, vti vel in posterum te frustra interpellate desistant; vel (quod optandum est magis) ad meliorem frugem, te duce ac magistro, tandem aliquando perueniant. A donis muneribusque (frivola quædam excipio; quæ si recuses, largitor vtique Lustranus contemni se putat) omnino abstinebis, vulgati prouerbij memor, Captum esse, qui ceperit. Ioannes tibi Rex omnia ad victum cultumque necessaria detulit; eius vtere benignitate, atque id ipsum modicè, vel etiam intra modum; vt votiua paupertatis religiosa professio constet. Si multis è partibus ad te cibaria cocta seu cruda mittentur; ea tu ad carcerem vel ad valetudinarium publicè deportanda curabis, atque hoc pacto, in tractandis hominum ingeniis tua tibi ratio longè solutior & expeditior fuerit. Quos ad vitia proiectos & in peccandi libidine perperam obstinatos offenderis; gehennæ quidem illos & futuri terrore iudicij maximè commoueri oportebit. sed quoniam hæc nimium abesse longè stulti homines putant, multi etiam propter fidei imbecillitatem, sint ne omnino vlla, turpiter ambigunt; at tu, motbos, ærumnas, calamitates, exsilia, vincula, cædes, orbitates, naufragia, bonorum proseriptiones direptionesque, & alia malorum genera sexcenta percurres, quibus iu hac etiam vita impios ac prauos tenaces homines afficit Deus: eaque denuntiatione perditos & insanos ab amentia reuocare conaberis. Si cum irato, & flagtante cpniditate vindictæ, tes tibi fuerit; blanda primum oratione, quasi aliud agens, mulcebis hominem: dein, capto circuitu, sensim ad causam accedes, vt quam ille queratur iniuriam eleues verbis, & multo minorem opinione fuisse demonstras: aut etiam diuino permissu telatam, quodd iniuriosum ille quoque se quondam in alios fortasse præbuerit. ad hæc & alia id genus dicta, si te auersabitur, cedes tempori scilicet: si dede-

rit sese, preme paulatim actiùs, & identidem instabis, quoad se-
data perturbatione reliquam abs te medicinam libeter accipiat,
eadem ferme obseruatione, ad leniendum dolorem, mœroremq;
& cæteras animorum ægritudines, vti licebit. Atque hæc cum iis
qui Christiani censentur. Conuertendis autem ad Christum Iu-
dæis, ethnicisque, suum item spatium ac laborem imperties: quã
ad rem, ne longior sim, non pauca ex iis quæ supra posuimus
transferti commodè poterunt. Verùm de his hæcenus. redeo ad
prima. Tu fac in aliorum curationem ita, mi Gaspar, incum-
bas, vt interea tuæ ipsius perfectioni ac saluti quàm diligentissi-
mè consulas. Vale.

EIVSDEM AD SOCIOS GOAM.



APONEM Deo adspirante attigimus Augusto mē-
se, die Assumptioni Mariæ Virginis sacro, cùm fe-
sto ipso Diui Ioannis Baptistæ die natali Malaca
sub vesperam soluissemus. Nauiculario vsi sumus
ethnico, mercatore Sina, qui suam in id operam
Præfecto Malacæ detulerat. ac primò sanè feliciter nauigau-
imus: sed mox (vt sunt barbarorum ingenia ad leuitatem atque ad
inconstantiam prona) profectiois mutare consilium nauicula-
rius cepit, & in occurrentibus passim insulis tempus frustra con-
terere. Nobis autem in eo itinere cùm alia multa, tum illa duo
præcipuè molestissima contigerunt: alterum, quòd oblata dini-
nitus tempestate nauæ per nequitiam abuterentur; qua elapsa,
ad oram Sinarum appellere, ibique totam hyemem, cursum ex-
spectantes, ponere cogebamur: alterum, quòd in eadem naui si-
mulacrum vehebatur dæmonis; cui nauæ, quanquam inuitis no-
bis & inspectantibus, patrio ritu sacrificabant. ab eodem etiam
per sortes de ipsa nauigatione petebant responsa; quæ (vt aiebant,
credebantque barbari) modò læta, modò tristia reddebantur.
Centum à Malaca leucas, Sinas versus prouecti, quandam ad in-
sulam sterimus: ibique aduersus maris illius sequitiam naualibus
instrumentis aliisque materia comparata, post multas cæremo-
nias & sacrificia quælitum est ab idolo, prosperam deinceps for-
tunam esse habituri, necne. cùm valde prosperam respõdisset,
proinde, ne moraremur diutius, sustulimus anchoras, velaque
gratulabundi fecimus omnes: illi, simulacro quod in puppi loca-
tum candelarum luminibus odoramentisque ex inecusso ligno
quodam Aquilano venerabantur: nos conditore cæli terræq; Deo
& eius

& eius filio Domino IESV CHRISTO confisi, cultum religionemque amplificandi studio in ea loca deferebamur. Cùm iam essemus in cursu, placuit nautis ab dæmone percontari, vtrum nauis, qua vehebamur, Malaeam esset ex Iapone reditura. cùm in Iaponem quidem peruenturam omnino sortilegi retulissent, verùm ex Iapone Malaeam minimè reuersuram; tum verò institutæ nauigationis penitere barbaros cepit, satiusque iis videri apud Sinas hyemare, & Iaponicam profectiouem in alterũ annum differre. Noster autè quis animus, quis tum esset dolor, cogitare vobiscum potestis ipsi, cùm de tota itineris nostri ratione consuleretur dæmò. Mox in oram terræ, quam Cocincinam vocant, delati; duo, vno eodemq; die, (qui fuit Diuæ Mariæ Magdaleneæ sacra) vespere, sanè quàm aduersa pertulimus. Etenim exasperato vehemènius mari, ingentesq; volente iam fluctus, eum iactis anchoris agitarerunt in salo, apertum in ostium sentinæ vnus è comitibus nostris Emmanuel Sina sortè præteriens decidit. mortuum credidimus: nam & altè ceciderat, & à capite penè ad vmbilicem obrutus aliquantisper in aqua iacuerat. verumtamen extractus magno cù labore exanimis grauiterque caput sauciatus, adhibita curatione, paucis diebus Deo fauente conualuit. Nòdum huius planè curatum erat vulnus: ecce tibi eodem serme casu, eademque nauis iactatione, filia nauarchi in mare delabitur, & in omnium oculis, frustra conantiũ opitulari, submergitur. Cuius intetitum tãti sunt eiulatus ac lacrymæ consequutæ: tanto præterea, quotquot in nauis eram, vitæ in discrimine versabamur; vt admodum digna miseratione res esset. Barbari ad propitiandum per sacrificia dæmonem versi, nulla capta quiete, diem noctemque totam mactandis idolo auib; serculisque apponendis operam dederunt, per sortes etiam quæ si re causam infortunii. Responsum est: si is qui prius in sentinam ceciderat Emmanuel fato functus fuisset, puellã in mare non fuisse lapsuram. Cernitis ipsi profectò, quantum nobis eo responso dæmò ab suis ministris crearetur periculum: & nobis quid futurum fuerit, nisi futentis rabiem Dominus compressisset. sed me tamen in primis graues illæ in Deum iniuriæ & barbarorum facta illa sacrilega permouebãt. itaque susus in preces Deum rogauì sæpius, vt, priusquã fluctibus operiremur, homines, ab se ad ipsius imaginem ac similitudinem conditos, tam falsis opinionũ erroribus impiisque superstitionibus liberaret. tetrum quippe spectaculum, & indignum est facinus, Deo vice ab hominibus, ad vnus Dei laudè factis, adorari perpetuũ ipsi humani generis inimicũ. Cuius de minis atq; terroribus, quibus ille mortales, nactus

occasionem, aggreditur, quòd multa mihi eo die nocteque Dei beneficio contigit experiri, quamquã ea sanè cognitu vtilia sunt, tamen breuitatis causa cætera prætermittam; vnum illud summam attingam: huiusmodi ipsius petitiones eludi nulla ratione facilius, quam animi magnitudine quadam ac securitate præstanta, non illa quidem, quæ propriis viribus, sed quæ vnius Dei tutela præsidioque nitatur. venisse tempus vlciscendi sui, crebrò mihi ponebat ob oculos. sed magis tali in re ac tempore nobis timendum est, ne fixam in Deo fiduciam, quæ debet esse firmissima, remittamus, quam ne ab hoste (qui nihil valet nisi Domino permittente) vincamur. Porrò, quid nobis in extremo spiritu futurum est, fratres, cum debilitatis corporis animique viribus grauiori quam vnquam antea tentatione vexabimur; nisi per otium prius spem totam in Deo reponere, atque ad eum tempestiuè cõfugere didicerimus?

Ad navigationem reuertor. Incita paulum tempestate, vela ventis incærentes dedimus, paucisque diebus in portum Sinarũ, quem Cantonium vocant, peruenimus. Ac nauis quidem non dubium fuit, quin hyemandum esset ibidem; quamuis nos partim rogando, partim etiam eam iniuriam cum Lusitanis & cum præfecto Malacæ exostulatueros minando, frustra eos reuocare à proposito niteremur. Sed nescio quomodo factum est, vt stationis mutandæ petendique portus Cincei (qui in eadem est ora) subito consilium caperent. Eò cum iam appropinquaremus; nauarchus à quibusdam præternaugantibus repente sit certior, Cinceum portum à piratis compluribus obsideri. Præsens omnino periculum imminerebat: eratque ventus Cantonem reuertenti aduersus; Iaponem petenti, secundus. quocirca subita re pereulsi nauis, volentes, nolentes, cursum in Iaponem dirigere, & nos quòd polliciti fuerant (& quidem reliquis portibus insulæ exclusi) rectà Cangoximam, quæ Pauli nostri patria est, inuito dæmone perducere sunt coacti. ibi, cum a Pauli cognatis, tum à reliquis oppidanis amicissimè excepti, dies ipsos quadraginta in addiscendis Iaponicæ linguæ elementis haud exiguo cum labore posuimus. itaque Decalogi præcepta, Deo fauente, promulgare sumus aggressi, quæ Paulus noster, & cætera Christianæ fidei capita, patrium in sermonem accuratè conuertit: ac nos quamprimum typis mandare decreuimus, quo Christi noticia facilius latiusque fundatur. Idem cognatos amicosque homo impiger dies ac noctes ad salutem hortari ac docere non destitit: breuique uxorem, & filiam, multos præterea vtriusque sexus in ouile Domini cõpulit. Nec sanè

(quod

quod cernimus adhuc) eorum consilium improbatum in vulgus: & quia plerique norunt litteras, perfacile Christianis precationibus assuescent. Die quæ fuit Archangelo Michaeli sacer, cum Rege Saxumano collocuti sumus: qui nos perhonorificè acceptos, ut Christianæ legis volumina diligenter adseruarem admonuit. paucis deinde post diebus edixit licere omnibus, qui sub eius imperio sunt, fieri Christianos. Hæc nobis iuitia sese dant: læta utique, veruntamen admodum ineerto successu. Magna quippe multitudo eorum est, qui nefaria huius terræ sacra procurant. Cum ipsorum placitis atque commentis, quod Christiana tantopere pugnat veritas, valde suspicamur fore, ut licet in præsentia nobis fauere videantur, tamen cum res paulatim progredi cœperit, nostram in perniciem tum sæuiant ipsi, tum verò populum concitent, alioqui per se minimè nobis infestum. Fixum autem ac certum est nobis, sicuti ab omni priorsus contumelia & iurgiis abstinere, ita ab gentibus ad cognitionem conditoris liberatorisque nostri Iesu Christi vocandis nulla ratione desistere. Quod si euenierit, ut in causa tam honesta, tamque pio ac saluari negotio, vitam ponamus; ne nos id in magni beneficii loco accipimus à Domino, cuius præceptis, animarum salutem, corporis nostri iactura, mercari iubemur. Utinam modò nos mentis candorem & simplicitatem, quæ sancti Spiritus gratissima sedes est, cum fide præstemus. quam tamen ad rem multum nos loci opportunitas adiuuabit. Etenim remotis adeò in regionibus, inter impios dæmonum cultores ab amicorum conspectu longissimè positi, omnique pænè mortalium ope ac solatio destituti; nimirum nostri met paulatim obliuiscimur, nosque in Deum totos necessariò effundimus. quod secus, ubi Christiana viget religio, fieri consuevit. parentum quippe vel patriæ caritas, affinitates, necessitudines, amicitia, ad omnes corporis animique vsus parata subsidia, Deum inter & homines interponunt ferè sese; atque inde sensim ipsius Dei subrepat obliuio. quocirca eximiam in nos, hoc etiam nomine, Dei benignitatem experimur: qui cum, hac suscipienda peregrinatione, aliquod præstare nos illi putaremus obsequium; ipsi nos potius singulari eiusdem beneficio affectos, multisque vinculis solutos agnosceimus, quæ spè in Deo nostram & cogitationem cœlestis patriæ distinebant. Ad hæc illud quoque non leue commodum accedit, quod deliciis iis, quæ alibi carnis stimulos irritare, mentisque & corporis vires solent infringere; hinc caremus omnino. Etenim Iaponii nullum altile mactant vel comedunt, pisce vescuntur interdum, oryza & tritico non abundant: herbis ac

omnis ut plurimum victitant. & quidem ita prospera valetudine ad multam usque senectutem vtuntur, ut facile appareat, quam paucis sit eadem, quæ alioquin est insatiabilis, natura nostra contenta.

Vos item, carissimi fratres, (quoniam tanta vobis provincia patet) vigilate animis; vestramque industriam ac pietatem in theatro cælesti probare contendite, id assequemini, si Christianam humilitatem & sensibus intimis colueritis, & moribus expresseritis ac vita: quod ad existimationem auctoritatemque attinet, totum id Domino permittentes, qui vobis eam ipse per se conciliabit profectò: quod si facere omiserit; vestra causa videlicet, ne, quæ Dei sunt, vobismet arrogetis, omiserit. Illud verò vos ego etiam atque etiam obtestor, ut veram inter vos pacem atque concordiam omni ratione retineatis: summaque ope nitamini, ut ne qua in vobis semina dissensionis existant: præclaros illos vestros conatus ac studia patiendi pro Christo consecratis interim ad omnem discordiæ spiritum debellandum, memores affirmasse Christum, ea re suos cognitum iri, si se diligenter inuicem. Gratiam suam Dominus Deus noster ac voluntatem animis nostris insinuet, quo ex ea quam maximè cuncta faciamus. Cangoxima, Nonis Nouembris, MDXLIX.

PAULI IAPONII AD SOCIETATEM

IESV IN INDIAM.



Quod mihi maximè fuit optatum, ut in Iaponem redire, matrem meam, & uxorem, ac filiam, cognatos præterea ac familiares meos ab impio dæmonum cultu ad Christi religionem traducere mihi liceret; id iam Dei Domini nostri clementia singulari sum consequutus. Nunc autem alia me coquit cura, ut illi, quemadmodum ad Christum conuersi sunt, sic in fide, quam ei dederunt, firmi stabileque persistant. quod ego cum à Domino precor identidem; tum vos, per Christum, ut in precibus vestris ac sacrificiis mei meorumque memores sitis, obtestor: quandoquidem ad salutem (nisi principiis consentiant exitus) expisse nil prodest. Iaponii me sanè quam libenter audiunt de Iesu Christo verba facientem. itaque multos, fauente Deo, Christianos fore confido. Nos hinc omnes corpore (utinam æquè spiritu) bene valemus. & quamquam à vobis locorum interuallo disiuncti sumus; tamen & animis in præsentia cõiuncti videmur, erimus aliquando corporibus: videlicet cum ad extremum iudicium excitabimur, utinam cum Domino regnaturi. Cangoxima, Nonis Nouembris, MDXLIX.



OST tuum ex hac vrbe discessum, inflati animis domum ad nos conuenere Iaponii, vt variis nos interrogationibus fatigaret: videlicet rati, qui ipsotum argumenta refelleret, absente te, fore neminem. Sed Cosmus Turrianus, Deo fauente, spiritus eorum repressit: etenim interpretate me ad singulas

questiones ita respondit, vt satisfaceret: quas ego Iaponice quoniam ipsius mandato litteris consignauim, deesse nolui quo minus ex iis aliquas ad te perferretur.

Quaeritum est, ex qua materia Deus animu condidisset. na corpus quide e quattuor constate elementis non ignorabatur. Respondimus ad hoc; quomodo Deo, vt elementa, Solem, ac Lunam, & reliquum mundi fabricaretur ornatum, non opus fuit priore materia: sed vt existetent, ipso nutu verboque fecit; sic animos etiam ab eo creati sola ipsius voluntate, materia nulla. Tu illi percontari: qui color animi, quam esset species. Nullam respondimus, etenim hoc proprium esse elementorum & corporum. Cum inde efficeretur, quoniam corpus non haberet, nihil esse animum; Cosmus vt eos verbis ipsorum conuinceret. interrogauit num esset aether in mundo: cum annuissent, quaesuit denuo, esset ne coloratus aether: negant. Tum ille: si aether, cum res corporea sit, nullo est colore; quanto minus (inquit) animus, cum careat corpore? Hoc auditu, cessare.

Quaerite alii, daemones quidnam essent. cum responderetur esse multitudinem Angelorum duce Lucifero, qui elati superbia, quod Deo sese aequiparare voluerant, caelesti gloria sunt diuinoque aspectu priuati; cui, aiunt, homines terat diabolus; estque eis adeo vehementer infestus: quod eos, inquit Cosmus, ad beatitudinem illam, quam ipse amisit, conditos nouit: propterea eis inuidet, laboratque vt in fraudem inducantur.

Interrogauere nonnulli, cur, si erant cuncta quae Deus fecerat: bona, Luciferum spiritum malum & contumacem creasset? Ad ea, Luciferum, inquit, quique sunt eius sectam sequuti, condidit Deus & clara intelligentia praeditos ad bonum dignoscendum ac malum, & libera voluntate ad utrumlibet eligendum: vt eos, si bonum exoptassent, gloria, si malum, inferni cruciatus exciperent. qua facultate quod Lucifer ac reliqui daemones abusi, pro Deo aedotari concupiuerunt; idcirco poenitentiam dedere, & sua ipsorum culpa mali ac superbi euasere; quod secus bonis contigit Angelis, qui semet subdentes Deo, meruere gloriam sempiternam. Peccabantur.

bantur alii, quid esset Deus, ubi esset, num aspici posset: alii, cur Deus, cum sit aded clemens, aditum gloriæ tantis difficultatibus circumsepsit. denique tantus erat a matutino tempore vsque ad vesperam hæc & alia sciscitantium numerus, domus ut oppleretur. sed Cosmus (vt dixi) fecit omnibus satis. Bonzii nos, quod eorum scelera coarguimus, maledictis insectari non desinunt. Confinxere quidam ex iis, diabolus è simulacro pronuntiasse, nos ipsius esse discipulos: eundem nostra de causa è cælo, multis inspectantibus, regiam fulmine perculisse: quidam etiam humanæ carnis voracitatem nobis exprobrant. Ad hæc, illa quoque incommoda vel Dei potiùs beneficia accepimus: Commotum est in oppido bellum, quod regis obitu deinde sedatum est, aded exitiosum & graue; vt vrbs octo dierum spatio conflagraret incendiis, & sanguine redùdaret; quippe sublatis legibus, impunè victrix vbique grassabatur improbitas: passim homicidia, passim rapinæ. atque eo sanè toto tempore nos ad eadē inquirebamur assiduè, partim ab iis, qui nos oderant, partim ab iis, qui nostras qualescunque sarcinulas admauerant: itaque magno in discrimine vitæ sæpe versati sumus: verùm ex omnibus periculis eripuit nos clementissima Domini mater, quæ cliètes aded præcipua cura tuetur suos. Cùm enim status rerum esset huiusmodi; Cosmus Antonium misit ad Naëtondoni vxorem, vt ab ea consilium peteret: illa iussit nobis renuntiari, cõfestim veniremus ad se. porrò inter eundem cõplures in cateruas armorum incidimus: ii inter se, per eorum ordines trãseùtibz nobis, quin, aiunt, è medio tollimus hosce de Cengecu, (sic enim Europæos appellant) quandoquidē ipsorum culpa, lignea vel lapidea simulacra neque aliis neque sibi salutem dare posse negantii, Dii indignati, excitata discordia, tantam huic populo cladem intulere: hæc autem dicebãt illi, propterea quòd eo bello cænobia multa cum simulacris ignis absumperat: imminuta magnopere idolorum & præstigiatorum auctoritate, vel ob id ipsum, quòd Regi in primis, vt nosti, superstitioso nihil eam superstitionem profuisse constiterat. Ex eo discrimine elapsi, Naëtondoni domum peruenimus, cuius vxor, dato puero qui proficeretur, nos ad Bonziorum cænobium, quos ea suis alebat sumptibus, amandauit: illi verò grauer nobis offensi, respuere: dæmonas dicere, nec locum excipiendo ram improbo hominum generi sibi superesse. Cur nos Deus, qui habitat in cælo, cuius legem exponeremus, ex iis periculis non in cælum eriperet? Tamen ad extremum siue Dominæ metz, siue famuli precibus adducti, phani particulam nobis ad hospitium assignarunt, ibi toto biduo commoratos mulier nos domum suam

suam rursum accersit, & in posticis ædium partibus ambulatiu-
lam quandam nobis ad diuersandum attribuit. hinc nos quot peri-
culis, quot laboribus perfuncti fuerimus, ne longior sim, in præ-
sentia lileo. Sanctis sacrificiis & precationibus tuis nos admodum
commendamus, & patrum fratrumque carissimorum: quos ego ad
hanc gentem salutaribus erudiendam præceptis, & veram in agni-
tionem Dei conditorisque sui trahendam, propediem venturos
esse confido. Amangutio, 13. Calend. Nouembris. MDLI.

EDVARDI SYLVII AD SOCIETATEM

IESV GOAM.



Mangutianas res primùm, deinde verò Bungenes
ad Diuinæ maiestatis gloriam hæc epistola perse-
quar. Postquam à nobis Perrus Aleæcua discessit
in Indiam, (discessit autè Octobri mense, anno Do-
mini MDLIII.) Amāguriū veni eum Cosmo Tur-
riano. ibi ex familia Regia multi insignes ac nobiles
& cum eorum singulis alii xv. ferme vel xx. Christiani sunt facti.
ad eum numerum accesserunt Meacenses Bonzii duo, quorum alter,
earum legum in primis peritus, multa perconratus à Cosmo, totā
illi suam vicissim de mundi opifice deque hominis anima senten-
tiam patefecerat, cuius erat summa, nullum esse planè verū om-
nium conditorem. Veruntamen ipsemer conditor suam illi grā-
tiam impertiri dignatus est, ut quanto versareretur in errore, & quā
essent vera, quæ à Cosmo dicebantur, liquidò cerneret. itaque Do-
minum Deum nostrum ex animo colere statim decreuit, id quo
melius faceret, omnibus rebus, quibus ad eam diem utebatur, ab-
iectis, exiguum sibi rectum, aliqua ex parte à nobis adiutus, cum
socio suo Barnaba exstruxit. ibi morantur ambo, & victum sibi-
met suis manibus operantes quærunr: nihil è domo nostra, nihil
aliunde gratis accipiunt: vnam acquirendæ virtutis rationem sei-
scitantur à nobis, in qua, ceu nouellæ plantæ, aded felieiter ete-
scunt, ut mei me sanè ex eorum comparatione pœniteat. Eodem
tempore Iaponius alius quidam ad Deū conuersus est, magna hu-
manitate vir, acuroque iudicio, annos natus plus quinquaginta: &
quamuis, antequam constituit Christiana sacra suscipere, diaboli
tentationibus aded vexatus est, ut in morbum ineiderit, postea ta-
men quā Deo sese commisit, manna absconditum affarim hausit,
& nunc de pristina sua impietate, deque excellentiā diuinæ legis
loqui non desinit. Is nouo nomine Paulus appellatur: & quod ma-
gna prudētia & ingenio præditus est, & nihil vnquam adorauit in
vita, (nam Iaponiorum superstitionem iuane semper nescio quid

judicauit) suo exemplo multos ad religionem impulit Christi: et ille haud sanè sictè dar operam, siue transferendis in patriam linguam scriptis quibusdam, (qua in re valet plurimum, & stylus eius valde probatur) siue aliis mortalibus omni ratione ad veritatis vi-
trahendis: praesertim verò confirmandis ac retinendis in fide neophytis, quos antea tam vehementer insectabatur. Vxor eius & filii sunt iam Christiani, cum ipsius fratre non minùs ingenioso & ornato, aliis praeterea ipsius affinibus & amicis.

Septuagesimum vel octogesimum alius circiter annum agens vir nobilis ac dynasta, superstitionem suam cum Christiana religione commutauit: idolorum ante id tempus cultor egregius quippe cui, simulacris humi de more statuendis venerandi causa praesiduitate laboris occalluerant manus. nunc verò tanta e-
lux veritatis oborta est, vt de laboribus ab se frustra susceptis, de qua sua coecitate verba facere nunquam desistat. is idolorum locum templum aedificare decreuit, quò Christiani ad sermones inter se de cultu diuino serèdos augendae pietatis causa coeueniant: & vniuersis, qui sub imperio suo sunt, omni conatu persuadere constituit, vt ad Baptismum accedant: quo lustratus est eius quoque filius annos natus triginta, qui domum nostram Christianae doctrinae & factorum causa venisset. Tria passuum millia distat ab vrbe Amangutio vicus quidam; ibi ad quinquaginta vel sexaginta neophytos, rusticos operarios omnes, tantum rerum diuinarum studium ceperat, vt, litterarum proorsus ignari, litteratos homines populares suos argumentando conuincerent. Quin etiam eius loci Bonzius ipse, cum illos saepe sermone atque altercatione laceraret, turpiter ab iisdem superatus ac victus, existimationi suae depique migrando consuluit. eius discessu neophyti valde leuati sunt. Iidem pariter vniuersi certum in locum saepe se coferunt, vbi de cultu diuino differitur; admonetque inuicem sese, & ad fidem & religionem hortantur. Verum de statu rei Amangutianae plura cognoscetis ex epistola Cosmi Tatriani, quam misit in Bungum; ex qua ego haec quae sequuntur excerpti. Ex hisce pauperibus multi facti iam sunt, fiuntque semper aliqui Christiani. iidem preces tenent, easque ad ianuam ferè quotidie recitant: tum singulis caxa (quod monetae genus est) in eleemosynam datur: quare illi admodum leti, & Domino gratias agentes, domum sese recipiunt. iidem, Dominicis diebus, cum in ordinem discubere, qui Christiani ad sacrificium veniunt, aliquid iis praebent eleemosynae causa: iraque & illi beneficio gaudent, & Christiani rei totius dispositione atque ordine delectantur, & omnes in vniuersum Domino gratias agunt; cuius sibi nu-
nere,

nete, antea actæ ipsorum vitæ fœditas patuit. Paulus & Barnabas ce Meacensēs Bonzii duo mirabiliter in fide proficiunt. Faxit Do- ce minus, vt ad finem vsque perseuerent. Die qui fuit DD. Cosmo & ce Damiano sacer, vespere mortuus est Ambrosius Eunadus Faisu- ce mius, Regis œconomus. eius funeti mecum interfuere plus ducē ce ti sexus vtriusque neophyti, signum Crucifixi vnus è neophytis ce præferebat; & quoniam demortui domus à nostra plurimum abe- ce tat, pompa mediā per urbem necessariò ducta est. Efferebatur ce autem corpus admodum excelso feretro, tantaque funalium mul- ce titudine, vt ipsam diei lucem representarent; ac terræ quanto li- ce cuit apparatu cæroniisq; mandatū est. Commouit ea res a- ce liquantum ad impias sectas delerendas cognatos ipsius, & mā- ce jotem ciuitatis partem: quas quidem sectas planè relinquerent, ce si diuinæ legis interpretum hic foret copia. Vxor autem eius cō- ce tinuè pauperibus fecit benignè: nam & ipso quadriduo præbuit ce ipsis epulum, & è domestica supellectili multa distribuit: in iise ce etiam vestem sericeam, ex qua conficietur pecunia ad ædificandam ce illis domum in area, quam idcirco nobis neophytus quidam at- ce tribuit. Hoc eius rectè factum, cæteraque neophytorum erga ce inopes beneficia, quibus bis tēre cibaria singulis mensibus ce largiuntur, compenset Dominus: quem vos rogate fratres mi- ce hi carissimi, vt hæc ab illis fiunt, nullam ob aliam causam, ni- ce si vt eidem placeant: & simul in officio me sua benignitate ce confirmet.

Domus ea, cuius meminit Cosmus, perfecta iam est. Absolutum ce est opus v. Kalend. Iulii, & diebus aliquot ibidem sacrificatū, ser- ce monēsque de ipsius fundatione sunt habiti. Hactenus de rebus A- ce mangutianis. Nunc ad Bungeuses venio. Anno MDLIII. nostri la- ce pidationibus ibi malè accepti sunt, confidēs in eos criminibus, ce quoddam carne vescerentur humana: sed rex, causa cognita, rem to- ce tam breui compressit, dispositis custodiæ causa, circa domum no- ce stram interdium noctuque vigiliis, atque ea sanè præclara fuit ne- ce phytotum probatio: quippe nos quo maioribus cinctos videbant ce angustiis, eo maiorem ipsi firmitudinem animi constantiamque ce præ se ferebant. Eo tēpore multæ ad neophytos conciones, multæ ce cōtra Bonzios disputationes habitæ sunt: qui victi, cum quid age- ce rent non haberent, insigni mendacio populum onerarūt, nulla re ce scilicet Christiana à Iaponicæ religione differre. Res erat sanè pe- ce riculosa itaque nostri, diuinæ gloriæ zelo inflammati, nil aliud ce p̄r eos dies docere populum institerunt, nisi hæc duæ religiones ce quantopere inter sese differēt: legē quippe Iaponicam fabulato- ce

mendacii, Christianam vero planè certissimis niti principiis. Atque ob id ipsum Balthasar Gagus librū Iaponico sermone cōscripsit, ac dedit Regi, quem Rex coram se suisque consiliariis recitatū ac vehementer probatum suo signo obsignauit, atque ad Balthasarem remisit, iubens ei renuntiari, se libri eius exēplum descriptum habere apud se: proinde exemplar, obsignatum ut erat, ostenderet magistratibus, ut eos, perspecta Christiana veritate & doctrina, bene uolos & amicos haberet. Ex eo tempore adhuc in pace fuimus. Bonzii in Dominum credidēre complures, in iis quidam legis peritus ex eorum ordine, qui commentationibus vacant, noster antea vehemens aduersarius; huic ita deinde clarum veritatis lumen affulsit, ut in exquirendo Christiani hominis officio nunquam defatigaretur. Tanta verò tranquillitate fruitur animi, atque ita Dei beneficia ipsius hærent infixæ memoriæ; ut pro iis, à quibus Christiana mysteria didicit, & à quibus huc missus est, denique pro cūctis Euāgelii præconibus, preces ad Dominum assiduè fundat. Anselmus est quidam Dominus uici nō longè ab vrbe positi, is, ut uxorem ad cultum Dei traduceret, anno superiore venit ad nos, & Balthasarem domum suam adduxit; qui feminam, & domesticos omnes, aliosque complures necessaria ad religionem rudimenta edocuit, & eouertit ad Dominum. Horum exemplo tantus in reliquis eius uici incolis motus animorum est factus, ut omnes ferè Christiana iam sacra susceperint. Vicus est alius, decem leucas ab vrbe: illuc item anno superiore lucri causa se contulit neophytus operarius quidam, Antonius nomine: ibique reperit hominem, qui ab dæmone septem iam diebus ita præfocabatur, ut nihil neque esculentum neque poculentum per fauces posset demittere. Hunc miseratus Anronius, & simul recordatus latronis eius, cui culpam suppliciter agnoscenti Dominus noster IESVS CHRISTVS ignouerat, aquam in vas infundit, expiatque manu sua per signum Crucis. deinde hortatur ægotum, ut peccatorum suorum agat pœnitentiam, & credat in eum, à quo & conditus fuerit, & salutem possit accipere. Annuit ægotus, & continuò porrectum sibi poculum aquæ totum penitus hausit, appositumque otyzæ paulum, sine labore comedit. Quæ res ægorum ita permouit, ut cum primum per corporis vires liceret, ad nos conferre sese Christianæ religionis suscipiendæ causa decerneret: itaque fecit, omnem superstitionē abiecit, Christianos ritus ac preces edidicit, paucisque post diebus est mortuus. Alium etiam conuertit ibidem Antonius, claro admodum genere natum, Lucas nouo iam nomine dicitur. Is cum Baptismi causa ad nos venisset, postea quàm ablu-

tus est,

tus est, Balthasarem domum suam cum Ioanne Ferdinando Antonioque perduxit. ibi dies aliquot instituendis baptizandisque ita multis vacarunt, vt ex vna tantum Lucæ familia, sexaginta capita (in his vxorem Lucæ, duosque filios virili ætate) cœlesti lauacro purgauerint. Quorum tanta constantia, tantum animi robur apparuit; vt suo exemplo aliis ad fidem trahendis numerum deinde trecentorum impleuerint. Annus circiter agitur, cum quidam oculorum acie sanè debili baptizatus est, is, Dei benignitate factum est, vt vnà cum animi lumine oculorum quoque lumen reciperet: etenim continuè clarè cepit videre: cuius rei fama cum latius manasset; Iaponiorum ad nos concursus hinc inde statim est factus, partim cœcorum, partim vario morborum genere, vt lepra, feбри, aliisque huiusmodi laborantium, in quibus Dominus, pro sua sapientia, cœlestis numinis vim sæpe declarat. Quod vt facilius cognoscatis, nonnulla referam, quæ in hoc genere contrigerunt; in popularibus neophyti illius, quem ex oculorum debilitate repente conualuisse docuimus; iam inde ab ipso abauo quidam hæreditario veluti iure, & quasi per manus acceperat, vt à dæmone torqueretur; atque is, impetrandæ salutis causa, in victimas & impia sacrificia patrimonium pænè consumpserat. Verùm dæmones idolis inhabitantes, quo maiores sibi honores haberi cernebāt, eo vexabant hominem grauius; nec illius tantummodo cruciatu cōtenti, arreptum ipsius quoque filium annos natum triginta adedè malè accepere, vt multos dies nihil omnino gustaret, nec iam patrem vel affines agnosceret. Balthasar vbi id rescivit, contulit eò sese, cumque filium in ipsis tormentis offendisset, iussit eum diui Michaëlis nomen pronuntiare. paruit ille, & in ipsa pronuntiationis clausula tam vehementer intremuit, tanta eum gesticulatione motuque membrorum, vt qui astabant, rei miraculo perhorrescerent. Verùm diuinæ placitum est bonitati, vt simulatque super eum Balthasar sacra illa effatus est verba: In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, à nequissimo spiritu liberatus, continuè & cibum & vsum mentis rationisque receperit. Deinde verò vnà cum patre Christiana rudimenta edoctus, & vterque sacro fonte lustratus est; ac filius quidem, Michaëlis; pater autem, Pauli nomen assumpsit. Paucis post diebus, eiusdem Pauli filia, soror Michaëlis, ad tēplum nostrum accessit, quæ item triginta iam annis malè a dæmone habebatur. Ea cum velle se Christianam esse dixisset, vehementi pariter ipsa timore corripitur. Tum Balthasar ad Exorcismos confugit, cepitque mulieri suadere, vt nomen IESV nec non D. Michaëlis pronuntiaret. illa verò discrutata grauissimè, ore compresso,

voce veluti in eantum soluta, respondit, si, Xacæ & Antidæ, qui legem dedere Iaponiis, idola repudiarentur, neminem adorandum esse prætetea: neque verò se cuiuspiam vi ab eorum cultu posse abduci. postidie (qui dies fuit Beatissimæ VIRGINI SACER) templo Christianis referto, cum mulier quoque adesset; Balthasat sacro peracto ad exorcismum rediit. Hic dæmon versum ejulare, injuriam conqueti, feminamque totquete. Cum in eo statu res esset, Christiani, qui aderant, in preces dedere sese, nec ita multo spiritus ille nequam erupit, mulier autem valde leuata est, atque integra protus mente, potum petiit, portectamque sibi aquam lustralem seu benedictam ebibit. Tum iussa dicere IESVS, MARIA, tam suauiter pronuntiauit, vt vox Angeli videtur. Ex eo tempore nunquam deinceps à dæmone vexata est, iamque Christiana sacra suscepit. Qui ægroti huc deuenète, ex iis ad trecentos iam Christiani cernuntur. quorum sermone inter se, de beneficiis à Domino post Baptismum acceptis, operæpretium est audire, dum hic patientiam in morbo ferendo, ille recuperatam propè valetudinem prædicat. solent autem huiusmodi ægroti, decem alios, quindecimve singuli ad Christianam religionem secum adducere, quorum corpora non alio medicamento curantur à nobis, nisi aqua benedicta, cuius virtus in hoc tegno multis experimentis, præsertim verò in oculorum curatione, quibus Iaponii vulgò laborant, est comprobata: vt eius petendæ causa à leucis decem vel duodecim vndique conuocentur ad nos.

Hoc anno, qui post Christum natum est MDLV. in hac æde sacra Funaiensi, à Cinerilibus ad Paschalia vsque solennia, conciones quotidie cum sacrificiis habitæ sunt, tanta neophytorum frequentia, vt eos domus nostra non caperet, tantoque animi ardore, nonnulli vt è pagis pridie domum nostram venissent, quo postidie manè ad tempus concioni adessent; nonnulli autem ad templum duabus ante lucem hôtis accederent. quibus rebus homines ita vehementer inflammabantur, vt quotidie serme deni, duodeni, vel etiam viceni post catechismum fierent Christiani. Itaque baptizati sunt eo toto Quadragesimæ tempore quadringenti. A Paschalibus feriis vsque ad Pentecosten eodem seruore ac studio continuatæ sunt quotidie conciones, neophytorum rogatu, qui, propitiandi Domini causa, mysterium Confessionis sanè quam diligenter frequentant; quorum vitæ motumque immutationem post Baptismum noti affinesque eorum valde mirantur, quippe, vt quisque maxima pro Christi nomine ignominia afficitur, ita se beatissimum putat. Quidam etiam, cum initio

conuersionis, nōnullo pudore territus, latitaret; ita se nunc palam penitus in causam Christianam tanra suā cum delectatione demisit, vt verbo Dei potius quam cibo sustentari aliq̄ue videatur. Cæremonia quoque nostra suuebris magna cum admiratione probatur ab ethnicis: vt funus quod primū duximus, hominum plus tria millia spectandi causa celebrauerint. cum autem pauperibus æquē ac diuitibus honorem à nobis vident haberi; tum verò legi Domini Dei nostri simile nihil fatentur esse. atque lex ea sanè latè vagatur in hoc regno Bungenſi: nam præter vrbantum neophyrorum gregem; Iacali quinquaginta, vel sexaginta, Siquiditotidem, Quinctani (pagorum hæc nomina sunt) plus ducenti, visuntur. Neophytus quidam est, quem cæteri ob eius virtutem parentis loco venerantur & colunt; qui sæpe ad sacrificia & conciones huc ventitat. Ise a circuit loca, & cunctos ad officium adhortatur. Superioribus diebus Balthasar Gagus cum Ioanne Ferdinando Firandum profectus est ad Lusitanorum, qui ibi erant, confessiones audiendas. Rex autem, antè quàm discederet, venit ad nos, iussitq̄ue Balthasarem de comiteatu sine cura esse: daturum se qui eum prosequeretur, & omnia ad iter necessaria compararet, idemq̄ue, si Balthasar vellet, præstaret in reditu: præfectis etiam, quacunque transeundum esset, iumenta & cætera, quæ opus forent, se imperaturum. Eum nunc in singulos dies exspecto, Mecum hîc de neophytis remansere senex quidam, Autonius nomine, quinquaginta vel sexaginta natus annos: & alii præterea quatuor vel quinque homines impigri ad necessaria negotia obeunda.

Scriptis iam litteris, ex Ida pago non longè ab vrbe posito mulier quædam cum marito ad hoc templum Baptismi causa se contulit. Sed vterque, quòd Balthasar aberat, domum suam re infecta consilioq̄ue pænè mutato reuertebantur. id vbi cognouit Antonius is, quem modò nominavi, me appellauit, vt preces ab omnibus, qui adessent, ad Dominum pro vtroque eorum habendas curarem. itaque dum orationem Dominicam elara voce multi pronuntiamus, conspecta mulier est ad eò vehementer intremere, vt illam ipsi res homines regere & continere non possent: dentibus verò tam acriter infrendebat, vt viderentur effringi. in recessu constrictis ipsius manuum digitis, mulierem signo Crucis & aqua benedicta iustrabat Antonius: nobis ex altera parte in oratione Dominica & Angelica salutatione perseverantibus. Post hæc mulier aliquantulum consopita, simul atque expergefata est, iussa dicere, IESVS, MARIA, primū veluti indignabunda pro-

da pronuntiauit. tum ei manus arctius iterum vinciuntur, precationi simul omnes insistimus: nec ita multo post femina dolere manibus, & lamentari, & rogare, vt sese quàm citissimè soluerent. Deinde, pia admodum voce proferens, IESVS, MARIA, verum Creatorem suum adorare se dixit, grauemque sese peccatricem agnoscere. Eadem mihi postea affirmauit, se toto septennio cordis ingentem sensisse grauedinem, sed iam ea leuata, & exhilaratam esse. Postridie manè cum marito discessit: redituri ad Baptistum eum primùm Balthasar Firando reuertent. Mihi sanè magnam tota res attulit voluptatem, & ex eo die planè alia mulier, atque antea, visa est. Multa præterea in hac regione geruntur à Domino; qui nos pro sua bonitate idoneos vineæ suæ cultores dignetur efficere. è Bungo 12. Cal. Octob. MDLV.

TAQUÆ REGIS FIRANDI AD MEL-
CHIOREM NONNIVM.

PATER Mag. Franciscus eum meum in hoc regnum venisset, Christianos fecit magna animi mei voluptate nonnullos, quos equidem comendatos habeo, & ab omni iniuria tueor. Bis deinde ad nos venit etiam Pater ille, qui Funaii versatur, baptizauitque eum ex affinibus meis aliquos, tum ex reliqua nobilitate per multos: quem ego virum aliquoties audiui, eiusque doctrinam, quæ mihi penitus hæret in medullis, ita probaui, vt Christum sequi planè decreuerim. Quocirca te in meo Regno videre magnopere cupio: semel quippe mentitus, non mentiar iterum. Tu si ad nos te contuleris, & rem Deo gratissimam feceris, & à me quàm honorificentissimè liberalissimèque tractaberis. Firando. Taqua Nombo Firandi Rex.

COSMI TYRRIANI AD SOCIETATEM
IESV IN LVSITANIAM.

PX quo tempore à Francisco Xauiero, qui postea migravit è vita, Amanicutii sum relictus; res per humani generis aduersariū minimè tranquillæ fuerunt: qui eum intelligeret quātū Euāgelii promulgatione proficeretur, omni ratione eam impeditè conatus est: bellum enim Regem inter ac populares eius ita perniciosum excitauit, vt vigesimo post meum aduentum die, Rege ipso eum filiis interfecto, alium, qui Regis Bungii erat frater, in magna tamen principum dissensione, suffecerint. Neo tamen à nobis
interca

interea cessatum est: nam ad annum MDLVI. (quod spatium fuit annorum circiter sex) assiduis concionibus, cæterisque ex instituto nostro ministeriis obeundis, Christianorum duo millia fecimus: quo tempore nonnulli è proceribus, coniunctis viribus cõtra nouum Regem sectatotesque ipsius, vrbi Amangurio sauum ad eò incendium intulerunt, vt cum amplius decem millibus familiarum incoletur, vnus horæ spatio vniuersam flamma peruaserit. Nec sanè domus nostra templumque ab eò incendio fuit immune. Post hæc affertur nuntius, aduentare hostes; quo audito Christiani conueniunt, communi que sententia statuunt, non esse mihi in iis tumultibus commorandum: denique vigesimo post incendium die, cum iam hostium exercitus ab vrbe non plus tribus millibus passuum abesset, vehementer à me efflagitant, orantque vt inde discedam. quorum ego precibus eo animo cessi, vt post eas turbas ac seditiones redirem. Consilio profectiois meæ cognito, reliqui Christiani ad me concurrunt, nullam ea nocte partem capiunt quietis, cum alii peccata confiterentur, meumque discessum lugerent; alii mecum vnà decedere decreuissent. quos ego vt potui, verbis solatus, discessi, multis menihilominus ad nouem millia passuum prosequentibus summo cum dolore ac gemitu. mortuum parentem in conspectu eos habere dixisses. Nimitum præ sagite iam tum videbantur calamitates, quæ postea contigere: quippe deinde & vrbs funditus euerfa est, & summa annonæ inopia, aliaque id genus multa incommoda consecuta. In itinere cum diuellerentur à me, ecce tibi denuo lacrymæ virorum, mulierum, puerorum, quæ me sanè magno mœrore tristitiaque affecerunt: atque ita illi ad suos regressi sunt, ego Funaium iter intendi, qua in vrbe versabatur Balthasar Gagus cum duobus ferè millibus Christianorum, quos ibi fecerat, eratque magna apud Regem in gratia, ad quem Prætor Indiæ certum hominem Regis Lusitaniæ nomine cum pretiosis muneribus misit, egitque gratias quòd nos ad eò humanè liberaliterque tractaret. Hoc ille officio permotus, ædes nobis optimas ex materia cedrina est elargitus: è quibus templum exstruximus cum reliquis ad incolendum necessariis ædificiis, operâ suam in id nauantibus admodum impigre Christianis. Decreuit etiam nobis aureorum quinquagenum vestigal. Inde cum ætus belli iam deserbuisse videretur, ethnici multi ad verbum Dei confluebant, ac ferè semper ad Dominum conuertebantur aliquot, decem interdum, interdum quindecim, pluresque aut pauciores, prout mentes eorum Spiritus sancti claritas illustrauerat. Aman-

gutio etiam Rex, regniq̄ue p̄c̄eres, missis per Christianos ep̄istolis, nos ad se inuitarunt. qua de re cū Regem ipsum Bungiamicitia causa consuluisse, respondit adhuc maturum non esse: simulac foret, se monitum. suspicari sumus occultam aliquam coniurationem ipso conscio aduersus Amangutiū Regem esse cōflatam: nec sanè temere, nam ex principibus quidam potens, Amangutium ex incendio ferme iam instauratum aggressus, diruit, magna ciuim parte vel spoliata, vel in seruitutem abducta, Regis etiam fratre cum omnibus iis, qui partes eius sequebantur, occiso. Ea re cognita, Bungi Rex magnas cōp̄ias ad Amangutium occupandum misit, quo euentu, adhuc incertum est.

Anno MDLV. octauo Idus Septemb. Rex apud nos sanè quā iucundè cœnauit: à cœnā de Deo verba fecimus. ipse per quendam ex amicis iussit nobis renuntiari, velle se certos pecuniæ fructus assignare alendis iis, qui in sua ditioe Dei legem docerent. Respondimus; nobis hoc non esse ita necessarium, sed in pauperum subsidium hospitalem domum à nobis ædificatam esse, quæ huiusmodi ope admodum indigeret, orare nos Regem, vt beneficium illud in eam domum conferret; quod fecit; & simul iussit nobis attribui aream in vrbe imperii sui admodum ampla ac celebri, Facata nomine, ab vrbe regia quinque dierum itinere, vbi iam Balthasar Gagus aliquot fecerat Christianos. Eò nunc Balthasar idem est rediturus, vt ibi diutius commoretur, atque commodius Euangelium p̄dicet. Christus Dominus noster eas vires nobis easq̄ue virtutes impertiat, quæ ad assiduos huius prouinciæ labores atque pericula sunt necessaria. Valete, vj. Idus Septembris, MDLVII.

GASPARIS VILELÆ AD SOCIETATEM :

I E S V.



Nno MDLV, cū in hæc loca Melchior comitesq̄ue peruenissemus, nihil ad vos scripsi, propterea quòd redituro mox in Indiam Melchiore, satis fuisse de moribus hisce ac regionibus ex ipso vos cognituros putabam. Nunc ea persequar, quæ post eius discessum p̄sente me contigerunt, quo in omnibus immensa Dei bonitas magis eluceat.

Vbi rerram hanc attigi, iussus sum Funaii habitare cum Cosmo Turriano, partim vt ingrauescentem iam illius ætatem, in tantis ac tam multis laboribus aliquo auxilio subleuarem; partim etiam, vt ex eius consuetudine ediscerem, qua ratione horum

Christia.

Christianorum ingenia colenda tractandaque sint. Balthasar autem Gagus, qui ibi erat, Firandum est missus, vbi portus est in primis celebris, & Christiani nonnulli: Regulus præterea vrbs eius valde nos diligit, fecitque nobis potestatem areæ coëmendæ, qua in area Virginis Matris adē sacram excitauimus ad pios Christianorum vsus cum Iaponiorū incolarum, tum Lusitanorum, qui eò commitant. Gagus ab Regulo humanè exceptus est cum alio fratre nostro, itemque alio Iaponio Christiano in rebus diuinis admodum erudito, quos secum adduxerat. Hos deinde cognouimus in neophytis instituendis magna cum laude versari. post Gagi discessum, aream coëmimus patientiorem, donauitque Rex nobis peramanter quasdam ædes in proximo, quæ statim nobis vsui fuere. ex iis quippe templum extruximus, addidimusque rectoribus nonnulla nobis ad incolendum necessaria. Opus ad culmen perductum est die Sanctis omnibus sacro, anno MDLVI. Melchior primum in eo sacrum fecit solenne. Inter hæc tempus aduenerat, quo Melchiori in Indiam redeundum erat, quem à nobis dimisimus, nulla spe in hac quidem vita nos reuisendi. Inde Christianæ rei ex instituto dedimus operam, non sine aliqua difficultate propter occultas conspirationes aduersus Regem in vrbe conflatas à reliquijs coniuratorum, quos mense ante nostrum aduentum capitali supplicio affecerat, ac deinde ad cæteros minori suo cum periculo puniendos in insulam quandam, quæ arcis instar est, sese receperat. Hisce tumultibus & recentes Christiani vehementer, & nos etiam aliquantum perturbabamur animis, quòd ex Regis interitu (si fortè id contigisset) aut mors nobis imminere sine dubio videretur, aut certè multa ac grauiora incommoda, quæ magno nobis impedimento forent, quominus rem ex animi sententia gereremus: veruntamen nonnullis à Rege concessis, pax inter eum & ciues composita est, & quaecunque otium consecutum.

Instituti autem nostri in Iaponiis adiuuandis eiusmodi ratio est: Primum, quoniam plurimis tantæ sunt tenebræ, vt animam simul cum corpore interire, nullumque Dei iudicium de rebus in vita bene vel malè gestis futurum existiment; duos menses quotannis, Nouembrem ac Decembrem, vsque ad octauum diem ante Natales Domini ferias, ponimus in quotidianis, de morte, iudicio, pœnis inferni, deq; cælesti beatitudine cōcionibus; ad quas vniuersi ferè conueniunt Christiani. Die verò mortuorum omnium commemorationi dicato, in eandem rem maiori etiam studio, ac cæremonia incūbimus. Toto autē eo tēpore cenotaphiū habe

mus atratum: super id, responsum vnum verbis conceptis quotidie pronuntiamus, & sacra rituum illorum mysteria populo exponimus. Quo quidem anni tēpore tanta vis frigoris est, vt præter aspiduum gelu maritimum, multa etiam è cælo decidat nix. Sed Dominus, pro sua clementia, necessaria nobis remedia suppeditare non desinit.

In fēsta Natalia, dimissis per finitimas villas nunciis, Christianorum conuentum indiximus; quorum, a viginti quatuor ac triginta millibus passuum, tanta multitudo confluit, vt eos templo duo coniuncta ædesque nostræ priuatæ non caperent. Media nocte sacrum solenne ritè peregrimus cum hymnis quibusdam piis, de laudibus Natalium Domini, & nonnullas è sacris litteris historias exposuimus, quibus rebus Christiani admodum delectati, & in sacro, sancta fide firmari sunt. Post eorum dierum celebritatem, eum æquum esse non videretur, vt intra domesticos parietes inclusi, animas IESU CHRISTI sanguine redemptas in desertis regionibus perire pateremur, missus sum cum Ioanne Fernando ad vicum, quem Cutamen appellant, vbi aliquot Christiani visuntur, quo & gentilibus viam veritatis ostenderem, & Christianis solatium aliquod atque vtilitatem afferrem. Et quoniam iter illud pedibus iniquo anni tempore sine vlllo comœatu faciebamus; nec frigoris nec famis incommodum defuit. Peruenimus ad monrem, vbi nos quidam ethnicus excepit hospitio, & paululum oryzæ dedit in cibum: & quia lucebat adhuc, ab eo petimus, vt viam nobis ad vicum quendam finitimum monstrare ne graueretur: quò eum peruenissemus, ad vetulam Christianam probi viri vxorem item Christiani diuertimus. cuius nobis in ministrando studium & alacritas, cum veteris illius facinrascentis Ecclesiæ laudibus procul dubio comparanda, omnem præteriti laboris molestiam ac defatigationem absterfit. Cænani pro ipsius angustiis parauimus ex herba inane quam appellant, atque nasturtiis, cum anus ad nos calefaciendos ignem paucis quas habebat paleis excitasset. Eadem monita a nobis, vt aliquos ad Euangelium conuocaret, quamquam nox erat, strigusque permagnus, ramen tantam in ea re diligentiam adhibuit, vt multos barbaros adduceret, ad quos cum apud senem quendam de salutis ipsorum ratione verba fecissemus; decem ex iis permoti diuinitus Euangelio credidère: quos simul atque opportunum est visum, magna nostra lætitia, baptizauimus. Accessit ad hos etiam senex annos natus septuaginta, cuius domi sermo de Deo (quem diximus) habitus fuerat. Is cum annos circiter octo graui admodum valetudine laboraret, ita

et membris p̄nē solutis, inter loquendum vehementissimē tremere, multis in vita homicidiis perpetratis, demonis cultor, cuius speciem sese identidem offerentem adorabat ut Deū, biduo post baptismū Dei beneficio sanus ac liber ab omni tremore surrexit, & omnibus inspectatibus diabolicas syngraphas aliaque id genus igne combussit.

Ex eo loco profecti, antequam Cutamen peruenimus, nos in itinere nox oppressit. in magnis tenebris, frigore, gelu, incerti quā iter esset, aut quem percontaremur, Deum precati nos in viā dedimus, & in cuiusdam ethnici hospitium incedimus, qui nos ad Christianum honoratum hominem habitantem in ea solitudine misit, quem antequam inuenimus, iterum errauimus, sed ea ipsa noctis hora nobis obtulit Dominus, qui nos ad optatas illius Christiani edes aliquando perduceret. Is nos simul ac vidit, statim nobis prouoluit ad pedes, nunquam se tanto in honore fuisse dicebat. ea nocte in consolandis animandisque Christianis eius domesticis ibi posita, postridie mane profecti, Cutamen venimus, acceptique hilariter sumus à Christianis, qui cognito nostro aduentu obuiam nobis processerant. Hic dierū aliquot moram fecimus, quo & Christianos confirmaremus, & paganos ad Christū adduceremus, quorum decem conuersi, alii miserabili quodam errore liberati sunt: cum enim sese de more dominis sacramento fidelitatis obstringerent, idque ante idolum stantes, sanguinemque mittentes è brachio, descriptis ex eo litteris quibusdam, quæ legi non possent, & ad extremum syngrapha concremata hero se fidem seruaturus esse iurejurando promitterent, omni studio fecimus, & effecimus, ut si ab ea consuetudine prorsus nollent abstinere, saltem per Deum conditorem cæli terræque iurarent, quod nobis omnes se facturos esse polliciti sunt, potiusque mortem opteritos, quam ad pristinam iurisiurandi formulam redituros. Eâ res Dominus eorum pergrata fuit, ipsorumque fidem nunc multo quam antea pluris aestimant. Circumspectis huius provincie miseris & inopia, Cosino visum est, è re communi futurum, si in vrbe Funatio valetudinarium institueretur. Itaque consilio cum Rege communicato, per amplam domum extruximus, bifariamque diuisimus, ut altera pars elephanticos (quorum magnus in his locis est numerus) altera leuissimis morbis agrotantes exciperet. Confluxere ilico elephantiaci complures, quorum curationi præfecimus vnum è fratribus nostris chirurgiæ peritū, qui contemptis, ut Christum pauperem sequeretur, deliciis diuitisque quas possidebat, in Societatem nostram adscriptus est. Et quoniā

vrbe tota montibusq; finitimis multi præterea inopes ægrotique versantur: constitutus est Iaponius Christianus annos natus quatuor & viginti, spectatq; virtutis adolescens, qui castitatis voto aliisque; nonnullis Deo sese dicauit, ut is egenibus viduisque diuideret eleemosynas, quas Christiani conijciunt in arcam ob eam ipsam rem publicè positam. Augetur aurem quotidie huiusmodi pauperum atque ægorantium multitudo, in hospitali quam diximus domo, magno eum rei Christianæ adiumento, & barbarorū pudore, cum videant populares suos ægrotos omnes gratis à nobis curari, necessariis medicamentis adhibitis.

Incunte Quadragesima, instituti sunt sermones de sacra Confessione, quam Iaponii tanto eum labore lacrymisque peragebant, ut nostrum nobis teporem tacitè exprobrare quodammodo viderentur.

Per idem tempus multa ac magna capitis pericula adiuimus; cum enim Rex arce se contineret, quæ abest ab vrbe viginti quinque millia passuum, cumque magna latronum vis, sublatis iudiciis, vrbe tota volitaret, quorum animi in cædem nostram à Bonziis sollicitabantur; hyeme tota necem in singula momenta expectantes, paucò vino in usum sacrificiorum aliisque rebus nonnullis ut potuimus absconditis, cum vel in cibo capiendo mors nobis ob oculos versareretur, vigiliis inter nos distributis, (quod nunc etiam facimus) vitâ nostrâ magno sanè labore incommodoque tutati sumus. Quo tēpore iussit Rex nobis renuntiari, se nihil opus in tali re nobis afferre posse: proinde nostræ saluri cōsuleremus, molestum sibi fore, si quid nobis incōmodi accidisset. Ac reliqua sanè vrbe itē vigiliæ agebâtur, sed omnis nostra spes atq; fiducia ex vnus Domini clementia ac bonitate pendebat. Inter hos metus hyeme exacta, nullo tamē Quadragesimæ die nō habitus est sermo de rebus Diuinis, aliquot sese quotidie diuerberantibus, cum sexta quaque feria noctu de passione Domini verba fierent, flagrisque in corpus suum omnes domestici nostri vnâ cum Iaponiis centum ferme sæuissent, qui ad audiendum Euangelium ventitabant. Semihora die cōdo ablumebatur: inde Christi Crucifixi proponebatur vexillum: postremò extinctis luminibus veniebatur ad verbera, nec antè cædendi modus fiebat, quàm psalmus quinquagesimus ad finem vsque pronuntiatus esset, idque ea pietatis significatione, ut cuiusvis animus ad religionem & lacrymas commoueri posset. Inter hæc rursus Amangutium inuiramur: sed quia in Bungo constabat operæ fructus; & simul, ne Ioannis Firandi auxilio priuaremur, (nam ei proficiscendum fuerat) Amangutianis referipsum,

plimus, Paschalibus festis nos eò venturos. Sacrosancta hebdomada, quanta maxima potuit cæremonia religionèque peracta est. Primum Dominico die Palmarum, solenni sacrificio facto, tamisque de more distributis, prodiimus supplicantes, Crucemque præferentes permagnam; cimensaque area spatiosa è regione ianæ, foribus in reditu oclulis; Cosinus, qui extra tēplū cum signo Crucis populòque remanserat, clamare cepit, Attollite portas: cui respondebat è templo chorus, vt assolet. cum tertid denique admissus esset, & ad aram maximam ordo comitantium, non sine summa omnium letitia, peruenisset; sacrum missæ continuò ceptum est. Passione Domini decantanda, ingens animorum motus, & eorum, qui recitabant, & eorum qui audiebant est factus: tantumque dolorem delictorum atrocissima innocentissimi Domini mortis narratio omnibus attulit, simulque intimum solatium ita magnum, vt satis appareret, omnia hæc à Spiritu Sancto proficisci. atque ita sacrum peractum, & ritus illi sanctissimi quid sibi vellent, populo expositum est. ad hæc templi parietes pullo peristromate conuestiti, & sepulcrum exeatatum est ad sacratissimum Christi corpus condendum, ac persoluenda iusta solennia, adiuuantibus quinque Lusitanis, qui in hac vrbe hyemauerant, seque ad nos Confessionis causa receperant. Quartæ ferix tenebras quas appellant, alternantibus choris canticum Zachariæ, cū symphonia; deinde psalmus idem quinquagesimus magno cum sensu lacrymisque Christianorum, gentilium verò admiratione & approbatione conclusit. Postridie, ad sacram Eucharistiam admissi Lusitani & Iaponii aliquot, qui quidem ad tantum mysterium idonei videbantur; & quia tum primū cœleste illud conuiuium inibant, summa animi dulcedine ac voluprate persusi sunt. His ritè peractis, corpus Christi condidimus, templum circumcuntes accensis luminibus. In sepulchri præsidio Lusitani duo, cum totidem pueris, armati maculis ferreis galeisque, sunt collocati: quæ res cum tempus illud refertrent, quo Christus liberator noster in terris versatus est; Christianos mirum in modum commouebat, magnòque malè actæ vitæ dolore afficiebat vniuersos. Sextæ ferix exsequias major populi frequentia celebravit. decantata passione Domini, & corpore Christi recluso non sine motu & comploratione omanium, mirabilis erat sacris peractis dolor ac mœstitia Christianorum domum redeuntium. iidem sabbato sancto sacris adfuerunt. Ara in medio templo exstructa, sacello etiam maximo aulæis pictaque tabella exornato, in qua Christi resurgētis effigies cernebatur, multis præterea candelis arden-

lis ardentibus, pullum prætendebatur siparium. id, simulatque chorus Kyrie eleison nonicæ cecinit, subito dein sum, aram ipsam & Cosmum stantem aperuit, qui è choro clam se subduxerat, seque ornatum sacrificantis iuducrat. Vbi verò Angelicus hymnus intonuit, confestim æra campana vi sumnia pullantur. quæ res tanta ac tam repentina latitia Christianos affecit, vt mente pænè emoti viderentur, siue id ex præterito mœrore, siue ex rei nunquam antè id tempus visæ nouitate contingeret. sanè ii nobis dicebant se iam nunc in hac vita fructum cœlestis beatitudinis prægustare. Atque his rebus in Christiana fide non medioeriter confirmati sunt. Paschali die, quæ cõsequuta est, corpus Domini circumtulimus sub umbella, cereis & candelis accensis. Symphonicæ caterique ministri fertis amœnissimis reduniti iucundè psallebant. Nec tempestiuus tormentorum aliquot fragor, nec magna populi vis celebritati defuit. itaque concursus multitudinis nullum eo die locum sacro sermioni reliquit.

Dum hæc geruntur, affertur Amangutio nuntius, dynastam quendam nomine Moridonum copiis adductis, Regeque Amangutii & principibus interfectis, urbem totâ flamma ferroque vastasse. Ac nobis utique, si eò venissemus, fuerat moriendum: sed videlicet nos Dominus dignatus hoc honore non est; quem habet iis tantummodo, quos præcipuè diligit. vrbis excidium ingens famæ excepit, quæ cum è barbaris multos, tum è Christianis nonnullos absumpsit; vniuersum verò ciuitatis statum ac sobolem in multos annos omnino perturbauit ac perdidit. Atq; hi sanè bellorum tumultus, quod adhuc experti sumus, Christianæ fidei propagationem magnopere distinent: sed nihilo minùs eo ipso tempore in Bungi regno multi Christiani fieri capti sunt, præsertim ex inopi plebe. nam diuites ferè mundo seruiunt, & obtrectatorum voeulas pertimescunt. Firando etiam a Balthasare Gago literas accepimus, in parua quâsâ insula, triginta vel quadraginta homines Baptismum petere, Christianos eius regionis in IESV Christi cultu proficere, phanumque extruxisse, quamquam pro multitudine populi exiguum. Quod verò ad nos ipsos attinet, nûquã occasiones desunt, quibus probemur & exerceamur. Etenim Bonzii fictis criminibus falsisque testibus nos apud populum in inuidiam conantur adducere, quòd scilicet humana carne vescamur: atque ad faciendâ mendacis fidẽ, vestes manantes sanguine in ædiũ nostrarum fores occultè cõjiciunt. idque non semel hoc anno fecerunt, qui est à Virginis partu MDLVII. quocirca toto pænè Iapone pererebunt, nos dæmonas esse, nec verbis nostris habendam

dam fidem. quod etiam scriptis in ianua nostra propositis palàm edicunt. A pueris etiam interdù lapidibus perimut. Cōplures præterea nos scēdē contumeliosē compellant, tametsi contra honesti yri permulti reuertentur & colunt.

Huiusmodi p̄riculis (vt dicebam) tentamur à Domino, & præclarè docemur, quā patu sine illius ope valeamus ipsi. Idem tamen hæc Iaponiorum peccata dissimulans, clementiæ suæ non obliuiscitur, ad alliciendos ad se animos nonnulla supra naturam interdum efficiens. Quendam multis iam annis p̄uē paralyticum Baptismo lustratum intra paucos dies sanitate donauit. Mulierem assiduo singultu, etiam dum loqueretur & cibum caperet, iam diu laborantem, per Baptismum eo vitio liberauit. Aliam energumenam, vt primùm Christiana facta est, dæmon reliquit. E monranis quidam cū feбри conficitaretur, ad templum nostrū descendit, certus inde non antè discedere, quam sanitatem reciperet, postridieq; conualuit. Iam in ipso valetudinario, quod diximus, vulnera veteresque decē atque etiā viginti annorum abscessus quattodecimo interdum die sanantur. Atq; hæc omnia necessaria sanè sunt ad huius gentis tenebras dispellēdas, detegendosque diaboli dolos atque præstigias. simulat quis ex composito se mortuū esse, hunc venefici extractum è sepulchro se ad vitam reuocasse mentiuntur. Interdum etiā adiuuante dæmone ægrotos aliquos curāt. Quidam cū multos iam dies nusquam appareret, veneficorum opera repentè comparuit. Defunctus cū efferretur nescio quis, vbi ad feretrum detegendum sepeliendi causa ventum est, nullū cadaueris ne indicium quidē inueniunt. Hisce aliisque id genus artibus miseros Iaponios diabolus decipit: quorum ad eętera scelera, quæ multa sunt, illa etiam accedit immanitas, vt filios infantes crudeliter enecēt, vel quodd vnum aut alterū sobolis causa satis esse, vel quodd in rei familiaris angustis eorum felicitati hoc pacto se cōsulere arbitrentur. Persuasum habent etiam alicubi: quæ mulieres ventrem setant, eæ feminā si pepererint, ad inferna damnati: quare permotæ sc̄tum in vtero medicamentis interimunt. Iā verò ventantur Iaponi de vitæ exitu cogitare, ne videlicet mortis metu à flagitiis deterreantur. quocirca mortē repentinam exoptant, beatumque p̄tant cui ita obire contigerit. Sunt etiam qui dæmonē colant, eoq; familiarissimè vtantur, quos Iainambuxas hoc est milites conuallium appellant, ii ad samam sanctimoniam colligendam, sese grauitèr puniunt, stant, vigilant, cibo parcissimè vtuntur; altero denique vel tertio mense, vbi satisfactum esse diabolus pronuntiauerit; nonnullis amentiam fociis vnā secum adhibitis e-

mendicata a popularibus stipe, mare petunt, nauiculamque conscendunt, cuius sentinam ita perforant, ut accepta paulatim aqua mergatur. Ad hæc, diabolus magnopere satagit, quo brutorum animantium specie vulgo adoretur, atque ut boues colant, hominem occupat; percontantibus nomen, respondet se regem esse bouum; rogatus ut abeat, negat se ex homine discessurum, nisi templum sibi exædificaturos esse recipiant. Si pollicentur, abscedit. Si promissa non fecerint, rursus reuertitur, oppressumque hominem variis cruciatibus torquet, quousque phanu ædificent, in quo varias bel-luarum figuras pro numine venerantur, capitali etiam alicubi proposita pœna, si quis bouem occiderit. Interdum etiam venatores, si quam feram interemerint, suis veneficiis in morbum inducit. Itaque eius rei metu feras pro dæmone suppliciter colunt. Quæ omnia facit ille nimirum ob eam causam, ut mortales vero Dei cultu deserto mutent gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis, hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium. Japoniorum doctrina seu superstitio multiplex est. alii nescio quem iam mortuum colunt nomine Amidam, alii quendam, quem Xacam nominant; est etiam hæresis cornu, qui lingua patria Fotoqui vocantur, in opinionum suarum prauitate usque ad eam pertinaces, ut aures Euangelio prorsus occludant, negant enim fidem habendam nisi scriptis iis, quæ apud se habent; & pro miraculo est, si quis eorum Christiana sacra suscipiat. Denique Seli etiam ac Lunæ deorum honores habentur, nec non ipsi dæmoni, cui templa erigunt, atque in ipsis templis effigiem eius multo quam nos scædiorem ac deformiorem depingunt. Multi sunt etiam cætus cœnobarum vtriusque sexus, albo vestium colore, rufo, nigroque distincti, vita moribusque turpissimi.

Societatis nostræ in his partibus tria domicilia sunt. Amanguti vnum, vbi multi erant Christiani; verum ædes eorum una cum urbe ipsa incensæ, & solum a barbaris templo Idolorum postea dicatum est; tamen nunc audimus nonnullos qui superfuerunt Christianos, id ipsum iudicio repetisse, eiusque possessionem nostro nomine recepiisse. Alterum est domicilium Firandi. Tertium, idemque omnium maximum est hoc Bungense, quod in primis stabile Deo propitio futurum videtur, tum propter Regis, (quamuis nondum Christiani) eximiam erga nos benevolentiam, & aliis rebus & in consilio dando probatam nobis & cognitam; tum etiam propter existimationem à nobis apud præfectos regios magistratibusque collectam. Accedit quod Rex Euangelii promulgationem in suo regno sibi gratam esse demonstrat. Ad quem si Rex Lusitaniæ Ioan-

nes patronus ac parens Societatis nostræ legatum quempiã mitteret, multum ea res (vt arbitror) ad eius conuersionẽ valeret. Vos etiam atque etiam Dominum obsecrate carissimi fratres, vt Regẽ hunc excitet: nam vtique ex eius conuersione huius regni totius insularumque conuersio pendet; quippe eũ sit Iaponis Regum hodie in primis potens.

Septembri mense Firandum, eũ ibi Balthasar Gagus esset, duę Lusitanorum naues appulsa: Itaque a Cosmo ad eius subsidium in Confessionibus audiendis, aliisque laboribus, quos noua prouincia secum affert, eũ summissus. Meo aduentu Gagus, & Lusitani, & ipse regulus oppidi valde gauisi sunt. Et quoniam Christianorum veterum vita morẽsque apud hos populos in vtranque partem plurimum ad exemplum valent; primum omnium suadere Lusitanis ipstitimus, diligenter cauerent, ne quẽ neophytorum exemplo suo offenderent. Multos Confessione purgatos sacra Eucharistia refecimus. omnibus verò dominicis festisque diebus ad Lusitanos à nobis, ad prouinciales à Iaponio Christiano comite nostro magnæ virtutis homine, & salute suorum cupidissimo, conõiones habebantur: semel etiam eum symphonia sacrificauimus, & solenni supplicatione: præibant selopetarii quadraginta eum displosione festiua, hostibz sequebantur: deinde Lusitani duo eum funalibus, & crucifer vnus dalmatica indutus. tum è fratribus duo Liranas concinebant: postremum locum tenebat ornaru corporis pretioso Balthasar Gagus sacerdos. Vbi in conspectum nauium ventum est, in quibus erant vexilla sublata variis Crucibus coloribusque fulgentia, prætereuntes nos maioribus tormentis honoris causa consalutarunt. Frequẽs tum ibi fortè meræatus erat, quo ex omnibus ferẽ partibus negotiatores conuenerant. Itaque spectaculum magna Christianorum læticia, magno barbarorum conuentu atque approbatione celebratum est. Cũ ad Crucem peruenissemus, quam non longè ab ædibus nostris locauimus; habita de laudibus Crucis oratione, ad templum eodem ordine rediimus. Faxit Dominus vt per hos sanctos ritus qui cernuntur, Creatorem suum agnoscant homines, qui corporis oculis cerni non potest. Interim nuntiatum lætus rerum Bungenium progressus, simulque Pauli obitus natione Iaponii, quem agrum Funali reliqueram, virum magnis virtutibus præditum. Hunc ferunt, agentem animam, inter mortuis vocibus nihil tamen æquè clarè pronuntiasse ac Iesus, Maria: cuius mortem homines pariter vitamque admirati sunt. Is triennium iam in vinea Domini laborauerat, fidelis oratoris comẽsque noster magno animi ardore, spiritu curaque salutis

salutis humanae. Itaque multum eius inorte damni fecimus; egre enim in tanta hominum nequiria similem Paulo reperias. Balthasar Gagus Cosmii iussu ex eo loco Facatā profectus est, ut possessionem adiret atque, quam Rex nobis ad aedes aedificandas attribuit, Inde Bungi Regem inuiset, ut is totam rem auctoritate sua confirmet. Speramus autem id valde è re publica futurū. est enim ea vrbs ceteris aliquanto pacatior, quòd mercatores opulenti, qui ibi cōmorantur, diuitiis metuentes iuis, imminētis belli pericula largis muneribus & cōgiariis redimunt. Hic locus quartum iam quintūve annum abūdat annona. expectamus vicissim vacas Pharaonis strigosas, quas vtinam Deus arceat. effodit enim pectus, infaniam multitudinē à parentibus tali tempore pereuntium: quibus si nunc in ipsa vilitate non parcent, quid in earitate putandum est? Magna enim, (mihi credite) fratres carissimi, sterilitatis incommoda ac difficultates in his regionibus sunt, prorsus vt ipsi diuites herbis tolerent vitam. Idcirco nos Iosephi prudentiam imitati, in annum insequentem aliquid semper custodientes, Christianorum inopia ac necessitati consulimus: tan etsi inter Iosephi horrea nostraque per multum interest, quippe apud nos non nisi nasturtiorum folia lactucaque sole tollā adseruantur. Res frumentaria in his locis est perexigua: nam triticum, vbi maturum est, imbrum vi tempestatūque deperditur. Oryzam serē demetunt, eamque non ira multam, vt vniuersae vrbi sufficiat; nec ea pauperes, nisi si quādo gratulationis causa vescuntur: quos tamen omnes Domini benignitas alit ac sustinet.

Scriptis his litteris, cognatus quidam Reguli Firandensis armis Regi Bungēsium illatis acie vctus est: quem quoniam Firandensis Reguli ope adiutum Rex Bungi cognouit, vastitatem eius regno inferre constituit. propterea Lunaio scripsit ad me Cosmus rumorē esse, Bungensem exercitum infestis signis in haec loca venturum: proinde si opus esset, rebus nostris maturē prospicerem. Ex hoc denique intellexi quid esset, cur antea me Rex Bungi vt Octobri mense hinc discederem, per litteras monuisset. Huius belli metu perterriti afflicti que Christiani quidam ad me noctu venerunt, professique sunt, si ego Firandi remanerem, se ad oppetendam mecum vna mortem in templum nostrum esse venturos: sin minus, intra priuatos parietes vitae finem expectaturos: quos ego salutaribus praeceptis instructos, iis verbis quae tempori ac rei conuenire videbantur, bono esse animo iussi. Huius insulae Firandi circuitus nouem passuum millia colligit, & aliquot habet vicos, quorū maximus est hic vbi sum in praesentia familiarum omnino ducenta-

rum. In reliquis sunt Christiani nonnulli, quos, nisi bellum impedi-
diat, singulis hebdomadis inuisere statui.

Hæc habui, mihi carissimi fratres, quæ de hoc anno MDLVII.
scriberem. vos oro per IESVM Christum, vt precibus vestris mihi
veræ summisionis perfectæque obedientiæ virtutem ab eo impe-
tretis, qui mea causa ad ignominiosam vsque Crucis mortem esse
obediens voluit. Ex insula Firando, quarto decimo Calend. No-
uemb. MDLVII.

MELCHIORIS NONNII AD SOCIETATEM
IESV IN LVSITANIAM.



Næo post Christum natum MDLV. ad vos de-
di litteras ex ora Sinarum, vbi hyemare coactus
fueram, cum Iaponem tenere non potuissem. Mul-
ta in eo itinere & magna vitæ pericula adiuimus,
cum aut in vada incidere, aut naues inter se
concurrerent. In eo autem portu Sinarum ad
mensem Iunium vsque substiteramus, quod anni tempus Iaponi-
cæ nauigationi vulgò putatur idoneum. Sed cum repente decretum
esset, insequentem quoque hyemem ibi traducere; continuò Lusit-
anos qui simul aderant circiter trecentos institimus consuetis
officiis adiuuare. Casa itaque & templo è paleis raptim exstructo,
quotidie Christiana doctrina tradebatur: omnibus verò domini-
cis festisque diebus sacrum missæ & verba de rebus diuinis non si-
ne magno fructu fiebant. Quo quidem tempore dici non potest,
fratres carissimi, quantum voluptatis animo ceperim, cum videre
in Sinarum regione, inter tot seculorum idololatrias, diuina sacrificia
peragi, & Euangelium promulgari; & præsertim hebdomada sa-
cro sanctæ Paschatisque solennia, multis eorum qui aderant la-
crymis lætitiæque celebrari. Illud etiam per commodè factum est,
vt Lusitani aliquot redimerentur, ab incolis iamdiu in vinculis
habiti, & capite sine culpa damnati. Tenebantur autem ad eò te-
tra immanique custodia, vt nisi hisce oculis ego ipse vidissem, nū-
quam fieri posse putassem, vt quisquam eo vitæ genere spiritum
dneeret.

Quadragesima exacta, Cantonem Sinarum urbem (quæ Olisi-
poni magnitudine parè par est) tristes uuntii perferuntur, quibus
omnes valde perterriti sumus: in Sancii prouincia tantam repen-
tè aquæ vim scaturigine crebra è terræ visceribus erupisse, vt om-
nem circa regionem ad passuum centum octoginta millia inun-
dauerit,

dauetit, vrbes septem villasque complures obruerit, omnibus incolis vel ipsa inundatione demersis, vel si inundationem effugissent, demisso cœlitus igne consumptis. Quod ita pro certo est habitum, vt Chaurel, qui magistratum Cantone summa cum potestate gerebat, quòd patrem atque familiam ea calamitate amisisset, administratione deposita, (id enim in patris luctu solenne est) ad obrutam Sancii regionem magno cum squalore discesserit. Hæc autem de Sinis tamtummodo cognita sunt; nam Lusitanis aliisve omnino aduenis mediterranea penetrare nõ licet. Inde, anno proximo, Iunio mense Iaponem versus nauigare perreximus, & duas inter insulas certum naufragii vitæque discrimen Dei beneficio euasimus. cuius clementia, & in eiusmodi periculis curâ salutis nostræ, nostram in ipso fiduciam non mediocriter auget, magnamque spem affert fore, vt Bungi Rex ad Christum adiungatur, præsertim cum eius rei Rex ipse, scriptis ad Prætorum Indiæ literis, significationes dederit non obscuras.

Cum ad Būgi orâ appropinquaremus, ad oppidū quoddā appulimus, cuius oppidi principes sumptis armis ab Rege defecerant. ibi ex incolis, qui ad nauē accesserant, audimus urbem totam euersam esse, aufugisse Regem, putare se nostros etiā socios qui ibi commorarentur occisos. Ea res quamuis falsò nuntiata, omnes quotquot eramus in naui magnopere conturbauit ac perculit. Sed illuc nihilominus vento aduerso contendimus, & Socios omnes incolumes Dei beneficio offendimus. Quos ego nobis ad litus obuiam prodeuntes quanto meo gaudio viderim, verbis exsequi fratres carissimi nequeo, prorsus vt à morte reuocati mihi viderentur. Neque verò in eo congressu Cosmus ille Turrianus temperare lacrymis poterat, bonus vtique senex, & vir planè egregius. Annos aliquot Amangutii vixerat, in ea vrbe relictus à Francisco Xa- uerio. ibi rem Christianam administrauit egregiè, multis magnisque laboribus ac difficultatibus fortiter superatis. Etenim vel intra priuatos ipsos parietes à Bonziis lapidibus sputisque appetitus, illusus, & contumeliosè tractatus est, cum sine magno periculo domo pedem efferre non posset, idque ob eam maximè causam, quòd post Frãncisci Xa- uerii ex eo regno discessum, Rege ipso Amangutii ex insidiis interfecto, assiduo parè bello ac seditionibus, cum vniuersæ ferè nobilitatis ac magistratuum eade regnum illud exarserat: cuius rei culpam Bonzii (quorum est magna apud plebem auctoritas) cum in Christiana sacra suscepta neglectaque Deorum religiones conferrent; tantam in inuidiam Cosmum adduxerant, vt & mundus illi crucifixus, & ille mundo vicissim iure optimo

optimo dici posset. Sed cum in hisce incommodis & ærumnis præclara nimirum conscientia sustentabat: quippe qui ad Christi Domini nostri gloriam retulisset omnia, & Amangutianam Ecclesiam interim conseruari atque augeri intelligeret. Denique mihi narrabat, nunquam se in vira, lætitiæ ac voluptatis tantum cepisse, quantum per id tempus Amangutii percepisset. planè vt existimem illum è lacrymarum mira suauitate & copia, magna ex parte oculorum aciem perdidisse. Vt in Bungū veni. dedi operā vt Regem ipsum inuiserem, multisque cum rationibus ad Christū traducere sum conatus: sed frustra, partim quòd hostium metu in locum munitum sese præsidii causarecepisset, partim etiam quòd sibi intelligeret Christiana lege mores esse mutandos. Accedebat illa quoque suspicio, fore vt populares sui Christiani regem ferre nollent. Sed illud maximè retardabat hominem, quòd dæmoni deditus est in ea Bonziorum secta, quæ animum ait vnà cum corpore interire, spiritum esse nullum, & nihil omnino præter ea quæ sensu percipimus. Sunt autem Bonzii cum regni proceribus affinitate cõiuncti, nobis verò, quòd plebi eorum scelera fraudesque detegimus, iniquissimi, tantisque mendaciis populum onerant, nihil vt Euangelio in his terris majori impedimento esse videatur. Quod idem Francisco quoque Xauerio (quamuis id nos sceleret) vsu venisse nunc demum cognoui. Quot ille in iis locis incommoda superauit; cum pedibus iter assiduè faceret, cum per vias ædesque Bonziorum ac principum concionaretur, vulgaribusque cibariis, quæ inspidissima sunt, victitaret! In magnis verò frigoribus, instar famulæ pedibus, Iaponios equites citato gressu persequeretur, talari veste nunquam deposita, & quidem sarcinula onustus, vt eo comitatu insidias latronum effugeret. Idem in castigandis Iaponiorum flagitiis & superstitionibus aded fuit liber ac vehemens, vt trepidaret comes eius, qui mihi hæc deinde cuncta narrauit. Quoties ille puerorum insectantium vociferationes, iurgia, lapidationes constanter inuictòque animo pertulit! Mortem verò pro Christo vsque aded optabar, vt eam vltro panè quærere videretur. Regis quidem Amangutii nefario flagitio libere atque acriter accusando, non obscurum adiit vitæ discrimen. Iaponiis proceribus quibusdam eum parum honorificè compellantibus, trementem interpretem, & mucronis ictum in singula momenta expectantem, iisdem compellationibus (tamethi citra contumeliam) respondere iubebat. idque non contumacia elatus, sed quòd illud sentiret ac diceret: nullam (vt tum res erant) suæ doctrinæ

dictorumque in iis locis auctoritatem futuram, nisi maiore apud eos esset in honore, quàm ipsimet Bonzii, quos illi sanè valde reuerentur. Quam eius animi magnitudinem vitæque contemptum Iaponii vsque adedò mirabantur, vti Xauerius etiamnum magnum apud multos nomen sanctitatis obrincat. Ego in grauissimam febrim incidi magno sanè vitæ periculo: ex qua tertio denique mense præter opinionem euasi: cunquæ res Iaponicæ turbulentæ exiguam spem profectus ostenderent, infirmo etiã tum corpore, ad meum prouinciale munus in Indiam mihi renaugandum existimaui. Huc nos (qualem nec videre me in vita memini, nec verò existere vnquam posse putauit) sæuissima dierum quinque tempestate iactati, incolumes Deo miserante peruenimus: cuius bonitatem supplices exoramus, vt quos è tot periculis ereptos in hæc loca perduxit, eosdem obedientia duce ad cœlestia regna sedesque peruenire patiatur. Cocino, ii ij. Idus Ianuar. MDLVIII.

GASPARIS VILELÆ AD SOCIETATEM
IESV GOAM.

ANno superiore, fratres mihi carissimi, ad vos fusè perferri-
psi res cùm aliis huius prouinciæ locis, tum præsertim Fi-
randi gestas, vbi annum sum commoratus, quo temporis
spatio Christiani mille & trecenti facti, templaque tria
Christo dedicata sunt, quæ Idolorum antea fuerant. quam rerum
conuersionem aduersarius agre ferens, magnas in nos turbas
per Bonzium quendam exciuauit, qui ex incremento rei Christianæ
acri odio in nos iam antè concepto, habita insuper nobiscum
disputatione turpiter victus, adedò exarsit dolore ac rabie, vt in
perniciem nostram ex illa die neruos omnes intenderit. Confes-
sum praua Bonziorum dogmata atque mendacia vulgò prædica-
re aggressus est, idque eo euentu, vt cuius nomen Firandi autè id
tempus obscurum atque ignotum fuisset, plurimos iam sectatores
haberet; nec plebs modò, sed ipsi Bõzii ex eius ore pèderent. Inter
hæc ille populum in nos omni arte incitare; monere & hortari, v-
ti nos, sicuti Franciscum Xauerium antè, exterminarent, at-
que ita Deorum ab se iram ac minas auerterent: quibus
rebus effectum est, non solum vt multi in nos falsum dice-
rent testimonium, sed etiam (quod Christianos pupugit vehe-
menter) vt Crucem effringere non dubitarent in sacro cœ-
meterio positam: quam injuriam & Regulus ipse, & ali-
quot

quod alii Christi gloriæ cupidi, quanquam vlcisci parati, iustis tamen de causis patienter tulerunt. Dominus verò Deus noster nihil iis aliisquæ multis eorum sceleribus commotus, sed recordatus miserationum suarum antiquarum, pro flâmis atq; fluminibus signa misit è cælo ad eorum tenebras fugandas perquâ clara & illustria: etenim in media aëris regione species Crucis apparuerunt, aliaq; prodigia valde conspicua, verum enim uero vsque ad eò densa cæligine mentes eorum obductæ sunt, vt insolitam lucem intueri nequerint, sed potius in sua pertinacia obfirmatiores, neophytos à Christi cultu summa vi reuocare conati sint.

Meacum est vrbs totius Iaponis caput, frequentissima academia litteratorumque conuentu percelebris: cui ciuitati quòd Euangelii lux nondum affulsi, Cosmo Turriano Rectori nostro visum est faciendum, vt aliquis nostrum ad explorandum ciuitatis statum, simulque tentandum quis ibi locus Euangelio sit, mitteretur. Eius rei gratia crebris supplicationibus ac sacrificiis ritè peractis, hæc mihi prouincia obtigit, quâuis ad tantum onus haudquaquam idoneo. Sed qui illud mihi imposuit Dominus, idem ferendo quoque suppeditabit vires. Equidem, quod ad me attinet, mortem, injurias, incommoda, & frigora, quæ in iis regionibus maxima sunt, mihi propono. Iaponicæ linguæ tametsi consuetudinè aliquam nactus sum, tamen quo facilius atque commodius cum Iaponiis agere possim, interpretem è Societate nostra Iaponium mecum duco, iamque me ad iter accingo. Itaque ne longior sim, temporis angustia prohibent. Illud à vobis fratres carissimi enixè peto quæsoque, vt me in tali tantaque re omnis opis egentem, Domino quàm diligentissimè commendetis. Ex Iapone, Cal. Septemb. MDLIX.

IOANNIS FERNANDI AD MELCHIOREM
NONNIUM.

ACTA proximi superioris biennii cognosces ex litteris iis, quæ publicè missæ sunt. Nunc accipe quæ mihi in præsentia occurrunt. Bungenisium Christianorum in suscepta religione major in dies firmitas atque constantia cernitur: quippe sese pœnitentiæ & Eucharistiæ Sacramentis idèntidem muniunt: sacris cõcionibus adsunt, subinde se verberibus puniunt, aliaque pia munera diligenter obeunt: horarias preces quotidie recitant, cruciatibus Domini in horas singulas ita distributis, vt vniuersam eius historiæ seriem singulis diebus ea ratione percurrant,

rant. Neque verò Facatā, quāquam templo à militibus direpto & disturbato, cessatum est. Nam præter feminas puerosque patres familiarum sex baptizati sunt, quorum opera illam Ecclesiam propediem restitutum iri confido. Atq; vt intelligas, Iaponii Christiani quantum in virtute profecerint; narrabo quid vni eorum nobili genere nato contigerit. Is cum esset Amangutii apud amicū opulentum, qui agros oryzae feraces ei fruendos dederat, cumq; videret se occupationibus distineri, quo minus Christo, quemadmodū optabat, totum se manciparet ac traderet; fundo vctigalibusque relictis, Facatam vnā cum vxore, liberis, ac seruis venit, vbi nō modò seipsum Deo verè atque ex animo dedit; sed filium quoq; indolis egregiæ nobis tradidit tenera adhuc ætate, Societatis nostræ doctrina præceptisque imbuendum. Idem, vt vni Deo vacaret, abjectis omnibus negotiis, totum Quadragesimæ tempus posuit apud nos: quidquid à quotidiano sacro & concione supererat otii, totum id, precando, cōtemplādis sempiternis præmiis atq; suppliciis, mortēq; & extremo iudicio insuens: quibus rebus in Domini nostri Iesv Christi cognitione & amore crescebat in dies. Accedebat ad eius constantiam virtutēque corroborandam, rerum à martyribus piè fortiterque gestarum assidua recordatio: è quibus præcipuè diui Stephani delectabatur præclaro facinore, pro lapidatoribus suis in extremo spiritu Dominum deprecantis. Vbi hebdomadæ sacræ dies venerunt, vitæ maculis per Confessionem diligenter elutis, ipso Paschatis die cum aliis quattuor aut quinque cœlesti pane sese pavit ac muniit. Quinto autem sextove post die, capta vrbe Facata, è principibus quidam qui seditione commota in Regem Bungi arma ceperat. Is apud quem noster Christianus (ve diximus) Amangutii antea vixerat, se ab illo desertum indignatus, eum à sicariis ad necem conquiri iubet: quos ille vbi se ad orientes aspexit, non modò arma non sumpsit, cum esset vir aliōqui fortis ac strenuus; sed etiā quasi mansuetus agnus in genua procubuit, tandiu ad Dominum Deum oratione conuersa, quoad vsq; impio ferro confossus eidem animam reddidit. nec dubitamus quin pro intersectoribus fuderit preces. Etenim diui Stephani exemplum intimis eius medullis inhaeserat. Filius apud nos, vxor autem & filia apud sanctam feminam precatiōni ac pœnitentiæ deditæ, magnos in virtutibus habent processus.

Alexander est quidam alius Christianus. is cum esset in famulatu potentis viri in agro Facatenli, haberetque in eodem famulatu socrum & coniugem, quæ vxori domini seruebant; à Spiritu sancto permotus, eā familiaritate salarioque relicto. Facatam, Baptismi peten-

petendi causa concessit. quo impetrato, petceptis iam Christianæ
fidei rudimentis, tota de re dominum fecit per litteras certio-
rem, eumque ita IESVS fauente commouit, vt conjugem & socrum ad
ipsum continuè dimiserit, quæ item ad Ecclesiam aggregatæ sunt.
& conjux quidem quindecim post diebus excessit è vita, IESVS,
MARIA piè pronuntians: quam multis rationibus in cœlum as-
cendisse confidimus: Alexander verò vxoris morte sanctissimè ob-
ita aded permotus est, vt omnem pecuniam abjicere, vitam cœli-
bem agere, & quoad spirauerit, Cosmo Turriano parère decreue-
rit. Piis sacrificiis tuis & reliquorum pattum fratrumque mihi ca-
rissimorum me valde commendo, è Bungo, iij. Nonas Octobris,
MDLIX.

LIBRI PRIMI FINIS.

SELECTARVM
EPISTOLARVM
EX INDIA
LIBER SECVNDVS.

LAVRENTII IAPONII AD
SOCIOS.



CEPIT vestras litteras, quæ mihi perju-
eundæ fuerunt: & quoniam intelligo quan-
to vicissim desiderio teneamini aliquid de
statu nostro cognoscendi, exponam paucis,
quæ nobis in hac Meacensi prouincia con-
tigerunt. Primùm igitur Didaci domum de-
uenimus in Sacomoto vico: qui vicus jacet
ad montis Frenoiamæ radices, in quo
cùm cœnobîa litteratiquè permulti, tum verò insignis cuius-
dam principis Bonziorum domicilium cernitur. ad eum mon-
tem cùm peruenissemus, misit me Gaspar cum litteris ad Bon-
zium nomine Daizembum, quibus ille perlectis, aduentûsque
nostri

nostri causa cognita, respondit; magistrum suum ex principibus
 eius ordinis vnum; qui è Bungo nos euocauerat, anno superio-
 re extremum diem obiisse; & se tenui re familiari, auctoritate
 nulla relictum, praesidio nobis esse non posse. ad eum tamen postri-
 die Gaspar & ego reuertimus: & quoniam nos auidè ipse decem-
 que eius discipuli Bonzii audire videbantur; apud eos verba feci-
 mus: à quibus admoniti nullas religiones in ea loca iniussu Bon-
 zii eius regionis maximi induci posse; dedimus operam diligen-
 ter, vt eum conueniremus. Sed cum res parum procederet; oppi-
 di praefectum postremo rogauimus, vt nos ad illum introducere
 ne grauaretur. Tum ille: Si disputandi causa venistis (inquit) ex-
 cludemini, sin aedium visendarum, id spectaculum vobis pecunia
 muneribusque mercandum est. Gaspar, vt omnes aditus elau-
 sos Euangelio vidit, à Frenoiama profectus, Meacum contem-
 dit. In ea vrbe quatuordecim dies in aedibus conductis morati, ad
 docendum minimè accommodatis, in alias migrare coacti sumus
 loco celebriore positas. Huc Meaceses nonnulli iam ad audien-
 dum euangelium veniebant post quintum autem & vigesimum
 diem, Bonzio nos deducente, viro in primis ciuitatis honesto,
 Regem seu Imperatorem Gaspar adiuit, à quo ita amice acce-
 ptus est, vt ex ipsomet eius poculo, honoris & amicitiae causa, bi-
 beret; tum verò frequentiore etiam vrbis parte nobis ad habitan-
 dum assignata, magna vis omnis generis hominum ad nos, vel au-
 diendi vel disputandi causa, confluxit: sed animis initio tam ob-
 duratis, vt verbo Dei audito partim blasphemarent, partim etiam
 irriderent nos atque deluderent; per eos dies cum honesta mulier
 Meacensis ad concionem venisset, vbi peroratum est, Baptismum
 petiit statim: sed rem distulit Gaspar, eo quòd mulierem nondum
 ad id Sacramentum idoneam repperit. Cingues praeterea duo (ma-
 gni honoris nomen id est) noctu ad nos audiendos ita se confere-
 bant, vt nostram doctrinam valde probare viderentur: quidam
 verò è principibus oppidi Gannoxini, qui Meaci habitat,
 cum decem aliis apud nos Christianus est factus. postea cum
 Gaspar ad Mioxindonum, qui praecipuum Meaci obtinet di-
 gnitatis locum, auxilii petendi causa à primario quodam ciue
 deduceretur; tota vrbe percrebuit, Mioxindoni iussu prima-
 rium illum virum in vineula Gasparem coniecisse, rursus, cum
 vrbis praefectus per compita edixisset, ne quis Gasparem laderet;
 fictis rumoribus multi edictum esse mentiebantur, vt Gaspar
 oppido pelleretur. huiusmodi multa praetereo, quae singillatim
 enarrare nimis longum est. Sed iuuante Domino Iesu Christo
 confidi-

tonsiamus, nos, vt adhuc fuimus, ita etiam in posterum incolu-
mes futuros magna cum diuini nominis gloria, rabiéque ac dolo-
te diaboli, quando iam nostri in hanc urbem aduentus ad Ban-
duensem vsque Bonziorum Academiam fama penetravit, sexcen-
tis passuum millibus Meaco distantem. interim Bonziorum minis
atque importunitate compulsus hospes is, ad quem diuerteramus,
nos domo sua dimisit; itaque in aliam nos recepimus. Hic acrius
etiam in nos aduersarii seuire ceperunt, cum nos alii simias, vul-
pes alii, alii denique à dæmonibus occupatos, anthropophagós-
que appellarent: pueri etiam eorundem instinctu cum cæteris in-
juriis contumeliisque, tum etiam lapidum, glebarum, & arenæ
conjectu infestarent atq; læsserent. Quamquam his rebus, Do-
mino adiuuante, minime deterriti sumus, quo minus Euangelium
ad mensem Aprilem vsque nuntiarem, cui Japonii centum cit-
citer fidem habuêre, baptizatiq; sunt. sub id tempus Bōzii quin-
que nos conuenerunt ex ea secta, quam Baracaque appellant, qui
meditationibus quibusdam vacant arbitrato suo confictis. ii eum
nonnulla de nobis quæsisserunt ejusmodi, vt appareret eos à dæmo-
ne agi; Gasparis responsis victi abjectiq; conciderunt. Duo præ-
terea ex ea secta quæ Tendau dicitur, cum diu nobiscum de reli-
gione atque acriter disputassent; concessere ad extremum veram
nostram esse doctrinam, tametsi eorum nemo se ad Christum
adjunxit.

Alius in primis eruditus, cum è sermone Gasparis cognouisset
vnum esse opificem tetum omnium, animósque hominum nun-
quam interire; idcirco negauit se Baptismum petere, quòd ex im-
purissimo flagitiorum cæno emergere castèquè viuere se posse
diffideret.

In Bonziorum ordine magnum est nomen eorum, quorum eru-
ditionem duo quidam ex principibus suo chirographo comproba-
uerint. Ea veluti quædam canonizatio est: in sella cõstitutos ado-
tant, eorumq; approbationem scripto testantur. ex eo tempore
qui probati sunt, certos locos cæteris ad meditandum proponunt,
Hunc dignitatis gradum adeptus Bōzius quidam, nomine Quen-
xu, qui ipsos triginta annos in meditando consumpserat, in char-
ta pratum & in eo aridam arborem depingendam cutauit. ad ar-
boris autem radices carmina duo descripsit iudicum chirographò
confirmata, quorum hæc erat sententia:

Prioris, Cedo, quisnam te seuit arbor arida?

Ego, cuius principium nihil est, finis nihil.

d

Poste-

Posterioris, Meum cor, quod neque esse neque non esse habet,
Neque it, neque redit, nec retinetur vsquam.

Is igitur Bonzius cum ad Gaspatem venisset contumacia inflatus, quod diceret iam sibi perspicuum esse, quidnam antequam nasceretur fuisset, quid tunc, quid denique post mortem esset futurus; seque non discendi causa, sed animi tantum, ad nos accessisse; diuinitus ita repente immutatus est, ut verè nihil esse quidquid sciebat, sibi que Christianam doctrinam esse necessariam intellexerit. Baptizatus itaque summa populi admiratione, vitæ exemplo, quam ducit sanctissimam, alios aliquot partim conuertit ad Christum, partim vehementer commouit. Cosmus autem amicus noster, qui ante sexennium in Bungo baptizatus est, aduentu nostro cognito nos statim adiuit, parentibusque ac patria relictis Dominum cœlebs colere & Gaspati obedire constituit. Bonzius erat quidam admodum senex, annos iam quadraginta in meditando versatus. is Christianam religionem ita auidè arripuit, ut id ætatis homo ad verbum Dei audiendum à sex passuum millibus ventiter. Ad hæc, Bonzii circiter quindecim Christum secuti, partim legirimis iuugi nuptiis, partim cœlibem vitam agere (quod in eo hominum genere maximè mirum est) decreuerunt. In vico Farima habitat Bonzius, qui piscibus, carnibus, tritico, hordeo, denique oryza abstinet, herbis tantum victitans, arborumque baccis ac pomis, quique æternæ salutis adipiscendæ causa voto se obstrinxit è libro quodam Xacæ, quem Foquequium appellant, se gratis plebem eruditurum. Narravit autem nobis, se ante decennium per nocturnam quietem sibi visum esse versari cum sacerdotibus, qui è Cenghequ, hoc est Europæ regionem venissent, sibi que rectum ad salutem iter ostenderent, expectatumque postredie, statim audisse Amangutii esse presbyteros quosdam è Cenghequ, de vita futura publicè disputantes. Hic audito Euangelio gauisus est; sed quoniam sine comite Meacum festiuè venerat, dixit se Patimam rediturum eo animo, ut sublatis rebus necessariis, vorisque neglectis, & fallaci illa vitæ asperitate deposita, Meacum reuertetur, & Christiana facta susciperet. occultè etiam ad nos contulere sese audiendi Euangelii causa viti insignes duo, quorum alter in meditando exercitatus, quodam quasi Episcopi munere fungebatur: alter erat Bonzius legum petitus, & concionator, qui in eo congressu Gaspari apertè confessus est, in Japonica philosophia simplex nihil esse vel solidum. Bonziorum quoque familia, quæ à Foxequu nomen duxit,

duxit, vitamq; saeuertem ceteris omnibus proficetur, aũdito Dei verbo, uostraque vitæ ratione perspecta, quòd Gaspar gratis populum doceat, & cum ipse omni feminarum consuetudine abstineat, tum laicos vna tantum vxore iubeat esse contentos; offendi cœperunt in Bonzio quodam præfecto cœnobii, quem antea venerabantur vt Deum, quòd amicas habeat in occulto, & laboris in docendo sui mercedem exigat: cumque carniũ ac piscium esu cæteris interdicit, ea ipse clam comedat; quocirca eũ cœnobio pellere, aliumque pauperem ac bene morarum in eius locum sufficere decreuerunt. Tres præterea, iisdem meditationibus clari, quantum iam diem conciones nostras assidue celebrant, quos propediem baptizatum iri confidimus, eam rem ad exemplum magnopere profuturam. Non longè ab ædibus nostris incendium excitatum est: cuius incendii in nos, vt veneficos diaboliq; præcones, causa conferebatur: sed iam Bonziorum furor aliqua ex parte deferuisse videtur. quorum cum ita multæ ac diuersæ numerentur sectæ, suam quisque profiteri nos dicunt; Xingouini, id ipsum Denichi, quod illi prædicent: Séxuani Fobé quoddam sum: Foquexani Mion, (disciplinarum ea nomina sunt) londaxuenses Amidam: Xintani denique Quoquium: sed vt speramus, non longè aberit, quin omnes fateantur legem summi cœlorum terræque opificis nostro præconio promulgari: quem pro sua infinita clementia facturum esse confidimus, vt ipsum agnoscant, agnitoque, omnem laudem & gloriam tribuant. Vestras etiam atque etiam, fratres mihi carissimi, & istius Ecclesiæ, quibus ego maximè, deprecationes imploro, Meaco, iij. Non. Iunias, MDLX.

CONSALVI FERNANDI AD QVENDAM E
SOCIETATE IESV.

HISE litteris nonnulla, frater mihi carissime, persequar, quæ, in Iapone dum essem, in vinea Domini gesta sunt. Versabatur eo tempore Firandi Gaspar Vilela, cuius iussu Gulielmus vias vrbs ære campano circumiens, pueros ad Christianam doctrinam Iaponicè discendam in templum cogeat: ex quibus vnus, admodum paruulus nondum ad cerum Christianorum adjunctus, Gasparem adiit, Baptismum magnopere efflagitans. quem Gaspar, id ætatis puerum, patre ethnico, cum prius perdiscere iuberet capita Christianæ doctrinæ, respondit ille, nequaquam

quam se inde abiturum, quoad Baptismo iustificatus esset. denique domum ad suos regressus, ita cum parentibus egit, ut patrem, matremque, fratres, ac sorores ad Baptismum adduxerit. Ad aliud venio non minus mirabile. Diuturno morbo vexatus ethnicus quidam ex optimatibus, cum varias curationes frustra tentasset, suadenti Christiano cuidam, ut ad valetudinem recuperandam, Christiana religione suscepta, ad templum nostrum accederet, aquamque Iustralem ebiberet; paruit agrotus: statimque in pristinam valetudinem est restitutus. alii præterea morbi complures in his regionibus eadem aqua pelluntur.

Alius Christianus cum è gravi morbo iam propè animam ageret; me accersitum rogavit, ut quoniam essem è Societate Iclii, pro se Dominum deprecarer: sanitatem se continuò recepturum. psalmis septem penitentialibus recitatis, magnam ipsius fidem Dominus reddita statim valetudine remunerari dignatus est.

Profectus ex eo loco Gaspar in insulam quandam ad promulgandum Euangelium, incolas plus sexcentos triduo baptizavit, Christianæ fidei præceptis imbutos. quæ res tanto diabolum affecit dolore, ut unum è Bonziis ed mlierit, qui populo persuaderet, falsa esse quæ Lusitanus concionator docuisset. quæ re cognita Gaspar confestim eodem legavit è nostris, qui apertis rationibus aduersarii mendacia redargueret. quæ res Christianos nõ mediocriter recreauit.

Haud ita mulco post, barbari tres è principibus ciuitatis, communi consilio profecti ad excindendam Crucem in monte à Christianis erectam, vixdum scelere perpetrato, inter se rixari ceperunt, sibi que inuicem idiplum facinus exprobrare: demum ed rixa peruenit, ut eo ipso in loco, vbi Crux posita fuerat, inter se ex prouocatione dimicauerint: quorum duo postridie manè mortui ibidem reperti sunt: tertius verò nusquam postea apparuit, ablatum à dæmonibus creditur) nec aliud quidpiam de illo auditum est, nisi quodd biduo post adolescens quidam repente ab immundo spiritu occupatus palam dicebat; se nimirum esse qui Crucem præciderat, & propterea se in altera vita torqueri acerbissime. quod vbi videre Iaponii, rei occultanda gratia adolescentem abscondere statuerunt, atque ita ex oculis nostris euauit, ut nihil de ipso deinde cognouerimus, incertumque sit, cum ne interfecerint. qui partim hisce de causis, partim quòd sexcentos quos dixi neophytos viderent alios idola cremantes, alios in mare projicientes, concursu ad Regem facto postulauit, ut Gasparem regni finibus pelleret. quibus Christiani cum ex altera parte resisterent,

resisterent, resque iam ad arma spectare videretur; Rex misit qui Gaspari nuntiaret, nequaquam sibi placere eum in suo regno interini, proinde ad Socios sese reciperet. quocirca in Bungum, ubi erat eo tempore Cosinus Turrianus, inde concessit non sine magno quidem animi dolore, quippe qui in spem venisset Regis ipsius ad Dominum traducendi. is enim sæpius Gaspari præsentem se dixerat, se animo ac voluntate esse Christianum, & pro Christiano se gerere, quod præclatè intelligeret patriæ superstitiones quantum a veritate distarent.

Valesudinarium & sodalitium, quod Misericordiæ vocant, à Cosino institutum in vrbe Funao Regni Bungenfis, ethnici magna cum approbatione suspiciunt: cum enim inter se ex animo ac verè non ament; mirantur in primis, reperiri in toto orbe terrarum, qui pauperes curet, iisque necessaria cuncta suppeditet.

Duo sane admirabilia mihi narrata sunt, quæ in hoc oppido cõtigere Ethnicus quidam è primoribus ciuitaris ancillam habebat Christianam. atque, vt ethnici ferme Christianos auersantur, conuersus ad famulam, Cut, inquit, tu Christiana es, cum ego sim ethnicus? nisi continuò ab ista religione recesseris, hisce ego te manibus interficiam; Cui serua Dei non eo consilio se Christiana sacra suscepisse respondit, vt iis mox desertis ad barbaros ritus rediret. tum herus eius perseuerantia cognita, cum mortis minis interdixit, ne ex eo tempore ad Crucem adorandam sese conferret. illa verò diuino fulra præsidio, nihil idcirco ab instituta Crucis latria desistere, quoad eam herus obuiam in itinere factus, occidit.

Alterum illud est: Paucis antè diebus, quàm ego ad hunc Firandi portum venire, Sinarum nauis Lusitanum quendam, qui apud Sinas in vinculis fuerat, in eundem portum aduexit. Sinæ aliquot ibidem commorantes cum ad nauim accessissent, vt Lusitanum viderunt, querere de nauarcho Sina populari suo ceperunt; quo consilio Lusitanum in ea loca perducere ausus esset, cum Rex Firandi sacerdotem Lusitanum ex oppido pepulisset; nisi spoliari se ab Rege nauigio vellent, continuò Lusitanum interficeret. Hæc dum agitantur, diuinitus factum est, vt Christianus Iaponius quidam interueniret. is ubi morantem Lusitanum aspexit, ad eum confestim accedens, causa mortis cognita manu apprehensum bono animo iubet esse: quantum per suas facultates liceat, nihil ei apud se defuturum. inde perducit domum, ibique hominem habuit quoad vsque nos eò peruenimus. Et sane Lusitanos Christiani tanta benèuolentiâ prosequuntur, vt in eorū ædes

æquè liber illis atque in suas ipsorum aditus sit : sed tum præcipuè præclarum amoris sui documentum dedere, eùm Iaponii facta in eos coniuratione arma ceperunt. quod ubi à Christianis cognitum est, communi statim consensu ad eorum defensionem se vel capitis periculo compararunt: eùm ex eis quidam, extrema iam ætate, reliquorum domos circumcursaret, hottarerurque omnes ad mortem pro Christianis fortiter oppetendam : quare perterriti barbari, à suscepto consilio desiterunt. Obsecrate fratres carissimi Dominum, vt huius gentis animos ad suos errores ac miseras recogoscendas illuminet. Cal. Decem. MDLX.

LVDOVICI ALMEIDÆ AD SOCIOS IN
LVSITANIAM.



Niis litteris, quæ à vobis ad nos assiduè perferuntur, insignes amoris erga nos vestri & caritatis certantur notæ. apparet etiã quanto studio teneamini ad nos subleuandos in hæc loca veniendi; hæc plenâ pietatis volûtatē, quoniã nos remunerari nõ possūmus, Dominus ipse pro sua benignitate compenset: quamquam vt amor vestro nos etiã aliqua ex parte respõdeamus, (quoniam auctis scite quid à nobis in re Christiana geratur) anni huius præsertim acta ad vos perferbere statui.

Balthasar Gagus hoc anno ex Iapone profectus in Indiã, aduersa tempestate retentus, hyemauit in ora Sinarum : atque id fuit causâ, cur à nobis huiusce anni litteras non acceperitis. Post eius discessum nuntii Meaco allati sunt, Bonziorum in Gasparem Vilelam odium aliquantulum refrixisse. itaque rursus aures dare cepisse Euangelio, fierique aliquos Christianos, atque in iis nobilissimos homines, & in rebus Physicis admodum intelligentes. Missæ sunt etiam aliquot à Meacensibus illis neophytis ad Bungenses Christianos epistolæ; quarum vna duodecim circiter paginarum magnam harum regionu Christianis attulit voluptatem, sæpiusque descripta, omnia Christianorum loca percurrit, & simul recitabatur etiam ethnicis. Summa erat epistolæ, sectarum Iaponis omnium (quæ plus vndecim sunt) expositio simul & confutatio, cum religionis Christianæ confirmatione: nec verò peccatas vnquam res Iaponiorum fore, quoad omnes fierent Christiani: atque id ipsum multis apertisque rationibus probabatur. Mense Iunio ineunte, ex Gasparis ipsius litteris cognouimus, illum iter cepisse ad urbem Sacaium, quæ bidui distat Meaco; vbi spes magna

igna messis vberimæ ostendebatur, non modò quòd sit libera, & in primis ampla Iaponis totius; sed multo etiam magis, quòd eum quidam è principibus ciuitatis illuc per litteras iunisset, ædesque suas ipsi ad Euangelii promulgationem obtulisset. cuius tantum est eius rei desiderium, vt in Bungum etiam certum hominem cum mandatis miserit ad Cosmum Turrianum. Recordabitur, vt speramus, pro sua bonitate Dominus harum gentium, easque conuertet ad se: nos autem in suo confirmabit obsequio.

Quod ad Bungensem Ecclesiam attinet, quæ nunc quidem est Iaponis omnium maxima, admodum augetur in dies, (cæptis adspirante Domino) cum virtus veteranorum, tum etiam tyronum numerus: quorum tanta est pietas, vix vt possim verbis assequi: nonnulla tamen attingam, vt ex iis reliqua intelligatis. Primum nulla nox præterit, (vt mihi quidem videtur) quin verberationes in templo fiant, ac ferè semper omnium, quotquot ibidem cõtempore sunt. quibus in templo non licet, si sese intra priuatos parietes cum vniuersa familia verberant. Quotidie, quamuis ningat, Christianis refertum est templum: nec referatur ferè, quin multi reperiantur ad limina præstolantes. Festis autem anni celebrioribus tanta vis hominum confluit, vt ad multitudinem capiendam vmbraeula è frondibus raptim exstructa cum templo continuare necesse sit: atque alii quidem præcipuis anni festis, alii verò diebus Beatissimæ Virgini sacris, alii quintodecimo, alii etiam octauo quoque die Confessione maculas abluunt. Sed Bungensum studium ac pietas Quadragesimæ præsertim diebus elueet. res profectò visenda: quippe in singulos annos crescit huius Ecclesiæ religio ac probitas.

In pueris iis, qui ad nos Christianæ doctrinæ gratia ventitant, aliqui ita parui cernuntur, vt nihil panè præter catechismum eloqui possint: itaque idiolum quod tenent memoriter, oppido concinunt. Prope templum nostrum duodecim circiter Iaponii patres familias habitant, quorum filii puerique singulis noctibus, audito signo salutationis Angelicæ, ad Crucem conueniunt in ea vicinitate defixam; ibique nixi genibus totam horam quotidie in Christiana doctrina decantanda consumunt: idque parentum iussu, quorum tanta est pietas, vt infantibus Christiana rudimenta vnà cum lacte paulatim instillent, eosque tenera adhuc ætate nostram in disciplinam domesticam tradiros Domino consecrent. nec verò parentum pietatem non imitantur liberi, atque

vnus præsertim natu maximus omnium, annum agens tertium-decimū; cui super mensam cruciatus CHRISTI Iaponicè tecitanti fluunt interdum ex oculis lacrymæ, nulla vultus mutatione. alii verò eorundem cruciatuum recordatione commoti, piis Christum liberatorem verbis affantur, ita suauiter, vt cuiuslibet ferrum quamuis pectus emolliant. Itaque horū quos domi educamus operam ad conuersionem harum gentium magno nobis vsui fore speramus: quippe cū Iaponios auditores patria lingua magis quam peregrina retineat. alios præterea quinque Iaponios apud nos habemus prouecta iam ætate viros admodum probos tres videlicet Funaii, quartum Meaci cum Gaspare Vilela: postremus comes est peregrinationis meæ, annum agens alterum & vigesimum, tanta in dicendo suauitate ac lepore præditus, vt auditorum animos mirabiliter capiat: hæreses verò Iaponicas multaque de physicis ita callet, vt hosce philosophos omnes refutet ac vincat. faxit Dominus, vt eorum animis ignem injiciat. Christiani Facatenses, ac præsertim vnus è principibus, Cosmum missis nuntiis per Deum obtestati sunt, vt eò aliquem è Societate mitteret: velle se optimum tēplum exstruere, & suis alere sumptibus quotquot è nostris ibi commorarentur: quod iam fieri cæptum est. hisce de causis, & simul, quòd multi Christianorū vici alicuius è nobis aduentum sermonesque iam diu desiderabant, decreuit Cosmus, vt initio Iunii anni MDLXI. ad eos pagos & loca finitima inuisenda discederem.

Pridie quam Facatam perueni, aduentu meo cognito Christiani obuiam mihi alij ad tria passuum millia, alij etiam longius magno cum gaudio processerunt. ego complures dies in ea vrbe moratus, incolas circiter septuaginta sacro fonte lustrari. in quibus erant Bonzii duo Iaponicarum legum sanè periti. cū alter etiam regius concionator fuisset. is septem dies mecum disputando, interrogando, quæ dicebam in commentarios referendo consumplerat, cū inmensa Dei Domini nostri Lux ei tandem affulsit, & illius exemplo multotum præterea tenebras dispulit.

In eadem vrbe Facata cū alii complures, tum præcipuè duo morbo graui laborantes diuina ope sauati: quorum vnus parefamilias tanto capitis dolore torqueri solitus, vt violentas sibimet manus inferre sape tētari, tertio decimo die Dei benignitate cōualuit. alter erat iunior lepra fœdissima coopertus. is, quòd de Christianis honorificè picque sentiret, putaretque iuuantē Domino sibi per me sanitatē reddi posse; in meū conspectū adductis est:

quem vt vidi, negaui me ei morbo posse facere medicinam: verum tamen ne planè inæstus à me discederet ipse, quiq; cū adduxerant; remedium quoddam illi præscripsi facillimum, & post tertium diè ad me redire iussi: ita nitidus rediit, vt nulla vnquam scabie laborasse videretur. equidem obstupui perspecta hominum fide, aperteque denuntiaui Christianis, ne sanitatem pharmaco, sed Deo Domino fideique suæ acceptam referrept: quæ quidem etiam in animos eorum, qui morbo liberati fuerant, redundauit. nam vterque Baptismo perito, & post catechismum impetrato, ad Ecclesiã aggregatus est. cumque iam discessus mei tempus appeteret, quo æquiore animo id ferrent, spem illis maturi reditus præbui: quorū duo primores ita obfirmato animo itineris mei comites esse stauerunt, vt eorum studiis remittere aut eos de sententia demouere nulla ratione potuerim.

In exitu Iunii Facata discessimus in insulam Tacaxumam, ambitu passuum sex millium, in ditione viri principis Firaudensis, Antonii nomine: vbi cū essent quingenti circiter Christiani, ethnici tantum octo; ii quoque ad Deum nostro aduentu conuersi sunt. Præst autem eorum institutioni, excellenti virtute vir, qui è Bonzio Christi seruus effectus est. ædè habent, quæ idolorū antea fuerat, in primis ornatam: cuius vestigali, itemque eleëmofynis, quas erogat institutum ibi quoque Misericordiæ sodalitiū, non modò ipse antistes alitur, sed etiam inopes peregrini, qui illuc sanè multi (quod vidi per eos dies) religionis causa ventitant. eadem stipis per Misericordiæ sodales ritè fideliterque distribuendæ ratio seruatur etiam in vicina insula Iquicuchi, itemque in cæteris insulis, in quibus Ecclesiæ sunt: quo fit, vt ad iter iis regionibus faciendum sarcinæ & impedimenta minimè sint necessaria: quippe, quocunq; peruenias, omnia tibi gratis ac sedulò compantantur; maritimo itinere naues, terrestri comites & iumenta: quæ recuses, iniuriam videlicet sibi fieri, seque in Christianis officiosis numerati non putant.

Firando cū ad hanc inuisendam Ecclesiam aliquot Lusitani venissent, horum Christianorum religione, precandi studio, obedientia; amore non modò in sacerdotes nostros, sed etiam in omnes eorum vicarios, tantopere delectati gauisique sunt, vt mihi affirmarent, Socios nostros, qui in cæteris orbis terræ partibus versantur, si vel particulam norint eorum, quæ cum his Christianis geruntur, omnes Iaponicam hanc prouinciam expedituros: quod equidem credo: nam vna profectò Christianæ doctrinæ decantatio multas vobis præ læritia lacrymas exprimat, quid enim

si videatis pueros centum ac puellas, bis quotidie catechismi causa conuenientes, qui paucis antè diebus dicari diabolo fuerant, iam Christianos templum ingredi, aqua lustrali se aspergere, demum ad præcationem ritè genua flectere? quid si duobus eorum voce præeuntibus, subsequentes cæteros, doctrinæque præcepta concinentes audiatis? idque tanta cum modestia ac verecundia, ut oculos semper humi defixos habeant, ac duo illi præferim, qui voce præeunt, (quos ego de industria non semel & curiosè notauì) & quidem in maximis caloribus, cum facies eorum sudore manarent, tanta fuere constantia, ut manus, oculos, pedes nunquam mihi mouere conspecti sint: raptos profunda aliqua contemplatione dixisses. nec verò doctrina tantùm decantanda contenti sunt: nam eius quoque explicationem libentibus nobis requirunt. Iam verò quanta cum animi vestri voluptate intueamini Iaponios hosce Christianos positos genibus, manibusque sublatis, Christum è Cruce pendentem adorantes, lacrymis ad solum vsque fluentibus, in tormentorum Domini cogitatione ita demersos, ut penè ecstasici videantur? atque hæc quidem in hisce insulis propè defertis, quid de iis locis existimandum est, in quibus (ut in Bungo) Sacramentorum est vsus frequens? quæ cum ita sint; misereat (quæso) vos fratres carissimi harum Ecclesiarum, Deumque cum gemitibus obsecrate, ut supplementum aliquod è Societate nostra dignetur huc mittere. quod si fortè nimis diu distulerit, quam vereor, ne qui venerint, paucos superstites è nobis offendant: si quidem tres hac ætate magnum vitæ discrimen adiunxit, quam tueretur Dominus, ut opinor, quoad alii nobis ad nouam hanc vineam tuendam colendamque succedant.

Ex ea quam dixi insula in aliam traieci maiorem, quæ Iquicuqui vocatur. incolas habet circiter mille quingentos, in iis Christianos ferme octingentos. ii, quòd iam antè de meo aduentu cognouerant, obuiam mihi nauem cum primoribus aliquot Christianis miserunt: quam ut conscendi, in ipsa navigatione, tribus passuum millibus, antè quam ad insulam peruenimus, Crucem aspexi edito loco positam, quam satis amplo interuallo circumiès murus, sepeliendis Christianis cæmeterium efficit; vbi descendimus, humanissimè excepti, continuò ad salutandam Crucem de more perreximus: inde templum eorum inuisimus, elegàter ornatum. atque illos in præsentia quidem, ne inopem plebem non sine iactura ab institutis operibus auocarem, dimisi, concione in matutinum & vespertinum tempus, puerorum verò catechismo in pomeridianum indicto. itaque tanti concursus fieri cæpti sunt, ut

cum multi excluderentur, aream, quæ ad vestibulum templi est, storeis pro re nata contegere necesse fuerit. Templum est autem excelsio loco, lucoque denso, & ad aspectum iucundo. in id ascenditur gradibus, quibus in imis stagnum est aquæ, nudis pauperum pedibus abluendis, non superstitione vel cæremonia, sed ne templi catastromata calcata commaculent. Postridie quam huc veni, cæteras quoque sacras ædes lustravi pulcherrimè positas, quippe quæ ante id tempus idolorum fuissent, quibus colendis optima loca diligenter exquirebantur: hoc autem tempore ædificati Iaponii sunt illi ipsi, qui nuper Bonzii, nunc Christiani appellantur, antea dæmonem, nunc IESVM Crucifixum supplices venerantur & colunt. Et quoniam ex altero pago eiusdem insulæ sanè frequenti ad alterius pagi templum, trium ferè miliarium interuallo, Christiani magno suo incommodo venire cogebantur; templum ibi quoque ex ædificandū curavi, quod paucis diebus multorum subsidio magnaque omnium alacritate perfectū est, tabula picta, cæteroq; ornata ex vrbe Firando illuc aducto. Christianorum animis recreatis, cælestiq; fonte purgatis iis, qui ad Baptismū videbantur idonei; ad alium Christianorum pagum, quem Xixi vocant, ire perrexi, vt eos per Euangelium solarer, & simul vt in æde noua, quæ tum ab iis ad rectum perducebatur, sacellum exstruendum curarem, Iquicuchensibus Christianis officiosè nobis in eam rem fabros lignarios septem aliaque auxilia necessaria deferentibus. ibi igitur amantissimè excepti à Christianis; qui, quasi regem expectarent, ita sedulè vias antè purgatas ornaucrunt, prima luce & vespere de rebus diuinis disputare instituimus, quo commodius cæteris horis diei sacello ex ædificando vacarent, quod summa eorum diligentia paucis diebus est absolutum. Catechismi deinde cura certo homini tradita, Iram traiecimuseo consilio, vt Facatam propediem reuertere mur, quod eius peregrinationis spatium Cosinus nobis ad Augustum exeuntem vsque præscripserat. Iram, Cruce salutata, cum incolis egimus, vt ibi templum, nullum enim erat, communi consilio facerent. ad quod nobis Firando sacre imagines cæteraque necessaria ornamenta transmissa sunt. nonnullis concionibus habitis, quibus in fide Christiani sunt confirmati, Baptismoque lustratis qui lustrandi supererant, Casungã inde contendimus; vbi taura nobis hominū multitudo sese obuiã effudit, vt festi alicuius diei solennis celebritas videretur. Cruce adorata, ad primarium quendam Christianum diuertimus, apud quem nonnullis concionibus habitis, magna omnium voluntate decretum est templum, in quo sacerdotes sacrificarent, si qui in ea

loca venirent: quò item Firandò necessarius sacrorum apparatus est missus. Interea dum hìc agimus, mihi grauis homo narrauit Iquicuchi, mulierem Christianam suadente diabolo, siue eius ministris, abortus faciendi gratia pharvacum sumpsisse eiusmodi, vt infantem ipsamque parètem necauerit. Huius corpus Christiani, quippe quæ noxa capitali obstructa migrasset, in ipsorum cœmeterio, in quo Crux est posita, sepeliri cùm venissent; illa post aliquot dies periculosè ægrotanti adolescenti cuidã Christiano per visum: Corpus (inquit) meum sacra sepultura prohiberetur est illud quidem: sed ne idcirco me Christiani damnatam existiment: nam antè quàm è vita discederem, Dominus cõtritione mea lacrymisq; placatus est. quibus rebus Christiani ex adolescente cognitis (nãq; is deinde conualuit) valde animati sunt.

Ex eo loco rursus ad pagũ Iquicuchi, atq; inde, spe redit⁹ Christianis relicta, Firandum discessi ad quædam sacrorum instrumenta accipienda, quæ nobis Lusitanorum nauis aduexerat.

Firandum vt venimus, nauarchum Lusitanum allocuti, ad Antonium diuertimus statim, qui cum vniuersa familia nos peramãter accepit, detinuitque ad multam noctem, nonnulla de officii religione percontans: postridie nauarchum adiui, vt per magnam tabulam pictam in naui proponeret Christianis visendam, quos in proximum Dominicum diem (quod eorum commodo fieret) ad concionem simul & spectaculum, dimissis per agros nuntiis, euocauimus. interea nocturnis hortationibus cùm ceteri Christiani in fide animati sunt, tum ethnici circiter quinquaginta ad Baptisum adducti: in iis, è proceribus quidam Antonio non inferior. Et quoniam Firandi sacra ædes erat nulla, petiit nauarchus ab Rege, vt in atea nostra excitare liceret ædiculam, in quam Lusitani, qui versabantur ibi nonaginta, religionis causa, conuenerent; eademque Firandenses Christiani deinceps vterentur. cui Rex se deliberaturum respondit. Ea erat dissimulata negatio: itaque id vbi resciuimus, apud Christianum in area nostra habitantem priuatum sacellum exstruere atque adornare constitui, quod ille tanta animi alacritate studioque recepit, vt ædium duarum quas possidebat alterius vltro mihi optionem daret, seq̃e custodem fore profiteretur. igitur, Antonio præsertim operas & cetera necessaria benignè suppeditante, paratum oratorium est, & omnibus rebus instructum, in quo singulis noctibus Litaniæ & sacri sermones habebantur. vbi Dominicus dies aduenit, è pagis insulisque finitimis ingens Christianorum multitudo confluit, tum ad verbum Dei audiendum, tum verò ad sacram

etiam visendam imaginem, positam, ut dicebamus, in naui, loco peristromatibus, vexillis, vitentibusque arborum ramis ornato, referta iam spectantibus nauj, cum perorassem, eos omnes nauarchus, quod longè ab domibus suis abessent, liberali cibo potuque refectos dimisit.

Iam dies obtempserat, quo die mihi in Bungum redeundum esset: quocirca sacra tabula ex oneraria in nauiculam translata, ut inde Facatam deuehatur; Christianos Iuicuchenses monui, me sabbato proximo (ut promissa facerem) ad eos ex itinere venturum, & inde postridie vespere profecturum: qua illi re audita, parata naui continuo ad me deducendum venerunt. sub noctem conscendi, e comitibus piis aliquot Lusitanis, qui me rogauerant, ut mecum se ad illas Ecclesias inuisendas venire permitterem. Descendentibus nobis ad litus obuiam prodire Iaponico more cum facibus multis: eodemque comitatu ad templum venimus, ubi nos magna populi multitudo cum pueris expectabat. Concione habita, & puerorum catechismo petacto, quod iam intempesta nox erat, plebem dimisi, maneque postridie (Dominicus erat dies) post concionem incolas circiter tredecim, Christiana doctrina iam institutos, baptizauimus. Inde profecti, magna in itinere ac varia incommoda molestiasque pertulimus. Nam & mari, paruis lincibus, iisque monoxylis, vastos interdum sinus præcidere sumus coacti, vixque imminetium piratarum manus effugimus, qui captos homines diu multumque vexatos in seruitutem diuendunt; & terta, iumentis consultò relictis, lutulenta via atque teterima cingulo tenus cœno demergebamur: quæ tamen sordes occurrentibus passim riuis eluebantur. Accessit ad hæc, asiduum pænè profluuium sanguinis, quo sanè grauiter acerbèque vexabar. Sed eas omnes difficultates, Christianotum erga nos studium caritatisque compensabat egregia: cum & hospitii commorationisque nostræ mercedem constanter ac benignè respuerent: & abeuntes, viatico omnibusque rebus necessariis liberaliter instructos, vberimò fletu prosequerentur: & quod longè admirabilius est, impressa à vobis humi vestigia ipsa, obstupescantibus rei nouitate ac miraculo qui necum aderant Lusitanis, oscularentur. Verùm, nè longior sim, modum epistolæ faciam, si vnum addidero, ex quo facile iudicare possitis, quanta sit Iaponicæ gentis ac nominis ad humanitatem religionemque propensio. Cum fessus è via, morboque pænè confectus, in quodam ethnicorum oppido substitissem, tamen nullum erat desiderium cibi, tamen ne planè deficerem, oryzam reformidans, putridaque piscium salsamenta (hæc enim

enim incolarum cibaria sunt) nisi qui oua coëmeret. is autem mihi mox oua cum ipsis nummulis retulit. Causam querenti respondit, incolas oua, quoddies ille festus ipsorum esset, vendere noluisse: quoddies ægroto quærerentur, dono dedisse. Denique in Bungum ægre peruenimus: ibi quanquam à Cosino ac Sociis amantissimè acceptus, humanissimèque tractatus, vix tamen adhuc è diuturna agrotatione conualui. Vos clementissimum Iesum obsecrate fratres, vt mihi ad se perfectè colendum vires animumque suppeditet. è Bungo, Calend. Octob. M D L X I.

E SOCIETATIS IESV LITTERIS IN EVRO.

PAM. DE OBITV CONSALVI SYLVERIÆ
Lusitani.



CONSALVI Sylverie nostri felicem obitum hac epistola persequemur. Is circa initium anni MDLX cū Sociis duobus Goa discessit in regna quæ dicuntur Inhambanis & Manomotapæ, vt nationibus illis Euangelium nuntiaret, quod concionatorum inopia nunquam probè cognouerant. Vt primùm Inhambanè attingere, morbo corripuntur ita graui, vti Consalvus natura valentissimus, oculorū acie vehementer habetata fractisq; viribus, propemodum extinctus sit. Vbi paulo melius habuere, ad urbem Regiam Tougen iter intendunt. ibi Regē vnā cum vīore, sorore, liberis, cognatis, regni que proceribus, populo denique penè toto intra paucos dies magna omniū gratulatione atq; lætitia sacro fonte lustrarunt. Rex Constantini, Regina Catharinæ, soror Elisabethæ nomen assumpsit. Inde Consalvus rei Christianæ causa relictis apud Regem Sociis, Manomotapam ire pergit, comitabantur amici Lusitani sex; orā vnica bitemi legebant; Mosambico insula superata, vix ad Mafutæ fluminis ostium leucas nonaginta processerant, cū atrox coorta tempestas, Consalvi deprecatione repentè sedatur atque comprimitur. Inde exscensione facta, die qui fuit diuo Hieronymo sacer, plicatilis ara in ipso littore ad sacrificium excitatur, ita vehemēti Solis ardore, vt calcæati Lusitani, terræ calorem ferre vix possent. Consaluo autem iuter sacrificandum eruperunt ex toto capite pustulæ: quas cū ad curandas medicamenta nequaquam deessent, præclaro sui ipsius odio incensus ille cuncta repudiavit, seque naturæ dumtaxat sanandum permisit ac tempori. Triduum ibi morati, tranquillo mari prouehuntur ad Colimanem fluuium; eò resstantibus ite-

rum ventis ægre subuecti, ad Mingoaxanem Giloxæ regem veniunt amicum Lusitanorum: a quo benignè ac liberaliter accepti, facta etiam promulgandi Euangelii potestate, diutius tamen ibi non subsistere, quòd ad Manomotapæ Regem festinarent: quo vno ad Christum adiuncto, finitimos reges longè viribus atq; auctoritate inferiores ad Christum deinde facile perducere posse confiderent. Hinc ad amnem ingenrem tendunt Cuamam, leucas à Sofala triginta, ex quo rursus in Lindem proximum sinum periculosa procella cõpulsus, tredecim ibi sterere dies. Ab Linde cum ad Cuamam denuo peruentum esset, in ipso introitu fluminis re diuina peracta Consaluis à Lusitanis comitibus petit primùm, ut quoniam fines Manomotapæ ingredi inciperent, totum legationis suæ negotium Domino suppliciter commendare ne grauarentur: deinde ut æqui bonique facerent, si reliqua tota nauigatione se, ut precibus vacaret, ab eorum conspectu atque consuetudine remouisset: in rebus præsertim grauioribus consulto potissimum Deo exoratoque opus esse. tum iubet in certa nauigii parte velum sibi prætendi, in eo recessu octo ipsos dies ita deliruit, ut semel tantùm quotidie totum ciceris pugillo & exiguæ haustu frigida se se reficeret, & quicquid à precatione supererat temporis, in euoluendo libro consumeret, qui scriptas sanctorum continebat vitas.

Octauo igitur die, cum ad Senam (qui terminus nauigationis erat) venissent, vicum sapè frequentem, ibi descensum est, nuntiusque à Cõsaluo ad Regem de suo aduentu in intima regni missus. à quo dum responsum expectat, interim Christianos aliquot inquilinos à peccatis per confessionem absolutos, à turpi concubinarum consuetudine ad sacras nuptias legitimasque traduxit, catechismum publicè docuit, & è Lusitanorum securis ibidè capita ferè quingenta baptismo iustravit. Regem etiam Inhamioris, Regis Manomotapæ stipendiarium, tribus passuum millibus à vico Sena, cum aliquoties adisset, cohortationibus suis ita permouerat, ut se vnà cum vxore & liberis libentissimè Christianum fore profiteretur. Sed Consaluis, partim quòd non haberet quem apud illum catechismi causa relinqueret, partim etiam ne Monomotapæ Regis offenderet animum, si prius stipendiario quàm ipsimet Christiana sacra impertisset, Inhamioris Regem ut potuit cõsolatus, hortatusque ut ipse cum suis Dei bonitate fretus in suscepto consilio permaneret, totam rem in tempus aliud distulit. Iamque alter effluerat mensis, cum Antonius Caiadus Lusitanus, qui morabarur in vrbe Regia Manomotapa, legatus à Rege ad Consaluum aduenit Manomotapam perducendum. Consaluis

factorum ornatu cum sacro lapide & calice in sarcinam colligato, sublatóque in humeros, se in viam dedit. Cùm ad fluuios ventum erat, qui multi in ea regione sunt, siquidem vado superari possent. quamuis ad jugulum vsque pertingerent, transibat, manibus elata seu capite sarcina: sin minus, vasi ligneo impositum peramplo Còsaluum, natantes ipsi ptopellentésque trajiciebant Cafres, quo nomine gentes ex appellantur. sub noctem natalem Domini ad Chetuchin pagum haud longè à Manómotapa ventum est, factumque ter sacrum summa Lusitanorum animi voluptate. Inde Natalium feriarum octaua, cùm urbem Manomotapam introissent, misit confestim Rex, qui Consaluum cum muneribus viseret, auri pondere ingenti, bobúsque permultis, & famulatu ad ministeria quotidiana: quippe qui de Lusitanis mercatoribus iam antè cognouerat, Consaluum non modò vitæ sanctitate virtuteque præstātem, sed etiam generis claritate ac nomine in primis esse conspicuum. Consaluus gratiis actis, muneribusque repudiatis, ex ipso legato Regem cognitutum esse respondit, quod genus auri quasve diuitias quaesiturus in ea loca venisset. Obstupuit ea animi magnitudine Rex, venientémque ad se deinde Consaluum tanta gratulatione & significatione honoris excepit; quanta neminem vquam antea. Nam & in ipsa penetralia, quò nulli est aditus, intoduxit; & assidente matre, confidete Consaluum etiam in tapete iussit, Antoniòque Caiado è conelauis ianua interprete adhibito, Rex quatuor continuò sciscitatur, quot feminas, quid auri, prædiorum, boum denique vellet, quos incolæ non minoris quam aurum ipsum aestimare dicuntur. Cùm nihil se præter ipsum Regè respondiisset optare; conuersus ad interpretem inquit Rex: Profectò necesse est, qui nihil horum accipiat qui à cæteris tantopere adamantur, longo intervallo à reliquis distare mortalibus. & nihilominus ad extremum multa benignè pollicitus, amantissimis verbis Còsaluum ad hospitium remisit. Ibi dum ille manè rem facit diuinam, è principibus quidam prætereuntes cùm è foribus aspexissent in ara propositam perelegantem Mariæ Virginis imaginem, quam in tabula depictā ex India Còsaluus aduexerat, specie decepti ad Regem deferunt, Consaluum egregia forma puellā apud se habere, hortantur vt ab illo deposcat. Nec mora mittit ille, qui Consaluo renuntiet, audisse se, illum vxorem secum adduxisse: vehementer cupere, vt eam sibi sistat. Tum Consaluus tabulam pretiosa veste inuolutam ad Regem affert. Cuius desiderium quo magis exacuat, præfatur illam esse effigiem matris Dei, cuius in ditione ac potestate sunt omnes Reges & Imperatores orbis ter-

ræ totius: ac tum denique tabulam aperit, Regis quoque matre
 presente. Rex imaginem veneratus, Consaluum etiam atque etiam
 obsecrat, eam sibi largiatur, domi habere se velle. Libenter verò
 Consaluus annuit: quin etiam ipsemet in regio cubiculo collocat.
 ibidemq; quasi sacellum quoddam precandi causa peristromatis pre-
 tiosis exornat. Narrant qui inde venete Lusitani, noctibus dein-
 reps citreiter quinque, Reginam celi ea ipsa specie, quam tabula o-
 stenderet, diuina circumfusam luce, suauisque splendore fulgentem,
 augustissimo simul ac iucundissimo aspectu, dormitanti Regi asti-
 tisse; quod ille manè matri narrabat, rei nouitate vehementer at-
 tonitus, itemque Lusitanis, qui statim id Consaluo renuntiabant.
 Postremò Rex Consaluus ipsum accersit, ait se mirum in modum an-
 gi, quòd sermonem Reginæ eius, quæ secum singulis noctibus lo-
 queretur, non intelligeret. Cui Consaluus eam eam esse linguam
 diuinam dixisset, quam nemo nosset, nisi qui sacrosanctis eius Regi-
 næ filii legibus pareret, quippe qui Deus esset, generisque totius
 humani redemptor; Rex in presentia quidem, si minus verbis, vultu
 certe ac significatione se Christianum velle fieri ostendit: bidui dein-
 de spatio interiecto, per Antonium Caiadum in Consaluo apertè de-
 nuntiat, certum esse sibi matrisque Christiana sacra suscipere: proin-
 de ad se baptizandum quamprimum veniret. Consaluo tamè dies
 aliquot supersedere satius visum, dum Rex Christianæ fidei præce-
 ptis ac rudimentis imbuatur. quibus cum satis iam operam dedisset
 se videretur, quinto circiter & vigesimo post aduentum suum die
 Consaluus Regem simul & matrem non sine solenni pœpa & gra-
 tulatione baptizat. Regi, Sebastiani: matri, Mariæ nomen est indi-
 tum. Eo ipso die Rex Consaluo, quoniam autem respueret, boues
 centum donauit: ille ad Antonium Caiadum misit, vt in frustra
 disiecti distribuerentur in pauperes. Quam eius liberalitatem ac be-
 neficientiam populus ingenti cum admurmuratione suspexit. Regem
 imitari trecenti ferme è regni proceribus, Christo sese pariter ad-
 dixere. Hi nuquam à Consalui latere discedebant. adferbantur et-
 iam dona Consaluo: lac, oua, butyrum, hædi, aliaque id genus: quæ
 ille nec aliud genus carnis omnino gustabat; cocto duraxat milio
 quodam exiguo, herbisque & syluestribus victitans pomis. Iamque
 spectata vitæ morumque sanctimonia studioque salutis humanæ,
 tantam sibi summorum infimorumque beneuolentiâ conciliaue-
 rat, tantisque in omnium animis effecerat motus, vt in Christianam
 religionem vniuersa multitudo videretur inebere; cum à Maho-
 metanis quattuor potentibus & callidis viris, & apud Regem gra-
 tiosis, Consaluo paratur infidiæ. Auctor conspirationis Mosambi-

canus Minguames nefariæ superstitionis antistes, siue, vt ipsi appellant, Cacicus. ii Regi partim coram ipsi, partim per idoneum internuntium valde sibi dolere demonstrauit, quòd tantum in capitis regniq̃ue discrimen vltro se ipse demiserit. Consaluũ, cui tantum fidei & honoris habeat, missu Proregis Indiæ, terrarq̃; Sophalæ regulorum, ad explorandum Regis statum, sollicitandoq̃ue ad defectionem popularium animos aduenisse; vt moribus excitatis ipsi deinde, infesto exercitu subsequuti, Regem opprimant. Addit insuper fabulosa potentia, Consaluũ magum esse terribissimum omnium, & sagacissimum, varia veneficia ac medicamenta secum attulisse ad incolarum animos occupandos, Regemq̃ue mactandum. quicumque caput suum aqua perfundi paterentur, conceptis præsertim verbis langariorum (sic enim Lusitanos vocant) à Consaluũ pronuntiatis, confestim volentes nolentes in eius potestatem venire: id ipsum alibi contigisse. proinde videret etiam atq; etiam Rex quòd progredieretur, cui se suaq̃ue crederet. Si Consaluũ abire permittat incolumem, fore vt ciues mutuis inter se cadibus amentes atque lymphati miserandum in modum grassentur atque cõcurrant. Hisce aliisq̃ue mendaciis onerato Regi, adolescenti præsertim, ac matri, facile persuasum est, vt Consaluũ primo quoque tempore interficiendum curarent. Nec dum ea cõsilia eruperant, clandestinis agitata colloquiis; cum ad Antonium Caiadũ Consaluũ, haud ignaro (inquit) mihi, nec imparato, mors instat ab Rege. Caiado autem ita incredibilis visa res, vt subridens profus negaret. iamq̃ue dies aduenerat necis, vel vitæ potius, qui dies natalis erat idem D. Susannæ Virginis martyrisq̃ue: Consaluũ ab Antonio magnopere petit, vt Lusitanos duos trêsvē ad se confestim accersat. Confessionem (inquit) illorum tuamq̃ue simul exipere, & sacra Eucharistia hodierno die reficere vos omnino cõstitui: nec enim postea poterit. Hôs ille dum absentes euocat, Consaluũ ad meridiem vsque præstolatus, cum non adessent, consecratas consumpsit hostias duas: factisq̃ue eodem die Christianis cititer quinquaginta, vestem ad corporis cultum, rosaria ad precandum diuisit. Lusitanos verò sub vesperam redeuntes, confessionis Sacramento, quoniam Eucharistiæ non licebat, purgatos, mira vultus hilaritate animiq̃ue tranquillitate animabat inscios quid ille conditum haberet in animo. Iisdem factorum apparatus dat in ædes Antoni deserendum. ipse linctus, cum effigie Christi ad Crucem affixi, domi remansit, reuertentiq̃ue rursus Caiado, pectus hominis manu leniter apprehendens; Antoui Caiade (inquit) profectò paratior ad mortem obeundam

ego sum, quam ipsimet inimici ad inferendam: Regi autem ac matri libenter ignosco, Mahometanorum quippe artificii ac doli inducti sunt. Hæc ille serena facie atque hilari cum dixisset, Antonius ab eo digressus, tamen si vix fieri posse putabar, ut Rex tamen nefario scelere sese obstringeret; tamen quoniam, ex recenti quodam sermone, eius animum exulceratum, contra quam existimassem, offenderat; famulos duos ad Consaluum custodiendum ea nocte misit, a quibus ea, quæ sequuntur, accepta sunt: Consaluum, cum secus diuersorium in area ad multam noctem, quasi è corporis custodia exire gestienti mora nimis longa videretur, ita citatis gressibus ambulasset, oculis semper intentis in cælum, manibus modò sublati ad sidera; modò Crucis in figuram extensis; ducens ex intimo corde suspiria; suum denique tugurium subiisse, fufisque precibus coram Christi signo, quod vnum solatiis illi supererat, in arundinæum gratum decubuisse, & in somnum incidisse iustorum: id enim ex insidiis cõspicati satellites octo citè, illico irrupunt; in iis barbarus nobilis nomine Mocrumes, qui sæpe cum Consaluo cõuuiuium inierat, iacētis pectus opprimit insidetque; atreptum inde pedibus & brachiis, humo tollunt alii quattuor: duo reliqui collo inliciunt funem, quo utrinque adducto, Consalvus expressam ex ore naribusque magnam sanguinis copiam effudit, & spiritum simul Domino reddidit. Tum verò Christi simulacro sacrilegis manibus comminuto; defuncti corpus recte ligatum attractumque, interfectores in præterfluentem Monsengessem deiiciunt, ne videlicet (quod Mahometani cõfinxerant) cadauer ipsum tam malefici hominis sub dio relictum veneni sui tabe cunctos inficeret. Hunc habuit exitum pia Consalui legatio: quo sublato, Rex eadem sauitia percitus Christianos pariter quinquaginta, quos ille extremo die suo pepererat, magistri donis exutos iubet occidi. Id simulatque cognitum est, regni proceres, quos Encoses vocant, rei atrocitate permoti, consensu ad eum Regem; & si hominibus (inquiunt) hinc motus idcirco deberet, quod aquam infundi capitibus suis à Consaluo perniserint; eadem & omnium nostrum, & verò tua quoque causa Rex est: omnibus vno eodem leto occumbendum. Qua denuntiatione repressus Regis furor cum aliquantulum sedisset, eum biduo post Lusitani quoque conueniunt, docent quam graui scelere sese obligauerit: terrores insuper addunt, non Deum modò indignam innocentissimi viri necem debitis pœnis, sed etiam homines ipsos nobilissimi, bello atque armis ulturos. Ad ea Rex diligenter excusare sese, culpam in suosores impulsorésque rejicere, magnum perpetrati facinoris dolorem ostendit.

dece, denique vt factis verba consentiant, è quattuor consiliariis duos confestim interficit: nam reliqui duo, quorum alter fuit princeps nefarii consilii Minguames, rem odorati, maturè dif- fugerant: qui tamen, quòd summa diligentia conquirebantur, ne- quaquam euasuri potentissimi Regis manus existimabantur. His- ce rebus perlaris in Indiam, Antonius Quadrius noster, id ipsum vehementer optante Prorege, idoneam nauigandi tempestatem exspectabat, vt Socios aliquot Manomotapam mitretet ad cæ- pra promouenda, quæ felicem omnino progressum habitura spe- tabant, eius Ecclesiæ fundamētis tam innocenti castoq̃ue sangui- ne positis.

Nobis interea, carissimi fratres, omni cultu & obsequio pro- pitius est Dominus; ac præter cæteros ipse quoque Sylueria suffragator adhibendus, vt pari spiritus ardore succensi, deuotas Christo animas, Dei gloriæ & salutis hominum causa, tandem ali- quando fundamus. Goæ.

GASPARIS VILELÆ AD
SOCIOS.



N N o superiore, Cosmi Turriani missu, è Bungo discessurus Meacū, de mea profectioe feci vos per litteras certiores. Nuuc, quoniã id fore vobis gra- tum atque iucundum existimo, ea persequar, quæ mihi ex eo tempore contigerunt: vt cū Deo Do- mino gratias agatis; tum fratrem hunc vestrum, à vestra consuetudine tanto locotum internallo disunctum, suppli- cationibus vestris adiuuandum intelligatis.

Anno igitur a Virginis partu MDLIX, comite Christiano Ia- ponio, Laurentio nomine, probo iuvene, & linguæ huius rerum- que peritissimo, nauigium ethnicorum conscendimus: iter autem nostrum (quod facillè iudicari potuit) aduersarius multis tationi- bus impedire conatus est. primū cum ipso nauigationis initio tanta repentè malacia ac tranquillitas exstitit, vt nauis loco mo- ueri non posset. Tum barbari, vt muneribus pacem ventumque à Diis obtinerent, stipem singillatim a vectoribus corrogare cape- runt. Vbi ad me ventum est, negaui me vnins Dei conditoris cæli terræque cultorem, in quo spes meas omnes habereim repositas, quidquam in ipsorum delubra collaturum. quo illi responso aded excanduerunt, vt eius incommodi causam apud me residere, ac proinde me in mare projiciendum esse affirmarent. Hic nos ad Deum

Deum mente animoque conuersi, cuius beneficio inflari vela manè postridie cepta sunt. Sed cum aliquot passuum millia processissemus, aduerso vento rursus retenti, quatrimum stare coacti sumus. Tum verò barbari planè in nos causam eius rei conferre, verbisque & significationibus conceptam iram ostendere; quæ tamen Domino misetante cohibita est. Denique ad portum quendam delati, ibique decem dies tempestate coacti subsistere, communi sententia decreuerunt, nequaquam nos secum ex eo loco auhendos: & ipso quoque nauarcho in eam sententiam adducto, nos descendere coegerunt: quem tamen, cum aliam nauem nullam in eo portu offendissem, precibus placatum, inuitis omnibus perpuli, ut me ultra eum locum passuum sex & triginta millia deferret. Et quoniam nauarcho ulterius progrediendum non erat; barbari circum naues quotquot in eo portu erant circumcursare statim incipiunt, & gubernatoribus apertè denuntiare, si prosperam optent navigationem, nos omnino rejiciant: ita cunctis abeuntibus, nos in littore sumus relictis: sed paulo post diuinitus alio confestim nauigio appulso, tam feliciter nauigauimus, ut portum citius iis qui ante nos soluetant (cum etiam aliquot eorum in piratas incidissent) sine vlllo periculo tenuerimus. Tum de nouo instare barbari, & nauiculariis persuadere conati sunt, ne porrò nos ad urbem Sacaium ueherent: sed frustra. etenim incolumes eò peruenimus quarto Idus Sextileis: qui dies quoniam diuo Laurentio erat sacer, ipsum Christi martyrem, eius nationis patronum, asciuimus. est autem vrbs Sacaium perampla, plurimisque ac pecuniosis mercatoribus frequentissima, suisque legibus ac moribus more Veneto gubernatur. Hic nos ex itinere aliquantulum recreati, ad montem contendimus Frenoiamam, ab vrbe Meaco passuum millibus decem & octo. mons autem est permagnus: habitatur à Bonziis, & caput est regni, ad cuius radices iacet lacus plenus piscium, passuum nonaginta millia in longitudinem, unum & viginti in latitudinem colligens, quem multi confluentes efficiunt amnes. in eius littore locus est ad montem pertinens cœnobiis plus quingentis visendus, multis aliis bellorum injuria deletis, quæ quòdam trium millium & trecentorum summam impleisse dicuntur. Hæc autem cœnobia Bonzii variarum habent sectarum, bipedum superbissimi: ac ceteri quoque montis incolæ ad litteras natura propensi videntur, in quibus (ut opinor) excellerent, si se ad Christianam religionem adiungerent. iis nos Euangelii lumen inferre conati, nihil profecimus, & nemo nobis aures, præter scenam quendam Bonzium, dedit: cui, & simul discipulis eius aliquot,

demonstrauimus vnum esse Deum opificem rerum omnium, animosque hominum esse immortales. tum ille mihi in aurem insuffrans, orationem meam, quamuis placitis Iaponiorum aduersaretur, planè sibi probari dixit, & præsertim quæ de animorum æternitate à me fuerant disputata: sed quominus Christi sacra susciperet, se Bonziorum metu capitisque periculo deterreri. vbi igitur frustra nos laborare intelleximus, inde profecti, paucis diebus Meacum hyemæ tum ineunte peruenimus: est autem vrbs per ampla, tamen si maior olim fuisse traditur, cū esset eius longitudo passuum vnus & viginti millium, nouemque latitudo. Hanc mōtes editissimi cingunt: quibus in imis ingentia vbique & opulenta cœnobia atque ædificia antiqua cernuntur: quanquam seditionibus, & incendiis vna cum ipsa vrbe, magna ex parte disiecta & excisa; vt, quod nunc vrbs incolitur, prisca magnificentiæ tenuis quedam velut imago esse perhibeatur. Regio est in primis frigida, partim ex copia niuium, partim ex arborum cæduarum inopia. Sterilis autè adeò, vt raphanis, rapis, malis insanis, & leguminibus vulgo vescantur. hæc autè ciuitas dicitur quōdam religione ac litteris floruisse: cuius rei argumentum etiā illud afferunt, quod ex eadē vrbe monteq; omnes Iaponiorum sectæ manauerint, quarum principes ac magistri in his locis sibi in hoc vsque tēpus sedes ac domicilia collocarunt. Meaci igitur, conducto hospitio, cū nemo ferè ad nos ignotos adhuc & obscuros audiendos accederet, mihi faciendum existimaui, vt primū omnium Regem siue Imperatorem honoris causa inuiserem, vt eo beneuolo propitiōque vteremur: deinde sumpta Cruce, in mediam viam ex ædibus prodians, Christū palam prædicare institui. quas ad voces ingens continuò populi multitudo conuenit, alii rerum nouarum studio, alii etiā cauillandi atque irridendi. Quorū interrogationibus cū ita Deo adiuuante responderetur à nobis, vt ipsorum rationes planè insitnari ac refutari constaret; aduentus nostri fama tota vrbe ita peruasit, vt omnium sermone celebraretur; partimq; improbaretur nostra doctrina, partim etiam defensores aliquos inueniret. Bonzii quidem furentes circumcursate vicos, plebem in nos incitare, Euangelium probris maledictisque proscindere, falsis etiam testibus criminari, nos carnes humanas vorare, repertaq; domi nostræ ossa cadauerum: alii denique nos hominum specie dæmonas dicere: hortari etiam vicinos, vt nos sinibus pellerent: ædium verò domino exprobrare, quod nos in suis rectis morari pateretur: qui ipsorum dictis impulsus, mihi renuntiari iussit, vt confestim migrarē: cūq; incertus quò me reciperē, haud ita con-

tinuò paruiffem, ftricto gladio in me impetum fecit, quamuis intelligeret, fi me occidiffet, fe vel patriis legibus capite punitum iri, vel eius ignominia vitanda caufa, mortem Iaponica more fibi vltro effe oppetendam. Ae meus quidem quis tum effet animi fensus ae ftatus, cum impendentem mihi è barbari manibus ensem afpicerem, exiftimare poteffis ipfi. Et fanè mihi affirmanti credite fratres, permultum intereffe, vtrum quis mortem apud fe tacitus meditetur & cogitet, an oblatam fibi propius intueatur ae cernat. Ego me (ad quem enim confugerem?) Domino totum commendauit ae tradidi, cum vna meres eo tempore folaretur, quod inter eos terrores minasque verbum Dei in hac vrbe, qua omnium Iaponicarum fuperftitionum est parens, diffeinuari & erefcere intelligere. Eo periculo perfanctus, cum iam aliquot Chriftianos feciffem, iniquorum furori concedere, & in alias ades migrare conftitui, quas nobis vini propola quidam exhibuit peiueomodas. quippe qua Ianuario mense in magna niuium copia, frigoribus maximis, & parietibus & omni alio munimento ceterent. Hic nos majore etiam animo ceptis inftitimus, Dei beneficio parati, vitam, fi opus effet, in Chriftiana caufa profunderè, iamque & è ciuibus plures, & è paganis permulti Chrifto nomina dare non dubitabar, quamuis ob idipfum vulgo defpicerentur; & Bonzii, quamuis aliqua ex parte placati, nondam tamen calumniis ae maledictis nos lacerare delifterent, quiniimmo ne vfpiam confiftere nobis liceret, communi confilio emptores ab eius taberna, qui domum nobis locauerat, auocare ceperunt: qua ille permotus inecommodo, fapius egit mecum, vt inde migrarem; fed tamen follicitudinem noftream miferatus, quod nullus præterea foret nobis in vrbe locus, tres menses de habitatione commodare decreuit. quo temporis fpatio multa ftigoris, laboris, valetudinis incommoda non folum æquo, fed etiam libenti animo (Domino auxiliante) pertulimus. Iamque æftas apperebat, cum Regem rurfus adiuimus, vt nobis in vrbe turè manendi faceret potestatem; ae, tamenfi obretatores non defuere, felicitè tamen diploma ftatim abftulimus, mortis propofita pœna, fi quis nos aut injuria affeciffet, aut, quominus fufcepto munere funderemur, impedire aufus effet. Ea re & iniquorum impetus retardati, & Chriftianorum numerus ita auctus effet, vt neceffe fuerit per ampla domo ad eam rem coempta templum inftituere, quod non Chriftiani folum, fed etiam ethnici confluebant. quorum alii fe ad Ecelefiam aggregabant, alii cum verba nofta vehemèter probarent, Baptifmi tamen petitione fe differre dicebant, quoad latius res Chriftiana patefceret.

Annun iam in opere versabamur, meliusque res ibat in dies, cum perpetuus ille hostis bonorum omnium, Bonzios, aliosque barbaros impulit, ut magna pecuniae vi in comune collata magistratus corrumperent: qui muneribus deliniti inscio Rege nos summa cum ignominia exterminassent vtrique, nisi cognita re ethnicus quidam primarius, vir bonus, & nostram causam apud Regem agere solitus, nocte antequam domum nostram irruerent inimici, me per nuntium monuisset, ut Bonziorum rabiem in praesentia declinarem, meque in arcem quandam suam ad sextum decimum lapidem ab urbe reciperem. Consilio à Christianis probato, magna eorum manu, ea ipsa nocte, ad arcem usque deductus, ferè quattriduum latui. Sed cum iam res postulare videretur, ne diutius abessemus, Meacum occultè regressi, ad Christianum quendam diuertimus. quo tempore varius erat de nostro discessu populi rumor: cum alii iniuria, alii iure optimo nos oppido pulsos dicerent. Christiani verò clam eò ventitantes, quibuscunque rebus poterant, consolari nos & iuuare conabantur: quorum opera quattuor mensium induciis impetratis, ut interea de nostra mansione vel profectioe ageretur, in publicum magna omnium bonorum gratulatione prodiuimus, neque ita multo post sacra aedes nobis est restituta. Quae dum geruntur; ad Regem delatum est, contra ipsius edictum quam iniqui in nos Bonzii ac magistratus fuissent. qua re permotus, multo nobis in posterum diligentius cauit, aduersarii verò fracti ac debilitati non modò nos ultra vexare destiterunt, sed etiam facta iam nobis libera commorandi potestate, nonnulli fauere visi sunt. ita, quod consilium diabolus in nostram perniciem ceperat, id ipsum vel maximè nobis diuinitus profuit.

Restat ut nonnulla de superstitione sacrisque huius gentis attingam, ut ipsorum caecitate perspecta, eo magis enixè pro ipsis Dominum deprecemini. Primùm Augusto mense concelebrant ludos, quos vocant Gibò, (quae vox hominem significat) quòd ii ludi homini sacri esse dicantur: quorù eiusmodi est ratio: Primùm in urbis vicos, opificùque collegia, describunt pegmata excogitanda moliendaque; inde vbi festus dies aduenit, veluti ad supplicationem populus coit. Agmen currus quindecim vel viginti praecedunt, sericis pretiosisque tapetibus cooperti: in iis pueri multi psallètes, vel tympana pulsant, vel tibiis concinunt. Singulos autè currus hominibus tricenis aut quadragenis impulsos sua quèq; artificum turba seclatur. Alia deinde sequuntur vehicula hominibus armatis instructa, sericis itè varijsq; prisca rerum monumentis ornata. Hoc ordine pompa

ne pōpa delubrum præteruehitur, cuius delubri ea celebritas est: qua in re matutinum tempus omne consumitur. Sub vesperâ inde binæ lecticæ prodeunt: altera illius quæ colunt Dei, lecticariis ita cōpositis, vt præsentis numinis pondete valde fatigari ptemiq; videantur; alterâ esse aiunt amicæ cuiusdâ ipsius. neq; ita multo pōst, tertia lectica vxoris iustæ gestatur, cui simul ac maritus per nuntiū significauerit se vnâ cum pellice aduentare; lecticarii statim huc atque illuc lymphati discurrunt, itaque vxoris zelotypiâ infaniâq; significant. Hic populus magna edit signa doloris atq; mœstitiæ: plorant multi, multiq; ad consolandum Deæ animum positis genibus eâ supplices venerantur. denique lecticæ coniunctæ ad phanum redeunt: atque ita ludis finis imponitur.

Neque ille minus miserabilis error est. Eodem Augusto mense biduum tribuunt colendis Manibus mortuorum. sub imminentem noctem in ædium foribus lampadas multas accédūt vario genere picturæ & ornatu: inde urbem tota nocte perambulant, alii religionis, alii etiam spectandi causa: magna etiam populi vis, cum aduersa se sit, ex vrbe, aduentantibus (vt ipsi videlicet opinantur) suorum Manibus obuiam prodit. Vbi quendam ad locum peruentum est, quo loco eos sibi occurrere arbitrantur; humanis precibus verbis excipiunt: Felix (inquiunt) faustusq; sit vester aduentus, iamdiu aspectus vestri fructu caruimus: considete parumper, ciboque vos ex itineris defatigatione reficite. Tum oryzam, poma, & alios apponunt cibos: quibus ea per inopiam non licet, si aquam calidam secum afferunt: ibiq; totam horam morati, quasi sine epularum expectent, precibus eos in suas domos inuitant; aliique præcedere se, domus instruendæ causa, parandiq; cōiuii. Vt biduū illud affluxit, accensis funalibus oppido plebs egreditur, lumina discedentibus præferens, ne scilicet in tenebris offendant, aut quopiam incurrant: inde in urbem reuersi, ædium tecta lapidationibus diligenter excutiunt, ne qui fortè ex Manibus (à quibus nimitum aliquod sibi metuunt damnum) occultè remanserint: tamen si eos miserantur nonnulli, quod paruulos dicant esse, & si fortè eos in itinere imber oppresserit, extingui misellos. Interrogati Iaponii, cur illis epulum præbeant, respondent, eos ad paradysum tendentes suum, qui abest leucarum decies millies millena millia, quod iter nos minus quam triennio conficitur, fessos è via, recolligendarum virium causa huc diuertere. Per eos etiam dies omnia sepulcra diligenter putgant: Bonzii autem videlicet regnant; nemo est enim, re familiari quamuis exigua, quin ad expiandos ritè suorum Manes Bōziiis munus aliquod afferat. Videtis fratres mihi

carissimi huius gentis errores & tenebras, in quibus hæret adedò pertinaciter, vt eam inde ægre admodum eruas. Obsecrate Dominum, vt eos pro sua bonitate conuertat.

Ad hæc, alios etiam agunt celebri cum certamine ludos mense Martio sanè detestabiles. Conueniunt post meridiem quibuscunque libuerit, aîmati, deorumque suorum imaginibus picti humeros. tum duas in acies diuisi, pueri primùm lapidibus, deinde cæteri sagittis & sclopis, mox eontis, postremò gladiis dimicant. quæ ex pugna semper ferè nonnulli desiderantur, complures vulnerati discedunt, omnibus qui in eo prælio quempiam occiderint, aut plagis affecterint, impunitate proposita. omnino bellicosa est natio. hoc ipsorum studium, hæc est oblectatio: militibusque pro numero ac dignitate capitum, quæ ex hostibus cæsa retulerint, præmia persoluuntur.

Dæmon autem tantò apud hosce miseros in honore est, vt ei magnificentissima phana exstruantur: in quibus horribili specie sese identidem offerens, cum alibi adoratur a populo, rum præsertim in monte suburbano, in qua fuisse quondam aiunt cœnobiorum septem millia, quamuis nunc minus multa visantur; quorum est vnum in primis opulentum, & confluenti omnium ordinum multitudine vsque adedò celebre, vt cum Reges bella gesturi ingentem auri vim ei delubro voucant, & victoria parta persoluant; tum infima quoque plebs in suis difficultatibus atque periculis eodem auxilii causa confugiat. quibus dæmon per quietem apparens persuader, se ipsorum religione placatum, eos è periculo eripuisse, perindeque iis cætera in posterum cessura, vt ipsum ritè negligenter uoluerint. quibus ille artificiiis ita imperium in has gentes exercet, vt magnopere metuatur, obseruetur, denique adoretur ab omnibus.

Ille quoque deplorandus hominum error est. Bonzium quendam, Combadaxi nomine, ante octingentos annos ferunt in hac vrbe versatum: quem equidem existimo hominis forma dæmonem fuisse: adedò nefaria scelera ab eo excogitata cæterisque demonstrata narrantur. hunc tradunt deducere stellas è cælo, & futura prædicere solitum: inuentorem etiam litterarum fuisse, quibus Iaponii vtuntur, sibi que multa ea que magna templa ædificari iussisse, extremaque iam ætate subterraneum sibi effodi specum, in quem ultro se condidit, cum diceret, se iam vitæ huius satietate teneri, & in eo specu uiuentem velle quiescere ad annorum decies millies millena millia. quo tempore fore, vt magnus quidam in Iapone doctor existeret, se que tum in lucem hanc esse rediturum: eo

sermone habito, se intra specum obturato ostio occludi imperasse. magnum est eius vbique nomen, & viuere etiamnum creditur, multisque se per visum offert, & ab eo plerique suppliciter opem implorant. anniuersaria verò illius diei solènia, quo die sese in specum abdidit, mirum quanta remotarum etiam nationum frequentia celebretur.

Alii præterea aliis ætatibus fuere tres vel quattuor Bonzii summa cruditionis existimatione, quibus item magni honores habentur: sed vni præsertim, quem ante annum trigésimum vixisse perhibent, auctorem sectæ eius, quam Icozos vocant: magna apud plebem auctoritate: cui sectæ Bonzius semper cum imperio præsidet, stupris flagitiisque palàm turpiter deditus. quem plebs nihilominus tanta pietate ac veneratione prosequitur, vt eum si modò aspexerit, vim lacrymarum profundat, soluique se admissis noxis ab eo suppliciter petat. eidem tantum pecuniæ defecunt, vt magnam Iaponicarum diuitiarum partem vnus obtineat. Festos verò eius dies quotannis ita conferta populi multitudo concelebrat, vt in ipso cœnobii aditu, cum fores aperiuntur, obruti aliqui semper intcreant: quibuscum ita præclare agi putatur, vt nonnulli religionis causa sese pedibus irrumperium vltro calcandos necã dôsque subternant. Nocte autem, oratio de laudibus eius dum habetur, tanta auditorum comploratio oritur, vt si publicè magnum aliquot incommòdum ac vulnus esset acceptum.

Magna est etiam sanctitatis opinio Bonzii Nequiron, qui ante quingentesimum annum floruisse dicitur, & Foquexanæ familiæ princeps fuisse.

Hactenus de rebus Meacensibus; venio ad Sarcaianas. Ego Sarcaium Cosmi iussu Meaco me contuli, vbi sum in præsentia: quam urbem, cum ex concursu hominum ad nos audiendos (quorum aliqui iam baptizati sunt) latam nobis animarum segetem allaturã; tum quòd copiosissima ac munitissima est, tutum nobis in tumultibus bellicis perfugium fore confidimus.

Multa vidi post meum aduentum memoratu digna, è quibus ne longior sim, vnum duntaxat exponam. Iulio mense festum diem agunt Daimaogini, quem excellenti sanctitate virum, asseclam aiunt fuisse præci cuiusdam Imperatoris. hunc Sarciani adorant, templis compluribus ei dicatis, & ludos eiusmodi faciunt: Horis pomeridianis viam vrbs longam ad passus ducentos transuersis vtrinque tignis ac tabularis obsepunt, ne plebi introspicere liceat: tum magna hominum multitudo à tribus passuum milibus eò contendit. in primo agmine idolum procedit equo insidens,

infidēs, stricta ingenti machera, pueris duobus deinceps comitantibus, quorum alter arcum eius & pharetram, alter accipitrem gerit; pueros multæ equitum turmæ certis insignibus distinctæ sequuntur, & magna præterea peditum vis, qui voto sese ei celebritati obstrinxere; saltantesque concinunt, Xenzairaquu, Manzairaquu; hoc est, annos mille voluptatis, mille millena millia gaudii. Hanc turbam Bonzii primùm candidati psallentes, deinde vniuersa nobilitas in equis mitrata, postremò quinque vel sex veneficæ magno mulierum comitatu linteatæ sequuntur: extremum agmen claudunt ingentes armatorum copiæ, ad excipiendam Daimaogini lecticam prodeuntes ad viam, quam clausam esse dicebamus. Lecticam verò ipsam inauratam lecticarii ferunt viginti, qui varias cantilenas velut intercalari quodam carmine concludunt, Xenzairaquu, Manzairaquu. Eandem, simulatque profertur in publicum, iactata suppliciter stipe, aliisque similibus veneratur populus. Hanc ego superstitionem & alias in hac vrbe conspexi, quas Dominus aliquando penitus abolere dignabitur. Meacum ad Natalem Domini cum Christianis agendum post menses quattuor cogitabam, vt mense Martio Sacaium denuo reuerterer, Christianamque rem omni conatu fulcirem, quoad nobis supplementum isthinc in tanta operariorum inopia submittatur. Vos per Dominum obtestor, fratres mihi carissimi, animum inducatis ad hanc prouinciam adeundam. Etenim si quod vquam tempus amplificandæ Catholicæ Ecclesiæ fuit idoneum, nunc certè egregia sese præbet occasio. Iaponica lingua haud sanè difficilis est, utique ad intelligendum, patientia tantùm animique submissione opus est, ad ea quæ Dominus permiserit perfrenda: quas ille virtutes pro sua benignitate profecidò impertiet iis, qui huic colendæ vineæ sese alacri animo obtulerint. Quem nos etiam atque etiam obsecramus, vt in animis vestris & omniū semper inhabitet. Sacaiο, xvi. Calend: Septemb. MDLXII.

EX EPISTOLA ARIÆ SANCTII AD
SOCIOS.

EGo in hac vrbe fratres mihi carissimi operam nauo curandis ægrotis, qui in Hospitali domo sunt; & simul pueros quindecim partim Iaponios, partim etiam Sinas, qui apud nos educantur, litteras & musicen doceo, quo maiore cæremonia cultuque sacra in posterum peragantur: quam rem ad conuersionē barbarorū non mediocriter profuturā esse cōfidimus. In
his puc-

his pueris duo numerantur, alter quattuordecim, alter vndecim natus annos, tam excellenti ingenio præditi, vt id ætatis, Christianos concionibus suis ad lacrymas vsque permoueant. Sed maiorẽ Cosmus Turrianus Meacum misit ad adẽ sacrã tuendã, & Gasparẽ Vilelam in opere subleuandum: minor apud nos remansit. Institutum nostrum in Iaponiis erudiendis eiusmodi est: Ioannes Fernandus, qui bene iam nouit Iaponicẽ, edocendis neophytis primum operam dat; deinde certum in locum se confert, quò multi ad eu sciscitãdi & quærẽdi causa cõueniunt, quibus ille respõdet; refutatque, cum opus est, errores ipsorum: idque sæpenumero bis in die vertendis etiam Iaponicẽ necessariis quibusdã libris vacat, adhibitis ad eam rem nonnullis incolis Christianis, vt versio purior, clarior, atque suauior sit: ex iis qui Christiana disciplina instituitur, aliqui sunt viri primarii, quorum vnus, ante baptilimum, Bonziorum cœnobio cum potestate præfuerat, in Iaponicis superstitionibus litterisque apprime versatus.

Ad conciones, quæ singulis anni festis diebus, per Quadragesimam verò multo sæpius habentur, operibus suis & ratione lucri neglecta, tam alacriter auideque ventitat plebs, vt freno potius, quam calcaribus egeat. quantum verò concionibus proficiatur, satis apparet vel ex pietate cultuque sacrorum, vel ex consensu mutuaque Christianorum beneuolentia, quam sanè augeri constat in dies. Hebdomadæ sacræ diebus cum cætera solennia ritè sunt persoluta, tum verò quinta feria in cœna Domini, posteaquam pauperum pedes de more abluti sunt, agmen processit eorum, qui sese flagris cædebant: sequebantur tredccim pueri ornatu funcbri, passionis Domini argumenta gestantes: ii suum quisque carmen elata voce tanto cum animi sensu pronuntiauerunt, vt nemo omnium, quotquot erant in templo, lacrymas tenere potuerit. Paschali autem die Dominico, historiæ quædam è sacris litteris actæ sunt: vt exitus Israëlitiçi populi ex Ægypto, specie rubri maris in vestibulo templi machinationibus artificiosis exhibita, quæ transitum Israëlitis præberet, ingressum autem Pharaonein vnã cum exercitu obrueret. Ionæ quoque Prophetæ casus, aliaque similia spectacula edita sunt. supplicationibus absolutis, dialogus publicè est habitus, in quo superiorum dierum ex morte Domini luctus atque mœstitia cum Paschalis celebritatis læticia & gratulatione conferebatur: quibus rebus mitũ quãta voluptate affecti fuerint Christiani. Atq; iã antè, ipsis quoq; Natalis Domini feriis, orbis terrarum totius inũdationem, custodias Loth, Abrahami victoriam, denique pastorum aduentum ad oppidum

pidum Bethlehem, sermonesque cum Virgine Dei matre habitos ita ad viuum effinxerant, non modò vt spectatores, sed actores etiã ipsi præintima animi dulcedine collacrymarentur. Atque hæc de rebus Bungenſibus.

Nunc de cæteris Iaponis partibus pauca complectar. Gaspar Vilela Meaco Sacaium profectus primatii cuiusdam viri precibus inuitatu, non solùm peramanter ab eo acceptus est; sed etiam eiusdem benignitate sampruque templum ædificauit, quò populus ad Euangelium conueniret: statimque constitit operæ fructus, nonnullis ad Baptismum adductis, in iis adolescente filio eius, apud quem Gaspar diuerterat, præclara indole puero, qui tam illustria virtutis ac pietatis dedit indicia, vt eius opera parentes quoque ipsius, fratremque natu maiorem, qui iam ad religionem Christianam valde se propensum ostendit, ad Ecclesiam Dei aggregatam isti Domino fauente speremus. Puerum hunc Gaspar deinde, parentibus non inuitis, quos nimiram adolescentulus precibus vicerat, in Bungam misit, vbi quid egerit, è Ludouice Almeida epistola cognosceris.

Quod ad Amangurianam Ecclesiam pertinet; quam iam diu nobis lustrare non licuit, morem præceptaque sibi à Cosmo tradita Christianos studiosè retinere cognouimus. Dominicis diebus in templum sacra tabula picta, quam eò misit Cosmus, ornatum frequentes conueniunt: atque vbi Deum ritè precati sunt, vnus coram ex Carechismolaponicè scripto nonnulla recitat, de quibus deinde differunt inter se.

Habent etiam quosdam quasi œconomos ægrotis ac pauperibus subleuandis pecunia, quæ tum ad eam rem, tum ad curanda Christianorum funera in commune confertur. Aliqui etiam in Bungum ad Confessionem & audiendum verbum Dei se cõferunt. eam Ecclesiam Cosmus, quoniam per operarios non potest, saltem per litteras consolari & confirmare non desinit.

De Firandensibus autem rebus illud accepimus, Regem hoc anno se denuo Christianis æquum præbere cõpisse, templique extruendi iam nunc illis potestatem fecisse, eo fortaſſe consilio; vt cum Cosmo in gratiam redeat, & hac ratione cum Lusitanis fœdus & hospitium renouet: quorum sibi amicitia atque commercium quàm sit fructuosum, vt clariùs desiderando sentiret; nauem eorum, superioribus diebus Firandum appulsam, & Cosmo, & Lusitano viro nobili, qui tum in vrbe Funaiio versabatur, nauarchi eius auunculo visum est faciendum, vt in alias oras auerterent. Igitur abeundi potestate ab Rege Bungenſi quamuis

ægre

egre impetrata, de Cosmi valetudine atque incolumitate sollicito, Firandum uterque profecti sunt. Funaii autem, vbi à Christianis auditum est, Cosmum profectionem parare, mœrentes continuo ad eum ventitate cæperunt, parentem illum atque pastorem agnoscere, manibus hi, illi etiam humi prostrati, pedibus oscula figere: quibus Cosmus exposuit, quàm iustis de causis iter illud ingrederetur, & simul mandauit, vt vicariis, donec rediret, (quod propediem erat futurum) diligenter obtemperarent: atque ita ab eis digressus est, multis eum viris, mulieribus, pueris magno cum luctu ac mœrore extra oppidum prosequentibus. quo absente, cum barbari se in templum nostrum insolenter inferrent, ea re cognita Rex misit è familiaribus suis, qui templum assidue custodirent, & in vincula abriperent, si quis in eum locum se contumeliosè gessisset: atque eiusdem præsidii negotium duobus etiam primatilis ciuibus dedit, in ea vicinitate habitantibus. In ipso autem itinere labores atque pericula Cosmo non defuere: tercio quippe die in latronum insidias incidit, quorum vnus intentum iam arcum in Cosmi pectus non sine magno eius vitæ discrimine obuertit, cum ex ipsius comitibus quidam, ante sagittam emissam, adductas arcus habenas præcidit. Firandi autem magna cum gratulatione à Lusitanis exceptus, qui nauis vexilla sustulerant, & tormentorum strepitu lætitiâ significauerant, in ædiculam diuertit ab Ludouico Almeida raptim, dum templum ædificatur, exstructam: vbi cum cæteros Christianos, cognito Cosmi aduentu, terra ac mari vndique confluentes, tum hautas ipsos Lusitanos admissis noxis per confessionem absoluit iisdemque facilè persuasit, vt cum oneraria ex eo portu discederent. Hæc habui de Japonensium rerum progressu quæ scriberem. Vos Dominum precari assidue insistite fratres, vt nos idoneos veritatis Euāgelicæ præcones efficiat. è Būgo, v. Idus Octobris, MDLXII.

LVDOVICI ALMEIDÆ AD SOCIOS.



Nno superiore cum, Ecclesiis Facatæ, Firandi, aliisque lustratis, in Bungum ægrotus ex itinere rediissem, vt primum è morbo conualui, de tota peregrinatione mea feci vos per litteras certiores. quas quoniam vobis esse gratas intelligo, pergam ea scribere, quæ quidē in iis locis euenere, in quibus mihi versari ex eo tempore contigit: nam cætera ex aliorum litteris cognoscetis.

Firandi erat Christianus quidam quintum circiter & sexagesimum agens annum, scriba Regis intimus, quem ille apud se in hono-

honorē habebat, liberaliterque tractabat. Is igitur Christianus eū animaduertens se iam ad vitæ exitum appropinquare, susceptas in vita maculas matura Confessione delere, & (quoniam nullus erat ibi Sacerdos) Bungum vel cum Regis offensione periculoque rei familiaris petere omnino constituit. rem itaque cum vxore communicat; quæ (vt erat præstanti virtute ac pietate mulier) consilium vehementer probauit: illud solummodo monuit, vt quàm occultissimè abiret, ne in se Regis iracundiam prouocaret. Quocirca nauem Christianus intempesta nocte conscendens, in Bungum iter intendit: cuius discessu postidie cognito Rex, partim quòd eius opera admodum indigeret, partim quòd se inconsulto inuitoque abiisset, iratus, nauigio statim instructo, misit qui hominem persequerentur. Iamque magno suo bono è finibus Firandensis regni in Reguli cuiusdam ditionem euaserat; cum superuenientibus qui ad eum capiendum missi erant, Reguli iussu, cui cum Firandensi Rege amicitia intercedebat, eodem Rege postulante oppressus & in custodiam traditus est. Firandi vbi cognitum est illum inuentum fuisse, nec tamen vt rediret vllò pacto adduci potuisse, legauit ad eum Rex cognatos ipsius nonnullos, qui ad redeundum hortatenrur: sed vxor contrà per litteras ei suavitè à suscepto itinere nequaquam desisteret, bonoq̃ animo esset, se laborum ipsius periculorumque breui consortem futuram. Sed videlicet curentem incitabat. Cosmus autem vbi id rescieuit, egit cum Rege Bungi, vt Christianum ab regulo per litteras impetraret: quas qui pettulit litteras, offendit hominem magna in Deum fide speque subnixum, de se ipso autem adeò demisse maleque sentientem, vt non modò qui in Bungum ad Confessionem incolumis perueniret, sed qui vllò potius beneficio afficeretur à Deo Domino nostro, se potius indignum affirmaret: tantoque in se ipsum odio erat incensus, vt ad quotidianas verberationes, & precandi assiduitatem, & alia quoque voluntaria supplicia adiungeret, tanta cum sui cognitione, vt precibus Christiani, qui regiam epistolam attulerat, nequiverit adduci, quiequam vt de instituta vitæ austeritate remitteret. Denique solutus in Bungum ægre peruenit tanta animi sui cum voluptate, tantasque Deo gratias agens, vt rein verbis assequi nequeam. Cuius aduentus cum ad cætera multa profuit, tum ad Christianorum fideni ac spem in Domino augendam. Eum Cosmus, pueris, quos alimus domi, instituendis præfecit, & piis quibusdam libris in Iaponicum sermonem vertendis. Magnum apparet in eo ptecandi studium & caritas: & licet extrema sit iam ætate, vix vnquam cessantem reperias. Eum

Dominus ad finem vsque conseruet.

Per idem tempus nobilis quædam mulier, primarii cinis vxor, ex familia regis Bungenſis, à dæmone agitata, per campos tanto cum vlulatu atque impetu ferebatur, vt à nemine contineri poſſet. Hæc ſibi Cosmus à Chriſtiano quodam inſigni viro commendatam ad ſe perduci, & in cubiculo publici valetudinarij, perpetuis cuſtodi- bus adhibitis, collocari iuſſit. Et quoniam in ſpem venerat mulier, ſe baptiſmi beneficio ſanitatẽ eſſe recepturam, habebatque mentis eius animique vexatio dilucida interualla; iis opportu- nẽ Cosmus eſt vsus ad eam Chriſtianis præceptis ritẽ imbuend- am, quibus vt ſatis erũdita viſa eſt, in magna Chriſtianorum corona, eam Dominico die baptizate conſtituit. Erat mulier tum ſanẽ quieta, ſed cùm p̄ſimum caput ſalutari aqua perſun- di cæptum eſt, tanta repente vi ſe cõmmouit, clamoresque edi- dit ita magnos, vt omnes, quotquot aderamus, perterrefecerit. Tum Cosmus à quattuor vitis apprehenſam, teneri ad finem vsque Baptiſmi imperauit. quo abſoluto miſera fractis vitibus toncicens, inter famulorum manus iu hoſpitale cubiculum eſt relata. Ex eo tempore nullum eiufmodi incommodum aut mo- leſtiam hucusque peſſa eſt. quare & Chriſtianorum fides non mediocriter aucta, & maritus ipſius ita permotus eſt, vt ab rege petierit, ſibi per eum liceret Chriſtiana ſacra ſuſcipere: quod ei Rex ita ptolixẽ libenterque permisit, vt diceret gratum ſibi fore, ſi eum reliqua familia imitarentur. itaque baptizatus ipſe cum liberis, co- gnatis, & famulis, ſanẽ quam in virtute p̄ficiunt. Ego in- terea vires è morbo collegeram. quo circa menſis Octobris ini- tio miſit me Cosmus, comite è Chriſtianis domesticis vno, ad templa quinque viſenda, variis locis regni Bungenſis commo- do Chriſtianorum exſtructa, menſem in eo itinere poſui, mul- tos baptizauit ethnicoſ, Chriſtianoſ autem docuit, qua ratione templa concelebrarent, ſermonesque intet ſe de religione ſe- terent, ſi quando ad urbem venire nou poſſent. quaſdam etiam areas defixis Crucibus Chriſtianorum ſepulturẽ dicauimus: de- nique in ſingulis templis benedictum ſeu piaculate granum re- lictum cum codicillo, qui deſcriptas grani indulgentias conti- neret. Inde ad Cosmum reuerſus, Cangoximam menſe Decem- bri retendi. profectionis cauſa fuit Emmanuelis Mendozę cum ſex Luſitanis aduentus, qui vt per Confessionem peccatis ſunt abſoluti, Cosmum rogarunt etiam atque etiam, vt me Cangoximam ad hyemem ibi cum ipſis exigendam, Chriſtianoſ viſen- dos, & promulgandum genti Euangelium mitteret. idipſum Regi

quoque Cangoximano fore gratissimum, quippe qui magnam eius rei voluntatem scriptis ad Prætozem Indiæ litteris, itemque ad Antonium Quadrium eidem prouinciæ pro Societate Præpositum, ostendisset. è Bungo igitur (vt dicebamus) profecti, gelu, & frigoribus maximis, quattriduo ad mare peruenimus: cum semper, vbi sub vesperam constiteramus, verba de rebus diuinis ad incolas fecissemus. Inde solutis anchoris, inter nauigandum, aduerso vento in oppidum sanè frequens coacti descendere, cum spectaculi nouitate permota (nunquam enim Lusitanos antea viderant) magna hominum vis ad nos conuenisset, per eam occasionem eis Euangelium nunciauimus: quo illi audito, obstupefacti, ad nos audiendos iterum ac tertio redièrè, atque vniuersi panè professi sunt, nisi Reguli metus obstaret, se Christo nominalibenter daturus, idque eo cum animi dolore sensuque, vt nos ad misericordiam prouocarent. Dixi me cum Regulo acturum, (qui Bungensis Regis est stipendiarius) vt cuilibet Christiano esse impunè liceret: eosque solatus vt potui, ex eo loco discessi. digressu meo lacrymæ nonnullis obortæ, vt si diu mecum vixissent, apud quos non toto biduo fueram. ex quo facilè iudicare possitis, quanta sit huius gentis ad humanitatem religionemque propensio. Angunem delati, & à Regulo peramanter excepti, vt primò opportunum est visum, de rebus diuinis & animorum immortalitate cum eo colloqui cœpimus: multisque sermonibus vltro citroque habitis, cum etiam familiæ partem à cœna ad audiendum accersisset, sera iam nocte ab Rege dimissi, nauatichum quendam Lusitanum sanè tempestiuè conuenimus: cum enim nostra hortatione permotus, concubinam, ex qua duas susceperat filias, iusta cum dote in matrimonio legitimo collocasset, paucis pòst diebus est mortuus. Ex eo portu Tamarim tendentibus, vbi Emmanuelis Mendozæ nauis in statione erat, arx in itinere occurrit Hexandoni viri principis, in edito monte posita, omnium, quas in vita videre me memini, & loco & opere munificentissima, quippe quam decem ferè propugnabula cingunt, inter se non nisi ponte subductili peruia, magnoque interuallo distantia, fossis ita profundis, vt despicientium oculis altitudo caliginem offundat. perpetuo (vt aiunt) silice ferramenti exciso: quod equidem vix hominum manu fieri potuisse crediderim. ibi cum Hexandoni vxorem & quattuordecim præterea Christianos multis iam annis Franciscus Xauerus Deo peperisset, mihi faciendum existimari, vt me ad eos consolandos confirmandosque conferrem. qui me omnes, sed vxor præsertim Hexandoni, amicissimè

ac ceptum,

acceptum, multa cum de Francisco Xaucio, tū de Bugensi, Meacensi, cæterisque in Iapone constitutis Ecclesiis percontati, felicitque ipsarum progressu valde lætati sunt. me autem idcirco etiam libentius viderunt, quòd iamdiu neminem omnino è Societate nostra conspexerant. quò toto temporis interuallo eos in Christiana fide partim senis cuiusdam Christiani, honorati viri velut magistri familiaris studio, partim etiam quibusdam miraculis diuina prouidentia retinuerat. Relictum sibi libellum descriptis Xauerii manu Litanis, aliisque precandi formulis, æquè ac sacras reliquias pia mulier admodum religiosè custodiebat, expertæ virtutis remedium. Etenim ægrotos complures, in iis Hexandonum iam desperatum, corporibus ipsorum impositus libellus ille sanauerat. Nec minore cura senex traditum sibi ab eodem seruabat flagellum, quo singuli Christiani interdum (nec enim sæpius permittebat ille, veritus ne vsu nimis absumeretur) sese cadere consueuerant, quòd eã rem non solum animis, verum etiam corporibus prodesse diuinitus intelligerent: itaque mulier ipsa quam diximus, morbo grauissimo implicita, cum varia medicamenta frustra tentasset, ad ipsum flagellum postremo confugiens, Francisci Xaucii, vt putandum est, meritis continuo in pristinam valetudinem est restituta, cum omnibus igitur de re diuina familiariter collocutus, ara etiam excitata cum beatissimæ Virginis imagine pereleganti, quam eò mecum attuleram, pueris nouem, in iis duobus Hexandoni filiis, Baptismo lustratis, (quos iam senex ille Christianis rudimentis imbuerat) incredibili cum eorum mœtore postridie manè discessi, comœtatu ab ipsis affatim instructus, atque pollicitus me in teditu, quindecim dies apud ipsos commoraturum, Caugoximam simulatque peruenimus, Regem adiui confestim, eoque collaudato quòd Euāgelium in suo regno promulgari cuperet, multisque præterea verbis habitis, petii vt liceret mihi in præsentia Tamarim vsque ad Lusitanorum stationem excurrere. quòd ille cum permisisset, ea tamè conditione, vt auum ipse ex itinere inuiserem, Tamarim tridui itinere, diuertentes ad Regis auum, ire perreximus, maxima niuiū copia, quæ aciem oculorum retunderet, viæque teterrima, occultis passim occurrentibus foueis, è quibus iumenta sese ægre admodum expedirent. In eo igitur portu, ægrotis ptimùm curatis, quorum ingens erat numerus, partim sœuitia frigorum, partim etiam cibatorum inopia: deinde ethnicis nouem, qui id ipsum à me diu multumque contenderant, baptizatis: certo præterea nauis loco, ad feminarum tutelam de Iaponiis coëmptarum

(quas illi ex ora Sinarum aduexerant) custodibus binis appositis, denique communi consilio indicta pecuniaria multa, si quis temere iusiurandum vsutpasset, (latè enim patebat hoc vitium) Cangoximam redij, & conciones ad Christianos habere institui. nam ethnici veteri Bonziorum offensionem, ad nos venire non audebant: quod ego eùm animaduertissem, cepi consilium familiaritatis, si quo modo possem, atque amicitia cum Bonziis inuendæ, quò deinde populus ad nos maiore cum fiducia ventitaret. Erat in eo ordine vir quidam insignis, magna etiam ante id sacerdotium existimatione, tum verò & Regis ipsius consiliarius, & amplis cœnobiiis tribus summa eum potestate præpositus. Hunc igitur adii, collyrio ad oculos curandos, quibus ipse laborabat, allato: atque ille meo sanè quàm lætatus aduentu, sibi valde optatum fuisse dicebat, quæ Xauerius disputaret, cognoscere; sed interpretem defuisse. Inde me multa de summo rerum opifice, de immortalitate animorum, de tempestatum varietate, terræ tremoribus, pluuiis, aliisque rebus huiusmodi interrogans, magna sua cum voluptate totam eam noctem apud se detinuit. Quibus ille sermonibus captus, cum ad me sæpe, alio item Bonzio comite, ego vicissim ad illum familiariter ventitarem, cumque doctrinam nostram tum apud alios, tum apud Regem ipsum ita collaudasset, vt Rex Xixona (hoc est sanctam tem) publicè respõderet; vel eo Regis testimonio, vel confirmata atque illustri mea cum Bonzio consuetudine animati ethnici ad nos audiendos venire cœperunt: è quibus multos Deo adiuuante ad Christum adiunximus. In eo numero fuere primarii duo Regis ipsius cognati, quos catechismo institutos vnà cum vxoribus & parte familia (triginta quinque in vniuersum fuere) baptizauimus, quorum deinde omnium ope ac studio sacrum Deo Domino templum exstructum est.

Rebus ita constitutis, per Christianum nuntium in arcem Hexandoni magnis precibus accersitus, optimis cum Christianorum, tum etiam reliquorum studiis me magnopere expetentium deesse non potui; è quibus circiter quinque primarii audito aliquoties E-uangelio ad Ecelesiam adscripti sunt: in iis quidam adèd excellenti ingenio, vt in commentarium relatis iis, quæ de me didicerar, librũ confecerit, exorsus ab ipso mundi initio ad vsq; Christi Domini nostri in terras aduentum, eius præcipuè cruciatibus singillatim enumeratis, quæ ipsius lucubratiõ & hominibus illis, & aliis etiam populis, ad quos eam ego ipse deinde circumtuli, maiorem in modum profuit. Idem iussus à me Iaponica quedam scripta de Christiana religione describere, mādaturum ita au-

dè arripuit, vt opus vniuersum (omnino foliis quinq; & quinquaginta constabat) vnus dimidiatiq; diei spatio absoluerit. Hunc ego, & Hexandoni filium natu maximum, què Xauerius baptizauerat, docendis in templo cæteris Christianis præfeci, regula præscripta, quam in eo munere obeundo tenerent. quam quidem in rem, vt quibus otium suppetit, diligenter incumbunt, præsertim vetò librarius ille quem dixi: qui quidem Christianis lectionibus & commentationibus mirificè delectatur, seque cum libro, quem à me descripsit, in lucum abdens, quæque legit ex eo secum identidem reputans, tanta voluptate perfunditur, quòd ad hanc Dei rerumq; cælestium cognitionem peruenerit, vt lacrymas præ gaudio continere non possit. Is ipse in Christianorum cœtu post Litanijs publicè decantatas interrogatus à me quidnam esset factururus, si Rex ei diceret, Christiana sacra fac deferas, quoniam ex meis popularibus es, meisque sumptibus victitatus, respondurum se dixit illico: Here, vis ne me in te sine fuco ac simulatione beneuolum? in re tua familiari procuranda fidelem? vis me submissum? vis perferentem iniuriarum? vis denique in omnes elementem ac benignum? iube me esse Christianum: hæc enim virtutes omnes vna religio Christiana complectitur. Ac cæterorum quoque Christianorum (ad quorù numerum ibidè alii septuaginta per eos dies accessere) egregia pietas, assiduù precàdi studium, mirus inter se amor atq; concordia cernitur: vna tantù res ipsorù animos vehementer angebat, quòd Hexandonus communiù meritorum Ecclesiæ expers tam diu in Iaponica superstitione persisteret. pro cuius conuersione cum preces ad Deù, & lacrymas cuncti, sed vxor ipsius præsertim quotidie funderet: tum ego eiusdem vxoris rogatu hominem adii, & ex eo quæsiui, cur veritatem sæpe iom cognitam depositis Iaponiorum erroribus sequi negligeret. Tum ille Deum testatus Christianam religionem sibi planè probari, alioquin permissurum se nequaquam fuisse, vt eam familia sua tota susciperet: vna re, quo minus eos imitaretur, impediri se dixit, quòd vereretur, ne grauiùs animum Regis offenderet: sperare se Deo ptopitio fore aliquando, vt Rege ipso libente, Christum, quem intimis sensibus adotabat, palàm ac libere profiteri posset. quo illius responso Christiani valde lætati sunt. Inde cum rursus ad Cangoxiuanos venissem, Cosmi litteris per Christianum Bungensem ad me perlatis eo consilio sum reuocatus, vt ad Regem Voexiuræ proficiscerer, qui nos in suù regnù liberalissimis conditionibus inuitauerat: cum præter alia multa, & Lusitanis omnibus in eum portum commeantibus, quiq; cū

ipsis negotia contraherent, in decennium ab omni portotio immuniratem se datutum esse promississet; & quicquid circa est agri ad passuum octoginta millia Cosmo obtulisset, vt intra eos fines ethnicus nemo ipsius iniussu habitare possset. Cangoximæ igitur institutis qui, Christiano grege in templo statis diebus aduocato, pastorum vice ac munere iungerentur, baptizatisq; iis, qui iam ad id Sacramentum idonei videbantur; ceteros quibus potui verbis sum consolatus: duos præsertim Bonzios illos, de quibus dixi quos in discessu meo perquam studiosè Christo nomina profitentes, in aliud tempus idcirco rejeci, quòd à curandis Iapónico ritu Regis procerumque funcribus nulla ratione se posse desistere diceret, eaque re Christiana sacra, quæ ipsi apud se taciti coleret, minimè pollutum iri arbitrarentur; denique a Christianis variò cõmratu peramantèr instructus, & magna cum doloris amorisq; significatione dimissus, ad arcem Hexandoni, (quæ ab oppido Cangoxima passuum abest decem & octo millia) dum nauis paratur, biduum substiti, atque inde incredibili Christianorum dolore ac gemitu, ipsis etiam ex arce summa feminis ad mare me deducenribus, & quasi in eo salus omnium verteretur, ita me vt celeriter ad se redirem enixè rogantibus, conscendi, & decimo seprimo die in Bungum magna nostrorum gratulatione perueni. atque inde tertio Nonas Quintiles Vocoxiuram, qui locus ultra Firandum est quattuor & viginti passuum millibus, discessi; quòd vt perueni, salutatis ex itinere Facatensibus, (qui cum initio diu multumque Euangelio restitissent, belli deinde perdomiti ac velut subacti, diuinum semen libentius acceperunt, bonamque in primis virtutum frugem tulerunt) Regem Vocoxiuræ primùm adi, qui me honorificè sapè bis conuiuio excepit. deinde cum eius ministro, qui Regis ipsius nomine ad Cosmum litteras dederat, de re communi agere institui. cumq; ille quædam ex iis, quæ per epistolam nobis vltro detulerat, reuocaret; faciendum mihi existimaui, vt ad Cosmum scriberem, ei que totam rem integram reseruatam. Ad portum igitur reuersus, dum in Christianos ex instituto adiuuandos incumbo, Firando nuntii perferuntur, quanto cum rei Christianæ adiuuato Damianus Iaponius familiaris noster, excellenti pietate virtuteque iuuenis, qui nuper Facatensibus quoque summa cum omnium admiratione operam nauarat egregiã, in eo oppido versaretur; nec ita multo post, quædam parantibus nobis, quæ ad Cosmum mitteremur, ecce tibi repente affertur ipsum adesse Cosmum. Primò incredibilis visa res; ea Cosmi ætas ac valetudo, ea difficultas itinerum est; sed vbi iam ad portum applicuit, quanto gaudio affecti sumus, facilius est vo-

bis existimare, quam mihi scribere. is me confestim ad Regē legauit, vt cum eo rem omnino transigerem quod ego cū fecissem, ablatis etiam syngraphis, in Bungum ipsius Cosmi iussu ad epulas in ædibus nostris (id enim semel in anno solenne est) Regi Bungen- si parandas excurri: quò secum ille filium hæredem regni futurū meo rogatu cum proceribus duxit. Cūque in eo conuiuio candidati pueri nostri domestici quattuor magna cum omnium delectatione fidibus canerent, Regis filius mensa relicta sese ad æquales suos hilariter ac festiuè recepit. puer ille quidem, ac pænè potiùs infās, (annum quippe agit quintum) sed in quo sensus animi ac ratio longè præcurrat ætatem. è Bungo rursus Vocoxiuram reuersus, qui locus à Christianis incolitur, habetque in mōte summo Crucem, quæ eminus valde conspicitur, à Petro Barreto nauarcho Lusitano defixam, quò eodem loco tribus deinceps diebus sub vesperam, inspectante se, aliisque compluribus, sublime in aère signum Crucis apparuisset; Cosmum sanctissimis (vt solet) occupationibus districtum offendi. Tanti ad eum Confessionis & Eucharistiæ causa concursus vndique Christianorum fiebant, vt omnis perturbationis vitandæ causa, trieni per vices ordine sibi succedere iuberentur. quorum erat ita magna in Cosmum obseruantia ac veneratio, vt corameo oculos attollere non auderent: tanta religio ac pietas, vt in sacris mysteriis ob- eundis, ac præsertim in corpote Christi sumendo, copiam lacry- marum effunderent: ea denique animi virtus ac probitas mo- rum, vt barbari ipsi Christianorum vitæ admiratione sese collige- rent, & fauorem vltro disciplinam induerent. Per eos dies Fa- catensium Præfectus nauigium cum hominibus ferè triginta ad Cosmum misit rogatum, vt quoniam tres è militibus suis in præ- lio sclopiis iceti grauiter ægrotarent, opem illis ferre ne grauaretur. Fecit Cosmus, vt Facatam è domesticis nostris adolescentem Ia- ponium mitteret chirurgiæ laude præstātem, qui non modò vul- nera extractis artificiosè glandibus mira felicitate sanauit, sed etiam oblatam sibi mercedis loco magnam argenti vim, stupenti- bus barbaris, constanti animo excelloque repudiavit. Qua re cō- motus Præfectus, vt nos aliqua ratione remuneraretur, immuni- tati nostræ toto suæ ditionis imperio, qua sæpe nobis iter habendū intelligebat, publicis diplomatibus cauit.

Restat vt epistolam hanc eximix indolis adolescentuli cōme- moratione concludam: in quem cū omnia & animi & corporis bona quasi secum ipsa certans natura congesserit; tum etiam dona accessere cælestia, quæ singulare pueri ingenium, memoriam, oris

corporisq̄e totius dignitatem ac speciem multo admirabiliorem
 efficerent. tanta enim in eo castitas ac sanctimonia cernitur, vt o-
 ctauo quoque die post confessionem ritè peractam cæleste Eucha-
 ristia conuiuium non sine lacrymis inear: tãta verò animi submis-
 sio & humilitas, (cùm illustri admodum loco sit natus) vt ad Bun-
 gentem inuisendam Ecclesiam a Gaspare missus ex vrbe Sacaiio,
 bona cum parentum venia, quos puer precibus expugnauerat, eò
 simulatq̄e peruenit, vt scilicet vnus è Christianorum grege vide-
 retur, non modò comam sibi totonderit, quod in Iapone valde
 inusitatum est, verùm etiã omni delicatiore cultu ornatuq̄e ab-
 dicato, de contemnendis rebus humanis publicè disputare insti-
 tuerit. Idem in patriam à parentibus reuocatus, Vocoxiuram, vt
 inde Sacaium renauigaret, à Colmo perductus est. quem aiunt ex
 itinere in vrbe Firando apud vxorem Antonii viri principis, eius-
 que ancillas, cùm se per id tempus ad sacram confessionem para-
 rent, de Pœnitentia sanè opportunè verba fecisse: quam ille Chri-
 stianæ philosophiæ partem, iam antea sapius a se tractatam, calle-
 egregiè. Huiusmodi pueri sunt, (fratres mihi carissimi) quorum o-
 pera faces amoris diuini Deo aspirante Iaponiorum cordibus in-
 iectum iri speramus: atque ob id ipsum apud nos delectam eorum
 manum Societatis nostræ præceptis atque institutis imbuimus.
 Interea Socios omnes nostros per Iesum Christum obtestor, ab
 eo precibus impetrent, vt mihi det in ipsius obsequio ac famula-
 tu vitam ponere. ex Iapone, octauo Calend. Nouemb. MDLXII.

REGIS CANGOXIMANORVM AD LVSI-
 TANORVM INDIAE PRÆTOREM.

A N N o superiore cùm duo ex Societate IESV meum in hoc
 regnum concionandi causa venissent; bellicis occupatio-
 nibus impeditus, quem & ego cupiebam & ipsi mereban-
 tur honorem, illis habere non potui. Eadem fuit causa, cur
 Lusitani ad Omangum portum naui delati, non modò perinde
 ac voluntas mea & ipsorum dignitas postulabat, accepti non sint;
 sed etiam pro piratis habiti, (quibus ora maritima per id tempus
 erat infesta) commisso prælio Alphonsum Vasæum, non sine meo
 quidem dolore, è suorum numero amiserint. Tu si ad me litteras
 dederis, magno me decore auctum atque ornatum exstima bo, ar-
 que ipse vicissim ad te scribam quotannis. Lusitani verò, vel sacer-
 dotes tui, si ad me cum tuis litteris venerint, eo erunt apud me lo-
 co, qui rebus tuis iure debetur. Xaxuma anno quarto.

EIVSDEM AD ANTONIVM QVADRVVM
INDIAE PROVINCIAE PRO SOCIETATE
Iesu Præpositum.



Ocii duo cosmi Turriani, qui in Bungo versatur, meum in hoc regnum se contulerunt: quorum ea est animi magnitudo roburque, ea in dicendo vis atque doctrina, ut mihi caelestia quaedam tonitrua esse videantur. Sed illud in primis admiror, aut Lusitanos mercatores negotiorum causa, aut vestri ordinis homines vnus rerum opificis gratia, (praesertim cum ita late pateat propiusque absit India) è remotissimis regionibus totum pœnè terrarum orbem circumcuntes, ad aquam calidam ebibendam paruas in haec insulas tam longa & periculosa navigatione contendere. Sanè ante Christiana sacra suscepta nihil erat in his locis, praeter calores maximos: ut mihi Socii vestri Nauabangi quasi ventilatores videantur, qui corda mortalium salutaris aura opportunè refrigerent: qui profecto libenter meum in hoc regnum est cur veniant, quamvis exiguum. nam ut alibi aduersos maris aestus, hîc quidem certè semper secundos ostendent. Ac licet populares mei Christiani ipsorum praesentia destituti, se interea Crucis aspectu excelso loco sublata sustentent; meum mihi tamen hoc regnum à Sociis vestris relictum, quandam obducti nubibus caeli aut Solis propria luce defecti reddit imaginem. Simul etiam Lusitanos negotiatores, quorû mihi perspecta fides ac probitas est, in mea ditioris terras commeari mihi gratissimum fuerit: qui sic habeant, se non modò ab omni injuria tutos fore, sed etiam amicissimè liberalissimeque tractatum iri. nec latronum insidias metuant, qui, quibus in oppidis Christiani sunt, nulli versantur. Te quidem certè obsecro, ut de tuis aliquos primo quoque tempore mittas, quos ego magno cum desiderio in ipso littore opperior. Datè anno quarto, mense septimo, octauo die & vigesimo.

LIBRI SECVNDI FINIS.

f s

SELE-

90
S E L E C T A R V M

E P I S T O L A R V M

E X I N D I A

L I B E R T E R T I V S .

G A S P A R I S V I L E L Æ A D S O C I E T A -
T E M I E S V .



A N N O MDLXI. Augusto mense urbē Sacaiū ingressus sum, quæ in Septentrionē sita, gradus obtinet quinq; & triginta & semis. Cuiq; Euangeliū in ea promulgare cœpissē, multos repperi, qui verū id esse faterentur, sed quominus ex eo viverent, famæ & existimationis ratione impediri. gentem enim diuitiis affluentem, & dignitatis in primis avidam facile absterret diabolus iniuriis & contumeliis proponendis, quibus in hac vita Christiani ferè semper obnoxii degunt, si ducem ac liberatorem suum imitari voluerint. quo fit, vt agre admodum Sacaiiani ad Baprisinum accedant. quanquam in iis ipsis difficultatibus quadraginta circiter baptizati sunt, in quibus erant milites quatuordecim prætoriani, quorum ita insignis vitæ morumque mutatio constitit, vt è lupis agni mansueti non sine magna omniū admiratione facti esse videantur.

Atque vt Sacaium per eos dies Meaco discederem, diuinitus equidem factum credo, ne videlicet in ea pericula inciderem, quæ mihi nec opinanti imminebant. Etenim mense postquam inde excessi, Meacum quadraginta millium armatorum obsedit exercitus: quæ etiam causa fuit, eur ad Christianos, sicuti promiseram, non redirem. Illius autem incommodis belli Sacaium vrbs fuit immunis, in primis Iaponis torius contra omnes hostium impetus munitissima. nam ab Occidente alluitur mari, ab aliis verò partibus profundissima cingitur fossa, & aquis plena perpetuis. Atque etiam intestino omni tumultu ac seditionibus vacat, nec rixæ ferme audiuntur. cum enim vrbs vix suas quæque portas & custodes habeant, statimque cum opus sit occludantur, nullus noxiis ad fugam

fugam exitus patet, sed continuò comprehensi ad tribunalia pertrahuntur. Quamquam ii qui inter se inimicitias gerunt, si alter alteri ad iactum lapidis extra mœnia occurrant, se inuicem malè admodum accipiunt. Sed ad bellum Meacense reuertor, cuius exitus fuit eiusmodi: Cognita vr̄bis obsidione patruus Regis, confestim ei cum exercitu in subsidium venit: huic obuiam ière ex altera parte Neugori Bonzii, qui hominum ordo quandam militiæ Rhodiæ speciem refert. Castris igitur Meacum inter & Sacaium locatis, crebra prælia committebantur; ita tamen, vr̄ res Bonziorum semper esset superior. denique vigesimo die cùm ad vniuersam dimicationem ventum esset, Regis patruus victus, quoddam in castrum confugit. Rex autem Meaci, eius rei nuntio audito, se in arcem recepit vr̄be deserta, quæ ab hostibus capta, rapinis incendioque vastata est. iidem sequuti victoriam, signis ad castrum, de quo diximus, motis; patrum Regis eiusque copias omnino delere parauerant: cùm Rex Meaci exercitu viginti millium hominũ quam occultissimè instructo, & ingenti flumine superato, hostes nec opinantes tanto impetu oppressit, vr̄, cùm essent ad hominum triginta millia, fusi fugatique sunt. quos Rex deinde coniunctis cum patre viribus fugientes Meacum vsque insegurus, tanta ipsorum caede vr̄bem recepit, vr̄ multos in annos ea victoria debellarum esse existimetur. Itaque aduersa factio extremam sibi perniciẽ metuẽs, pacem ab Rege petiit, seque interponẽte Vo, siue Datri, qui rebus ad honorem dignitatẽque pertinentibus toto Iapone præsidet, impetrauit. In his tamen belli periculis & calamitatibus tẽplum nostrum Dei beneficio integrum & incolume perstitit: & in ipsa obsidione Laurentius Iaponius Meacum bis penetrauit, (nam me ipsum per litteras Cosmus ante sedatos tumultus eò redire planè vetuerat) semel ad celebrandas cum Christianis Natales Domini ferias: iterum ab iisdem euocatus ad gratias principibus ciuitatis agendas, qui Bonzios, cùm tẽplũ nostrũ per vim occupassent, iniusta possessione magno bonorũ gaudio depulerant. Toto eo belli tẽpore, quod annũ circiter viguit, pia quædam munia Christiani Meacenses obiere, tribus in singulos menses viris institutis ad pauperũ incõmoda subleuanda eleẽmofynis, quæ ob eam ipsam rem in commune cõserebantur; cùm etiã semel in mense in consilio publico de ipsorum pauperum commodis ageretur. Mulier verò Christiana in primis locuples & honesta, cùm liberos non haberet, partem suam bonorum à marito obrinuit; eamque in mendicos, lepra vlceribusque tota vr̄be finibusque Meacensibus laborantes, quamquam nonnullis obtreçantibus Bonziis, magna

tamen

ramen cæterorum omnium, qui nihil vnquam simile viderant, admiratione atque approbatione distribuit.

Multa in his locis cœnobia Bonziorum visuntur, in quæ (vt a- iunt) pœnitentiæ causa se recipiunt, qui mundo nuntium remisere, densis aded tenebris obcœcati, vt nefaria flagitia in hisce cœnobiis admittere nulla religio sit. nam discrimine rectè vel perperam facti cunfuso, seditionibus, furtis, rapinis, cædibus, cuncta miscentur. Quam etiam ob causam ex iis quidam nomine Cacubau, vt ex ea videlicet hominum colluione faceque emergeret, sociis aliquot secum adhibitis, Bonziorum formam instituit, eorū qui Neugori nominantur: quorum alii precibus vacât, alii militiæ, alii quinis quotidie singuli perficiendis sagittis. Arma verò semper habet parata, principemq; familiæ suæ Cacubau in deorum numero venerantur. Rectorem, cui pareant, habent nullum, viribus namque certatur, & quamquam in consiliis, qui ætate præeunt, priores sententiam rogantur: suffragiorum tamen iura vsque aded promiscua sunt, vt quod reliqui omnes communi sententia decreuerint, vnus modò si intercesserit, prorsus impediatur. Itaque ad vnā eandemque deliberationem toties conuenitur, quoad planè dissentiar nemo. Vbi verò tenebræ se intendere, sepe sese inuicem perimunt ac diripiunt: nec tamen idcirco se putant leges violate, cum iidem muscam aut passerem necare nefas ducant, quòd legibus suis quicquam animatum vetentur occidere.

Nunc paucis exponam, quod anno superiore me fugit, Iaponii miseri, cum ad sedes, vt ipsi putant, beatorum migraturi sunt, quatione se ad iter accingant. Eas autem esse varias opinantur: alias infra maria, alias alibi, certis præpositis diis, qui, a quibus in vita culti sunt, eos in suum quisque domicilium præmii loco perducât; atque ad infernas quidem sedes qui profecturus est, hoc maximè modo se comparat: Dies complures stat vigilans, & ex quodā quasi suggesto de mundi contemptu concionatur. huic alii sese comites adiungunt, alii stipem eleemosynæ causa largiuntur. uouissimo autem die orationem habet ad comites, qui pro amicitia simul omnes epoto vino conscendunt nauiculam, imposita false ad spinas rubusque qui occurrunt in itinere præcidendos: nouisque induti uestimentis, manicas lapidibus infarciunt: ad collum autem ingenti saxo religato, quo citius ad paradisum illum suum perueniant, sese è nauigio sponte præcipites dant. Quem mihi videte contigit, hunc septem comites sequebantur, qui quidem tanta cum animi alacritate & gaudio in mare sese projecerunt, vt nouitate spectaculi planè obstupuerim. Qui autem Amidam venerantur, alium

ritum obseruant. Cùm eos tedium cepit vitæ, in specum ad instar dolii, in quo considerare possint, sese coniciunt, ita ex omni parte contextum, vt vna tantùm ex arundine perforata spiritum ducant. atque ita ieiuni ad mortem vsque persistunt, assiduè Deum illum suum seu potiùs dæmonem innocentes. Nuper in hac vrbe Sacaio contigit, (quod tamen vt audio haud insolitum est) vt Bôzius quidam pecuniosus, omni scelere ac nequitia infamis, annos natus septuaginta, cum in morbum incidisset, se mori nolle affirmaret. Idem interdum comedens repente ex omnium conspectu profus ablatu est: quod ipsi quoque Iaponii malum & infaustum interpretantur. Est autem in his locis opinio è falsis vatum prædictionibus, ex hoc tempore omnia fore semper pacata. id autem ea ratione confirmant, quòd annus hic post millesimum & quingentesimum alter & sexagesimus, postremus sit (vt ipsi aiunt) inferiorum, quos à quadringentesimo septuagesimo numerant: & propterea hoc anno dicunt facinorosos omnes bello consumptum iri, vt pax in posterum vigear, quam illis dare dignetur Dominus, quo latius sanctissima ipsius religio peruagetur.

BALTHASARIS GAGI AD

SOCROS.



VI status esser rerum Iaponicarum, & quibus Deo fauente laboribus in vrbe Facata perfuncti essemus, per litteras vobis exposui anno MDLIX. nunc ea perscribam, quæ mihi Goam ex Iapone reperenti in itinere sesquiannî spatio contigerunt. Cùm certis de causis Cosino Turriano necessarium visum

esset, vt aliquis nostrum proficisceretur in Indiam; ego eam peregrinationem obire iussus comite vno è fratibus, qui cælum Iaponium non ferebat, Rege, Sociis, & vniuersa Bungi Ecclesia salutata, sexto Calend. Nouemb. MDLX. iuncum (nauis genus id est) vterque cõscendimus, & duodecim dies vento vsi sumus ita secundo, vt nobis iam in conspectu esset ora Sinatum, post dieque nos puraremus portu Veniaga potituros, vbi semper quingenti aut sexcenti Lusitani motantur. vectores igitur & reliqua naualis turba, prospera nauigatione plus æquo elati, præmaturis gratulationibus atque conuiujs comeatum nauticum consumete atque exhaurire cæperunt. In hac animi iucunditate, cùm ita propè ab continente abessemus, vt quolibet vento litus tencri posse videretur; eo ipso die sub vesperam aduerso repente flaru increbrescente, imbribusque densissimis tam sæua tempestas exorta, adeoque ingentes excitati sunt fluctus, vt iuncus modò attolleretur altissimè, modò infimè

infimè magno omnium cum horrore desideret. Augebar perturbationem ac metum, cum intempesta nox cœcaque tenebræ, tum minantes circà scopuli, quo in discrimine cum aduerso flatu retineremur, ecce tibi noctis hora circiter decima gubernaculum nauis effractū in mare delabitur, quo amisso de huiusmodi nauibus planè actum existimatur, statimque propterea præciditur malus, ne iuncus ex vehementi agitatione mergatur, & simul ipsa quoque vela cum antennis in mare prolapsa sunt. Tum verò omnes longè aliis ac pridie sensibus animi ferò de morte cogitare, certarimque ad Confessionem concurrere, incipiunt; tanto omnes terrore perculsi, ut mente pænè emoti viderentur, neq; iam in summa naui quisquam appareret. viuis gubernator in vado explorando contemplandoque per magnetem cursu totam eam noctem absumpsit. Postridie, sæuiente adhuc mari, suisque armamentis, salutis spes iam ferè nulla supererat. tantū argenti pondo ad aureorum centum millia vehabantur, quæ tali tempore nulli nobis vsui esse possent, cum ita vehemens esset agitio, ut alterum in latus procumbente iunco, ima carina appareret: & simul ex leuitate saburræ & pondere tabulatorum non modò diu retineretur, quo minus in alteram partem recumberet, sed etiam compagibus resolutis, carina fatisceret: quocirca tertio tempestatis die malum alterum, qui stabat ad puppim, nauis præcidere, & mercatorum cubicula leuandi oneris causa disturbare, ipsos denique foros è crassis trabibus asseribusque compactos resoluerunt coacti, vasto iam nauis alueo, ac propemodum vacuo; hic velum exiguum nauclerus è mappis, cubiliūque linteis & ornamentis, veste serica, aliisque nonnullis, quæ tum sese obtulerant, pro re nara concinnat & comparat: quod ipsum statim impetu venti discerptum est. iamque humanæ opis vnum illud supererat: validior clauus ad extrema tempora reseruatus, sed in iis procellis metuendum erat, ne repositus ad puppim statim effringeretur. Veruntamen, ne in Bornei fyrtes incideremus, quo in loco nonnulla nauigia Lusitanorum è Sinis in Indiam cursu directo perierant, (præsertim cū illuc nos impetus maris deferret, nec plus centum & quinquaginta millia passuum inde abessemus) tutiùs visum est gubernaculum restituere, paruumque; sarcire velum, quod vnum restabat. Sed omni iam veste consumpta, mœrentibus omnibus, quòd nihil ad resarciendū occurreret; diuinitus factum est, ut qui rimas iunci obturandi causa scrutabantur, in sarcinam vestium incidrent, cuius antea non sine luminibus diu multumque frustra quæstræ, cum merces in Iapone exponerentur, pretium

domino magister nauis aureis octoginta persoluerat. Ex hac igitur sarcina aduersus venti vim duplici velo cōfecto, & baculis quibusdam arundinibusq; crassis aptato, clauōq; summo conatu locato, quem ego prius precationibus piis & piaculari aqua ritè lustraueram, cæteris eo tēpore vota nuncupantibus variisq; fundētibus non sine lacrymis preces, diē vnum noctēq; processimus: sed cū nauis iustis careret velis, atroci tēpestate vsque ad eò quassa-
 batnr, diffractum vt denuo sit gubernaculum. Tum verò seruandi argenti spes prorsus amissa accersiti nauis barbari Sinæ, vt vectoribus in scapham confugiētibus, ipsi in iunco remanerēt, aliamq; sibi raptim exstruerent, se deliberaturos ea nocte respōdēt; inde ad sortes dæmonēq; inuocandū conuersi: quod ego cū cernerē, orabam Dominū, ne nos dæmonis arbitratu interire permetteret. Manē, simulātque illuxit, nauis sese statim ad alium clauum reficiendum scaphamque parandam expediunt. Clauus è refixis iunci tabulis refectus & collocatus, non diutius sustinuit impetum maris, quàm quanto temporis spatio. Litanis recitatis sunt: quo magis in suscepta sententia persistebant Christiani, vt in scapham, quotquot ea caperet, sese reciperent, & iuncum vnà cum argento cæterisque desererent. atque ego sanè liberaliter inuitatus in scapham, partim ne pericula adirem noua, partim ne plus ducentos mortales, scaphæ exclusos angustiis, omni solatio destitutos in iunco relinquerem, sacerdotes duos è nostris & fratrem vnum imitari omnino decreueram, qui superioribus annis è Lusitania proficiscentes in Indiam, ad insulas Maldiuanas naufragio & fame perire, quàm scapham conscendere, quæ Cocinum incolumis tenuit, cæterisque vectoribus desertis in extremo periculo vitæ, maluerant; inque eo officio vitam naturæ debitam Christo Domino piè fortiterque reddiderant. Sed interea fabri lignarii quartum iam gubernaculum reparauerant, ad quod collocandum pacemque a Deo exoscendam stipe, à vectoribus in hospitale domicilium Bungenis Ecclesiæ corrogata miserante Domino factum est, vt clauus omnium infirmissimus nos ad continentem aliquādo perduceret. Quindecim ipsos dies ea tempestate iactati sumus, quotidie (vt erant pericula) morientes: cū etiam vulgò neglecte, nec iam clauibus custoditæ argenti laminæ pedibus traherentur, Eiusmodi quippe temporibus pauper spiritu est quilibet.

Initio tempestatis eius, vectores nauasque maturè monuimus, vt animarum saluti consulerent: qui in mea potestate se planè fore cū promississent, ego, vt sublatis peccandi occasionebus ad gratiā diuinam magis essent idonei, primū illud curauī, vt femina, quæ

quæ uehebantur in nauī, certum in locum abderentur, vbi quinq; menses remotæ à virorum oculis perstiterunt: deinde ad cæteros animandos confirmandosque conuersus, tantum Deo adiuuante profeci, vt qui principio abiectis animis concidissent, ad æquitatē ac fortitudinem reuocati, pro' admissis in vita noxis leue sibi supplicium illud atque incommoda ducerent: placandūque Domino certatim dediti, vel precibus ac litanis vacarēt, vel sublatis in cælum oculis pia cum prece suspiria mitterent, vel alta apud se cogitatione defixi lacrymas funderent: alii etiam flagris semet exderent: alii mare sacris reliquiis & aqua sancta lustrarent: alii denique nummos in cultum Diuorum à vectoribus petērent, quorum vis tanta collecta est, vt quindecim dumtaxat viti locupletes, aureos ferè mille contulerint. At mihi sanè credite fratres, in hac vita labores & incommoda esse expetenda, quippe quorum amaritudinem magna suauitas & firma spes comitetur: quod secus in rebus prospetis vsu venire vel primis nauigationis diebus clarè perspeximus. Inter has igitur difficultates rursus in tetra cōspectū delati, & cum iā contenebrasset, nimia cupiditate prouecti, periculū fuit, ne vi ventorum ad terram allideremur. Sed ex eo periculo, cū primū illuxit, euasimus: & à Sinis nautis cognitum est, nos per magnam Sinarum ad insulam processisse, nomine Ainanem, ex qua insula nautici commeatus & anchoralia à Sinis ferè petuntur. hīc dum portum subimus, qui in Septentrionem ad gradus decem & nouem est positus, in aliud repente omnium maximū vitæ discrimen incidimus. In ipso aditū iuncus in arenam bis aded̄ uehementer incussus est, vt planè iam carina dehiseret. ac pereundum nobis vtiq; fuerat, nisi Præfecti seu Limenarche permissu præsentem incolæ nobis opem tulissent: quos nonnullis donis remunerati descendimus 17. Calend. Decemb. quem ipsum in diem Præsentatiō Dei matris **MARIÆ VIRGINIS** incidebat. & quoniam iunco afflicto, ac penè iam dissoluto, ad portum Veniagam nauigari non poterat; Lusitanum quendam continuò ad Cantonem oppidum, atque inde Amacanem ad Lusitanos mercatores pedestri itinere misimus, qui de nostra salute iam desperauerant. Amacanem peruenit nuntius Natali ipso die Domini, anno MDLXI. statimque ad nos deportandos Lusitani aliquot nauigia submiserunt. Et quoniam in Ainane insula menses quinque posuimus, ex qua deinde Amacanem trigesimo die peruentum est, de eius insulæ & incolarum natura ac moribus, ne longior sim, pauca de multis attingam: Est autem Aitanis regio eum fructibus Indicis & omnium ciborum genere abundans, tum etiam margaritis & vnionibus nobilis:

bilis: frequenter incolitur, vrbibus opere lapideo exstructis: gens verò ipsa moribus rustica, vestitu brachata, eminentibus è capite ad instar bouum cornibus binis è tenui confectis velo, forficibusque ceu tonsorunt è summa fronte peracutis, eius ornatus causam cognoscere nunquam potui, nisi, si fortè dæmonem effingunt specie bellitæ sese offerentem. In hac ego insula sacrificauit aliquoties, & Sacramenta distribui. Inde proficiscentes ad Sinas, cum parua nobis insula ipso Paschali die Dominico sese obtulisset; partim eius diei celebritate, partim etiam ipsius loci amœnitate inuitati, descendimus, & cõmodum in monte quodam ingenti specum & fornicem in templi forntam excauatum offendimus. ibi, ara excitata, sacroque pefacto, cælesti pane Lusitanos refeci. Ex eo loco ad Sinas delati, idoneam tempestatem exspectantes, ad alteram vsque feriam Natalium Domini anni MDLXII. substitimus. atque inde solutis anchoris tertio decimo die Petram albam felici nauigatione tenuimus. Hic imminenribus tenebris territi quo minus fretum Sincapuratum inucheremur, exscensione facta Domino grarias agebamus vninèrsi, cum repente vela complura piratarum apparuere, (Aceni vulgò appellatur Somatræ populi) ad regiũm Iantanæ tendentium. Tum nobis Malacensis quidam denuntiauit, nos vt instrueremus, Acenorum regem centum nauium classe aduenrare, quonam consilio, sibi incertum esse. Ea res nobis sanè inerum attulit, quod oneraria pretiosis mercimonis referta, ab armis autem esset inops. ac nihilominus nauitæ vectorésque sese ad pugnam expediunt. Sed classe Acenorum sine iniuria præteruecta, ad dimicationem ventum non est. Postridie verò Sincapuratum fretum inuecti, cum ventus deficeret, anchoras iecimus. interim Acenorum naues ser. ne triginta, in iis maioris formæ decem, quibus totius classis vehebatur Præfectus, ad nos aduentantes, partim ad puppim onerariæ sese opponunt, partim etiam latera ipsa pænè abradunt, vt appareret eos mercibus adamatis (neque enim ignorabant ex quo loco profecti essemus) pugnâ optare. cûque biremes maioribus bombardis, atq; sagittis, quas præsentem veneno in ipsa nauis assidue inficiebant, nos infestare cepissent, quamquam nostri, quorum erat numerus ad ducentos, arma parauerant, seque omnes ad propugnandum instruxerant; tamen certissimo in capitis discrimine versabamur: cum ex altera parte hostium classis multo viris armisque superior immineret, ex altera verò litris esset propinquum, salo in quo stabamus non plus cubitos quatuor profundo. itaque aur præcis ab hoste anchoralibus, quod vrinantes faciunt, in vada incurrendum,

dum, aut in manus hostium plane deueniendum fuisset, nisi nos
 insperantes presentis periculo Dominus exemisset. quippe hostes
 comiter amicéque a nobis compellati, nonnullisque muneri-
 bus deliniti, non modo nos lacerare desierunt, verum etiam ita
 beneuoli discessere, ut sibi met ipsi Lusitanos & nobilitate & belli
 gloria compararent. Malacam inde peruenimus tertio decimo
 Calend. Februarias, qui dies Diuo Sebastiano sacer est: v-
 bi è sociis nostris amantissimè excepti, ad octauum vsque I-
 dus Februarii piratarum metu commorati sumus. Malaca dum
 ad Colanum porrum, in quo arx est Lusitanorum, contendimus,
 Ceilanis iam syrtibus superatis, vento admodum prospere
 in Cilanos scopulos rectà deferebamur, nisi ad iactum lapidis
 animaduerso periculo, & mutata repente velificatione Como-
 rinum promontorium feliciter prateruecti, (quod vix ficti pos-
 se videbatur) ipso die Paschali Dominico, magna Melehioris
 & reliquorum Sociorum gratulatione, qui in eo matris Dei col-
 legio sunt, Cocinum appulsemus: quo ex loco ad hoc Goa-
 num D. Pauli collegium dudum expectati quinto decimo die
 peruenimus. Cuius equidem collegii eum egregia rei Christiana-
 e adiuuandæ studia, tum varias plurimásque exercitationes, &
 spirituales & litterarias, denique ipsius Ecclesiæ incrementa ve-
 hementer sum admiratus: quam porro Dominus ad gloriam
 suam tueatur & augeat. Hactenus de navigatione. nunc de Ia-
 ponicis rebus pauca perstringam. In Iapone Ecclesiæ numerantur
 nouem templo quæque suo instructæ: quorum templorum
 quinque circiter idolis antè dicata, nunc sacris altaribus, & I E-
 SV CHRISTI, MARIEQUE VIRGINIS DEI matris ima-
 ginibus exornata diuino cultui seruiunt. Facarense templum Chri-
 stianus quidam Cosinus nomine exstruxit. idemque ut nos in ora
 Sinarum tempestate retentos cognouit, argenti laminam mihi in
 subsidium misit. Nam Cutamense (quod templum est permagnum
 in agro Funaiano regni Bungenis, passuum ab vrbe viginti quin-
 que millibus) suo sumptu adificari Christianus Lucas cœmeterio
 circumdedit, excelsa lapidea Cruce in medio posita, ad quam se post
 mortem sepeliri iussit. Cutamensis porro ager ipse vectigalis est dy-
 nastæ cuiusdam ethnici, cum quo ipsiusque comitibus, dum Eccle-
 siam Cutamensem inuimus, de rebus diuinis sæpe collocti su-
 mus. quibus ille sermonibus nostræque consuetudine delectaba-
 tur aded, ut quattuor horas rotas interdum nobis aures præberet,
 atque ita commouebatur nonnunquam, ut velle se Christianum
 fieri diceret: sed hominum rumusculos veritus (quæ res toto ter-
 rarum

tatum orbe plurimum potest) a suscepta sententia destitit. Idem apud Lucam rursus totum vespertinum tempus nos audiendo consumpsit, clareq; perspectis ex ea disputatione Iaponicarum sectarum omnium erroribus atque fallaciis: comitibus suis, qui secum aderant, aperte professus est gratum sibi fore, si quis eorum Christiana sacra susciperet. quæ res nonnullos ex iis adduxit, ut conceptum animo Baptismi desiderium expromerent: quo ille ita gaudens est, ut eos ipsemet hortaretur, uti constanter in proposito permanerent. Ac ferè omnes Iaponii proceres nobis amici sunt. nam etsi aliqui, acie mentis retusa flagitiis, lucem Evangelii aspicere nequeunt, valetudinis tamen causa, si quando ipsi aut ipsorum familiares in morbum incidunt, ad nos confugere consueverunt, ut iam in his tetris Christianam rem non modo Theologi, sed etiam medici chirurgique promoueant; quod ipsum apud Sinas quoque propediem fore confidimus: qua in provincia tumor iam dissipatus est, candidam gentem promissa barba, Sinarum Imperii potituram; quod si (ut speramus) euenerit, pauca omnino pro messis eius, itemque Iaponicæ & Indicæ copia, Christianarum sodalitarum omnium operæ fuerint.

In Iapone, simulatque cognitum est me in Indiam profecturum, Christiani omnes à viginti septem passuum millibus ad me salutandi causa venerunt: qui verò longius aberant, mihi se per litteras excusant. Itaque in meo discessu tanta hominum multitudo conuenerat, ut eos nec templum nec atrium nostratum adium caperet. Hic ego fratres mihi carissimi, Christianorum lacrymas consultò prætereo, quorum matotem solari conabar noui supplementi spe, cuius causa me ad Socios meum ex India reducendos abire dicebam. Ad mare tendentem ingens me agmen omnis ætatis viatorum atque mulierum ita obfirmato animo prosequutum est, ut ad eos domum remittendos bis in itinere subsistere necesse fuerit. quorum equidem precibus (nam iis me magnopere commendaueram) nos è tantis periculis diuinitus ereptos puto. Sunt autem Iaponii acceptorum beneficiorum adeo memores gratique, ut si modò ipsorum elemosynas acceperimus, quod illi sibi honoris loco ducunt, (non enim dico si eos inuiserimus, aut alia quapiam te adiuuerimus) eorum primarii ad agendas nobis gratias domum vsque contendant. quod ipsum interdum etiam ethnici eorum cognati faciunt. quod si qui nobis (ut fit) in domesticis ministeriis operam dederint, illam dumtaxat mercedem requirunt, ut sub vesperâ hilari vultu dicamus: Goxinto de oniar, hoc est, laborastis

egregiè. Id si reticeatur, valde in cœsti afflictique discedunt.

Bungensium Rex proficiscenti mihi dedit eleganti opere gladium, aureâq; vagina in anguis formam elaborata, mittendum ad Regem Lusitaniæ, quæ esse tenera adhuc ætate cognouerat, itemque præclarum Indiæ Proregi pugionem; quæ omnia in Japonem idcirco remisimus, quòd tempestatis iniuria nitorem suum atque decorem amiserant. Ad ipsum autem Bungi Regem Constantinus Prorex munera & litteras miserat: & simul cum accesserat laudibus, quòd Euangelii præcones in suis regnis tueretur, benigneque tractaret. quod ille munus ac litteras ita illustri gratia excepit, ut non modò eum, qui attulerat, aureis donarit amplius sexcentis, verùm etiam ad Prætozem vicissim miserit in bellicos vsus affabre factum thoracem auro sericòque distinctum, eum inautata galea, cupreòque frontali, item hastilia duo pugionibus præfixa, argenteis crustis ornata, quas Nanguinatas appellant, aliâque similia. Nos autem ipsos mirum quantum beneuolentia prosequatur. nam eum cæteris rebus amicè nobis fauet & commodat, tum in consilio dando fidem præstat cum humanitate & facilitate cõiunctam, liberumque permittit, sequamur id, quod optimum esse iudicauerimus. In Christianorum verò negotiis, quanti nos faciat, planè demonstrat. etenim vel infimorum hominum res, cõmendatio nostra si accesserit, suas putat, eosque nominatim appellat, quod magnum est apud Japonios honoris indicium, aditusque eis ad se præbet facillimos: denique illis etiam internuntiis ad nos vitur. quibus rebus Christiani maiorem in modum animantur.

Vos tanto Regi fratres meliorem in dies mentem, nobis ad cæpta strenuè promouenda lucem viresque precamini. Goa.

GASPARIS VILELAE AD
SOCIOS.



Nnum in vrbe Sacaiò inoratus, Meacum pacatis iam rebus discessi anno MDLXII. magnâq; Christianorum læritia acceptus, conciones habere continuo institi: & quo maiore gratulatione studioque celebrarentur instantes iam Natales Domini feriae, Iobeleum promulgauit septimo antè anno

datum à summo Pontifice. quo illi ita permoti sunt, ut ipsorum & in Confessionibus diligentiam, & in festorum Natalium expectatione pietatè ac studium magnopere admirarer. Natalis Domini dies festus cum aduenisset; nouem, qui mihi maximè idonei vi-

si sunt, exposita prius ipsis augusti illius ac tremendi mysterij sanctitate, ad sacram Eucharistiam admisi, eo sensu pietatis affectos, ut magno temporis spatio lacrymantes antè persisterint. Reliquorum autem desideria, id ipsum auidè expetentium, verbis leniui, totaque ea nocte in laudibus summi parentis ac Domini exacta, matutino tempore factum feci, deque ipso natali, tanto cum omnium gaudio ac voluptate, disserui, ut identidem prisca illa mihi subirent nascentis Ecclesie tempora, cum Christiani omnes, vno anterioris vinculo caritatisque coniuncti, ad festos dies agendos & conuiuia spiritalia celebranda castissime conuenirent. Peractis feriis, deinceps ad conciones redii, ad quas ethnici multo iam tum pauciores, quam antea, ventitabant: credo propterea quòd initio ad nos audiendos cauillandi studium ac petulantia complures impelleret, quos nunc perspecta veritas ab ea derisione deterret. Nec ferè nobis iam aures atque operam dant, nisi qui seridè salutis suae consulere ac rationi parere in animum induxerunt. quod ipsum ceteri quoque Meacenses utique facerent, nisi eps fictis rationibus deceptos ab eo consilio dèmon abduceret. aiunt enim, cum perpetuum quendam innocentis vitæ cursum religio Christiana requirat, se eiusmodi militiæ sacramento obligari, & pugnam aduersus voluptates deliciisque nolle capescere, ut cum se magna ex parte huius vitæ iucunditate priuarint, tū sempiternis in altera vita supplicii, nisi ad finem vsque perseuerauerint, deinde maectentur.

In hebdomadæ sacrosanctæ Paschalibusque solennibus eadem Christianorum fides atque religio constitit. celebritatem anxète nouem Baptismo lustrati, in iis ciuis quidam locuples, & Iaponicis superstitionibus admodum eruditus, cuius oculos mentis, cum nihil post mortem omnino superesse putaret, Dominus ita aperire dignatus est, ut sacrosanctum Baptismum magno animi ardore lacrymisque susceperit.

Per eos dies seditione Meaci rursus exorta, quã iniqui in Christiana sacra conferebant (multo iustius Regis ipsius tyrannidi tribuendam, qui regna septem vi metuque tuertur, nec spei quidquã habet in ciuium caritate repositum) ad teuisendos nophytos, Sacaïum, de Christianorum Meacensium sententia, discessi. Meacensis templi Ecclesieque custodia Christiano admodum seni relicta. Meacum reuertar (ut spero) ad festum diem agendum natalis Regine cæli **MARIÆ VIRGINIS**, cui ædem idcirco dicauimus, quòd eo ipso die Meaci primùm sacra missæ peracta sunt. In hac autem vrbe Sacaïo non admodum magna mihi spes propinquæ mensis nunc quidem ostenditur, tanta enim



est incolarum superbia ac leuitas, vt cœlum honoris existimatio-
nisque iacturâ merçari se nolle fateantur; quamquam tēpore pro-
cedente sperandum est agrum hunc ipsum bonam pietatis frugem
laturum. Rationem instituti nostri in Bonzijs hisce tractandis,
aliaque nonnulla cūm de ipsorum ornatu cultaque corporis, tum
de incolarū natura inoribusque separatim perscripta ad vos mit-
to: quo ijs cognitis gratias Domino nostro agatis, qui nos ex infi-
nito propè cœcorum numero exemit; & simul eidem supplicetis,
vt ad ipsum conuertantur hæ gentes, Indica Brachmanarum su-
perstitutione deposita, quâ ab Indico magistro ex regno Sionis ac-
ceptam huc vsque retinent: quod ipsum ex delubris etiâ apparet,
quæ in oppido Indiæ Ceilano eadē quæ in Iapone videre me me-
mini. idque vobis idcirco significandum puravi, vt praua huiusce
religionis origine cognita, vos ad eam reprehendendam & con-
futandam facilius comparetis, Precibus vestris ac sacrificiis vt me
Domino commendetis, à vobis etiâ atque etiâ peto. Saciao, V.
Calend. Maij, M. D. LXIII.

Scriptis iam litteris, rogar me per nuntium ethnicus quidā vir,
opibus præpotens, vt ad se baptizandum veniam in urbem Narā.
Omnino vereor vt verbis hominis fides habenda sit: grauem enim
adhuc se rebus diuinis aduersarium præbuit. Verumtamen, quic-
quid sit, experiar: præclarè mecum existimans adum iri, si in
Christiana causa vitam ponere mihi contigerit, nec enim per-
mittet Dominus, vt exiguam huiusce lucis vsuram animæ meæ
saluti atque immortalitati anteponam. Si ethnicus ille vera
narrauerit, sequē ex animo ad sacrosanctam Ecclesiam aggrega-
rit; nā ego tuin omnia Societatis nostræ Collegia nouam in hanc
messē per litteras euocare non dubitem. magnum enim in his
locis eius vri nomen, magna auctoritas est. Faxit Dominus quod
è sua gloria maximè fuerit, cui me inter acies gladiatorum, in-
tentaque in me inimicorum tela versantem, planè commisi
totum ac tradidi.

LVDOVICI FROII AD SOCIETATEM IESV
IN INDIAM ET IN EVROPAM.

EMAXIMIS nauigationis periculis summo Dei ac Do-
mini nostri beneficio liberati, ex ora Sinarum incolu-
mes in hunc Iaponis portum deuenimus, quem Yocoxiu-
ram appellant: obuiosque habuimus in litore Christia-
nos incolas omnes, tanta ex aduentu nostro voluptate ac læ-
titia

tiria gestientes, ut nos humeris ipsimet suis sublimes tollere atque alportare velle viderentur, quorum ducenti circiter nos ad templum usque deduxerunt. Cosmi verò Turriani gaudium fuit ita magnum, ut collacryparetur, satisque se vixisse iam diceret, quoniam quidem operarios sibi in subsidium missos à Domino in tanta negotiorum mole tamque opportuno tempore cerneret. Ioannem autem Fernandum è magnis assiduisque laboribus ita consumptum macieque confectum offendimus, ut animam agere videretur. Etenim ad domesticas & quotidianas Cosini occupationes accedebat etiam magna frequentia principum virorum & Christianorum, tum ex aliis regionibus tum ex hoc regno, vel baptizandi vel salutandi causa, aduenientium. Ioannes autem post sacra missæ à Cosmo peracta, totum ferè diem & sæpe noctem partim rudimentis Christianæ doctrinæ vulgò tradendis, partim etiam proceribus ac Bonziis, qui ad Baptisimum accederent, sepatatim instituendis ponebat. Mihi verò baptizandi onus impositum est: ac nono post nostrum aduentum die primùm sexaginta Baptismo lustrati sunt, multique deinceps è prima nobilitate, Barptolemæi regis maximè hortatu ac persuasionibus incitati: quorum plerique catechismum sua manu còtinuò describebant, quo facilius memoriæ commendarent, eundemque domesticis traderent. singulis autem, à Baptismo, sanè quàm enixè ac studiosè petentibus, Crucis sigillum è collo gestandum, itemque Rosarium precandi causa dabatur.

Firandi autem, simulatque Sodales ex India aduenisse auditum est; Antonius & uxor ipsius Elisabetha missò confestim nuntio Cosinum magnopere obsecrarunt, ut quoniam tres è nostris in hoc portu sacerdotes essent, vnum ex iis ad Firandensem ceteraque eius tractus Ecclesias inuisendas omnino mitteret. quod si per litteras ab ipso non impetrassent, duos è filiis suis ab se legatum iri, qui id ipsum humi strati supplices peterent, Neque ita multo post, ab vrbis Ximabaræ Tono seu regulo (qua in vrbe Christiani eo tempore plus mille & quingenti numerabantur) nobilis vir cum mandatis ad eundem Cosmum est missus, ut ab eo promissà exigere. promiserat enim Cosmus, simulatque supplementum ex India aduenisset, missurum se qui Ximobaræ commoraretur. Eadem erant postulata Regis quoque Bungenis, quo in regno annum iam sacra missæ facta non fuerant. Atque in Bungenum quidem, quòd eius Regis gratia ad rem Christianam iuuantiam in primis est necessaria, Baptista Montanus paucis post

diebus profectus, amicissiméque ab ipso Rege acceptus est. Antonio autem Firandensi itemque Tono Ximabarano Cosmus respondit, simulatque per occupationes liceret, se ipsum ad illos esse venturum. Christiani verò, qui que Firandum oppidum incolunt, vbi rescire nos piaculares orbiculos seu grana benedicta ex India itemque Veronicas attulisse; multi cum vniuersa familia, ii que admodum pauperes, conductis mercede nauigiis ad hunc portum traiecere. interrogati cuius rei causa, nullius praterrea, respondebant, nisi vnius petenda Veronica. nam qui orbiculum optabant, octo diebus antè supplicationes ad Deum habebant, quo facilius impetrarent: atque etiam, cum sibi met ipsi diffiderent, Lusitanis apud nos deprecatoribus utebantur: ea que dona quam sibi grata essent, ipsis etiam lacrymis testabantur. Iam verò alii Christiani Amangutio, quinquaginta aut sexaginta leucarum itinere, alii Facata, alii denique aliis è regionibus ad nos huc que Confessionis causa conueniunt. quorum sanè religio caritasque est admirabilis. Per idem tempus Barptolemaus quoque Rex ad Cosmum inuisendum in hæc loca se contulit: quem continuo adiunxit, ei que xenia dedimus, Rosarium ex equo matino, itemque granum vnum auro insertum. que ille quanti faceret, vel ex eo ostendit, quod vtrumque statim è ceruice suspendit. cuius aduentus magna Lusitanorum quoque gratulatione (namque illum omnes admodum diligunt) concelebratus est. Regis autem ipsius animi submissio ac pietas, cum sacro missæ interesset, potissimum elucebat. etenim cum in templum quotidie mane multo ante lucem veniret, (maximam enim noctis partem ferè Iaponii proceres vigilant) non modò sacerdotem ad statam horam vsque præstolabatur, sed etiam plebem infimam aduentu suo summo ueri planè uetabat, vix que parato sibi honoris causa stragulo ad confidendum utebatur: prorsus, ut quilibet vnus è populo videret esse. Sermones verò de rebus diuinis ita auidè expetebat, ut sacro interdum peracto, ante recitatum a pueris de more catechismi templo nequaquam excederet. idemque, ut quædam sacrificii & Eucharistiæ mysteria probè cognosceret, accessitum ad se eius rei gratia nocte Ioannem Fernandum summa sua cum animi voluptate pænè ad lucem detinuit multa percontans, qua sibi partim ad comites suos docendos, partim ad Bonzios refutandos, necessaria diceret. qua ille, & simul purgatorii ignis inferni que supplicii discrimen a Ioanne cum didicisset: ad Cosmum salutatam accessit: cui id honoris etiam habebat, ut in adium ingressu pugionem cæteraque

que arma deponeret. Paucis diebus in his locis moratus, ad subsidium fratri suo germano Rimanorum Regi ferendum, qui bello erat implicitus, proficisci coactus est. & quoniam consuevere Iaponii principes Manibus mortuorum decem dialia ferè sacra, nõ sine magna Bonziorum præda saginæque, persolvere; Barptolemaus rex, patre, qui eum adoptauerat, per eos dies vita functo, re cum Cosmo communicata, pro exsequiis illis, Bonziorumque conuiujs, totidem dierum epulum sex pauperum millibus præbere constituit: partim ut sibi ipsi, quoniam impio parenti non poterat, diuinam grãiam conciliaret: partim etiam, ne post Christiana sacra suscepta, pristina benignitatis arque clementiæ oblitus esse videretur. Idem, in rebus diuinis multo plura præstare quàm polliceri solitus, simulatque Vmbra regiam urbem regressus est, demortui Regis imaginem, quam odoramentis suffire venerarique solebat antea, igne comburi iussit: quod à Bonzijs ingens piaculum est habitum. cùmque ex itinere ad oppidum Omuram fecerit contulisset, vbi erat eo tempore vxor ipsius Regia, multis ei rationibus persuasit, ut vnà cum omni famularum comitatu ad baptismum accederet. quæ res eo mirabilior visa est, quod antea Regem ab eo consilio reuocare ipsa tentarat. simul etiam Rex templum ibidem magnificum ædificare constituit, Bonzijs ad eam re. cœnobio quodam ædificat. quapropter etiam Aloysium præstanti virtute virum, regiæ urbis Præfectorum fratrem, sibi que in primis familiarem, ad Cosmum cum mandatis misit. quibus rebus ita perhorri barbari impellente dæmone, Regi ipsi insidias compararunt. Capita coniurationis fuere duodecim viri urbis administrationi præpositi. ii, ad rem occultandam, Regemque fallendum, Christianos fieri velle se simulant; quos tamen Rex, quasi eorum scelus præfagiret, diu multumque ante baptismum probari iussit. Et quoniam Gotondonus spurius regis demortui filius, Barptolemao in legitimi filii locum ab Rege ac Regina adoptato, hæreditario iure regnòque priuatus fuerat; Gotondonum coniurati cum alio quodam proceribus facinoroso homine Feribo in societatem consilij assumunt. omnes denique Barptolemaum hortantur, ut regni possessionem cum pompa solenni aliquando capiat, & simul Regina baptismum ac cæterorum, Cosmo accersito, quanta maxima possit cæremonia & ciuium gratulatione, concelebrat: namque eo ipso die statutum facinus perpetrare decreuerant. sed veriti mox, ne ipsorum consilia patefierent, rem aggredi anteuertunt. Aloysium regis internuntium, yltro citròque ad Cosmum rei Christianæ causâ cõmeã-

rem, Feribus in itinere adortus interimit; cuius in comitatu ne Cosmus esset, diuinitus factum est: praemisso quippe ad Regem Alexandro Aloysium subsequi deinde ipse decreuerat. Eadem ipsa nocte XII. viri regis aedibus ubique incendium inferunt, ex quo Rex cum praefecto urbis Aloysii fratre paucisque praeterea comitibus; in arcem proximam confugiens, haud ita multo post. Romanorum Regis auxiliis Regnum propè vniuersum ingenti Christianorum gaudio recepit, misitque Cosmo nuntiatum, se Vocoxiuram, cum primùm posset, ad ipsum inuisendum esse venturum. Interea Gotondonum, & Feribum, aliosque rebelles variis locis Rex Romanorum obsidebat, eorumque agros ita vastabat, vt ex hoc ipso portu incendia cernere videntur. multi etiam seditiosi, Regis imperio, capite pledebantur: quam rem ad Christianae religionis propagationem magni momenti fore confidimus. Sed paucis mihi perstringendum videtur, quam ratione Barptolemaeus Rex sese ad Christum adiunxerit. Is claro in primis genere natus, Cegandono patre admodum sene, (qui viuit adhuc) acerrimo & Bonziorum fautore & Christianae religionis inimico; ab Rege, vt dicebamus, adoptatus est, (quem aetata affinitate contingebat) populo magistratibusque approbaturibus. Aliquot deinde post annis Cosmus, cum Vocoxiuram se contulisset, Rex ad eum salutandum inuente Quadragesima venit, quae antea nunquam viderat. Ad ipsum verò postridie Cosmus, Lusitanis nonnullis comitantibus, qui in hoc portu hyemabant, honoris causa adiit, eumque in aedes nostras in posterum diem ad prandium inuitauit. A prandio Cosmus partim suo ipse sermone, partim Ioannis Fernandi, qui bene Iaponicè nouit, opera, cum alia multa Regem de rebus diuinis edocuit, rum de animorum aeternitate, insensitque; & errore illorum, qui nihil esse omnino praeter materiam primam opinarentur. habita est haec disputatio in sacello quodam optime ornato, proposita MARIAE VIRGINIS imagine cum filio IESV, cuius ille tabulae cum caetero aspectu mirificè gaudebat, rum stupebat in primis, quod quaecumque se in partem vteret, defixos in ipsum oculos puer IESV habere videretur. Atque ille quidem omnia, quae dicebantur, clarè perceperit, in digressu autem, Cosmus ventilabrum aureum Regi donauit, Cruce praefixum cum clauis tribus, & nomine IESV eleganter sanè descripto: quod ventilabrum Gaspar Vilela ex vrbe meaco miserat, cuius arguinenti litterarumque nouitate permotus Rex, vt ea omnia per otium cognosceret, rursus ad nos cum magno comitatu se contulit, caeterisque in atrio relictis, vno Aloysio secum adhibito, templum

plum ingreditur, ibique rursus de sacris fidei Christianæ dogmatibus, deque sanctissimi nominis IESU, Crucisque mysteriis atque virtutibus, Regis ipsius rogatu Ioannes admodum fusè copiosèque dissertit: è quibus multa Rex sua ipse manu in commentariū retulit. ex eo die, aureæ Crucis sigillo munitus, quod secum de Cosmi sententia dies noctesque gestabar, se identidem IESU CHRISTO commendans, crebrisque Cosmi cohortationibus incitatus, denique nomen CHRISTO Domino dare constituit. Nocte igitur domum ad nos cum suis familiaribus venit, piis de religione sermonibus ad insequentem usque lucem aures præbet, quibus Cosmi iudicio iam satis institutus, sacro Baptismate ab eodem lustratus est, manibus in modum precantis magna cum submissionis pietatisque significatione coniunctis, comitum suorum è præcipua nobilitate cotona circumdatus, qui pariter eius consuetudine monitisque adducti, in eandem Baptismi voluntatem valde incubuerant. Xumitanda appellabatur antea: ex eo tempore Barptolemæus nouo nomine vocitatus est. Inde ad bellum discessit, Cosmum obtestatus, ut pro sua suorumque salute ac felici vxoris partu Dominum precarerer. Porro in itinere Maristennis delubrum, quem Deum rei militari præpositum Iaponii magno cultu cæremoniâque venerantur, iniecto igne consumpsit, eodemque loco signum Crucis erexit, quod ipse & vniuersis ipsius comitatus supplices adorarunt. In castra verò simulatque peruentum est, misit qui toto regno Deorum phana comburerent. Ex ipsis vetero lucis materiam caduam gratis ad naues parandas ac reficiendas Lusitanis attribuit. Quin etiam in castris, quicquid à bellicis occupationibus otii superest, id totum nocte dieque in militibus ad Christianam pietatem informandis insumit, quos paulatim ad nos, quo res minus inuidiosa apud ethnicos ac Bonzios sit, baptismi causa dimittit. Eiusdem in bello insignia sunt nomen Iesu cum clavis tribus in humerali depictum, Crux è collo pendens, & piacularæ granum in baltheo. Denique tanto rei Christianæ studio incensus est, ut neminem intra insulæ huius fines habitare patiatur, quin concionibus sacris intersit. Christianos verò, contra omnium, etiam parentis Cegandoni, injurias ac vim tuetur egregiè. & quoniam Rex est splendore atque auctoritate præcellens; magnopere, ut dixi, fore speramus, rebus pacatis, ut Euangelium ipso adiutore Dominus longè latèque disciminet. Vos interim ego etiam atque etiam oro, ut sacrosancta sacrificia vestra piâsque suffragationes mihi deesse ne patiamini. Vocoxiura, XVII. Calend. Decemb. MDLXIII.

ELECTARVM EPISTOLARVM
 LVDOVICI ALMEIDÆ AD SOCIOS
 IN INDIAM.



Xponam his litteris, fratres mihi carissimi, quam ratione Rimanum in regnum urbemque Ximabaram nuper inducta Christiana religio fuerit. Ac portus quidem hic seu emporiū Voco xiuræ, quod commutato iam nomine Mariæ Virginis adiutricis vocatur, compluribus Facata, Firando, Meaco, aliisque ex oppidis huc ad Cosmum Christianæ doctrinæ causa emigrantibus, ita frequenter habitari cœptum est, ut Ecclesiam hanc regionis huiusce totius caput aliquando fore speremus: Barptolemao etiam Rege vnâ cum ipso flore nobilitatis haud ita pridem ad fidelium numerum aggregato. Eius autem frater, Barptolemei monitis precibusque copius excitatus, ut à Iaponicæ superstitionis erroribus ad rectam veritatis Euangelicæ semitam se traduci pateretur; a Cosmo magnopere petiit, ut aliquē ad se instituendum in castra (bellum enim per id tempus gerebat) omnino mitteret. Missus ego sum, benignèque ab eo acceptus, nocturno tempore, quod à negotiis magis erat vacuum, de rebus diuinis ad Regem diu multumque dixi, quod ipsum deinde per alias occasiones alibi cum ipsius rogatu fecissem, iis sermonibus admodum delectatus permotusque Rex, certis de causis Christiana sacra ipsemet in præsentia suscipere supersevit, sed duas mihi dedit epistolas, alteram ad Cosmum, cui potestatem per eas litteras faciebat. Euangelii roto suo regno libere promulgandi; alteram ad incolas oppidi maritimi Cochinosi, in qua erat scriptum, ut ad audiendum Euangelium ad me convenirent. ad quos me qui perduceret vnum ex amicis ac familiaribus mihi comitem dedit: quod sanè breui peruenimus, hospitioque excepti ab urbis Præfecto, verbum Dei disseminare instituimus. Nee sanè frustra. etenim baptizati sunt quinquaginta supra ducentos, in quibus fuit eum vxore ac liberis ipse, ad quem diuerteramus, urbis præfectus. Deinde eū in ædes regias in primis instructas loci maiestate deterriti timidius incolæ ad nos & ipsi venirent, & filios mitterent, vetiti, ne ab iis ædium ornatus & catastromata scædarentur; vbi id animaduerti, egi cum Præfecto de aliis ædibus, populi docendi causa, cōparandis. Ille mihi sanè liberaliter omniū, quotquot essent in oppido, dedit optionē; delectū est ædificiū quoddā peramplum, sed magna ex parte dirutum, secus arēā, quā nobis Rex tēplo ædificando attribuerat. Operæ centū ad ruinas instaurandas eodemque sacrā exstruendā Præfecti imperio ex censu ciuium exhibitæ, opus vtrumque celeriter absoluerunt. Tum
 verò

Vetò liberius ad Christianæ doctrinæ rudimenta sacrâsque conciones pueri senesque sese conferte: quibus deinceps non ita multo temporis spatio centum & septuaginta Baptismo lustrati sunt. designatum est etiam Christianis humanis prope eadem sacram Cruce defixa per anaplum soli sparium, quo primùm illati sunt infantes duo tertium circiter annum agentes, quos Dominus pro salute harum gentium de precatore in cælum ascivit. Secuta deinde est in Barptolemæum regem coniuratio, bellicique tumultus, quibus tamen oppidani commoti, atque à Bonziotum fautoribus potentibus vitis ad Christianam religionem deferendam sollicitati sunt, Cruce etiam ipsa contumeliosè diffracta; ipsi tamen in fide fortiter perstiterunt. quod egomet deinde ex eorū sermonibus clarè perspexi, cū ad eum portum per id tēpus naui accessissem. cū enim ab hostibus Christianæ religionis vrbe occupata, publico edicto nos intrōmittere vetarentur, ad stationem nostrā, sera admodum nocte, parato nauiglo frequentes venerunt, se diligēter excusantes, quòd nos excipere hospitio sibi per aduersarios non liceret, pietatem tamen suā atque constantiam verbis restantes huiusmodi: Christiana religione deserta, quā porrò sectabimur? in difficultatibus nostris atque periculis ad quem confugiemus? an ad lignea siue lapideā simulacra, quæ hucusque coluimus? quis insitam vnius Dei caritatem ex animis nostris euellat? Quibus ego verbis maiore in modum recreatus, eosque vicissim, vt potui, consolatus; ad Cosmum cæterosque Socios Vocoxiuram ex eo loco profectus sum. qui sese cum Christianis, ad hostium furōrem vitandum, in onerariam receperant. verùm sedatis iam maxima ex parte tumultibus, & Barptolemæo, qui in arcē quaidā ex incendio regis vrbis cum paucis vix viuus euaserat, in regnum restituto, metus hosce omnes iuante Domino propediem sublatum iri confidimus: sed de his hactenus.

Venio ad res Ximabaranas: quam ego in vrbe ab ipso Tonus accersitus, Cosmo iubente, me contuli, benigneque exceptus, & in optinto totius vrbis domicilio sum collocatus. Postridie me Tonus inuitat ad cœnam; à cœna familiares suos atque domesticos in cœnaculum conuocat. Hic ego bene longam de Christiana religione disputationē instituo. illi verò multa ac varia me interrogat: quibus ego dū ad singula respondeo, noctis magna pars abiit. Manè cū illuxisset, Tonus rogatu meo popularibus omnibus Christianæ capeffendæ religionis fecit publicè potestatem. ex eo tempore ret quotidie concionari cœpimus, matutinis primū horis, tū pomeridianis, postremò vespertinis, tanta hominū vi confluen-

te, vt non domus solùm, sed etiam via auditoribus oppleretur. Secundùm hùc rei Christianæ cursum more suo aduersarius nõ semel impedire conatus est. Tria visuntur Ximabaræ cœnobìa Bonziorum, qui cùm aliis de causis plurimum possunt, tum quòd principes ciuitatis affinitate contingūt. Eius ordinis hominum fallacias atque superstitiones quòd palàm coarguimus, populumq; ab ea secta ad Christum omni ope traducimus, capitali nos vbique ferè odio insectantur. Ximabaræ autè, simulatque ita propensam in nos populi volutatè intellexère; inimicitias, quas antea inter sese exercebant, cõmuni metu suadente depositis; calumniis fictisq; criminibus nos oppugnare constituunt. Ad Tonum adeunt, mirantes cur in suis terris tam improbũ genus hominum versari patiatur, Anthropophagos esse nos, & quocũque Christiana sacra inferamus, eodẽ continuò bellum excidiũque importare. Si nobis in vrbe habitatio detur, Lusitanos ipsos illi imperium crepturos. Adhæc, plebem incitate conantur, partim vt nos ex vrbe pellendos vna voce abs Tono deposcat, partim etiam vt nos publicè conuictis maledictisque proscindat. Eam rem vbi parum procedere animaduertunt, consiliũ etiam audacius capiunt. Dum ego in ædibus nostris de re Christiana ad populũ maximè dissero, facta manu quidã è Bonziis de communi cæterorum sententia in ædes nostras irrumpit, positamque ibi Crucem effringit. Sanè indigna visa res est, valdeque omnes, sed hospes præcipuè noster, eo factò commoti. Itaq; nihil propius factum est, quàm vt eum interficerent: Bonzii autè furore elati scelus scelere cumulant. Mos est neophytorum, susceptam à se Christianam religionem Cruce in clarata depicta, atque in ædium foribus collocata publicè profiteri; id illi sibi non modò apud Deũ salutare, sed etiam apud homines gloriosum existimant. Hæc omnia insignia Bonzii postridie, primoribus vrbis pro affinitate fauentibus, discerpere ac lacerare decernunt. Quod vbi Tonus rescieuit, Christianis cõfestim totam rem inslit renuntiare, eosque hortatus est, vt tumultus vitandi causa eam iniuriam æquo animo ferre ne grauarentur: se ipsum in Bonzios utique animaduersurum, sed tempore. Quorũ amètia ac furor eo vsque processit, vt quicunque ad nos audiendos venirent, eos vsu etiam fontis arcerent in proximo siti, ad quem plurimi aquationis causa ventitabant. prorsus vt nobis, eius molestiæ vitandæ causa, in aliam vrbis partem migrare necessè fuèrit.

Iam verò illa quoq; res accidit, non minus euentu felix ac læta, quam initio tristis ac turbulenta. Adolescentes duo ad nos audiendos rei nouitate inuitati ex oppido finitimo venerant. dùmque in
 ædibus

redibus nostris morantur, in familiari & iuuenili colloquio (vt fit) vnus eorū alterius procaci interrogacione laceffit, stricto mure in sociū præcens iracundia ferebatur; cū illum ex his qui aderant Iaponii quidam (aderant autē serē centum) vi arreptū re- rinent, eiq; de manibus sicā extorquet: quo ille facto ita iratus in- de discessit, vt aut eā vlscisci iniuriā, aut mortē sibi in se- tre Iaponico more, statuerit. Accessit ad exstimulandum iuuenis ani- mū satis iam per se incitatū patris quoque denūtiatio vehemēs, ne suum in conspectum veniret omnino, nisi prius ab ardiū præ- cipuē domino, apud quem res illa contigerat, doloris pœnas ex- gisser sui, igitur adolescens, amicis affīnibusque coactis, vim com- parat: quod vbi Ximaharam allatū est, Christianos omnes magno- pete cōturbauit; me verò potissimū, verentem, ne si ad manus ventum esset, (quæ res non sine multorum cæde erat futura) tum verò Bonzii ciuibus quod cupiebant planè persuaderent, nos rixa- rum ac seditio num vbi que terrarum auctores esse perpetuos. Iam- que se, quanquam in magno omnium mœrore, oppidani ad Ioan- nis (sic enim appellabatur) hospitis nostris defensionem instruxe- rant, aduentabā que armatum agmen aduersariorum; cū iuue- nis ille dux agminis repentē præter omnem spem gentisque con- fuerūdinem exterritus substitit, satis dignitati suæ, satis parentis imperio factum existimans, si vacuam nobilis cuiusdam viri do- mum ingressus in suburbano positam, resistente nemine, pugio- nem inde vicissim abstulisset, atque ita (vt fecit) in patriam re- uertisset. Id à Christianis vbi rescitum est, tanta voluptate læti- tiaque perfusi sunt, vt ab ipso noctis crepusculo, quamquam eos domum dimittente me, nihilominus gratias Deo cuncti simul a- gentes, factum inuicem gratulabundi narrantes, ad insequentem lucem vsque perstiterint. Nec tamen inter hæc aliasque difficul- tates, & Bonziorum insectationes, Domino Deo fauente, cessatū est. nam præter quotidianas conciones & catechismum, Baptismi celebres variis tēpotibus cōplures habiti sunt. Ac primū ethnici quinquaginta nomē Christo dedere, deinde rursus circiter septua- ginta, tertio denique Baptismo candidati trecenti numerati sunt, ē quibus baptizauimus dumtaxat eos, quos satis probè institutos Christianis præceptis inuenimus; ceteri, qui minū adhuc idonei videbantur, in aliud tempus reiecti. Christianorum primitias liba- uit Dominus in hoc item oppido, sex videlicet trimos aut quadri- mos infantes: quarum qui primus excessit è vita, Christianæ fidei veritatem illustri sanè testimonio comprobauit. cū enim iam a- geret animam, sublati ad sidera manibus; Temiangate mairo, id est,

id est, confestim (inquit) in cœlū migrabo: cuius rei miraculo neophyti magnopere cōfirmati sunt. Ipse autem Regulus tamen nec dum Christianus est, & ceteris de causis in aliud tempus Bonziorū scelus ac maleficia debitis vindicatis suppliciis distulit; suam tamen erga nos beneuolentiam, & Christianæ religionis vel tēdendæ vel amplificandæ studium, plurimis rebus ostendit: primū enim nobis honoris causa familiariter sæpe conueniendis nomen nostrum apud Ximabatanos in admiratione & in gratia posuit: deinde aream templo ædificandæ optimam, materiāque suo sumptu cōuectam, operasque ducentas nobis attribuit ad areis ruinas æquādas solo, quæ arx quondam illa ipsa in area fuerat. in templi verò ipsius apparatus & cultum familias septuaginta in ea vicinitate habitantes certum vectigal pēdere iussit, exturbationis pœnā proposita, nisi in officio persistissent. Idem, quod Christiani ad templum, æstu maris accedente, egre admodum veniebant, ingenti ponte ad ipsius templi valuas vsque perducto, facilem iis tutumque aditum præbuit. Auctus verò filiola, (quæ nos, quod clarissimo genere orta est, magno Christianæ rei adiumento futuram aliquando speramus) eam nobis tradidit baptizandam, quod fecimus, & nomine Christiano Mariam appellauimus, ut eam videlicet nomen ipsum ad omnem virtutem ac sanctimoniam incitaret.

Hæc ferè in oppidis Cochino & Ximabara gesta sunt: quæ ego vtranque Ecclesiam per id tempus sæpe reuisi, & alteri Damianum alteri Paulum, comites ac familiares nostros, interim dū ego abessem, præposui. Vos etiam atque etiam obsecro fratres, ut pro hac vniuersa Iaponica vinea Domino Deo nostro quàm diligentissimè supplicetis. Ex portu Mariæ Virginis adiutricis. v. Cal. Decemb. MDLXIII.

IOANNIS BAPTISTÆ MONTANI FER-
RARIENSIS, AD MICHAËLEM TYRRIANVM
è Societate Iesu in Lusitaniam.

A N N ō superiore in Iaponem peruenimus, & maritimum in oppidum Christianorum descendimus, vbi Cosmus Turrianus cum vno è fratribus nostris rem Christianam præclare gerebat; quibus ego cū nauare operam ibidem vellem, in Bungum à Cosmo idcirco sum destinatus, quod sesquiannum iam ea princeps Iaponis totius Ecclesia sacerdotem desiderabar.

bat. Ibi quæta Bûngensium & læticia & benignitate acceptus fu-
 zim, exponere niniis longum sit. Regem ipsum etiam inuisi aliquo-
 ties, a quo semper honorifice humanissimeque tractatus sum, qui
 tamen ethnicus adhuc est, in ea secta quæ nihil superesse post
 mortem existimat, Christianæ tamen religioni tantum tribuit, re-
 busque nostris usque adeo fauet enixè, ut vnus è fidelium numero esse
 videatur, credo propterea quod omnibus ducitur, videtque se,
 ex quo tempore Euangelium in suis tertis promulgari captum
 est; non solum imperio atque opibus auctum, sed etiam filio, quod
 vehementer optabat. Quod ad conuersionem harum gentium ar-
 tinet, Euangelium longè lateque iam peruagatum est, & sanè pro-
 batur in uulgus, & ferè semper ad Baptismum, Dei beneficio, a-
 lijui perducuntur. Ratio autem nostra eum illis agendi est eius-
 modi. Queritur primùm quam sectam sequantur, deinde, non
 modò quam ipsi profitentur, sed etiam reliquæ omnes Iaponicæ
 sectæ multis rationibus ita confutantur, ut earum ope ac præsi-
 dio æterna salute se nequaquam posse potiri intelligant. Id ubi
 perceperunt; docentur esse vnum rerum omnium opificem, qui
 ex nihilo cuncta creauerit, eaque omnia fungi officio præter An-
 gelos desertotes, & hominem, qui è primo illo statu sua culpa ex-
 ciderit, in quo ab Deo parente positus fuerat, idemque naturæ le-
 gibus sectæque rationi aduersetur. Discunt deinceps, Deum es-
 se trium & vntum; cuius imperium primus ille homo neglexerit.
 Et quoniam infinitæ maiestati ac numini facta iniuria infinitam
 quoque satisfactionem exigeret, secundam Trinitatis personam,
 cum genus humanum aliavè omnino creata natura soluendo non
 esset, humanitatem nostram vltro assumpsisse atque inuisse, ut i-
 dem homo simul & Deus innocentissimus poenam nostris scele-
 ribus debitam pretioso sanguine suo acerbaque persolueret mor-
 te, ac nos in omnipotentis Dei gratiam restitueret. Hæc illis om-
 nia clarè & copiose explicantur. tum ad eorum quæstiones pro-
 bè responderetur, & omnis ex eorum animis, quoad eius fieri po-
 test, dubitatio tollitur; atque, ut illis certæ precandi formulæ
 tradita, præceptaque Decalogi exposita sunt, promittunt se
 barbaros ritus superstitionesque deposituros. denique sacri Ba-
 ptismi vis atque mysteria iisdem explicantur, atque ita Christo
 dant nomina ac baptizantur. Versamur autem in hisce Iaponi-
 cis regionibus hoc tempore è Societate sacerdotes septem, fra-
 tres quinque. multi præterea sunt incolæ familiares ac veluti so-
 dales nostri, præstanti virtute homines, qui nos in opere haud
 segniter adiuuant. Sed vniuersi pro meisis copia sanè quam pauci

Inimus, nec nobis (quod facile credas) ab occupationibus multum superest otii. itaque subsidio vehementer indigemus. Piis deprecationibus tuis & ceterorum me valde commendo. è Bungo, V. Idus Octobris, MDLXIV.

EX ALIA EIVSDEM IOANNIS BAPTISTAE EPISTOLA AD IOANNEM POLAN-
cum è Societate Iesu Romani.



VNe aliqua mihi de Bungenſium Chriſtianoſum pietate ac deuotione dicenda ſunt: quæ virtus cum ſemper in iis apparet eximia, tum verò Quadra-
geſima tempore præſertim elucet. nam præter af-
peritatem vitæ priuatam, & aſidua ſupplicia vo-
luntaria, Chriſtiani ſexta quaque feria frequentif-
ſimi in ſacram conueniunt ad em: atque vbi de paſſione Domini
peroratum eſt, extinctis luminibus atrociffimè cuncti ſe diuer-
berant. Equidem vt primùm interſui, attonitus rei nouitate mira-
culoque, proſus obſtupui. Neque verò dumtaxat virorum hoc de-
cus eſt: ipſæ quoque mulieres in hanc partem ſe admodum ſtre-
nuè atque acriter incitant quatum nonnullæ cum me ſummis præ-
cibus obſecrarent, ſibi vt in templo, ſumptis ne dignoſcerentur vi-
rilibus tunicis, cehinatis globulis ferreis in ſua terga ſcuture lice-
ret; negaui ſcilicet: primùm id minus decorum arbitratus; deinde
etiam veritus, ne ſi ad cæteram aſtutitatem & pœnitentiã, qua
ſe ipſæ pœnè conficiunt, verberum quoque tormentum accendiſſet,
certum adirent vitæ diſcrimen. idipſam graui admodum ætate
ſenes à me magnopere cõntenderunt. Iam verò ſacræ hebdomadæ
oficia, quo animi ſenſu ac lacrymis; Paſchalia autem ſolennia
quanto animi gaudio, atque hominum multitudine celebrentur,
dici vix poteſt. Nec ſanè minor eſt Natalium ſeriarum gratula-
rio & celebritas. quin etiam pia ſimul & iucunda per eos dies ſpe-
ctacula committuntur, iſtiusmodi aliquot actionibus è ſacrâ hifto-
ria Iaponico verſu deſcriptis: quæ pœmata Chriſtiani magno ſuo
bono memoriter hauriunt, namque ea ratione & magnam ſacra-
ram litterarum partem addiſcunt, & hiſce carminibus identi-
dem concinendis, profanas cantiones, quibus antea aſſueuerant,
paulatim dediſcunt. Nam quid ego de Confefſionibus dicam? quo
in genere ita ſolertes accuratque ſunt, vt alia nil egiffe videan-
tur in vita. Quibuſdam ego, id vehementer optantibus, per inter-
pretem aures præbui: quorum nonnulli ſcriptam Confefſionem
ſuam

suam secum attulerant. Credas mihi affirmanti velim, quotidiana me sesquianni totius (tam diu enim sacerdote caruerant) recognitiones actionum suarum, quæ examina dicimus, in iis scriptis liquidò comperisset ea dispositione atque ordine in commentarium crimina suis quæque diebus notata retulerant; cum ante id tempus octauo vel quindécimo quoque die Sacramentum Confessionis obire consueissent, quæ mihi eorum diligentia eo laudabilior videtur, quòd ex mediocribus interuallis peccata ritè confiteri haud ita difficile duxerim: ipsorum verò octodecim mensium errata in temporum seriem digesta proferre, id verò in primis mirandum est. Quid quæris? contritione sua animique cædore ita me sibi obligarunt, vt cum Christo Domino ingentes & agam & habeam gratias, quòd me in hæc loca perduxerit; tum etiam tibi plurimum R.P. vel eo nomine debeam, quòd auctoritate studioque tuo perfectum est, vt aliqua mihi pars demandaretur huiusce tam fructuosæ prouinciæ: quam ego vt ex instituto ac spiritu nostræ Societatis geram, peto abs te, vt infirmitatè meâ quis ad Deû precibus ac sacrificiis subleues. è Bungo, vlt. Idus Octob. MDLXIV.

LYDOVICI FROII AD SOCIOS IN
INDIAM.



N No proximo, Vocoxiura vico ab hostibus concremato & exciso, Cosinus Turrianus cum Ludouico Almeida & Iacobo Consaluo officii causa cõquisitus à Christiano quodam nobili viro, Tacaxim oppidum Regis Bungensis æger naui deuectus est. Ego autem ab Antonio Firaudeusi viro Principe accersitus, Cosmi iussu Tacaxumam contendi febrifrigoribusque vexatus, quæ me quatuor menses malè habuerunt. Eodem venit post mensem Ioannes quoque Fernandus. Insulani sunt numero recentè circiter & quinquaginta, Christiani omnes, quorum quibus licuit, aduenienti mihi nauigiolis obuiam prodierunt, cæteris in lictore præstolantibus, quorum omnium quanta sit pietas atque religio, ex eo facitè iudicabis, quòd bis in nocte ad Dominum deprecandum, Christiane tormenta necemque secû reputandam, surgere è lectulo consueuerunt. Quin etiã primis tenebris multi cum te in precibus fuderunt, ad mediã vsque noctem in eacogitatione sui metipsum obliti persistunt. Pyxidiculam ego cerearum agni cœlestis imaginû, quas Romæ summus Põtifex cõsecra-

uerat, Sociis nostris attuleram ex India, id ubi rescivit Christianam quædam anus Facatenfis, multis precibus vnã mihi earum extorsit. Eius rei fama statim hoc toto tractu peterebuit. itaque ad me quotidie & Firando & aliis ex locis nauigia veniebant viro- rum feminarumque plenissima, è reliquiis illis amoris (sic enim appellant) aliquid a nobis efflagitantium, negati non poterat. itaque totum eius ceræ consecrationisque mysterium exponebat Ioannes, deinde in eos distribuebatur. & sanè ceram in particulas iram minutas secare coacti sumus, vt Christianis mille quingentis ac triginta sufficerent. quas pro sui quisque copiis vel argentea theca, vel ænea, vel stannea, vel ex aurichalco includebant; ex altera parte nomine IESV spinea corona circumdaro, ex altera tribus ad imam Crucem clavis incis. Templum autem ipsum, quod Firando aliisque ex insulis confluentem ad nos multitudinem nõ ciperet, per eos dies amplificatũ, & sacrario atq; ædificiis ad huc mem traducendum ornatum est. opere absolutum, dum Iaponius quidam apud nos ceram in candelaram vsũ ad ignem liquat, arida pælearum materia, è quibus parietes erant constructi, flammam ita auidè arripuit, non modò vt hospitium nostrum ædemque factam, sed etiam quindecim ferè vicina Christianorum recta comprehenderit atque consumpsit. quorum sanè mihi æquitas animi ac patientia visa est admirabilis, cum incensis domiciliis domesticoque instrumento, in publicum se coacti proripere, tempestate perfrigida, cum è cælo densa nix caderet, vna cum coniugibus liberisque, qui nonnullis eorum erant septeni octonive, nostram tamen vicem magis quam suam ipsorum dolerent. Ex ea clade sacrorum apparatus Dei beneficio ereptus est, & aliquid è supellectili vestibulque, quas nos omnes egenibus Christianis iis, quorum domus ardetant, miseratione commoti diuisimus. Ioannis verò Fernandi commentarius multis iam annis elaboratus, in quem ille sacras conciones & catechismi explicationem Iaponico sermone rerulerat, sanè quam incommodè periit. Ego interea, cum ægrotus decumberem, ex eo periculo me ad quendam Christianum recepi, ibique in summa egestate storea mihi pro stragulo fuit, lignum pro cervicali: eò statim magna vtriusque sexus hominum ac puerorum turba confluit, incommoda nostra & calamitatem lacrymis prosequentium: mortuos parentes lugere dixisses: atque, vt est gens ad omnem humanitatem ac misericordiam prona, quamquam in summis rei familiaris angustiis, alii ad me contegendum fuisset vestimentis exuere se se; alii in cibum duas trève cochleas, alii

alii denique sylvestre ailium afferre. aliquot etiam Firandenses & Facatenses Christiani, qui in eam insulam anno priorē. Vocoxiura migrauerant, costā nobis cibaria septem octōve dies è suis domibus misere. Eius incommodi nūtio Firandū vicināsque in insulas perlato, cōfestim ad nos subleuādos Christiani cū fabris, paleis, funibus, arundinibus aduolarunt: quorum opera cū ædes nostrā, tēplūque, tum etiam incensa Christianorum tecta magno omnium gaudio ac voluptate rescēta sunt.

Sed idem tempus ecce noua calamitas. Aduectum ex India pretiosum ornatum sacrorum vnā cum auro textilī, & simul vitia yasa donanda principibus, Firandum Cosmus, vt ibi videlicet ab incendijs tutiora essent, ad Christianum amicum custodienda, transmiserat. Hic dum ludos quosdam profanos ipso Cinerum die agunt barbari, vnus ex iis temere arreptum ignem in ædificium coniecit, qui vento adiuuante ad eō vehemens ac sæuum excitauit incendium, vt bonam vr̄bis partem cum ædibus Antonij dynastæ, & Christiani eius qui nostra seruabat, momento panē temporis hauserit; quæ res magnam mihi præcipue, febri, tali anni tempore, laboranti, patientiæ materiam præbuit, quod in eas ego quoque sarcinas, diui Thomæ partes, quæ appellantur, itemque nonnulla valetudinis aduersæ remedia, quibus admodum inops est hæc terra, coniecerā. Inde, paucis interiectis diebus, vigilias agere sumus coacti latronum & hostium metu, quibus paruum hoc Firandi regnum infestum est: paratīque nauigijs quibus aliō, si res ferret, auheretur sacra vestis & instrumentum, nos cum Christianis in editum locum munitumque recipimus. Sed bellitumultus ille Deo fauente sublatus est. Et quoniam Japonicæ linguæ ignoratio rem Christianam magnopere distinet, crepto ex assiduis occupationibus tempore, faciendum sibi frater noster Fernandus existimauit, vt de Japonico sermone grammatica præcepta conscriberet, iis duplex etiam Lexicon addidit: in altero Japonicas voces, in altero Lusitanicas alphabeti ordine cum sua cuiusque significatione prætexens. Sexto vel septimo mense, haud tamen idcirco intermissis cōcionibus cæterisque muneribus, eam lucubrationem absoluit, in primis vtique necessariā Japoniis excolendis.

In feriis Natalibus, atque Paschalibus, incolarū summa religio. Nocte Natali sub vesperā ientaculo exceptos bifariam in tēplo diuisimus, ibi alternantibus choris cettos ex veteri testamēto locos, sacrāsque Prophetarū prædictionis tēpori accommodatas versu Japonico decātarūt. Deinde solēnia missarū sacra peracta sunt. Domi-

nica in palmis cum sacrum fieret, Passione domini per vices, vt fit, recitanda, tanta populi conploratio orta est, vt vix inter prouocandum nos merito exaudire possemus. Iam sexta feria, quæ proximè consecuta est, complures tum Firando tum ex finitimis pagis Christiani ad verberationem cum flagris ac tunicis confluerent; quod Firandi conuentus huiusmodi ab Rege prohibentur. nec stantibus eo die procellis atque imbribus deterriti sint, quominus acriter sese cadentes, sanguinemque mittentes, per multos passus agmine composito incederent. quod ipsum separatim mulieres quoque, Christi amore incensa, fecerunt, idque summa cum pietate & sanctimonia. Porro aquam Sabbato sancto benedictam, magno studio ac fide ad morbos pellendos, partim apud se religiose asseruandam sumpserunt; partim eum in Firandam ceteraque in insulas atque oppida Christianis dono mittendam. Passioni vero die Dominico, ad summam gratulationem species tantum & pompa magna defuit, cetera sane egregia. Vnum dumtaxat pallium erat nobis, quo eodem prouincula in supplicatione usus sumus. Sub ea gestabam ego sacratissimè CHRISTI corpus in calice, linteatus præbat Bernardus corona rosea redimitus; & quamquam impie ita contactus, vt vix hærete vestigiis posse videretur, valde tamen incline tenebat. Dic nobis MARIA, quid vidisti in via? Cui respondebat ex altera parte Saponius quidam senex, nullam bacillo puliansi hederam vlla in his locis organa musicæ sicut. Eo die eum apud nos eundem sumpserunt; quod festis ferme celebrioribus facilius; præsertim vero die Visitationi MARIE VIRGINIS sacro, quæ diem præcipuè cultu atque honore exigunt. Misericordie sodalitia, conuulsi erratoribus in qualibet Ecclesia constitutis;

Ipsis hebdomadæ sacrosanctæ diebus Firandi res accidit, ad prouidentiam Domini iustitiamque declarandam admodum illustis. Princeps Bonziorm etat in vrbe quidam, Salimandaque nomine, regni totius hyluce tanquam Arciepiſcopus, capitalis Christianæ religionis inimicus, cuius festet antea & Cruces præcisa, & Gaspar Milela cum reliquis omnibus à Societate nostra Firando pulsi exclusi que fuerant. quam rem Antonius dynasta grauiſſime tulerat, nec tamen vindicarat, eo quod Bõzius principum affinitatibus admodum potens esset. Isigitur ab eodem Antonio, qui tum regni exercitus imperator vna cum Rege militabat, per inexpectans petiit fundum quendam continuandum prædiis delubrorum suorum. Id cum Antonius aperte negasset, accensus ira misit continuo Bonzius primium, qui Antonii villas; deinde sex circiter Christianorum An-

tonii populatium domos incenderent. Enimvero tum Antonius rei atrocitate commotus Regem adit, Bonzii improbitatem diutius atq; tolerari non posse; nisi in ipsum Rex animaduertat, sese confestim, rei militaris cura deposita, ad viciscendam eam iniuriam profecturum. cui Rex quamquam inuitus ac moerens, tamen quod Antonii viri nobilissimi, & secundum se opulentissimi, opera plurimum indigeret, respondit se totam rem ipsius arbitrio plane permittere. Tum recordatus iniuriarum, quibus ille nos affecerat, postulauit Antonius, vt Bonzium eo dignitatis gradu deiectum, Firandensis regni finibus in perpetuum exterminaret: & ne qua spes reditus ei relinqueretur, agros illius ac bona aliis possidenda assignaret: Quo statim facto; & Christiani molesto grauique aduersario liberati, & Bonziis dedecus ingens ac dolor iniustus est.

Decem menses Tacaxum fuimus; quo temporis spatio vicinas insulas, quae in Antonii ditione sunt, bis Fernandus inuisit, nec sane frustra, nam & Christiani, ipsius aduentu mirum in modum recreati, & barbari multi ad ouile Christi perducti sunt: in his verula quaedam annuagens circiter nonagesimum, mulier honorata, multisque affinitatibus pollens. Haec, beatitudinis gratia, multa Iaponis delubra superstitionis peregrinationibus circumierat, habebatq; papyraceam tunicam, quae descriptam Amida viram continebat, quam illi cum aliis diplomatis & indulgentiis Ecclesiasticos enim ritus demum effingit; Bonzii pretio ingenti vendiderat, polliciti, si eo amictu, suprenio die suo esseretur, omnibus noxis soluta, recta ad beatas Amida sedes pro cuius dubio perueretur. Aegrotum quendam eius propinquum Ioanes inuiserat, cuius domi casu ipsa quoque tunc aderat. Eaigitur Ioannes accersi iubet, si pauca de Redemptore generis humani deq; altera vita cognoscere cupiat: audituram se respondit mulier: verum enimvero falli, si quis idcirco se Christianam futuram existimet. Sed ubi demonis malitia, fraudes Amida, cui illa tantopere sideret; Euangelicam denique veritatem Ioannes aperuit, vt Iaponica ingenia facile rationibus cedunt, eius orationem mulier ita approbavit, vt lacrymis obortis baptismum continuè peteret, quid multa? solennes precationes edidit, chartaceam illam tunicam, aliaque Bonziorum scripta, quae diximus, ad Ioannem attulit comburenda, sibi posthac sacrum fore nihil aut religiosum affirmans, praeter nomen Iesu, ac deinde baptizata, tantam animi pietate atque ardorem ostendit, vt cum vniuersos Christianos, tum eos praesertim, qui eam antea nouerant, ingenti gaudio accerit: quam metuebant prius, hunc autem metu duplicatum in facie

conuerso, maximè diligunt: ac mirantur quæ priùs præ imbecillitate corporis stare vix posset, eam nunc quotidie templum petentem, Angelicamque salutationem trecenties recitantem, & singulis noctibus orandi causa bis è cubili surgentem. Eadem postea ad me Tacaxumiam cum aliis Christianis nauì contendit, vt rei diuinæ interesset, & granum aliquod benedictum & ceræ, quam diximus, consecratæ particulam a nobis exposceret.

Hiscæ rebus aliisque peractis, quas ego breuitatis causa prætereo, Fernandus ad me reuertit. Et quoniam Firandenses Christiani magno nostri desiderio tenebatur, mihi autem per Regem a Christiana religione, contrà quam initio simulauerat, alienum, in ea vrbe rem diuinam facere non licebat, supplicationibus habitis, & recum Antonio communicata, omnino visum est faciendum, vt saltem Fernandus eò se se conferret: vbi ille dum fideles in officio retinet, labantes in fide confirmat, ethnicosque præceptis Christianis instruit; interea naues Lusitanorum duæ in hanc oram è Sinis delatæ quarum magistri cum in iussu meo Firandi portum inuehi nollent, Rex ratione lucri coactus (nam alioqui, secus ac primis aduentus nostri in Iaponem aunis simulauerat, & nobis & Christiano infensus est nomini) se mihi per quendam è suis familiaribus excusauit, quòd bellicis districtus negotiis, nondum mihi salutem nuntiari iussisset; & simul magnopere petiit a me, vt Lusitanos vrbe aditu ne prohiberem: se primo quoque tempore de mea quoque introductione cum nauarchis acturum. Illi igitur permittente me descendunt, & promissa ab Rege sæpius exigunt, templum ære suo se exardificaturos recipiunt. Rex tergiversando rem extrahere, nosque iam apertè frustrari, cum eo ipso tempore onetaria, cui à sancta Cruce est nomen, aduenit, sanè opportunè nam & Sacerdotes è Societate tres, Melchiorem Ficeredum, Balthasarem Acostam, & Ioannem Capralem summa cum animi nostri voluptate ac lætitia nec opinantibus nobis aduexit, & occasionem optimam præbuit Regis ab ea perfidia reuocandi. Hanc ego nauem actuario quaesitam reperi in ipso cursu velis adhuc inflatis: & Petro quidem Almeida nauarcho pro excellenti eius probitate, & in Societatem nostram obseruantia, faciliè persuasum est, vt vela submitteret statim, ibidemque subsisteret: mercatores autem siue navigationis nauisæ radioque, siue alia quauis de causa, nullis rationibus de sententia deduci potuere, quo minus scaphis oppidum peterent, & mercimonia exponerent. magno illis ea descensio stetit: namque à furibus igne apothecis eorum injecto, non exigua mercium parte vel flamma ventoque saeuente consumpta, vel etiam

ab ipsi

ab ipsis furibꝫ inter eam trepidationem ablata, aut eorum circiter duodecim millium damnum fecerꝫ. Interea Petrus Almeida, qui jactis anchoris ab oppido sex millia passuum stabat, rogatu meo Regi aperte denuntiat, se nisi nobis restitutus nequaquam appulsurum. Rex autem, dierum aliquot mora interposita, ad extremum metuens, ne si rem diutius dilulisset, magna rerum suarum jactura nauarchus alios portus peteret; nobis & urbem intrandi, & sacra ædis exstruendæ potestatem fecit. Descendentibus nobis ad littus die natali D. Bartholeinai Apostoli, gratulatio ingens, & à nautis Lusitanis significata est, & ab incolis Christianis, cum se, præter spem, voti compotes factos viderent. Nos cum nauarchis & magno præterea comitatu Regem adiuimus, eique gratias egimus. acceptis sanè frigidè, quod dedit accepimus. inde Antonio eiusque matre salutata, ad instaurationem tēpli continuò animum adjecimus. ex onerariis Lusitanorum tribus, pecunia in ædificationem corrogata, opus celeriter ad culmen perductum est. Itaque in eo templo natalem diem **MARIE VIRGINIS** egimus Balthasare sacrificante, & magno omnium gaudio concionante. Tanto autem studio à nobis de hac Firandenti commoratione multis de causis laboratum est: primum quòd ita mandauit Antonius Quadrius; deinde ne Christiani incolæ summa virtute ac religione homines deserantur: tum vt jacta à nobis in animis puerorum, qui sanè præstanti sunt indole, semina Christianæ doctrinæ, ad bonam frugem nostra opera perducantur: postremò Lusitanorum etiam gratia, qui ad hoc einporium libentissimè commeant, ad merces distrahendas ac diuendendas opportunissimum. Dum hæc ad Firandum geruntur, cognitum est Cosmum Turrianum Bungenſis regis hortatu atque auxilio ad oppidum Rimani regni Cochinoꝝ peruenisse, eamque Ecclesiam, quam hostes affixerant, eiusdem Regis ope ac beneficio restitutam. Eò Melchior Ficerdus cum mandatis ac litteris, quas afferebat ex India, ad Cosinum profectus est. Nec ipsa multo post Cosmus ad nos scripsit, vt ad se ego & Balthasar Aposta veniremus; Caprali & Fernando Firandi relicti; quæ prima nauigandi facultas fuerit, proficiscemur. atque ego me, nisi per mea steterit peccata, Meacum ad Gasparem Vlclam missum iti confido. nam nostrorum hominum subsidium aliquod non ipse modò, sed etiam Meacenses vehementer exoptant: quippe qui ad eum, sacrorum causa, è remotis urbis amplissimæ partibus ægre admodum ventitant. Cuius profectò res gestæ satis declarant, nihil esse tam arduum atque difficile, quod

non animi robur ac perseuerantia superet. Nam qui primis legationis suæ temporibus, contumeliis, probris, lapidationibus nullo defensore appetitus diuque vexatus est; tantum constantia patientiaque profecit, non modo vt populo, sed etiam vt principibus, Regeque iam ipso æquo ac beneuolo vtatur. In agro Meacensi intra quadragesimum circiter lapidem Ecclesias septem instruit, multis è prima nobilitate ad Christi cultum adductis: magnum denique rei Christianæ studium in illis gentibus excitauit. Verùm hæc, & reliqua huius prouinciæ acta, ex aliorum litteris fusiùs cognoscetis. Vos ego patres fratresque mihi carissimi per Deum obsecro, vt vestris in sacrificiis precibusque memoriam mei retineatis. Firado, Quarto Non. Octobr. MDLXIV.

IOANNIS FERNANDI AD FRANCISCVM
PETREIVM E SOCIETATE IESV.



Esse putabam vos de rebus Meacensibus è Gasparis Vilela ipsius litteris cognituros; tamen cum Christiani duo certi homines nuper ad nos Meaco venissent, faciendum mihi existimaui, vt quæ ab illis accepimus, tibi per litteras primo quoque tempore exponere. Anno superiore cum Gaspar, ad Bonziorium furorem atque impetum declinandum, ex vrbe Meaco Sacaium Christianorum hortatu precibusque se recepisset; Didacus quidam neophytus ad Xamaxinodorum in ius adiit, debitam sibi à nescio quo pecuniam iudicio repetens. hunc Xamaxinodonus vt agnouit, per ludibrium sine Christianus interrogat. Ego verò sum, inquit ille: cum rursus Iudex: cedo, vestra quæ dogmata sunt? recusanti respondere Didaco, seque excusanti quod tyro esset etiamnum; acrius inflare denuo barbarus, & vrgeret, vt aliquid in mediũ afferret. Necessitate penè coactus Didacus de animorum immortalitate deque æterno totius vniuersitatis parente cepit nonnulla disserere: quibus permotus Xamaxinodonus, abi (inquit) nuntia magistro tuo, vt ad suam mihi doctrinam declarandam accedat. nani si tu rudis adhuc & nouitius tam bene disputas, quid de ipso doctore tuo putandum est? quod si veritatem religionis Christianæ probarit; eam ego fortasse & Quequidonus collega suscipere non grauabimur. Didacus igitur non sine diuino consilio id factum existimans, forensi actione deposita, Sacaium illico ad Gasparem excurrit, eique iudicis mandatum exponit. Gaspar rem cum Christianis, qui ibidem aderant, comunicat. illi negat se dubitare quin ea sit insidiosa

euocatio;

euocatio; proinde nequaquam eundem, omnino probabilis erat. ea sententia: verum tamen, ne cui, verbum Dei audire se velle dicenti, aliquo pacto defuisse videretur; Laurentium Iaponium comitem suum ad eum legauit: qui, quamquam proposito vitæ periculo, libens decessit, ea conditione, vt nisi intra quattiduum reuertisset, minùs commodè cum eo actum existimaretur. Dies duo, tres, quattuor: nec tamen tedit, pro mortuo scilicet vel certè in alè accepto cît habitus. mittitur de cõmuni sententiã Meacum vnus è Christianis Antonius nomine, vt cuncta Sacaium explorata cettòque referat. Huic in ipso itinere occurrit Laurentius & comites duo. cum iumento tendentes ad Gasparem deportandum, quòd iam Xamaxinodonum & Quequidonum Laurentii opèra Dominus ad se conuertisset. Meacum igitur cum Sociis tribus Gaspat profectus, (ii sunt Iaponii Laurentius, Augustinus; & Damianus missus ad eum mense Decembri) Xamaxinodonum & Quequidonum Baptismo iustrauit. Erant ambo benefici, & dæmone familiariter, vtebantur. iudem iuris Iaponici peritissimi, summiãque prudentiã & eruditionis fama, itaque ab ipso Rege & iis, quæ rerum potiuntur, de religione bellòque consulebantur: Christianæ autem religionis ad eò acres aduersarii, vt in ea affligenda & Gaspate exturbando Bonzii ipsorum præcipuè opibus, gratia, auctoritate niterentur. Nunc autem diuinitus iminutati ambo tanto studio in Christianæ causæ defensionem incumbunt, vt Iaponicarum opinionum prauitatem atque fallacias scriptis arguere atque aperire instituerint, Euangelica veritate ad calcem operis addita: quem librum ad communè omnium vtilitatem salutemque sunt edituri. Sanè grauem ex eorum cõuersione plagam ac dolorem Bonzii acceperè, præsertim quòd illos imitatus Xuicaidonus quoque vir in Iaponicis meditationibus exercitissimus, & Mioxindoni rei militaris præfecti cognatus, ad Christum accessit, atque inde in patriam reuersus passuum ab vrbe Meaco viginti quattuor millia, quæ Imoris appellatur, estque in Mioxindoni ditione, tantum apud affines & amicos exemplo suo monitisque profecit, vt eò Laurentius ipsorum rogatu missus à Gaspare, patricos sexaginta, eorumque familias, omnino capitum ad quinque millia, baptizauit, ade sacra confestim exstructa: quorum tanta fuit in fide virtus atque constantia, vt post Laurentii discessũ, à Bõziis ethnicisq; ad defectionem sollicitati laceratissiq; partim altercationibus, partim etiã ludibriis & insectationibus, non modò non ab incepto destiterint, sed etiam pro defensione Euangelii diem vnũ in armis fuerint. Quibus rebus

Xamaxinodonus cognitis, Gaspari persuasit vt ad Mioxindonum (cuius domicilium ab Imori castro, vnius diei distat itinere) sese conferret, causamque Christianorum apud eum ageret. Ab eo Gaspar benignè acceptus, cum de rebus diuinis ipso valde approbante verba fecisset, summa eiusdem volunrate obrinuit, vt Imorenses ethnici Bonziique neophytis negotium postea ne facerent. quare Christiani molestia liberari & magnopere confirmati recreatique sunt: ad quorum numerum reddecim alios in reditu Gaspar adiunxit, prostridieque Meacum reuertit. Ex eo tempore in agri Meacensis munitis oppidis quinque ad passuum non ultra quinquaginta millia totidem Ecclesiæ institutæ dicuntur. Regis autem ipsius Meacensium tanta esse ferrus in Gasparem animi propensio, vt cum Gaspar ab Amangutianis litteras accepisset, eam Ecclesiam à Moridono tyranno vexari, piis ipsorum discussis cœtibus, euerso templo, aræaque ipsa per vim occupata; Regem adierit, atque ab eo impetrauerit, vt ad Moridonum scriberet, gratum sibi esse facturum, si Christianos commendatos haberet, eorumque templi instaurationem atque adificationem adiuuaret. Eam epistolam Rex insigni cuidam viro dedit ad Moridonum in castra leucas triginta ultra Amangurium profectendam; eiusdem epistolæ separatim exemplo ad Christianos Amangurianos allato, qui propterea magnam in spem rerum meliorum venerunt. Hæc habui quæ de Meacensibus rebus in præsentia scriberem, vt ramlæti nuntii quàm primum in Indiam peruenirent. Gasparem ipsum de eisdem rebus aiunt scripsisse. Eius litteræ, quas Bungi itinere pergens alius nescio quis ferre dicitur, vt speramus, propediem subsequenter. Hactenus de aliis. Quod verò ad me ipsum atinet, te per IESVM CHRISTVM R. P. obrestor, vt mei in sanctis sacrificiis tuis nominari memineris, atque id ipsum a reliquis omnibus Sociis peto: quo ipsorum deprecatione placatus mihi Dominus tantum virtutis impertire dignetur, vt Societatis nostræ disciplinam ac leges ad finem vsque vitæ custodiam. Firando, v. Idus Octobris, MDLXIV.

LVDOVICI ALMEIDÆ AD SOCIOS
IN LVSITANIAM.

Complectar his litteris, fratres mihi carissimi, ea dumtaxat, quæ mihi, cerra Iaponis obeunti loca in itinere contigerunt: nam cætera nostri Meaco, Firando, atque aliunde, ad vos ipsi perscribent. Anno proximo Pater Cosmus Turrianus Vocoxiura, vbi tum cômorabatur, misit me, duo in oppida regni

regni Rimani ad prædicandum Euangelium; quibus in oppidis intratertium circiter mensem (quæ Dei benignitas est) non infimæ conditionis homines amplius mille ducenti ad ouile CHRISTI perducti sunt. Atque illa quidem iam cognouisse vos arbitror: Barptolemæum Regem valde potentem Rimani Regis fratrem, magna cum nobilitatis parte, conuersum ad Christi fidem, aliisque deinde complures. Didicistis præterea, ut opinor, Vocoxiura vicus ac portus, nostris ab eodem Barptolemæo attributus, cum ædificiis tum verò neophytis in dies quàm feliciter crescere cæperit. Hunc adeò lætum rei Christianæ progressum cum diabolus ferre non posset, Bonzios permultos è popularibus Barptolemæi sollicitare non destitit; quoad facta coniuratione armisque clam sumptis, Reges ambos repentino impetu aggressi, Barptolemæum; quod idolorum cultu sublato phana ipsa Deo vero dicasset, regno deturbatum, in arcem quandam compulerint, intra quam sese continebat hoc tempore, fratrem verò eius, quod in regnum suum patefecisset aditum Euangelio, dimidia ferè parte oppidorum suæ ditionis exuertint. In eo tumultu, Vocoxiura vicus, injecto furtim à vicinis hostibus igne, confestim intensus est. Cosmus in Rimani cuiusdam neophyti nauem confugit, Leonis nomine, qui perieulo cognito statim præclarè instructis nauigiis duobus ad opem Ecclesiæ templòque ferendam aduenerat: quod tamen ipsum vnà cum ædibus Christianorum agricolarum, cum iam Cosmus, ut dixi, nauigium conscendisset, inspectantibus nobis eodem conflagrauit incendio. Spectatulum nostris oculis graue adinodum & acerbum. Vicus primùm exustus ac dirutus is, qui modò & conuenatum numero & plurimò Dei cultu florebat: innocentes pueri permulti, quorum piis vocibus ac quotidianis precationibus in Dei laudem nuper omnia perstrepebant, raptim in naues impositi, dilapsique; cætera neophytorum turba cum liberis atque familiis, sine tecto, sine cibariis, sine vllò præsidio relicta crudelitati hostium atque scuritæ. Rebus igitur desperatis mœrentes cursum direximus ad portum, qui primus regni Bungenensis occurrit, leucas à Vocoxiura circiter quinquaginta. In ea navigatione, digna memoratu nonnulla accidere, è quibus hoc vnum in præsentia exponam. Cum ad alias eius oræ stationes, tempestatis causa, coacti sumus appellere, tum ad quendam regni Rimani portum, citra eum locum, quem petebamus, passum millia quinque & viginti. Eius portus atque oppidi facillè princeps erat Leo: qui inde Vocoxiuram ad nos, ut diximus, nauigiis duobus erat profectus. Eò igitur delati, quod Cosmus valetudine admodum vteretur aduersa, descendimus, ibique dies octo substitimus. quo

tempore Christianorum concursus ad Cosmum ingēs fieri cēptus; quōd neminem ē sacerdotibus nostris antea viderāt. Verūm noctū fere ventitabant, exploratorū metu, hostiūque Christiani nominis, quibus oppidum erat refertum. Nam Regis pater, qui aetate iam exacta Regni administratione decesserat, cognita seditione ac bello in filium excitato, rebellibus renuntiari iusserat, omnia ipsorum arbitrio compositum iri; sponderatque, ipsum filium Regem, itemque nepotem, in exsilium ituros; Cruces Christiano ritu defixas auulsum iri, Christianos ad patrios titus Christo deserto redituros. Id erat causae cur neophyti minus apertē Cosmum inuiserent, quorum erat numerus ferme octingentorum. Ipsi verō pueri Christiana doctrina sic erant eruditi, vt cuncti precandi formulas plerique etiam Catechismum totum tenerent. Ii curabat Cosmus vt inter sese, dialogi more, fictis ad tempus personis, de Christiana religione, Gentiliūque superstitione cecentent; idque tanta cum animi voluptate, vt perspecta gentis huiusce fides ac pietas omnem panē acceptae cladis dolorem abstergeret. Sed hoc ipsum quoque solatium nobis humani generis hostis inuidit, ac Bonzios impulit, vt facta manu, diuersorii nostri arundinea recta nocturnis lapidationibus magno cum strepitu peterent: quo maxime tempore neophyti spiritalium sermonum deliciis fructantur. Quocirca nihil hostium vim ac potentiam veritus Leo (quod alius nemo praeter ipsum auderet) nos aedium suarum excepit hospitio: eumque nihilominus Bonzii furerēt, tanto dolore ipse cum omnibus suis exarsit, vt inscientibus nobis arma capere, ignemque cœnobii Bonziorum inferre, summa praesertim vxoris voluntate, decreuerit. Eam rem odorati Bonzii, furere deserunt: Verūm quia commoratio nostra diuturnior periculosa neophytis esse videbatur, idque ipsimet ira iudicabant; quamquam magno cum dolore, quem ex ipsorum solitudine & calamitate capiebamus, magnaque mutuae benevolentiae significatione, silentio noctis digressi; postridie Tacaxim oppidum Bungensis orae tenuimus. Ibi Cosmus loco propinquo consistere, & neophytorum animos epistolis, inter eos terrores atque discrimina, confirmare, totiusque rei exitum expectare constituit. & quo esse ibi tutō liceret, ad Regem Bungi me misit, duarum & triginta leucarum itinere; vt is de mansione sua cū Tacaxiano Praefecto per litteras ageret; quōd Cosmus ipse propter valetudinem longius progredi non auderet. Rex erat eo tempore Voluqui, (id oppidi nomen est) quem vt conueni, Cosmi que mandata exposui, Rex valde laetatus Cosmum in suis versari finibus, protinus mihi dedit

dedit ad Præfectum epistolam; Cosino aream ædesque ad habitandum attribueret, & ex incolis, Christianum, quicumque vellet, fieri permetteret. Atque hæc quidem eò ipso die: post mensena autem, Cosmum regni proceribus per litteras magnopere commendauit. Post menses verò duos, cum Christianam rem parum procedere cognouisset, duas edidit tabulas ornatas auro, nigròque colore distinctas, quarum alteram Cosmus apud se, alteram vnus è nostris haberet in alio pago percelebri (Cauaxirim appellant) Iucas à Tacaxi septem: Earum in vtraque rei Christianæ tribus capitibus chirographo suo cauit quàm diligentissimè. Primum enim edixit licere in suo regno, summis, mediis, infimis Christianos fieri: deinde pœnas proposuit, si quis diuinæ legis præcones aut impedisset, aut vlla ratione lassisset: tertio declarauit placere sibi in perpetuum tota sua ditioe prædicari Euangelium. Ac mirum sanè, quantopere Christianæ religioni faueat, quamquam ei nondum addictus. Perentibus nomine Bonziorum quibusdam, vt nos exterminaret; alienum esse eius dignitate, ferre qui Deos suos tam impudenter tam contumeliosè profcinderet; infames item edactate carnis humanæ, (hoc enim illos non pudet crimen nostris obijcere) & quocumque pergerent, euerfiones atque excidia secum afferentes: cum hæc, inquam, & alia sexcenta in nos probra jactarent; annus, respondit ille, circiter quartusdecimus agitur, ex quo hi homines in hæc loca magno vtique meo bono delati sunt: tibus quippe dumtaxat regnis antè præfueram, nunc verò quinque possideo. antea pecuniæ laborabam inopia, nunc Iaponis Reges omnes diuitiis supero; atque ad populares etiam meos hoc beneficium pertinet. denique omnia mihi ex eorum hospirio secunda acciderunt: quin etiam filio magna mea voluptate sum auctus, cum nullum antea suscepissem. Quæro nunc ex vobis; ecquid attuletit mihi commodi religionis vestræ defensio: proinde caüete, ne in posterû ad me istiusmodi verba faciatis. quo illi respõso fracti abjectique cessere. Idè fetè Meaci contigisse cognouimus, cum Bonzii ex ea vrbe Gasparem Vilelam exturbare conarentur. Mos est Iaponiorum, cum aliquam pecuniæ suminã principibus largiuntur, chirographum illis offerre, ex quo ipsi deinde per suos domesticos eã pecuniã exigãt. Eiusmodi chirographum, facta collatione, Meacenses Bõzii detulerant ei, qui causas ipsorû apud Regẽ agere cõsueuerãt, vt idem ille nostros Meaco pellendos curaret. Is auditum aliquoties Dei verbum (vt erat bonus natura) probauerat. Itaque rem sustinere & chirographum apud se detinere constituit, quoad clariùs, quæ tradebãtur à

Vilela, cognosceret: Adit igitur; & audit hominem magno eum assensu: redit iterum ac tertio: deniq; elariore oborta sibi luce Christianus efficitur, atq; hac maxima ratione Dominus hominē hunc, sicut & ceteros qui se haud difficiles præbent, ad veritatem ab errore traduxit. Verum, vt ad institutam narrationem reuertar, tabulas ego regias ad Cosinum misi, quarum vnā Eduardus Syluius; Cauaxim promulgandi Euangelii causa pertulit. Ego in regia vrbe moratus sum à natalitijs Domini ad Paschatis vsque peracta solennia. Interea quanta, quam assidua concionū frequentia, quæ crebri Baptismi; quæ in publicum hospitale caritatis officia, quorū elemosynæ; feriis verò Natalibus, quàm pia è sacris historiis spectacula exhibita, per quadragesimam, qui ardor animorum, quam graues, quàm acerbæ pœnæ à neophytis vltro susceptæ: paschali- bus denique diebus quàm festiua ac iucundæ & gratulationes tum publicè tum priuatim extiterint, quoniam ea vobis minime noua sunt, nihil attinet scribere. Per eos dies Eduardus Cauaxim dū incensus rei Christianæ studio, immemor eibi potusque, ad Euangelium dies ac noctes prædicandum incumbit, graue morbum è summo labore contraxerat. Ad eum ego curandum (abest autem Cauaxim oppidum ab regia vrbe leucas paulo plus triginta) Cosim iusto ingenti labore perrexi; quod è perpetuis imbribus amnes addeò innumerat, vt vado transmitti non possent. Ita coactus de re- cta via deflectere, quinto demum die perueni Cauaxim, fratrem- que nostrum offendi humanis omnibus remedijs, in magna diu- norum solatorum eopra, destitutum, macieque panè extrema cõ- sectum: sic profusus, vt nonnulla, quæ mecum ad instaurandas agroti vires attuleram, parum illi exhausta propè iam naturali virtute profuerint. Et quoniam Cosim visendi, antequam migraret è corpore, magno desiderio tenebatur, noctem quietam nactus, ip- sius Cosim in illi Tacaxim eum nauis transiui, quem acceptum amantissimè, officiosissimèq; tractatum, Cosmus frustra sanare conatus est: decem superuixit dies, sumpto bis corpore Domini lætus abiit, præclato nobis cum virtutum aliarum, quæ in ipso elucebāt, tum verò Christianæ humilitatis ac patientiæ documento relicto. Quàm multas ille, sui præsertim aduētus initio, difficultates & incommoda pertulit! quot imbecilli corpusculi vexationes pœnitenti nomine subiit! quanta verò industria, quanto sicut Christianæ religionis propaganda! equidè nil vidi simile, cessabar nunquam. itaque præter ceteros labores, non Iaponicas modò, verum etiam Sinenses, quæ multo difficiliore cognitu sunt, didicerat literas, artemque Iaponicæ linguæ grammaticam & copiosa lexi-
pri-

primus ipse confecerat. Sed redeo ad Colimum. Is eo ipso tempore ab Rege Rimanorum accersitus, tamen si cum eo congregari vehementer optabat, atque ob id ipsum etiam in oppido Tacaxe remanserat: prius tamen regem Bungi constituit tota de re facere certior: binas interea litteras ad Rimanum dedit, quas cum mandatis ego deinde sum subsequutus: ignosceret moræ: ita de se meritum esse Bungensem, ut illo incognito proficisci fas esse vix duceret. Rimanam Tacaxe tendentibus pagus occurrit, quam Leonis patriam esse iam diximus. Eo ut perueni, me viso, & profectiois meæ causa cognita, neophyti diei vix potest quanta lætitia affecti sint. Serum erat diei: totum id tempus confluentibus ad me salutandi causa datum est: Baptizati quoque nonnulli; in iis ethnici cuiusdam filius, qui pro ea consuetudine, quam cum Christianis sanctè institutam habebat, non modò sese Deo commendare iam cæperat, verum etiam Christianæ doctrinæ rudimenta memoriter hauserat. Postera luce ex eo loco profectus Rimanam quinque Ieucarum intervallo deueni. Rex cum cætera comitate tum etiam cæna me excepit; multaque de Bungenfi re percontatus, quod ad Cosmum attinebat, ita respondit: Cochino cum suæ ditionis emporium esse Christianorum, (quadringenti & quinquaginta ferè neophyti numerantur) eò Cosmum posse concedere, ibique expectare, dum debellatum esset; daturum se, qui me illuc vsque perduceret, mihi que arcam ac domum in vsus Cosmi assignaret. itaque factum est; cessitque res è sententia. Cosmus bona Regis Bungenfis venia conscendit statim, & Cochino cum naui delatus, magno omnium gaudio exceptus est, nullaque interposita mora, neophyti solum purgare aedesque instruere aggressi sunt. Ille perspecta hominum virtute ac probitate magnopere delectatus; istud præcipuè mirabatur, cum temporis spatio non plus trimestri ad CHRISTVM Dominum cuncti conuersi fuissent, tam recenti re, nullis hostium minis aut denuntiationibus, se suscepta religione potuisse deduci. Grates Domino, qui illos tanto animi robore ac fortitudine impertit. è Bungo, Prædie Idus Octobr. MDLXIV.

LIBRI TERTII FINIS.

i

SELE-

SELECTARVM
 EPISTOLARVM
 EX INDIA
 LIBER QVARTVS.

LVDOVICI ALMEIDÆ AD SOCIETATEM
 IESV IN INDIAM ET EVROPAM.



T communis officii ratio, qua ad alloquendos litteris amicos absentes impellimur, & præcipuus animi fructus, quæ vos percipere ex Iaponicarum rerum cognitione intelleximus, me hortatus est, ut confectum Dei beneficio iter Meacense, carissimi fratres, hac epistola vobis exponerem. Cum statuisset Præfectus noster Cosmus Turrianus, ut ego & Ludouicus Froius Meacum eo consilio peteremus, ut ipse quidem maneret ibidem, & Gasparem Vilelam adiuuaret in opere, ego autem ut Ludouicium illuc usque profectus, quod ad spem propagandæ in iis locis Christianæ religionis attinet, comperta atque explorata referrem omnia; Cochino Rimani agri vico maritimo, quod his temporibus Cosmi Turriani domicilium est, ab ipso Cosmo non sine magna benevolentia significatione faustique preceationibus ad nauem usque deducti, solutis anchoris eo ipso die ad urbem Ximabaram secundo vento deuenimus; atque ibidem (ut est grex ille neophytorum eximio quodam rerum diuinarum studio) vel concionum frequentia, vel eorum qui ad CHRISTI fidem traducti sunt genere ac numero, bidui ferme operam adiuuante Domino sanè quam præclare posuimus. Cum iam hora profectionis adesset, à neophytis parato nauigio ad mare deducti sumus. quidam etiã, (ex quo facillè hominum in nos amor eluceat) qui ad tempus adesse nequuerant, curriculo tendere ad naues, & aquis eodè imperu scelerè credere, ut nos iam in salo stantes affati sibi liceret: iohannes verò dynasta proprio nauigio nos longius profectus, cursum inde ad Barprolem regem intendit, qui paucis autè diebus Cosmo Turriano Cru-

no Crucē autē dono miserat cum epistola, in qua erat scriptum, se Crucis eius beneficio, quam secū temper tulisset, non modò magis è periculis euasisse, verū etiā multas ex hostie retulisse victorias. Id argumentum suæ fidei & amoris mittere se ad Cosmū, cupere tamē aliam sibi vicissim ab eo remitti; eam, quòd Cosmi fuisset, majore etiā apud se in honore futuram. Crucem igitur Ioanni dynastæ Cosmus tradidit ferendam ad Regem; additæ muneri ab Ludouico Troio nonnullæ reliquæ. Cui vos quoque Regi tam pio, tamque de Christiana religione bene merenti, fratres carissimi, felices bellorum euentus ab immortali DEO precamini. iidem enim & Barptolemæum & Christianam religionem hostes oppugnant. Ximabata igitur Tacaxim, qui Bungenſis Regni Rimanique est limes, atque inde Funaium terrestri decem ferme dierum itinere, non sine summa difficultate, perteximus. nam præter vim frigus acerbissimi, & confragosa atque inuia loca; diurnus etiam imber calles ita lutulentos effecerat; vt sæpenumero prolapsi fuerimus: cū interea defatigatis corporibus ad reficiendas vires in dinerſoriis nasturtiorum & in hamis herbae solia præberentur. Cutamis est pagus, a Funaiio millia passuum septem & viginti, egregio templo visendus, quod ibi Christianus quidam extruxit. In eo pagus nobis vnus demum quiete capta, Funaium posteto die peruenimus. Rex erat eo tempore Vosuqui. Eum conuenire septimo post die placuit, deque suscepta peregrinatione facere certiore. Ille verò nobis benignè & comiter acceptis, litteras etiam ad amicos Meacenses commendatitias dedit. In vrbe Vosuqui Christiani visuntur aliquot: in iis noster hospes, in primis CHRISTO deuotus, & probus. Is non paruo nos affecit solatio, cū totam precationum suarum nobis rationem exponeret. Ea erat eiusmodi, vt orsus à summo Pontifice cæterisque Ecclesiasticis ordinibus, & regibus Christianis, ad vniuersos nostræ Societatis homines, sed nominatim ad vnumquemque nostrum, qui versatur in Iapone, descenderet: tum pro conuersione ethnicorum, sed regis Bungi præcipuè, supplicaret: longam inde pertexuit seriem petitionum, certis in singula rerum capita obsecrationibus distributis: tam copiosè præterea de contemptu mundi, tam scitè de alliciendis ad Christum Iaponis proceribus disputauit, vt eius pietatem vehementer admirati fuerimus. Quid multa? nostram vicem Doctoris officio functus est. Nos Funaiū inde reuertimus. Funaiio Meacum versus iter intendimus, magno neophytorum numero nos ad passuum tria millia prosequente. Verū aduersa tempestate Funaiū reiecti sumus omnino ter: cū

ipsi palàm neophyti faterètur, se nobis contrariam à Deo nauiga-
 tionem enixè precari, vt sapud se Natalem Domini diem festum
 agere cogeremur. Spatium id fuit mensis vnus: quo tempore non
 destitimus vicinis locis verba facere ad incolas; & hospites nostros
 ad CHRISTI fidem & cultum suscipiendum hortari, cùm ipsi
 quoque Bonzii ementito corporis habitu se mulierum cætibz
 inferentes, clam ad nos audiendos accederent, iidemque à suis
 popularibus prodiri, ac disputationibus nostris Domino adiu-
 uante conuicti facillè cederent. per eos dies Tonus ad Christi
 ouile aggregatus est, insigni nobilitate vir, ingenioque præstan-
 ti. Iam Natalitia Domini aderant: is ingenti Christianorum gau-
 dio celebratis, denuo soluiumus, & vento secundo ad iusulam no-
 mine Hiu sanè haudquaquam secuti peruenimus. Sciebat maio-
 rem in modum mare: parua erat nauis: vectorum mira colluies,
 Lunam, Solem, ceruos, aliàsque belluas vario ritu adorant-
 tium. Metum augebant præterea in oculis nostris è recenti alio-
 rum naufragio reliquæ & sarcinæ fluitantes. Verumtamen nos
 Dominus, quo nitebamur vno, ad eius quam diximus insulæ por-
 tum, leucas à Bungo quadraginta, perduxit. Eius circuitum insulæ
 passuum aiunt patère millia ferme trecenta. Quattuor in regna
 diuiditur, oryzae ferax. Locus autem ipse, ad quem sumus appulsi,
 Fore, gentis vocabulo, nominatur. Ibi aliquot reperti Christiani,
 qui Euangelium in vrbe Meaco perceperant. Ex iis quidam in pri-
 mis honestus, continuò nos gratulabundus inuisit: noctemque to-
 tam apud nos traduxit, aliis nullis nisi de benignitate diuina ser-
 monibus. Equidem nullum adhuc vidi tanta vel auctoritate, vel
 prudentia, vel cognitione veritatis Christianæ Iaponium Fi-
 lium annos vndecim, natum egregiæ puerum indolis, cultui
 CHRISTI dicauit. Reliqui eius domestici eximia sanctitate &
 religione sunt omnes, sed vxor præcipuè, quæ ventrem ferens, &
 quidem proxima partui, vt audiuit CHRISTI sacerdotes adesse,
 insperato gaudio clara, postridie confestim ad nos, ancillis ac libe-
 ris comitata, bene longo interuallo se contulit, verbòque Dei
 refecta, vespere cum suis domum reuertit, eaque ipsa nocte pe-
 perit filium, cuius rei nuntium diluculo misit ad nos. Dies octo
 ibidem commorati, sex incolis conuersis ad CHRISTVM, eadem
 nauis Xiuaquim (nam eo vsque erat conducta) sexto die prouchi-
 mur, qui porrus in itinere medio sese offert Sacaium è Bungo pe-
 tentibus. Hyemis initium erat asperriam: iuga montium niue
 cooperta, quæ assiduè cadebat densa adeò, vt iam tum expe-
 riri liceret, intex eius regionis & aliarum frigora quantum in-
 creasset.

teresset. Ibi, quòd nullam in cursu majoris formæ nauem inuenimus, paruum nauigium coacti conducere, per infesta piratis loca, (incertum maiore frigore an metu) quem petebamus portum beneficio Dei tenuimus. Sacaium inde peruentum est, cum quidem proxima nocte incendium eminus apparuisset nobis, quo mille circiter vrbs eius tecta consumpta sunt. Atque vt nos aduentare cognouit ex opumatis quidam Christianus, nomine Sanctius, certos homines obuiam misit nobis instructo maiore nauigio, in quod è nostro myoparone transscendimus, ad eumque perducti liberaliter admodum & amanter excepti sumus. Domum habebat peramœnam in vsus hospitem atque aduenatum intra ædium suarum sepra more patrio separatam ac propriam: eam nobis ad diuersandum assignauit. Ibi, post quietem, nobis affuit illico Sanctii ipsius vxor & liberi (quod ex ipso congressu facile apparuit) admodum ingenuè & liberaliter educati. Horam circiter iucundè fuère nobiscum, inde recepère sese. Ac Ludouicus quidem Froius, quod ita omnino statuerat, postridie bene comitatus Meacū iter intēdit: ego remāsi, vt negotiis quibusdā expeditis, sine mora subsequeretur. Ille cum ad oppidū Ozacquā vespere processisset leucas a Sacaiis tres, ea ipsa nocte flāmis ædificia illius oppidi nongenta deleta sunt. quā re perterriti neophyti, qui Froium deducebant, veritiq̄ue ne quid illi ab oppidanis incommodi accideret, (quòd nostri nominis fama iam valde percubuit, rumoribus improbis dissipatis, nos vrbsium clades & exitia circumferre) patrem ex vrbe quam oculissimè tectum eduxère, eoq̄ue ipso die tanta vis niuium cælo delapsa est, quanta his annis quinquaginta nunquam. Verumtamen Deo adiuuante ex hisce difficultatibus Meacum Froius euasit incolumis. Ego è fugoris, quod in itinere pertuleram, acerbitate in magnos incidi corporis dolores, qui me quinque circiter & viginti dies ad eò vexauerunt, vt panē contecerint. Eo autem toto tempore Sanctius in me curando planè paternam assiduitatem ac diligentiam præstitit; cum & nocte ipsemet cum duobus tribusve ministris ægrotanti mihi sedulo adsitaret excubaretq̄ue, & vxor ac filii subinde me amicissimè atque humanissimè inuiserent. Neque vetò medicus defuit præstanti eruditione Christianus. Conualui denique Dei beneficio. Et quoniam ad ingrediendum iter nõdum suppetebant vires, erantq̄ue nonnulli, qui me audire cuperent, interea prædicare Euangelium institui. credidère octo, baptizatiq̄ue sunt. ad quos inflammandos excitandosq̄ue, Sanctii quoq; & filiorū spectata pietas & ardor animi, vt puto, nõ mediocri-

eriter valuit. Per eos ipsos dies Sanctii filia venit ad me, nomine Monica, (grandiori natu femina prosequente) suscipi; ritè precibus coràm Deiparæ Virginis effigie, quam ferre mecum in itinere cõsueui, ad me verba fecit in eam sententiam, vt diceret, se quidem summa Dei benignitate Christianam esse: & eiusdem CHRISTI Virginisque Mattis instinctu decreuisse iam pridem virginalem vitam ad mortem vsque traducere: quin etiam illud sibi certum fuisse, tondere comam, quod apud Iaponios relictæ seculi susceptæque vitæ seuerioris indicium est; & à Sanctio patre contendere, vt se in vilibus ministeriis pro mancipio haberet in posterum: nunc autem inaudisse (nimirum suis peccatis id postulantis) se auunculo suo à parentibus esse desponsam superstizioso in primis homini, & falsorum Deorum libros, Bonziorum ritu, dies noctesque peruoluantem: præclare intelligere sese, quanto id cum salutis suæ periculo futurum esset; proinde petere à me & orare, vt Sanctium patrem ab ea mente deducerem: se valde considerare, CHRISTO fauente, rem omnem feliciter esse cessuram. Ego, collaudato puellæ cõsilio, primùm admonui, vt secū reputaret etiã atque etiã, se tenera esse admodum ætate, (sexum decimum agebat annum) necdum expertam varias dæmonis artes insidiasque, quas ille ad tam arduam nitentibus tendere consuevit. sanè, si ad extremum vsque spiritum in virginali castimonia persistisset, ingens præmium à CHRISTO Dominò laturam in cælo: sin forte offendisset, enimvero & sibimet detrimento, & parentibus nobilissimæque familie magno futuram esse dedecori. Quocirca si robur haud sentiret sibi inesse, tantò certamini par, nubere latius esse, non tamen auunculo. Tum illa, Christi fretam auxilio, sperare se dixit & de se ipsa & de inimicò generis humani victoriam: sese periclitandi causa quod in eo genete posset, tri-duum totum, & quidem magna cum animi sui voluntate atque lætitiâ, per inediam transgressura: que statuisse apud animum suum, qui in eo ieiunio & vices & solatia sibi suppeditasset Iesus, eundem tibi ceteris omnibus in difficultatibus affuturum. His ego auditis, tam pium eius propositum admiratus, hortatusque: etiã atque etiã, vt vigilaret in retinenda constantia, virginem à me dimisi. postridie Sanctium alloquor, filix voluntatem expono, doceo matrimonium illud tribus maximè de causis esse nefarium. Primum quod vir sit ethnicus, & colendis idolis adprime deditus; deinde quod monitæ auunculus, postremò quod ipsa repugnet & reniratur puella. Ad hæc ille; neminem esse tota vrbe Christianum, quicum filiam matrimonio possit honestè coniungere; perditum idololatram per eam occasionem facillè ad CHRISTVM posse

posse converti; denique sibi non esse iam integrum, quippe qui cō-
 tens principibus ciuitatis, homini in primis opulento potentiq̄ue,
 filiam enixè cupienti desponderit: vereri se, vr inimicitias & inui-
 diam sustinere possit, si rem inchoatam, ac panè confectam, repē-
 tē reuocare nitatur. quæ cum ira sint, tamen quoniam id matrimo-
 nium saluis Christianis legibus contrahi nequeat, scōmmino,
 quicquid ego velim, esse facturū. Laudauī picarē hominis. Ille per-
 turbato in presentia recessit animo: sed mox, vr est vir egregiè
 prudēs, Deo duce ac praside, incestas nuptias mira lenitate discuf-
 sit. Neque ego interea destitī Monicā salutaribus præceptionibus
 instituere. quas illa cum & eximia quadam animi submissione &
 magna gratiarum actione semper exciperet, priscas illas mihi Vir-
 gines reddere videbatur, quas optimo iurē Catholica Ecclesia
 ob excellentem vitæ sanctimoniam in numero caelestium colloca-
 uit. Est autem puella maiorem in modum solitaria & precatiōni-
 bus dedita: cubiculum habet remotum ab omni domestico stre-
 pitu, cum signo Crucifixi & spiritalibus libris, quibus, vr est legen-
 di scribendiq̄ue bene perita, dat operam. Frater eius est Vincen-
 tius nomine, annos circiter vndecim natus. Is, percunctanti mihi;
 quem sibi modū statueret amoris in IESVM Christum Deū suum
 ac Dominum; vr sanguinem (inquit ille) ipsius causā profundam, &
 quamuis minutissima in frustra dilectus, me Christianū esse pro-
 fitear. Interim ego iam firmior caperā esse. Itaque nostrorū moni-
 tu, qui Meaci versantur, ethnicum quendam adire constitui in Sa-
 caianis finibus eo tempore commorātem, cuius auctoritas & opes
 in vrbe Meaco magnæ esse dicuntur. Id iter pedibus conficere me
 Sanctius nequaquam est passus. nam & longius erat, & ego vires
 nondum planè receperam. Leticā ab eo sum coactus accipere cū
 lecticariis duobus admodum leuati, commodè sedentis hominis
 duntaxat vnius capacem, quadrata forma, fenestellis ad latera ad-
 ditis, quæ ab insidente aperiri claudique ad libitum possint, quo
 maximè vehiculi genere vtuntur nobiles ornata magno, & o-
 pere quā elegantissimo. Sic igitur ad eum quem dixi dynastam
 alieno ministerio deseror. Scribam habebat Christianum apud se;
 cuius beneficio nobis & facilis ad eum paruit aditus, & de rebus
 diuinis agendi benignè potestas est facta. Comes erat mihi Iapo-
 nius quidam in eo genere in primis exercitatus. Is cum de vani-
 tate plurium Deorum, de Iaponicæ superstitionis origine, itemq̄;
 de vno rerum omnium opifice & conditore vero Deo diceretur,
 (auditores autem aderant præter dynastam viginti) eosque ipsos
 statueret iudices, vter cultus verior esset existimandus; ingens ap-
 parebat

parebat oninium approbatio: scriba verò gaudio triumphare, quippe qui Christianam religionem antè susceperat; & cùm omnes eo sermone commoti, tunc tres præcipuè nobis aures deinde sapius præbuere, baptizarique sent. Sed quia cognouerat eo ipso tempore Gasparem Vilelam esse Imori, quod castrum leucas distat ab vrbe Sacao sex, reuersus ad Sanctum, dixi, discedere postridie statuisse me. Tum ille, quoniam quidem mihi abire certum esset, velle se, ait, nonnulla mihi è suis thesauris ostendere. Ritus est Japoniorum, qui quidem nobilitate ac diuitiis præstât, hospitibus paulo honoratioribus in digressu beneuolentiæ causa præbere spectanda, quæ apud sese pretiosissima sunt. id est, omne instrumentum necessarium ad portionem herbæ cuiusdam in puluerem redactæ, suauem gustu, nomine Chia, Est autem modus portionis eiusmodi; pulueris eius, quantum vno iuglandis putamine continetur, conijciunt in fictile vas, ex eorum genere, quæ porcellana vulgus appellat. Inde calenti admodum aqua dilutum ebibunt. Habent autem in eos vsus ollam antiquissimi operis ferream, siglinum, poculû, cochlearia, infundibulum eluendo, siglino, tripodem, foculum denique portioni calefacienda. Hæc igitur Japoniorum est gaza, nec sanè apud eos minoris, quam apud nostros homines annuli, gemmæ, & carbunculis atque adamante monilia. Sunt etiam periti earum rerum æstimatores atque proxenæ. Puluis autem ipse magno admodum pretio venit, eiusque propinationem solennes præcedunt epulæ. Quinetiam certæ adium partes dicantur hisce conuiuiis, quarum est mira mundities, nec in alios patent vsus. Postridie igitur me per nuntium accersit Sanctus, cuius è cubiculis per angustam admodum ianuam cum neophytis duobus in x, stum educimur. Inde scabæ nos excipiunt cedriæ, admirabili quodam artificio elaboratæ, eadèmq; ita purgatæ mundæque, vt nunquam ad eam diem calcatæ pedibus esse viderentur; per eas in atriolum ascendimus: inde arcto aditu in cœnaculum ducimur conuiuium destinatum, vsque ad eodè egregio perfectum opere, vt hominum manu fieri potuisse vix credas. pars erat eius cœnaculi armariis instructa more nostro. Stabat è cetera nigerrima foculus vlnæ ambitu; ipsa nigredine (quod mirère) splendorem aequante lucidissimi speculi; olla tripodi admodum eleganti superimposita, pulchra ad aspectum, quam dixit mihi vnus è neophytis, optima conditione sexcentis aureis coemptam a Sancto, sed re vera multo plus esse. Interea mensa nobis apponitur, non tam ciborum varietate (quos terra ipsa uò fert) quam genere ministerii & munditiis elegans. Eximia est enim gētis in conuiuiorum apparatu solertia. Nullus præterea quamuis

nis in maxima discumbentium multitudine strepitus, vix hiscere famulum cernas. omnia ad modestiam & grauitatem mirè composita; peracto prandio, nixi omnes genibus, (nam hoc apud Iaponios Christianos in more positum est) Deo gratias egimus. Tum Sanctius potionem, quam dixi Chia, sua ipse manu mitcuit nobis atque potrexir. Deinde supellectilia, quæ tunc ibi erant, exposuit. In us ferreum tripodem exiguum, paulo plus dodrançis circuitu, ad sustinendum ollæ, cùm aperitur, operculum Eum ego tripodem atrectans manibus, quòd vetustate rimas ageret, ferruminatum duobus locis offendi. Ac nihilominus aiebat Sanctius eum in Primis nobilem esse Iaponis torius, sibiq̃e aureis constitisse mille & triginta, quamnis eum ipse longè pluris faceret. Porro hæc instrumenta sericis tegumentis inuoluta conduntur arculis pretiosis. Alia præterea minimè vilia dixit mihi Sanctius in præsentia non ostendere se, quòd ad manum non essent, verùm in reditu prolatum. Quæ vobis æstimationes minùs a vero abesse videantur, si reputeis id quod res est, Meaci esse quendam ex principibus ciuitatis, qui vasculum fictile ad vrceoli magnitudinem, in vsum eius quæ dixi, potionis, aureorum triginta millibus æstimet: omnino carius, sed certè multi non deerunt, qui decem millibus cum eo libenter decidant. Nam quæ tribus, quatuor, quinque millibus æstimentur, idque frequenri commercio, alia vasa plurima sunt. Atque etiam gladiis quibusdam est eadem apud Iaponios dignitas. Iamque profectiois instabat hora. Salutata igitur vxore Sanctii & liberis, in suburbanum quoddam, ientaculo de morte præparato, deducor ab ipso Sanctio, eiusque filio, fratribus, & cognatis, & neophyris aliquot egregio corporis cultu, quod ad honorem meum id pertinere arbitrarentur. Ab eo comitatu digressus, ad annem deuenio nauigabilem horæ post solis ortum tertia, ab vrbe Sacaiâ nouem millia passuum. Præstolabantur ibi me duo nauigia, que nobis Christianus vir, Imotensis castri primarius, factus de profectioe mea certior, ad tēpus occurrere iusserat. quorum in altero filius erat ipsius, duodecim citciter natus annos, in humero sclopum gerens, vitili planè ac militari corporis habitu; in altero largè & copiosè exstructa cibaria. Is, vt me ad conscendendum inuitauit, continuò mihi mandata parentis exposuit ignoscere sibi, quòd ipsemet obuiam mihi non prodiiisset: se id cupiisse vehementer, sed quòd recentē hospitem Gasparè Vilelam sibi deserere non liceret, vicariū eius officii misisse filium, qui me domum vsque perduceret. Ad montis, radices in quo summo castrum est positum, aduerso flumine sub occasum Solis delati, quòd

arduus admodum & asper ad iugum vsque restabat ascensus, descendenti mihi præstò fuit lectica : & quamquam accelerantibus gradum lecticariis, circa medium cliuum oppresseré nos tenebræ, in sylua cedris & pinis ingentibus frequentissima : sed opportunè obuiam habuimus è castro cum accensis funalibus homines quæ res ad itineris difficultatem leuandam non medioctiter profuit. Denique oppidum intrauimus, magna cum Gasparis Vilelæ, tum hospitis nostri ac familiæ voluptate. Castrum est totius regionis huiusce munitissimum in Mioxindoni ditione, qui rerum ferme potitur hoc tempore, ibique cum fidelissimis habitant, qui magna ex parte Christiani sunt. Ii postero die, cum animarum sordes per Confessionem elucere cuperent, ad concionem, quæ bis habebatur quotidie de Sacramento Pœnitentiæ, conuenere vestitu serico versicolori, inauratis ferme præcincti pugionibus, & quidem tantâ nostrorum hominum reuerentia, ut eos plerumque manibus humi positos perinde alloquerentur ut reges. Crux erat domi nostræ posita; hanc ubi suppliciter adorarunt, Gaspare magna demissione salutato, aures admodum attentas Dei verbo dedere. Inde multa sciscitari, quæ pertinerent ad refutanda Genxuensium mendacia, (quod hominum genus & secta, Japonicarum omnium vehementissimè Christianæ religioni aduersatur) itémque alij alia percunctati, cum Gaspar ad omnia respondisset, lati digressi sunt. Postridie Confessionum initium est factum. quo in opere Gaspar hebdomadam posuit. adiunimus etiam salutandi causa Regem, quod semel quotannis Gaspar facere consueuerat. Ille verò nobis non poculum modò potrexit, (quod summum honoris indicium est) sed etiam, quamdiu apud eum fuimus, flexis æquè ac nos genibus perstitit, ac verbis humanissimis utrumque dimisit. Insula est passuum mille & quingentorum ferme circuitu ad montis eius radices, quam grandis ambit fluuius, & in ea templum Christianæ religioni consecratum. Hanc possidet præstanti fide neophytus, & miro incensus desiderio nominis Japonici totius ad CHRISTVM adiungendi, qui, ut eam sacram in vrbe Sacajo ædificandam curarem, non modò me multis rationibus adhortatus est, sed etiam Caxarum (monetæ genus id est) in eos sumptus quinquaginta millia liberaliter detulit. eoquæ subsidio rem aggredi nobis erat in animo. Ad hanc igitur insulam missæ celebrandæ gratia Sabbato sub vespèrum venimus. Templum pro nostra tenuitate exornauimus in postero diem. Tum prima luce Christiani assuere : Gaspar diuina peracta re, de matrimonii Sacramento sermonem habuit, quod nonnulli cuperant

coperent nuptias Ecclesiastico ritu contrahere. Baptizati sunt etiam nobiles ferè octo. Inter quæ me rursus è frigore tormina corripuere acerbissima, Meacum igitur Gasparis hortatu delatus æger decubi menses duos. Exacta dein hyeme, vt cœlum intepuit, recreatus, quæ circa Meacum sunt Christianorum loca, quod ita Cosmus Turrianus mihi mandarât, lustrare constitui. de quibus ad vos pauca perferbam, quoniam quidam separatim res Meacenses è Ludouici Froii epistola cognoscetis. Naram igitur vni primùm, dici vnus iuinere. Vrbs ea ditioris est Daiondoni inter Meacenses proceres longè potentissimi, & apud Mioxindonum atque Cibum gratia & auctoritate summa. Neophytos è prima nobilitate duos adii protinus, hortatusque sum, vt sacri Baptismi beneficium agnoscerent, & immortales Deo Domino gratias agerent. Illi me ad præfectum in arcem deduxere munitissimam, aspectuque pulcherrimam. Collis erat præcelsus è lapide molliori. Eum collem ante quinquennium Daiondonus fabris adhibitis ad iustam planitiem ita depressit, vt eadem opera ex ipsomet lapide solidæ tutres & propugnacula existerent. In medio autem complures effodit puteos negotio facili, quippe cum ad tertium statim cubitum, aquarum copia scaturirer. Tum illuc è popularibus suis diuissimum quemque ac fidelissimum euocauit: solum in areas descriptum illis ædificandi causa distribuit. Illi porrò certatim ædes exstruxere magnificentissimas, contignationibus multis, & more nostro specularibus fenestris instructas. Illud verò præcipuè delectat intuentium oculos, quod non priuata solum ædificia, sed mœnia etiam ipsa turrèsque tectorio inductæ sunt læuissimo profus ac nitidissimo. Nihil in orbe nostro tale conspexi. Calcem quippe non arena commista, sed candidissimo quodam chartæ genere subigunt. Nam quid ego de tegulis dicam, quæ duorum digitorum crassitudine, nigricantes, & varietate figurarum oculos retinent, & in quingentesimum annum atque eo amplius durare dicuntur? Oeci porrò & cubicula cedrina sunt gratissimi odoris, pergulæ omnes ex vna duntaxat eiusdem materiæ tabula. parietes pretiosè cœlati priscais annalium monumentis. quod inter effigies est spatii, totum id inauratum est. Columnæ cum epistyllis ac spiris ex aurichalco item inauratæ, cœlatura magnifica, quibus è mediis eminent eiusdem operis rosæ peramplæ, visuque pulcherrimæ. Iam verò lacunaria tum aliis commentis opificum, quæ dicendo assequi nequeo, admirabilia, tum verò tabularum iuncturis adè artificiosè latentibus, vt quamuis defixos fallant obtutus. Sed mihi inter cætera mirabile visum est cubiculum vlnarum quaquaversus quatuor

& semis, è ligno croceo vndatim crispante, venustatis eximia, ita polito ac splendido, vt cum speculorum fulgore certet. quamquã ego dotem eam ipsius materię fuisse minimè credidi, quòd ad eum modum sine aliquo artis lenocinio radiare vix posset. Huic ædium dignitati hortorum respondet amœnitas, quibus dici nihil puto posse iucundius. Multa sunt Meaci visenda, sed nihil ad hæc. Itaque non immeritò locus hic confluentibus vndique animi tãtùm & oblectationis causa viris principibus celebratur. Nobilissima phana sunt etiam, quorum vnum Cobucui nomine, post concionem ad neophytos habitam, adiuius ipsorum rogatu postridie. Eius propylæa triplici constant atrio cum totidem peristylliis. In primo aditu egregi sũt operis lapideæ scalæ, quibus in summis, ad postes ianux, colossi duo præclarè facti cernuntur, clauas, quasi custodiæ causa, tenentes. post tertium denique peristylum, templi sese facies aperit. In id gradibus item lapideis artificiosè factis ascensus est. Valvas colossæ leones duo custodiunt. In medio templo, sedentium habitu, septenũ cubitorum tria signa sunt posita, Xacæ & filiorum, latera ipsius cingentiũ. Pavimentũ omne est è quadrato lapide. Sed miraculo præcipuè sunt colunæ septuaginta cedrinæ, diametro & altitudine planè visenda, quarũ singulas caxarum decies, hoc est aureorũ quinque circiter millibus, constitisse codices & rationes templi testantur. Eas cum reliquis parietibus valde iucunda miniati operis pictura conuestit. Tectum, eo quo dicebamus regulæ genere affabre & variè laqueatum, ad vlnas quattuor porrigitur extra parietes, mirum vt videatur tantæ molis procurrens pondus sustineri ac suspendi posse. Ad templi latus cœnatio Bonziorum sapè magnifica, & eadem qua templum ipsum structuræ atque operis firmitate, vlnas in longitudinẽ quadraginta, duodecim in latitudinem extenditur. Dormitoria porrò cubicula in duos diuisa ordines & centum & octoginta numerantur. Multi præterea & perampli sunt Occi, quorum vnus pensilis, columnis quattuor & viginti, vlnæ vnus & dimidiatæ ambitu superimpositus, bibliothecam continet Bonziorum, tanta quidem librorum copia, vt vel fenestras ipsas propemodum obstruere videantur. Balnea præterea, & cellæ in vsus domesticos, & promptatim visuntur artificiosissimè elaborata. Iam verò culinæ quantamundities, quod in Iaponiorum omnium commune est, nihil attinet dicere. Ahena quibus aqua ad potandum calefit, (frigidam enim neque hyeme neque æstate bibunt) vlnæ altitudine, duorum digitũ crassitudine, oris ambitu vlnarũ triũ, stant ex ære purissimo. Culinã tius præterfluit. Tota nocte, vt in magnis ædibus, (cõ-

clauia numerantur minimum quattuor & viginti) laternæ collucent. Ab huius templi ædificatione sexcentelimus iam annus est. Stagnum habet ante se vlnarum in omnem partem circiter quinquaginta plenissimum piscium, graui pœna proposita, si quis eos attingerit. Inde ad Casungæ delubrum accessimus dicatum idolo, à quo diuitias, honorem, vitæ diurnitatem, & quicquid in hoc seculo est optabile promissum sibi cultores inani spe delusi, miserandum in modum expectant. Itaque magna in veneratione & honore apud Iaponios est. Adcuntibus pratum occurrit primum aspectu grato, herba non vltra dimidium palmum excrecente: pratum excipit lucus, isque densissimus; hunc perpetua & æquabili ad templum vsque latitudine limes intersecat, passuum longitudine circiter mille, planus ad iter vsque medium: inde in cliuum assurgit lapideis gradibus vlnas binas inter sese distantibus. Verinque admista pinu cedrus extollitur tantæ proceritatis, vt meridiano diei tempore totus pœnè limes opacetur: stipitibus ita crassis, vt ex iis mali in vsum cuiusuis quamlibet capacis onerariæ nauis confici possint. Sanè cedros ex iis vidi complures vlnarum quinque ambitu, rotunditate planè tornatili. Loci amœnitatem augebat præterlabens etiam tiulus. Vt propiùs ventum est, duplex apparuit ordo pilarû è lapide quadrato cum basibus, laterna superimposita lignea nigricante cum emblematis ex aurichaleo inauratis cælatisque magnificè, & lapideo tegmine turbinato ad status arcendos ac pluuias. Aliæ erant laternæ è solido metallo, item auro coopertæ, opere admodum sumptuoso; ex vtraque parte stant quinquagenæ, quarum singulæ omnibus ardent noctibus. Media autem pila nomen ostentat aureis litteris incisum eius, qui delubro laternam quamque dicauerit, annua pecunia in vsum perpetui luminis attributa. Tum ingens domus Bonziarum exsurgit nobilium feminarum, quæ annum egressæ quintum & quadagesimum, sese delubri ministerio manciparunt. Studēt cultui corporis, ornatu serico, & maximè peregrinorum, ex toto Iapone religionis causâ assiduè confluentium, leuandæ siti dant operam. Ex hac Bōziorû domo porticus admodû pulchra ad vsque adyta pertinet phani, quo nemini patet ingressus, nisi qui ipsius loci antistites sunt, quorum vidimus aliquot intrâ sedentes togis amplis è serico indutos, tectosque capita pileis plus dodranteni altis. In eam autem porticum nummi iactantur a populo. Aliud est in eadem sylua delubrum, quod Fachimanum appellant, simile cæteris: nisi quod laternatum est etiâ pretiosior cælatura, & auri major copia. Circa est atrium candido & nigro stratum lapillo, medicis

consi-

confitum malis, ordine certo dispositis, magnitudine pari, in singulis interuallis vase lapideo collocato, quod fructu continet, altitudine haud supra binos dodrantes, jucunda rosarum & florum varietate commista. Inde, quod redeuntibus domum minùs nobis erat deuium, phanū inuisimus aliud extra nemora positū, cōsecratum idolo Daibut, quæ vox magnæ sanctitatis denotat virū. Huius phani frōs ianuas habet tres, sed vnam præcipuam: atrii verò latera singulas, altitudinis atque amplitudinis omnes miræ. Patet autem atrium id quadrata forma vlnas omnino sexaginta, quoniam eiusmodi est apud Iaponios ædificiorum & priuatim & publicè ratio, vt quanta cuiusque mensura sit, primo statim intuitu intelligas. In eius atrii medio est phanum vlnas longum quadraginta, triginta latum. Scalæ & pavimenta ex ingenti quadrato lapide: vbi portam intraueris maximam, duo sese ostentant colossi, maioris etiã formæ, quam quos antea diximus. Duo præterea stant janitores ad latera, truci admodum aspectu, vlnarū quatuordecim altitudinis, instar turrium, in membris inter se præclare conuenientibus: alter Tamondea dicitur, alter Besamondes, quotum singulos vni cælo præcesse vulgus opinatur, caleantq; pede singuli dæmonē. In medio autem tēplo tria sedent signa. Canon, & Xixi, parentē Xacam interlocant. Xacæ statua, ex ære cyprio in ampla & pulchra, quiescēs rosa, quatuordecim vlnas latitudinis obtinet: reliquæ duæ nouenas, ligneæ, sed omnes affabre admodū auro intectæ, radiis tāta claritate micantibus, vt intuentis acie pēnè perstringāt post hæc, alia duo simulacra cernūtur; Homocōdis, & Zoiolis, (quibus etiã calorū præfectura vulgo tribuitur) superioribus omnino similia. porrò ex vtraq; tēpli parte pulpitiū cernitur. ea est quadriforis māsis, parietibus duarum vlnarū altitudine. Interiùs alia est eiusdē formæ domuncula, in eius medio stat cathedra eximie majestatis. Totū verò suggestū parua ambit operis egregii porticus, triū dodrantiū latitudine. Iā verò lacunaria tēpli columnæ cedrina sustinet octo & nonaginta, miræ altitudinis, æqualiter teretes, ambitu vlnarū triū & semis. Tēpli cōditi, septingētesimus annus est. Annis viginti exstructū perhibetur fuisse. Idē anno ab hinc quadringētesimo cōflagrauit, ac restitutum est denuo, sed nequaquā pari magnificētia, materiæq; præstantia; q; ipsum indicant lapideæ columnarū bases ex incendio relicte, quarū ampliando lōgè maiorem columnarum formā postulare liquidè cernitur. Iam verò extra porticium templi, turris lignea, firmo admodum opete ingentibus triginta pilis imposita, tinnabulum seu campanam sustinet æneam tantæ magnitudinis, vt eam dimensus præsentē me neophytus quidam, vlnarum

narum os duarum, sex ambitum, trium & scemis altitudinem; axis verò ipsius crassitudinem dodrantis viuis dimidiatiq̄ue compere- rit. Suauissimum edit sonum, exauditurq̄ue longissimè. Quæ tem- pli patent fines, itemq̄ue vrbe tota, & circa vrbeni passuum ad duo circiter millia, plurimi cerui & palumbes non modò vagan- tur impunè, sed etiam tecta ciuium subeunt, atrectante nemi- ne, propterea quia delubro dicati sunt. Ac de phanis quidem hu- ius vrbis & monasteriis, ne sim longior, hæctenus. Quæ postquam rogatu, vt dixi, neophytorum inuisimus, postidie Nara To- chum leucatum quinque interuallo veni sub vesperam, acceptus- que sum à Christianis incolis ingenti lætitiâ, credo quod Iapo- nij cuiusdam opera conuersi ad dominum, cùm Gaspar plurimis maximiq̄ue occupationibus impeditus eos adire non posset, nul- lum adhuc è Societate nostra conspexerant. Gens est ferè nobilis. præfectus Cubum cognatione attingit. Itaque vulgo cùm ad eum hominem, non nisi celsitudinem ipsius inter loquendum appella- remos est. Triduum apud eos fui dumtaxat. Concio defuit nun- quam. Multa de quibus ambigerent singuli quæsiere: precationi verò mirum omnes ij quàm dediti sint. Digredienti autem mihi non modò munuscula quædam obtulere beniuolentiæ causa, quæ, nese contemptos putarent, recusate non potui; sed etiam equos & exploratores itinerum pctamanter dedere. Itaque Sauam, sed à Tochi leucas, iter intendimus. Id castum in editissimo positum iugo, leucas à Meaco viginti distat in Orientem, situ amœnissimo, quippe omne circa spatium, cùm aliæ formosæ varij generis arbo- res, tum cedrus plurima pinusq̄ue conuestit; & inde in subiectos a- gros apprime consitos, frequentésq̄ue ædificiis atque cultoribus, ad passuum millia circiter sexaginta prospectus est. Huc ergo dum tendimus, medio ferme itinere, stratos equos duos, & quidem optimos, nullo sessore conspicimus, sagittariis ferè quindecim co- mitantibus, quos nobis Christianos omnes Christianus ipse do- minus loci Franciscus obuiam miserat. Igitur Tochianis domum remissis, & gratiis actis, nouo comitatu Sauam magna Christiano- rum voluptate peruenimus. Franciscus autem ipse, vt nos lautiùs exciperet, simul etiam, vt nobis occurreret in itinere, venatum ex oppido excesserat eo ipso die, sed in nos idcirco nō incidit, quod opinione celerius ambulauimus. Sauæ potrò diuertimus ad æ- dem Christianorum sacram, cui coniuncta domus est Sociis nostris excipiendis, itemq̄ue separatim laicis, qui se se no- stris hominibus comites dederunt, è cedrina ferè materia opere egregio fabricata. Hanc etiam porticus ambiunt, longi-
gissi-

gissimo, vt dixi, gratisimoque prospectu. Sub noctem Franciscus affuit magna cum domesticorum & clientium manu, aprum ingētem afferens, non sine magno quidem & labore quantum & impendio, quippe non canes modò, sed etiam quosdam homines fera malè multauerat. Pictam in templo Christi resurgentis imaginem, quam è nostro effingendam exemplari Franciscus egregii artificis manu curauerat, nixi omnes genibus pia cum prece venetantur, primùm venatorio nondam ornata deposito: deindè inc per benignè salutat Franciscus, agitque grāias, quòd ad se tam longè contenderim; tum, veritè credo ne mihi fesso de via molestus esset, magna cum amoris humilitatisque significatione se domum recipit. Vir est inter populares suos corpore simul & animo eminentissimus: nam & statura Iaponiis quotquot vidi ad hanc diem omnibus antecellit: & eximia humanitate atque animi magnitudine præditus est. Accedit summa cum in armorum vsu dexteritas agilitasque membrorum, tum Iaponicæ superstitionis legumque peritia: quod ille studium cum ad veritatē religionis Christianæ transtulerit, rantos breui tempore processus effecit, vt Deū magnitudinem assidue prædicare, ceterosque ad virtutem exemplo vitæ, plenisque pietate sermonibus incitare non desinat. Sanè ego cum ex abdito quodam loco exaudiri, cum ad domesticos aliquor, quorum erāt ethnici nonnulli, de fide Christiana differeret, docerētque quantum inter parria Idola Deumque verum iniretset. Qua in disputatione, elatus at dore animi, eo deuenit, vt diceret, non modò fidelis ministri, sed ne hominis quidem loco, qui Christianus non esset, posthac neminem apud se futurum. Atque hæc viti fides religioque eo admirabilior est, quòd vix ante annum ad Christum adjunctus est, eumque semel tantum à Baptismo Gaspar inuisit. Castrum est Saux finitimū, cuius qui potitur à Daiondono Rege descuerat. Hunc quamquam magno proposito periculo non dubitauit adire Franciscus, nobis qui Saux remanseramus, enixè Dominum pro ipsius incolumitate precantibus: tanraque prudentia tractauit ingenium rebellis, vt quocumque voluerit flexerit hominem, eumque Daiondono, cuius in ditione sunt ambo, reconciliauerit. Magnam Sauanis læticiam attulit ea res, pacem optantibus. Nec modò secularia procurauit ibi Franciscus, sed etiam nactus occasionem, Eūngelio promulgato & Iaponicarum opinionum vanitate detecta, primatios quosque eius loci viros desiderio Christianæ religionis accendit. Paulo post, alium dynastam conuenit ethnicum, eumque cum familia tota conuertit. ii paucis antè diebus Baptismi Sacramento Ecclesiæ adjuncti sunt.

sunt. Postea legatus ad Mium regem, duos regni proceres ad Christum eadem felicitate traduxit, quos ego cum exclusus temporibus baptizarum ire non possem, ad Gasparem scripsi Meacum, ut aliquem eius rei causa ad illos mitteret, quod eorum Baptismus ad Christianam religionem augendam non medioctiter pertineret. Atque hæc & alia id genus multa Franciscus. Nos autem Sanæ & conciones & priuata colloquia de rebus diuinis habuimus, & varia sciscitantibus incolis factum est satis. Baptizati præterea nouè: in iis claro admodum loco natus adolescens, qui de Christianæ fidei mysteriis à populari quodam neophyto edoctus, ad me Sauam usq; leucarum decem interuallo Baptismi causa venerat. Dum hæc geruntur, affertur ad nos nauem in portu Sacaiano stare paratam: quam ego ne occasionem amitterem, quamquam merentibus digressu meo Sauanis, inde decessi. Et quia Sacaium perentibus periculosa quædam loca erant prætereunda, Franciscus non modò necessaria nobis ad profectionem omnia, sed etiam sclopis aliisque telis armatos quattuor & viginti custodes attribuit, nec omnino quicquam est passus nos in iter illud impendere. Compenser Dominus egregiam hanc in nos viri benignitatem. Vos verò carissimi fratres pro eiusdem salute Dominum assidue deprecamini. Sacaium ut veni, ingenti gratulatione me Sanctius eiusque domestici rursus excipiunt. Triduum substiti dum nauæ soluerent, nec interea neophytos confirmare, officiique monete destitimus. Cognoui etiam Monicæ virginis in suscepto consilio constantiã: quæ ab alio quodam Meacensi proceri non medioctiter expetita, omnes cõditiones animo excelso repudiatat. Sed cum iam hora profectionis instaret, Imorensis oppidi Princeps, qui magna virorum nobiliũ manu Sacaium ad me salutatam accesserat, iremque è Sacaiano grege Christiani primarii nos viarico instructos, honoris causa ad nauem usq; deducunt, nauarchoq; cõmendant diligentissimè. Comes verò nauigationis nobis magno Dei beneficio accessit Sacaianus medicus, eximia eruditione atq; existimatione vir, qui a superstitionibus patriis cõuersus ad Dominũ, nõ modò cõmunis officii laudem, verũ etiam Euangelicæ perfectionis culmen expetiit, seculòq; plane relicto, se ad nostram Societatem aggregare decreuit. Itaque ut profus exiret de terra sua, & de cognatione sua, rogauit me, ut in Bungum aliõve se mecum adducerem. Cessi facillè hominis precibus, iussumque omni patrimonio cedere filio item medico, pretiosum dũtaxat ornatũ corporis tetinere, quo facilius nobis ea ratione ad Iapõnios principes, qui externa ferè specie ducuntur, aditus patefieret; ad Cosmũ Turrianũ inde perduxi, cuius mandato,

ingenti neophytorū approbatione concionari iā de rebus diuinis instituit. Idemque nuper in vrbe Sacaiō tam sumptuosè indui, & tanto comitatu incedere solitus, mirum quanta nunc humilitate, quantā mansuetudine versetur in domesticis ministerijs apud nos. Verūm ad rem redeo. Sacaii conscendimus circa Idus Maias, & Funaium die tertio-decimo secunda nauigatione peruenimus. Læris nuntiis de re Meacensi, Ecclesia illa tota valde gauiſa est. Quarto post die Vosuquim petrexi, vt Regem inuiserem, à quo humanissimè acceptus, petii, neophytis id in primis optantibus, locum templo ibidem exstruendo: ille verò non aream modò nobis ad mare secus arcem optimo situ, verūm etiam fabros ad ædificationem libenter attribuit, quam rem speramus ad Christianæ religionis incrementum magnopere profuturam. His peractis Funaium redii: Funaiō petrexi octauo die Ximabaram, quò Cosmus etiam Turrianus trigesimo circiter antè die Cochino-co se tranſulerat. Magnos ibi concursus offendi ethnicorum ad verbum Dei audiendum. Christiani facti paucis illis diebus ad centum & octoginta. Tonus etiam ipse, itemque separatim vxor stipata grege cognatorum & ciuium, Cosmum Turrianum adiēte, & concionanti cum aures præbuisſent, magis etiam quam antea propenso ac beneuolo in nos animo recessere. Tum confessionibus omnium Christianorum auditis, nauigiisque duobus per amplis ipsorum opera comparatis, Cochinocum magna nos turba longè prosequente re nauigamus. Et quoniam allatum erat, Ioannis Pereria Lusitani oneratam nauem appulsam esse ad portum Rimani regni Facundam, leucas à Cochino-co quinque circiter & viginti; misit eò me Cosmus ad Lusitanos visendos: eodemque Melchior Ficeredius quintodecimo post die ad eorum confessiones audiendas, & sacrum missæ faciendum, è Bungo peruenit. Hic dum vterque moramur, me Barptolemaeus Rex Omuram ad se per nuntios euocat; Ego approbante Ficeredio me in viam dedi Iaponio comite viro scctarum Iaponicarum in primis perito, nec Christianæ religionis ignaro. Aduentu nostro Barptolemaeus, qui neminem ex nostris biennio toto vidisset, valde lætatus est. multa deinde percontatus, addit vereri se, ne familiares sui, & ii quidem quibus maximè fidat, inter diuturnas bellorum occupationes Christianæ doctrinæ rudimenta dediscant, itaque renouata institutione opus esse. A cœna igitur è domesticis suis primarios euocat, iubetque arrectis auribus nostrum sermonem excipere. Non omittam hoc loco quædam ad huius Regis Christianam humilitatem & pietatem declarandam magnopere petri-

pertinentia. primum ad mensam, diu renitente ac repugnante me,
 perucit denique, vt loco superiore quamuis inuitus accumbere in.
 Sublata mensa, familiariter se inter me & Iaponium conitem in-
 terloeat; & studiosè docet hominem (eo enim vtebamur interpre-
 te) quam potissimum in sententiam ad suos, quorum optimè norit
 ingenia, verba facere oporteat. Inchoato deinde sermone, idem in
 interiorem locum seorsim ac demissè in famulorum turbam eo
 sese consilio recipit; vt re ipsa exemploque suo demonstret, quan-
 tus honos Euangelio; quantus Euangelii præconibus debeat. Ac
 prima quidem illa disputatione ex ipsis creatis naturis vnum
 esse omnium creatorem euidenter ostendimus. Tum declara-
 tum est, quæ Iaponiorum numina, quis Christianorum Deus esset
 infinita bonitate, potentia, sapientia præditus. Quæ illi cum stu-
 pentes audirent, magnopere videlicet lætabantur, sese ab ina-
 nium Deorum veneratione ad talis tantique Domini cultum esse
 traductos. Reliquis verò diebus actum de cœlesti beatitudine, pe-
 nis inferorum, aliisque rebus eiusmodi, quas maximè neophytis
 initio proponere consueuimus. Et sanè talibus egere monitis visa
 est mihi Barptolemæi familia: nam ipsius quidem Regis in fide
 constantia plauè vicit expectationem meam. Quæ viri laus eo
 major est, quòd nec ita pridem Christiana facta suscepit, & eo
 ipso nomine à popularibus suis per summum scelus atque perfidiã
 regno spoliatus finibusque suis exactus est, vix vno sibi relicto pue-
 ro victus quotidiani administro. quanquam deinde in regnum est
 diuinitus restitutus, rebellibus partim supplicio affectis, partim;
 eum ad sanitatem redirent; veniamque supplices pererent, in fi-
 dem receptis. Ego dies aliquot apud eum commoratus, Facun-
 dam ad Lusitanos reuertì. Ibi redduntur mihi à Cosmo litteræ,
 vt ad se primo quoque tempore veniam, inde mihi necessariò
 in Bungum esse proficiscendum. Cochino cum ergo trajeci mini-
 mè tuta nauigatione, etenim nocte desertum quendam ad portum
 appulsos duo piratarum inuasere myoparones; qui tamen præ-
 clarè instructo nauigio nostro, propugnatoribus acriter dimi-
 cantibus, reiecti sunt. Cosmus interea in febrim inciderat; ea si-
 mulatque leuatus est, in Bungum ab eo discessi, tum aliarum re-
 rum causa, rum verò vt Ioanni Baptistæ nostro in eius Ecclesiæ
 procuratione succurrerem. Primo post profectionem die Xima-
 baram delatus; Ariam Sanctium ibidem reperio in erudiendis
 Catechumenis occupatum. Et quoniam neophyti magno con-
 cionum desiderio tenebantur, dies aliquot rogatu ipsorum in co-
 munere posui. Candidatos etiam aliquot Christianis præce-
 prionibus

ptionibus probè institutos, sacro fonte abluimus. Tonū ego præterea & ille me vicissim inuisit, audiitque cuni suis perattentè de rebus spiritalibus differentem. Quin etiam cœmeterio Christianorum, quod illi mirum in modum expetebant, locum idoneum, itemque nouo templo exstruendo, & in alios etiam vsus, infulas tres excelsa confitas pinu beuignè largitus est; porrò grex ille neophytorum in primis flagrat studio rerum diuinarum. quod cum aliis rebus plutinis clarè perspeximus, tum illa præsertim: Instabant anniuersaria quedam ethnicorum festa ludive celebritatis eximitæ, ad quæ, vt apud nos ad Corporis Christi solennia, omnes omnium ordinum homines ritu patrio conuenire consueuerant. Cū se Christiani affuturos negarent, eniuero Bonziis cæterisque indignum faciuis visum. Itaque Tonum aduent, iniuriam Christianorum queruntur, obsecrant etiam atque etiam ne patrijs dijs & ciuitati vniuersæ, sibi denique ipsi tantam inuri contumeliam sinat. Pernotus hæc oratione Tonus, vocatos ad se Christianorum primarios diligenter hortatur, ludos ne deserant. Aiunt illi, se Christianis legibus prohiberi, spectaculis interesse, quæ idolorum tribuantur honoribus: proinde nequaquam affuturos. Ad ea Tonus, si inuis idolis, mihi certè meisque iussis hoc date. Illi verò in proposito omnes obfirmati, Quidquid volueris, inquit, nobis faciro, leges nostras nequaquam violare decreuimus. atque ita ab Tono digressi, in templum sese vniuersi recipiunt, martirium fortiter expectantes. Et sanè (vt acrisunt & yehementi Iaponij ferme dynastie natura & ingenio) mirum est Toni imperio cunctos non illico fuisse maectatos. Sed eorum fortasse multitudine territus, iussit illis renuntiar, quoniam in sua religione tam obstinati persisterent, quod attinet ad ludos, agerent quod probarent, se illos vltra non cogere. Quare neophyti magnopere in fide pietateque confirmati sunt. E principibus ciuitatis Christianus quidam Leo nomine, Toni propiuquus, nuper est mortuus. Is, quòd arte suo templum additis liberaliter hortis exstruxerat, & Christianam religionem non modò contra exteros ethnicos, sed etiam contra ipsum Tonum, vbi opus esset, egregiè tuebatur, Bonziorum scelere creditur veneno fuisse sublat. Hunc neophyti, vt mutuam inter se Christianorum caritatem publicè ostenderent, quam magnificentissimè extulere: feretrum cum Litanijs & precibus magnaque cereorum ardentium multitudine septingenti ferè neophyti sequebantur. arca vespere cõditus est circumsuta serico; postridie lapideum additum est monumentum, & lignei circumquaque cancelli, Crucibus duabus,

altera ad ostium septi, altera ad monumenti caput, impositis opere politissimo. Itaque vulgò locus quotidie celebratur ac visitur. Verùm de Ximabaranis hæctenus. Ego inde Funaium; max. veni Facundam; ibi hæc scribebam ad vos septimo Calend. Nouembr. MDLXV.

LVDOVICI FROII AD SOCIOS
IN INDIAM.

ANNO superiore, fratres carissimi, ad vos scripsi Firando, constituisse Cosmum Turrianum, vt Meacum subleuandi Gasparis Vilelæ causa proficisceret, quòd multa esset ibi messis, operarij pauci; mihiq; comitem itineris ab eo assignatum fuisse Ludouicum Almeidam. Nunc mihi, tam longa peregrinatione Dei beneficio peracta, visum est faciendum, vt ea potissimùm per litteras vobis exponerem, quæ vobis cognitu iucundissima putarem fore. Et quoniam totum hoc scribendi munus ita inter nos ego & Almeida initio distribuimus, vt ille iter ipsum quæq; in itinere gesta sunt, ego res Meacenses & alia nonnulla de Iaponiorum natura moribusq; probè comperta persequeretur; omissa peregrinatione, ego quòd mearum est partium hisce præstabo litteris: vos autem maior videlicet huiusce gentis miseratio capiet, reputantes quanto attificio, quanta solertia sagacissimus ille humani generis aduersarius, per speciem religionis, caremoniis plurimis ritibusq; deceptas Iaponiorum mentes ad interitum perducatur ac pertrahat. Ac primùm in eorum animis prorsus extincta est noticia omnis, non modò CHRISTI liberatoris nostri, verùm etiam vnus Dei rerum omnium opificis. Superstitionum verò permultæ sunt sectæ, quarum quam quisque voluerit liberum est sequi; sed præcipue duæ, quæ ab Amida & Xaca denominantur. Itaque complura visuntur cœnobia non modò Bonziorum, sed Bonziarum etiam varia corporis habitu, quippe alij internis tunicis albis, extimis nigris vtuntur, alios cineraceus distinguit color, quorum idolum est nomine Denichi. ab iis Amidani magnopere dissident. Bonziji porrò ferè omnes magnificè habitant, habentq; perampla vectigalia. Iisdem cœlibatus indicitur, nuptias contraxisse capitale est. In phano medio aram excitant. in eâ signum Amidæ ligneum, corpore supra lumbos nudo, mullebre in modum auribus perforatis, in rosa item lignea confidet præcæra ad aspectum. Ingentes habet bibliothecas, cœnationes ad cibum vna

sumendum, aramēta seu tintinnabula, quibus ad preces horarias excitantur. Vespere præfectus certum unicuique argumentum ad meditandum proponit. a media nocte ante aram templi, alternantibus choris, quasi matutinas recitant preces è Xacæ libro nouissimo: prima luce horam vnam singuli meditādo consumunt. mento capiteque sunt raso. amplissima peristylia cōstruūt, & in iis Fotoquiorum (hoc nomine Iaponii quidam sancti appellantur) sacella. dies per annum festos agitant multos. Sunt autem Bonzii clari vt plurimum genere: namque Iaponii proceres multiplici prole onerati, quibus filiis amplum satis patrimonium relinquere se posse disidunt, hos ferè ad Bopziorum numerum aggregant. Insignis eorundem sacrificulorum est auaritia: omnes conficiendæ pecuniæ norunt vias. Vendunt artificio mirò multa chirographa, quorum præsidio sese tutum à dæmonibus fore vulgus putat. Mutuantur etiam nummos, quos in altera vita multiplicato reddant scœnore, dantque cautionis causa synglyphas creditori, quas è vita discedens secum ad inferos deferat.

Alia est familia sanè frequens eorum, quos Ianambuxos vocitant, crispante ac vibrato capillo. si res vel amissas vel furto sublatas ita comperiunt. Statuunt antese se puerum, hunc dæmon certis euocatus carminibus occupat: ex eo deinde puero: quod auent cognoscere, sciscitantur. Horum preces in vtranque partem multum valere creduntur. Itaque preces eorum faustas æquè dirasque pretio populus comparat. Huius ordinis candidati, antequam admittantur, bis cæve milleni simul montem quendam editissimum petunt. Ibi sexagesimum diem pœnitentiæ nomine, vbi sese voluntario supplicio macerauerint, (quo ipso tempore sese illis dæmon varia specie vitendum offert) quasi iam laurea donati, & in egeram adscripti familiam, floccis quibusdam albis ornantur è collo pendentibus, atrisque pileolis qui non nisi summum capitis verticem tegant: atque his tanquam insignibus inde Iaponis prouincias peragant, seque operamque suam vbi que venditant, aduentum suum in oppida significantes pulsu catilli, quem secum circumferre singuli soliti sunt. Non desunt alio nomine Genguis, qui res item furto surteptas, furesque ipsos per diuinatione demonstrant. In præcelso montis iugo sibi domicilium collocant: oris atro colore ob asiduum solis, pluuia, venti, gelique patientiam. Vxores ducunt, sed non nisi ex suo genere ac stirpe. Iisdem (vt fertur) è capite quasi corniculum quoddam extuberat. Editissimas rupes atque cacumina subeunt, fluios traiciunt maximos vnus arte dæmonis, qui vt

infelices magis in errorem inducat, iubet illos montem quendam altissimum ascendere. Hic cum miseri ad præfinitum vsque tempus magno cum desiderio præstolantur. Tum illis denique circa meridiem aut sub vesperam sese offert dæmon, quem sub Amida nomine venerantur, transitque per medium eorum cœtum. ex eo viso tanta in hominum pectoribus ac medullis insidet superstitio, vt nullis deinde rationibus possit euelli. Consueuerat etiam diabolus in alio quodam mōte sese Iaponiis visendum præbere. Quisquis maiore beatarum sedium ac paradisi desiderio renebatur, conferebat eo sese, eamque visionem expectabat; denique oblatum sibi visum, eiusdem iussu, in interiores vsque sequebatur recessus ad foueam profundissimam. in hanc dæmon desiliens, cultorem vna secum ad interitum detrahebat. patuit in hunc modum fraus. Senem ea superstitione captum filius ab eiusmodi consilio reuocare frustra conatus, sumpto arcu & sagittis ad locum vsque occultè prosequitur. Comparat ibi dæmon hunc a præsentia non sine splendore quodam. Hunc senex dum venerabundus adorat, adducit arcum properè filius, emissaque in spectrum sagitta, pro viro vulpem immutata repente figura confixit. Inde fugientis cruorem bestię persecutus, ad præcipitium illud, quod dixi, peruenit, quo in ipso permulta ossa reperit mortuorum, quos dæmon per eam speciem antè deceperat. atque ita & a præsentia parentem interitu, & cæteros ab opinione vsque ad deo pestifera liberauit. Ad hanc locum est frequentibus Bonziorum cœnobiis admodum celebris (Coiam appellant) quorum princeps auctorque perhibetur fuisse Combédaxis veterator callidus, arteque dicendi famam sanctimonie consecutus: cum tamen diabolica planè iura legesque describerit. Inuenit etiam fuisse discitur litterarum, quibus nunc vulgò Iaponii vtuntur. Is cum ad senectutem peruenisset sese vltro desodit scrobe profunda quadratæ formæ, cubitorum circiter quattuor, eamque deinde seueris verbis aperiti omnino vetuit, neque enim in præsentia mori se; post aliquot millies millena annorum millia virum quendam doctrinæ laude præstantissimum in Iaponis regna venturum, nomine Mirozu; tum se quoque demum è fouea proditurum: interea sessum diuturnis laboribus corpus quiete velle reficere. Circa ipsius sepulcrum lampades ardent multæ è variis eò missæ prouinciis; persuasum est enim genti, quicumque in id monumentum exornandum largi ac benedici fuerint, eos non in hac modo vita diuitiis auctum iri, sed etiam in altera ipsius Combendaxis patrociniò futuros incolumes. Eius porro cultui qui sese

mancipant, intra ea cœnobia quasi claustra concluduntur, capillo in speciem abdicatæ vitæ secularis abtalo, cùm tamen ibi deinde, prout eos egit libido, in omni flagitiorum genere voluentur. in illis adibus, quæ (vt dixi) permultæ sunt, præter magnam laicorum turbam, Bonziorum sex circiter millia numerantur. Mulieribus aditus eò non est, capitali si accesserint pœna proposita. Fatonochaiti præterea domicilium est Bonziorum. Hi magnam puerorum turbam variis artibus ad omne doli furtique genus erudiunt. Si quos eximia nacti sunt indole, hos de regum singulorû edoclos prolapia ac stitpe, & præcerum ritibus; armorum etiam vsu, dicendique arte exercitatos, regio ornata in alias prouincias dimittunt eo consilio, vt sese regum filios euenti, per commendationem speciẽmque nobilitatis conciliata mutui nomine pecunia, bene nummati ad se reuertantur. Itaque locus is tanta est apud Iaponios infamia, vt si quem ex ea disciplina fortè deprehenderint, confestim interimant; nec tamen impostores idcirco ab improbitate malitiæque discedunt. Iaponiæ terræ in Septentrionem adiacet amplissima syluestrium hominum regio leucas ab vrbe Meaco trecentas. Bestiarum pellibus induuntur, toto hirti corpore, ingenti barba, mystacibus maximis, quas paxillo subrigunt potaturi. Vini gens auida in primis, ad bella ferox, formidulosa Iaponiis. In prælio sauciati, salitis aquis abluunt vulnera. id vnum genti remedium est. speculum gestare dicuntur in pectore; ad capur gladios alligant sic, vt in humeros manubrium desinat. Sacra habent nulla, cœlum dumtaxat venerari soliti sunt. Aquita perampla est vrbs in regno Iaponis Geuano, illuc frequentes comitant mercimonii causa, itemque vicissim ad eos Aquitani, sed raris, quòd illuc delati ferè perimantur ab incolis. Multa erant præterea in hoc genere quæ scriberem; sed ne sim longior, ad Iaponiorû infantas redeo, qui ad memoriã sui nominis propagandã illud vel maxime pertinere arbitrantur, inanis gloriæ cupidissimi, vt quanto maximo apparatu pœpaque vita functi sepeliãtur. Funerum autè & exsequiarum in vrbe Meaco ritus eiusmodi est. Hora circiter antequam domo effertur cadauer, amicorum turba vestitu quam optimo ad rogam anteit. mox propinqua ac notæ mulieres progrediuntur amictu candido (color ille funestus est) verticolori velo caput obductæ. familiã etiã pro suis quæq; facultatibus ducunt, albo itè ornatu subserico: quæ vero dignitate atq; opibus præcellût, cædina singulæ magnifico apparatu & artis eximiæ lectica vehuntur, secũdo loco incedunt pedibus viri permulti sumptuoso vestitu. Longo deinde intervallo

Bonzius earum superstitionum antistes auro sericòque refulgens lectica gestatur ampla & præcella pretiosi operis, Bonziis stipatus ferè triginta patasatis linreatisque, atro superindutis pallio textu pertenuis, tum cineraceo quidam vestium colore (nam is quoque funestus est) accensa prælonga pinea face, demortuo (ne offendar errève ignarus viarum) iter monstrat ad pyram. Huic Bonzii ferme ducenti succedunt, nomen concinentes dæmonis eius, quem defunctus in vita præcipuè coluit: simul etiam ingens catinus ad rogam vsque tintinnabuli vice pulsatur. tum chartacei duo per ampla & expansa figura canistri præfixi hastilibus, chartaceæ item rosæ varii coloris copiam continent: quos qui gestant, tardiori procedentes gradu, sic hastilia subinde concutiunt, vt flores illi paulatim in speciem pluuiæ decidant, ventoque stante spargantur: cum videlicet imbtum argumento esse aiunt, mortui animam ad paradisi gaudia penetrasse. post hæc autem, octo prima lanugine Bonzii diuisi bifariam, prælongas aruudines cum vexillis cubitalibus, quibus item idoli nomen inscriptum est, per terram auersa trahunt cuspide. Tum iisdem insignes litteris, ardenti inclusa candela, decem laternæ feruntur, obductis velo pertenui lateribus. Ad hæc iuuenes duo cinereis vestimentis pineas præferunt faculas, dodrantium trium longitudine, haud tamen accensas, quibus deinde rogo flammam incipiant. Eodem vestimenti colore permulti sequuntur, verticem capitis ad operti exiguis admodum pileolis mento subligaris, è nigro fulgente corio forma triquetra, (quod apud eos honoris indicium est) iudè schedula insignes, capiti affixa, in qua nomen eius, quem dixi, dæmonis legitur: quod ipsum quo magis celebretur, ponè certus homo tabellam ostentat cubiti longitudine, dodrantis latitudine albo velo tenuissimo rectam, inscripto ex vtraque parte eodem illo nomine litteris aureis. Tum demùm à quattuor viris, lectica sedens magna, defunctus ipse gestatur in veste candida, demisso capite, iunctisque precantis habitu manibus. ad cæterum amictum extrema toga papyracea superadditur libro exarata, quem Deus ille suus, cum in terris ageret, scriptum reliquisse perhibetur, cuius præsidio meritisque vulgò se compotes fore salutis existimant. Cadauer filii subsequuntur, quàm elegantissimo cultu corporis: quorùm natu minimus pineam item fert facem ad ignem pyrae inferendum. Extremum agmen est magnæ hominum multitudinis iisdem quæ modò dixi pileorum insignibus. Vt ad locum exsequiarum peruentum est, Bonzii vniuersi & cætera simul turba cum strepitu gramentorum catinorumque horæ spatio dæmonis illius nomen

magnis clamoribus inuocant. Deinde hoc maximè modo fit bustum: Area quadrata satis ampla, cancellis eminentibus, & velo crassiore ita præincta est, ut singulis in quattuor cœli plagas ianuis introitus pateat. In medio fouea referta lignis, tecto eleganti opere ex undulata materia super eam excitato, duas habet è regione mensas vario ciborum genere, (piscibus tamen exceptis & carnibus) præsertim verò carycis, medicis malis, placentis affatim instructas. Stat etiam in earum altera vaporarium vasculum suffimenti causa prunis impositum, & lignum aquilanum in disco. Ut igitur eò deuentum est, lecticæ vinculum injicitur è fune prælongo, quem, qui adsunt, certatim manu apprehendentes vociferantur, ut diximus: postea totum septum introrsus terna lustratione circumueant. Deinde lectica pyræ superimposita Bonzius earum cæremoniarum antistes, catmen effatus, quod circumfusa turba nequaquam intelligat, accensam faculam ter supra caput in orbem idcirco circumagit, ut eo significet gyro, defuncti animam nec originem habuisse, nec verò finem aliquando habituram esse. Rotatam inde faculam abijcit: hanc duo è defuncti filiis cognatisve arreptam stantes ad lecticæ latera ad Solis ortum alter, alter ad occasum, super cadaver ipsum inuicè sibi quasi honoris & officii causa ter vbi porrexerint, deinde in lignorum struem iniiciunt. Superinfunditur oleum statim, cum aquilano ligno & aliis odoramentis, prout copiarum suppetunt, magnòque incendio corpus in cinerem vertitur. Interea filii ad mensam accedunt, & aquilano ligno in vaporarium indito, solenni suffitu parentem quasi iam ad cœlestium numerum adscriptum supplices venerantur. Adoratione peracta, merces laborum Bonziis pro dignitate persoluitur: Antistiti quinquè vel decem vel etiam viginti aurei nummi: cæteris vel argentei deni viritim, vel certus caxarum numerus: prandium verò paratum (amicorum ac Bonziorum turba dimissa) vel busti ministris vel pauperibus vlcerosisque relinquitur. Postridie liberi cum affinibus & amicis ad rogum reuersi, cineres, ossa, dentèsque demortui in vas inauratum imposita, domum referunt, ipsumque vas veste contextum in mediis ædibus locant. frequentes adsunt iterum Bonzii ad priuatas exsequias: eademque septimo die denuo repetuntur. Deinde translati certum in locum cineres terræ mandantur, quadrato imposito lapide, in quo ductis à summo ad imum vsque maioribus litteris, nomen describitur dæmonis, queni-

cunq̄ue demortuus in vita coluerit. inde continuis diebus ad sepulcrum se filii conferunt, ibi spargunt rosas, ibi calidam apponunt, vt habeat defunctus, vnde sitim leuez. nec solum die, sed mense etiam & anno septimo priuatos intra parietes eadem funebria iusta recurrunt, ingenti videlicet Bonziorum sagina, crebrisque vindemiis. Omnino in hæc funera impensa fit à locupletioribus aureorum trium circiter millium, à tenuioribus ducentorum trecentorumve. nam quorum tanta est inopia, vt funeri sumptus desit, eos per noctem ac tenebras nullo apparatu vel pompa in sterquilinum abjectos humi defodiunt. Aliud est etiam genus funeris, quod virtutibus in ora præcipuè maritima ducitur. Ii cum Amidæ sese eximio quodam cultu deuouerint, eius visendi cupiditate flagrant, mortem vltro sibi metipsi consciscunt. Ac primùm emendicata per dies aliquot stipe, & in manicas indita, publicè concionantur ad populum, totamque consilii sui rationem exponunt, magna omnium approbatione; tantam quippe sanctimoniam cuncti suspiciunt: deinde sumptis falcibus ad vepres ac sentes, qui ad beatorum sedes iter impediunt, præcidendos, nauigium conscendunt nouum, saxisque ad collum, brachia, renes, crura, pedesque religatis, in altum prouecti, vel perforato de industria merguntur alueo, vel etiam deinceps in mare singuli sese præcipitant. Alueo vacuo confestim ignis ab amicis ac propinquis officii causa proprio separatim nauigio profecutis injicitur, nefas putantibus nauem tantis religionibus consecratam, ab vlllo prorsus in posterum attingi mortalium. Sanè, dum nos peteremus Meacum, octo diebus antequam ad Insulam Hiu peruenimus, yiri sex, feminae duæ simul eo genere lethi perierant ad oppidum Fore. His deinde populus ædiculam vniuersis columnam pinumque singulis perpetui honoris causa prope littus erexerant, & imposita baculis complura chartæ segmenta, ædiculæ toto tecto defixerant, carminibus plurimis intra parietes propositis, quæ beati illius cœtus egregias laudes celebrarent. Itaque visebatur locus die nocteque superstitionis. Ac fortè per eos dies dum ad quendam infantem Baptismo lustrandum ego & Ludouicus Almeida tendimus, illac nobis iter facere contigit: atque eo ipso tempore prodeuntes è sacratio quinque circiter vetulæ cum globulis prelatoriis, quæ vulgo rosaria dicimus, (adeò Christianos mores Lucifer ~~annulatur~~) partim ludibrio nostram ridere deneciam, partim seucro vultu nobis impietatem expro-

exprobrare, sacrum illud monumentum nulla veneratione honorisve significatione prætereuntibus. Restat vt de Bonziorum concionibus pauca perstringam. Eæ si minùs crebræ quàm apud nos, certè quàm apparatusissimæ. In templo permagno cum serica supernè umbella suggestus attollitur. In eo stat ornatu sumptuoso cathedra, ante eathedram mensa cum tintinnabulo & libro. Vbi concionis tempus aduenerit, ad suum quæque doctorem in varia templa frequentes Iaponiorum sectæ conueniunt. Ille suggestû ascendens, & in sella confidens, magnificè sese circumspicit: deinde indicto campana silentio, pauca ex eo, quem diximus, recitat libro quæ mox idem fusiùs explicat. Sunt autem hi concionatores viri ferme diseriti, atque ad flectendos animos auditorû idonei: & quoniam hiat semper auaritia Bonziorum, eò potissimùm omnis spectat eorum oratio, vt populum inducant specie pietatis ad sua locupletanda cœnobîa, tanto beatiorem in altera vita fore quemq; affirmantes, quanto, quæ ad sacra vel exsequias pertinent, maiore pompa & impensa eurrant. Cumque ira in multâ atque ira inter se pugnantes numerentur superstitiones atque familiæ; in eo tamen vel maximè laborant magistri, vt sua quisque mendacia & fabulas ita discipulis probent, nihil vt præterea vetum, nihil ad æternâ salutem tutum, nihil dignum quod audiatur, existimeat. Accedunt alia quoque artificia, incessus grauitas, oris atque habitus dignitas, denique species omnis exterior, quibus rebus Iaponiorum pectora tantis opinionum petuetsitatibus imbuuntur, tantamque ex iis fiduciam ac spein salutis æternæ concipiunt, non solum vt domesticos intra parietes, verùm etiam in publico, totaque vrbe rosaria ferè semper manu percurrant, ab Anida Xacaque diuitias, honores, bonam valetudinem, sempiterna gaudia suppliciter postulantes.

Quæ cum ita sint, carissimi fratres, existimare potestis ipsi, quanto Dei auxilio indigeant, non modò qui in hæc loca Euangelium afferunt, sed etiam qui allatum accipiunt, seque relictis idolis ad Christum adiungunt; quippe tot à diabolo machinis oppugnâtur, ita sollicitantur assiduis Bõziorum dissuasionibus, postremò ab affinis amicisque adeò contumeliosè, molestè, acerbeque vexantur, vt nisi diuina gratia sacrificiis ac precationibus Ecclesiæ Catholicæ conciliata subueniat, multorum vel potiùs ferè omnium fidem atque constantiam his certè nascentium Ecclesiarum iniuriis valde periclitari necesse sit. Quo magis vobis, qui salutem animarum tam vehementer expetitis, Iaponicos hosce greges præcipuè in Domino commendatos esse par est. Nos Sacaium ex itin-

hæc venimus quinto Calend. Februarias. Ludouicus Almeida quibusdam negotiis primùm, deinde etiam valetudine aduersa impeditus, ibi diutius substitit: ego diei non amplius mora facta, profectus inde, Meacum leucarum tredecim intervallo perueni pridie Calend. Februarias. Aduentu meo cùm cæteri Christiani, tum Gaspar Vilela præcipuè, qui neminem è nostris Meaci toto ferme sexennio viderat, mirum in modum recreatus est. Is quadragesimum nondum ætatis annum excedit, sed cani septuagenarium indicat, frigorum vi vehementer affecto consumptoque corpusculo. Meacensi lingua, quæ, vt celeberrimi populi regiarque vrbs fertur elegantissima, iam nunc vtitur ita peritè, non modò vt confessiones intelligat, sed habeat etiam conciones. Quosdam insuper libellos ad pietatem vtilis in eandem vertit linguam, aliosque deinceps non intermittit sub se ciuis operis vertere. Quod reliquum est, nos omnes Dominus pro sua bonitate perpetuò tueatur, opèque nobis ad voluntatem ipsius & rectè interpretandam & ritè exsequendam impetret. Meaco, II. Calend. Martias, MDLXV.

EIVSDEM AD SOCIOS.



EX iis litteris, quas ad vos dedi mense Februario, multa de Iaponicis ritibus atque superstitionibus cognouisse vos arbitror: alia nunc de rebus præcipuè Meacensibus addam hac epistola, quam puto vobis fore non iniucundam. Ego, vt scripsi ad vos antea, Meacum attingi magna Christianorum lætitia pridie Calendas Februarias: incidit meus aduentus in ipsum noui anni initium, quòd hac hyeme Iaponii à Calendis Februariis auspiciati sunt; varius enim est in his regionibus anni cursus; longè alia atque apud nos ratio temporum atque descriptio. Vetus est autem gentis mos, vt anno incunte, ab die nono Lunæ adusque vigesimum, regni proceres & Bonziorum principes ad Regem quisque suum salutandum non sine donis accedant. Ea sunt ferè magnus chartæ numerus, aurea flabella, arma affabre facta, & alia eiusmodi. atque hæc consuetudo, iam inde ab antiquis ducta temporibus, cùm in aliis omnibus regnis, tum verò in hoc Meacensi tanto diligentius retinetur, quanto Cubus honore atque amplitudine cæteris omnibus Iaponis Regibus antecellit: atque idem honos vxori quoque ipsius matrique tribuitur. Hos autem salutatores Cubus longo cubiculorum ordine admittit ille quidem in penetralia, operis eximii peristromaris aureis adornata; sed ad eorū verba salutationelque (ea loci & personæ

sonæ majestas est) nihil omnino responderet : insignibus tantum Bonziis quibusdam id haber honoris, vt flabellum, quod tenet manibus, paululum inclinaret; atque in hunc modum primæ nobilitatis viri inducuntur: nam inferiorum ordinum hominibus, quâquam locupletissimis, & longè pretiosissima dona ferentibus, nullo pacto ad eum aditus est. Et quoniam ad viam Euangelio muniendam, & existimationem apud rudem ignarumque veræ virtutis & gloriæ populum colligendam pertinere magnopere visum est, vt Euangelii præcones nequaquam exclusos inde fuisse constaret; dedit operam Gaspar, vt illum ipse quoque per idem anni tempus inuiseret. ac superioribus quidem annis aulici cuiusdam beneficio potentis viri, ad Christianam religionem propensi, aliquoties introductus est: nunc verò mihi quoque eiusdem opera patuit aditus. Cubum ergo primum, deinde uxorem, postremo separatim in ædibus matrem inuisimus, honesto comitatu ad regiam vsque deducti: & cum benignè accepti sumus ab omnibus: tum verò à matre humanissimè, quippe quæ non modò potionem nobis misceri iussit à famulis, verùm etiam Zacanam (salsamenti genus id est oliuarum instar) de more paxillis insertam; suis ipsa manibus honoris causa porrexit. Eam inuenimus in cœtu nobilitum feminarum sedentem ante sacellum ornatissimum, in quo erat Amidæ puerilis effigies egregiè picta cum diademate, aureis è capite radiis emicantibus; mirum ibi silentium, mira modestia, mira denique domestica disciplina: vehementer dolendum vt sit, tantam indolem tantis diaboli fraudibus opprimi, orandusque sit etiam atque etiam Dominus, vt hæc tenebras Euangelii splendore pro sua infinita bonitate dissipet.

Vt eo functi sumus officio, postridie Gaspar ad neophytos reuersendos abiit Imorim; ego Meacensibus prædicare Euangelium institi, cum aliis, tum verò quibusdam è Cubi familia viris illustribus, qui ad nos vētitate cæperunt: ex iis tres, audito iam aliquoties verbo Domini; Baptismum à nobis vehementer efflagitant; sed idcirco differtur, vt interea meliùs Christiana rudimenta atque in lituta percipiant. Auditores habemus mirum in modum curiosos; nullum quærendi finem faciunt, præsertim qui sunt è Ienxavana familia, quæ omni sublato numinis metu, corporis voluptates pecudum more persequitur. si nihil in animum inducunt credere; nisi quod cernunt oculis, manibusque contrectant: quamobrem expugnantur difficillimè, nec nisi evidentibus planè demonstrationibus cedunt. Obiiciunt autem nobis inter alia; si quid est Deus, vt dicimus, idemque adeò bonus est; cur ad hoc vsque tempus

cclauit

celauit bonitatem suam, eamque tam serò Iaponiis declarauit? responderetur autem ad hæc omnia sic, vt contradicere nequeant: sed tantæ, tam densæ illis teuebræ sunt, vt insolitam Euangelii lucem vix pauci admittant: qui ramen eo sunt ingenio atque indole præditi, vt vbi verbum Dei quasi terra semen acceperint, quo rardius acceptum, eo diligentius amplectantur ac foueant. In vniuersum autè, Iapóniorú ingenia ad Christianã religionem in primis idonea sunt, præstantque non solum in cõgnosenda veritate sedulitatem ac studium, sed etiam in retinenda fidem atque constantiam. tres quidem ii; quos modò diximus, aulici, tanta in eo genere diligentia sunt, non modò vt Christianæ doctrinæ præceptiones ac formulas suo descriptas chirographo deinceps memoriæ mandent. idque celerrimè, sed etiã quæ ex conciouibus nostris audiẽre, domum regressi in commentarios referant, præsertim quæ de mûdi creatione de immortalitate variisque viribus ac facultatibus animæ disserunt: Eos deinde commentarios offerunt Socio nostro Damiano recognoscendos identidem. Et cum eiusmodi gentis natura, tum illud quoque vel maximè Christianam causam adiuuar, quòd multæ sunt superstitionum sectæ, non solum diuersæ ac variæ; sed etiam inter se pugnantes: quo facilius est, diabolica mendacia fraudesque conuincere. Circa Meacum in patentibus campis plurima sunt idolorum phana, è quibus adii Christianorum ductu nonnulla: in iis quoddam est Amidæ sacrû ab vrbe quattuor ferè passuum millibus; à prisca Imperatoribus conditum ac subinde renouatum. longitudine vlnarum centum circiter & quadraginta. ingentes habet valuas in medio. ingredientibus obicit sese suggestus, in quo Brachmanis habitu, perforatis auribus, mentoque & capite raso, ingens Amidæ statua confidet, supra statuam quasi pro vmbaculo pendent excepta catenis multa magnaque tintinnabula: circa ludentium specie triginta cernuntur milites strictis telis armati; salæates Æthiopes, anus venefica, dæmonesque teterissimi; effingitur etiã certa quadã imagine ventus, horrificoq; aspectu tonitrua: ad hæc septeni gradus ad tẽpli totius lõgitudinẽ porriguntur: in iis ordine cetero dispositæ vnus Canonis Amidæ filii imagines omnino mille, hinc inde quingenæ, eadẽ omnes forma, ore venusto, egregiè factæ, tricena brachia rotidemque manus ostentant: è quibus duo tantùm ad reliqui corporis magnitudinem apta proportione conueniunt, cætera parua sunt, duo etiam lumbos præcingunt. Singulæ porrò statuæ bina renent iacula, pectus insignitæ septenis hominum vulticulis, corona capiti imposita cum diademate radiante. Sunt autem cuncta eius templi nõ modò

figula-

simulacra, sed etiam quæ diximus tintinnabula, & ipsæ eatenus magna obryzi auricopia scitè admodum ab imo ad summum vsque verticem inlecta sic, vt fulgorem intuentes oculi ferre vix possunt: locus est celeberrimus, multique eò longinquis è regionibus religionis causa confluunt.

Inde passuum intervallo duùm circiter millium, collis atrollitur, ad cuius radices vererem quandam academiam multis distinctam cœnobiis tenui fluens aqua riuus circuit amœnissimus: multa ibi delubra, quorum in aliquibus magno cultu adoratur statua eacodæmonis, facie magis etiam, quàm apud nos pingitur, fœda & horribili. in summo autem colle ingenia tria lignea templa, ligneis item columnis mira crassitudine suspenduntur, infimo pavimento strato laterculis læuigatis. In eorum vno colossæum immanis magnitudinis Xacæ signum, singulas habet ad dextram læuamque statuas paulo minores: a tergo autem quoddam quasi folium exurgit, ex quo sigillorum vnus palmi duo circiter millia prominent, infansque præterea bini ferè quadraginta; denique latus vtrumque templi, sparis armati dæmones bini custodiunt: hæc autem aurata sunt omnia. Alterum est templum probandis & laurea donandis veteri academiarum more scholasticis destinatum. In eo pulpitum, vexillis compluribus è superiori parte pendentibus, eminet ligneum, in quod scalis tribus ascenditur; est ibi mensa cum cathedra parata magistro, qui actibus eiusmodi præsidet, itemque ad imum suggestum altera in vsum discipuli, qui eo iudicio probandus insignibusque doctrinæ publicè decorandus est. templum autem ipsum lacerræ seu stellationi dicatum est, quem vulgo Deum & præsidem litterarum & eruditionis existimant: huic nulla neque ara, nec statua, vt cæteris Diis erigitur. in summo tantùm laqueari, multiplicem conuolutus in spiram, ingenti orbiculari depingitur forma, vt scholastici dum eum supplices venerantur, oculos mentemque simul ad superna cogantur attollere. Tertium planum altitudine duo proxima superans, clausam offendimus. è regione sunt ædes peramplæ, calatura magnifica; scholasticorum id domicilium est. multa erant præterea ibidem visenda, sed imminente iam nocte reuertimus.

Hæc habui quæ ad vos in præsentia scriberem. ea si minus læra videbuntur, quod parum videlicet ad rei Christianæ amplificationem attingant; eo diligentius orandus erit vobis Dominus, vt de Ecclesiarum incrementis & rei Christianæ progressibus multa nobis in posterum ad vos, majore cum animi nostri vestriq; fructu,

fructu, spiritalique solatio scribere liceat. Quamquam post nostrum ab vrbe Firando discessum non pessimè posita est opera: Deo quippe adiuuante Iaponij sexaginta ad Christianorum numerum adiuncti sunt. Quod reliquum est, nos omnes pro sua clemètia Dominus perpetuo tueatur ac protegat. Meaco, pridie nonas Martias. MDLXV.

EIVSDEM AD SOCIOS.



Vobis vos velle maximè intelligo, id hisce litteris agam, vt Ecclesiastica primùm, tum cætera persequar. Quadragesimæ diebus Dominicis omnibus Gaspar Vilela Euangelium declarauit: quarta quaque feria Damianus noster de Pœnitentiæ Sacramenro copiosè disseruit. sexta, sacro missæ peracto, non destitit Iaponius puer, ex ijs quos educamus, de Passione Domini verba facere: quam in sennèriam, conuenientibus nocte neophytis, Vilela denuo disputabar, ijs præcipuè locis insistens, quibus auditores ad pietatem excitati maximè possent. Dominica in Palmis (quoad eius fieri potuit in tanta ædium angustia) Catholico more caremonisq; rransacta est. inde ex oppidis finitimis arque etiam remotioribus neophyti ad indulgentias (quas à summo Pontifice datas Catholico ritum proponimus) Paschatisq; solennia frequentes venire cæperunt. in iis quidam cum vxoribus liberisq; nobiles viri; quamquam lecticis aur equis vsu, ramen assidua pluuia valde vexari, pieratis laudem cumulare parientiæ metiris. Vilela ducentorum ferè & quinquaginta confessionibus auditis, quinta feria in cœna Domini mandatum Euangelicum de murua dilectione publicè docuit. postea cum de Eucharistia suauissimè perorasset, cœlestem panem Christianis circiter sexaginta distribuit: qui cum ex intimo sensu, & gaudio spiritali, copiam sunderent lacrymarum, sanè quàm ingenri nos affecere solatio. in sacello intimo Ludouicus Almeida sepulcrum crexerat ornatissimum. in eo Corpus Domini conditum est, armatique custodes adhibiti. Vespere, solenibus officiis persolutis, puer Iaponius in exponenda Passione Domini serie, collecta è quarruor Euangelistarum historiis, horas duas ferme consumpsit. quæ deinde explicatione potissimùm indigere sunt visa, in iis Vilela ex instituto declarandis immoratus est, suadens auditoribus pœnitentiã; sed calcar videlicet currenribus: nã cum sæpe aliàs, rû eo maximè anni tẽpore voluntarias ab sese pœnas, easq; aded acerbis exigere soliri sunt, summopere gratulandum

landum vt sit, in vltimis hisce terrarum finibus, inter tot idolorum cultores, in ipso denique (vt ita dicam) regno diaboli, sacratissima Crucis tropæa, salutaremq; humano generi mortem Christi Domini, tam incitatis hominum studiis, tanta religione, tam grata memoria celebrari. Maioris hebdomadæ luctû arque tristitiam ingens gaudium Dominicæ Resurrectionis excepit. à media nocte domus Christianis complera est, liturgiam & supplicationem matutinam expectantibus. ea peracta, simul etiam Christianis aliquot Eucharistiæ Sacramento refectis, concio habita est de Resurrectione Domini Paschalibusque mysteriis. inde conuiuio excepti sunt, quòd Natali die & Paschare Domini solenne Gaspar instituit eo consilio, vt quàm arctissimis Christianorum animi caritatis ac benevolentia vinculis inter se iungantur. simul etiam per eam occasionem colloquia de rebus cœlestibus habita, ductaque præ dulcedine ad vesperam; quædam præterea è diuinis laudibus decantata. quo strepitu exaudito gentiles, præsertim quòd non nihil de apparatu, adicula nostræ cognouerant, instare vehementer vt fores aperirentur: oblitus non potuit: introire permulti, pleræque verò mulieres diuino quodam instinctu nixæ ante aram genibus, manibusque sublatis, esugiem Christi Domini supplices adorant. Posthæc neophyti, qui ex oppidis vicinis ad festa conuenerant, Gaspare officiosissimè salutato digressi sunt. nunc autem id Gaspar agebat, vt sibi diuersorium conduceret prope regiam in superiore vrbis parte, quod toto iam ferè tricennio frustra conatus est, vt ibi quoque posset Euangelizare commodiùs. Verùm satis iam de rebus Ecclesiasticis, ad alia veniamus. Ante discessum Almeida, cum tempus eius reuersionis adesset, perducti sumus vterque ad insignia quædam vrbis adificia ac templa, quorum tanta est religionis ac magnificentia fama, vt ad ea visenda ex aliis omnibus regnis peregrini Meacum ferè assiduè confluant. Ex iis nonnulla perstringam: infinitum est enim singula persequi. Aedes igitur quasdam Cubi primùm adiuius, eximio quodam artificio atque elegantia exstructas oblectationis & animi causa, nihil ego nec in Europa nec in tota India tale conspexi. iis horti subiecti sunt cum aliis arboribus ignotis in orbe nostro, tum cedro, cupressu, pinu, malis medicis consiti: quæ omnes arbores, varias in figuras artificii manu coactæ, cameræ, riantinabula, turres, aliaque id genus plurima referunt. iam lilii, cyani, rosæ, florumque tanta est copia, tanta colorum odorumque varietas, non solum vt aduenas ac peregrinos, verùm etiam domesticos ipsos atque cultores cum voluptate atque admiratione retineant. neque horti modò, sed vrbis

ipsa quoque pulcherrima. viæ latæ ac directæ, foribus arcium instar (quæ res furta & latrocinia maximè prohibet) occluduntur. in iis variarum mercium institores, opifices, ac sellularii, cum alia in vsus deliciâsque mortalium, tum præsertim aurea stabella conficiunt; sericâmq; cuiuslibet operis textrinam exercent. in medio celeberrimum Amidæ phanum cum omnibus horis diei, tum verò sub noctem clausis iam tabernis frequentissimè visitur, iactantur a populo nummi cum precibus, & simulacrum adoratur. nos cò ex hortis Cubi via longa latâque perducti, inde sumptuosissimas præfecti Meacensis nuper instauratas ædes adimus; quibus item horti coniuncti non modò arborum multitudine artificiosisque figuris delectant oculos, verùm etiam aquæ limpidissimæ copia, quæ à nouem circiter passuum millibus excisa rupe, regali sumptu perducta; lacum in hortis mediis efficit, in quo complures variæ magnitudinis insulæ, ligneis lapideisque peruiæ pontibus, vsquequaque lætissimis arboribus opacantur. Inde quanquam fessos iam, ac reditum cogitantes, necophyti nos longiùs pertraxere. multa igitur prætereuntes phana, ingentem ingredimur lucum, in quo Bonziòrum cœnobìa quinquaginta miræ amplitudinis, à regum & principum libetis, qui sacris addicti sunt, magnificè & sumptuosè incoluntur; facitque ipsa vicinitas, vt eorum præfecti se inuicem elegantia munditiisque superare contendant. Ex iis aliquot inspeximus obiter. Cuiusdam est ianua lignea egregio quodam artificio, longèque alia atque apud Europæos forma. hæc nos in xystum induxit stratum quadrato lapide nigro, parietibus vtrinque excurrentibus opere tectotio læuoris atque candoris eximii. Xysto nouum quoddam genus hortorum prætenditur, in quibus manu facti colles è saxis ad eam rem è longitquo petitis, frutetis confiti, pontibusque coniuncti cernuntur. Solum partim arena crassiore admodum candida, partim etiam atris lapillis obducitur, è quibus passim elati maioris formæ lapides, ex imo leuocia, violas, ac flores emittunt, adè artificiosè commistos atque dispositos, vt cum in orbem singulis anni temporibus floreat, verè ibi perpetuum esse videatur. Multa prætereo, tum ne longior sim, tū quòd ea verbis atsequi me posse difficile; sed illud nò omitte, quod in reditu vidimus. In medio phano quodam, machina lignea sculptilis variisque picta coloribus, multis forulis collocatos continet libros ab vno Xaca còscriptos. eadèmq; vt est versatilis, quem quisq; voluerit librum offert protinus. & quidem tanta est voluminum copia, vt incredibile sit, vel vna ætate à multis auctoribus, vel

multis ætatibus ab vno auctore cõfici potuisse. eorum autem vsus est maximus non in Iapone modò, sed etiam in Sionis regionibus, vnde omnis Iaponica fabulositas & superstitiones primum existisse, atque inde paulatim oram Sinarum, Pegusiam, Bengalana, totumque eum tractum in Bisnagam vsque peruagatæ dicuntur. Aliud etiam phanum in reditu vldinus inferiorum regi dicatum, cuius præcellsum horrifico truci que adpectu simulacrum regio se p̄ptro insignitum, duobus hinc inde ingentis item staturæ demonibus cingitur, quorum alter calamo describit hominum noxas, alter descriptas in tabula recitat. parietes picti varias inferorum ostentant pœnas, quibus plurimi sexus vtriusque mortales demonũ ministerio cruciantur. Celebratur autè ædes hæc, augeturque pecuniis ferè assiduè: nunquam enim desunt, qui ad regis effigiem timore perfusi, ea ab sese tormenta atque supplicia deprecantur. Atque hæc illo die. Postero autem, Christiani cuiusdam principis inuitatu ad audiendas Bonziorũ conciones in suburbana cœnobia (sunt autem exitus ex vtbe spatiandi causa gratissimi) venimus egressi, turbam virorum æquè ac feminarum cum suo quemque rosario supplicantes adspicimus; percontati à neophytis, quidnam id esset, dimissam tum concionem esse respõdet. interrogati de numero, aiunt homines earum rerum periti, capitum esse quinque circiter millia. addunt insuper, in eo templo quotannis centum diebus continuis ab vno eodemque Bonzio conciones haberi, multis magnisque indulgentiis auditori perseveranti propositis. Optatum erat nobis omnino aliquem ex iis concionatoribus audire, cognoscendi maximè studio, saluaque religione & officio transferendi ad vsum nostrum, quæ ad conciliandos permouendosque Iaponiorum animos pertinere viderentur; & quoniam allatum est, rem adhuc integram esse in alio quodam cœnobio, pergere porrò illuc vsque decreuimus. eò tendentibus igitur nobis primò Guiuani phanum occurrit, quod ingenti frequentia, superstitione, anniuersariis mimorũ ludis, variisque spectaculis magnopere celebratur & colitur. Inde exeuntes, viam ingredimur pinis vtrinque iucunda admodum specie consista: simul adspicimus populi concursum, ad concionem citato gressu tendentis. nos vt ad locum peruenimus, moniti à Christianis periculum esse, ne Bonziji si nos adesse sentirent, concionari desisterent, occulto loco ad initium vsque concionis nõ sine magna quidè vel admiratione vel pudore substitimus è conscientia teporis ac negligentia nostræ cõcepto, cū interim vnus horum spatio auditores illi omnes ad parui pullum tintinnabuli nixi genib⁹, incredibili qua-

dam significatiōe pietatis, rosaria manusque tollentes in cælum, in oratione persistenter, vociferantes assidue: Namu Amida Ambut. Hoc est: Da salutem Amida: quod ipsum nomen etiam domi forisque, seu emant aliquid seu vendant, modulata quadam pronuntiatione gestientes ac libentissimè sæpius inuocant. quin etiã pauperes ipsi inter emendicandum, iis à quibus elemosynam petunt, propitium precantur Amidam. Bonzii verò ac legisperiti verba illa plebi inculcare non desinunt: Ichinem, Amidabut, Sucumet, Murioo, Zai: id est, quisquis Amidæ sanctum nomen ex animo inuocauerit, procul dubio saluus erit. Imperato deinde maiore campana silentio, vt concionator suggestum ascēdit, tum nos quoque sensim irrepsimus; phanum erat ad fores vsque ac porticus refertum viris ac feminis. in ipsis autem atæ gradibus multi Bonzii confidebant manibus intra togam abditis, oculisque demissis. Porrò concionator claro, vt aiebant, genere, decora quidem in primis facie, aspectuque grauissimo, in excelsa vnde ab omnibus conspici posset sedens cathedra, sericis ad talos vsque perquam splendide vestimentis indutus, interiore candido, exteriori purpureo, stabellum tenens aureum; ex libro quem habebat in mensa propositum, quædam institit subinde recitare, tum fusiùs explicare, tanta non solum actionis venustate, sed etiam (vt Gaspar Vilela affirmabat, eius linguæ bene peritus, & cæteri qui nobiscum aderant) orationis elegantia atque artificio, vt mirum videri non debeat, eiusmodi homines tanto in honore ac veneratione esse apud veritatis ignaros. Mihi quidem hæc apud animum meum reputanti venit in mentem, non sine sancti Spiritus vehementi quodam instinctu Franciscum olim Xauerium tam acri studio tam longinquam hæc peregrinationem experiisse Iaponicam. profectò enim hæc gentes, naturæ bonitate ingeniique præstantia multis Europæ nostræ (quod earum pace dictum sit) nationibus antecellunt. Quòd si minùs magnificè de Iaponiis vel sentiunt negotiatores Lusitani, vel prædicant, id nimirum ideirco fit, quòd non nisi cum populis maritimis negotia contrahunt, qui ab interioribus tantùm absunt vitæ cultu, morumque elegantia, vt præ iis rustici videri propemodum possint. Itaque per contemptum syluestres etiam vulgò à Meacensibus appellantur, eum tamen alioquin ab humanitate ipsi quoque maris accolæ nequaquam abhorreant. Sed iam finis epistolæ sit, plura propediem: atque vtinam cuiusmodi omnes optamus. Meac, v. Calend. April. M D L X V.

EIVSDEM AD SOCIOS.

DE statu rerum Meacēsiū, & religionis Christianæ processibus ad Paschatis vsque peracta solēnia, superioribus litteris ad vos fusē perseripsi. attexam nunc fratres carissimæ reliqua, è quibus faciliè iudicare possitis, quam assiduis vestrū omnium sacrificiis piisque deprecationibus egcamus.

Postquam à Paschali conuentu neophyti in suas domos & vicina castella digressi sunt, nos Meacentibus Euangelium prædicare perreximus. auditores minimè decrant, multi etiā, diabolicis fraudibus & Iaponicæ superstitionis prauitate cōuicta, sic immutabatur afflatus diuinitus, vt constantissimè crederent, in vno Christo Domino ac Redemptore nostro omne salutis humanæ perfrugium esse repositum. Venit itaque etiam ad nos, cum aliis principibus ciuitatis, quidam Regis Mini cognatus, vit sanè perspicax: is cum à nobis multa subinde perquireret, litterisq; responsa mandaret cōmentandi causa; tantus illi paulatim veritatis illuxerat splendor, non modò vt ipse in voluntatem Christianæ suscipiendæ religionis vehementer incumberet, sed etiam spem nobis adferret fore, vt Mini regnum vniuersum ipsius opera atque auctoritate sacrosanctum acciperet Euāgelii lumen. Ad hæc, Iobeteū à summo Pontifice datū, ad felicē euentū Tridēnini Cōcilii precibus ac ieiuniis impetrandum, in hac vrbe propositum est octauo ante Pentecostē die. cuius rei nuntio in pagos & castella perlato, magno studio ac pietate sese comparauere neophyti ad tam insigne Christi Domini beneficium: & quamquam per eos dies Gaspar in febrem incidit, & ego non optima sum vsus valetudine, tamen concursu ad nos Christianorum facto, Dominica Pentecoste, imbecillitatem nostram Domino fulciete, per occasionem tam amplæ consequendæ indulgentiæ, multos & verbo Dei & sacratissimo CHRISTI corpore pauimus, quod illi nimirum, vt solent, vbetrimo steru crebrisque suspiriis perceperit. is erat Christianæ rei cuius, vt in tantis gentium tenebris, tantaque aduersariorum potentia, sac secundus: iamque parabat Vilela totam hanc Meacentem obire prouinciā, & prout se obtulisset occasio, per ethnicorum pagos & oppida circumferre Euangelium; cum captis interuenit atrocissimum & post hominum memoriā inauditum facinus, quod non modò conatus nostros omnino impediret, sed etiā nos ipsos in extremum vitæ discrimen adduceret. Nam Regulus Imorensiū (de quo scripsi ad vos antea) Mioxindonus, deuictis à se gentibus quibusdam potentia atque opibus auctus, ipsum quoque Cubum,

vt in pace otioque securum, & imparatum à rebus omnibus, certè nihil eiusmodi meruentem, impetio, quod magna cum aequitate regebat, per summum scelus atque perfidiam deturbare, ac tyrannidem occupare constituit: neque apud inflammatum dominandi libidine animum vel Cubi virtus & probitas, vel plurima eaque maxima ab eodem in se profecta beneficia valère. Igitur assumptis latrocinii sociis duobus Narensum tyranno Daiondono, & alio quodam dynasta; cum delectis armatorum duodecim millibus repente Meacū iter intēdit, eo certiore spe rei perficiendæ, quod & ipse Cubi nomine vniuersæ rei bellicæ præerat, & plurimos habebat in vrbe Meaco satellites & clientes. copiis ergo prope urbē iussis opportuno loco subsistere, ipse cum fidelium manu specie officii Meacum introit, nimirum vt quibusdam recentibus honoris insignibus à Cubo decoratus, ei gratias agat. atque vt quod volebat quàm maximè sine tumultu transigeret, ad alia verborū officia illud etiam addit, vt Cubū in suburbanum quoddam Bonziorum cœnobium blandis precibus ad cœnam inuiter, namque circūuentum adoriri placuerat. Sed cū res parum procederet, quod Cubus de confidente prope Meacum exercitu factus denique certior, & suspicatus id quod erat; nō modò se Mioxindono minimè crederet, sed etiam fugam pararet, (ex qua deinde imprudenti comitum suorum consilio reuocatus est) Mioxindonus apertè ratus agendum, copias omnes ad regiam propiùs admouet: ac ne inexpiabili in suum Imperatorem ac Regem odio accensus esse videretur, dum inops consilii Cubus cum familiaribus trepidat, præmittit ad Regiam qui palam denuntiet, se Cubi ipsius caput minimè petere, certis tantum eius cognatis amicisque grauitè infensum, eorum potentiam vltra ferre non posse: itaque tum demū rē conuenturam, seque inde cum pace abiturum, si complures proceres, quos nominatim in schedula descripserat, quamprimum interfici iubeat. ad hæc tam insignis impudentiæ postulata, ira percitus is qui ad ea cognoscēda Cubi iussu prodierat, grandis natu aulicus ille ipse qui nos ad Cubum introducere consueuerat, abiccta quæ legerat schedula, verbisque grauisimis in parricidas inuectus, ad extremum addit, rebus iam desperatis quoniam quidē alia ratione non possit, certè voluntaria morte sese officio fideique suæ satis esse facturum. His dictis regressus in regiam, coram ipso Cubo strictū pugionem gentis more sibi condit in viscera, & moribundus occumbit; eodem ipso leto quattuor alii, cū præ timore oclusis ianuis non admitterentur, mox in ipso regis perire vestibulo. Senis verò demortui filius, vt patrem conspexit exanimem,

præceps dolore atque iracundia fertur in coniuratos infestus, pugnantque perimitur: tum illi pluribus locis palatio flammam iniiciunt, quod Cubus ubi sensit; certus prælio potius quam incendio mortem oppetere, ex honestissimæ grauissimæque feminae matris amplexu se proripit, vaditque cum suis armatus in confertâ hostiû aciem: ibi quàm acerrimè diuicans, ventrem hastili, caput sagitta confixus, duobus præterea vulneribus acceptis in facie, concidit: super eum præliantes egregiè centum circiter aulici primæ nobilitatis viri sternuntur: quotû cû animi magnitudo ac fidelitas omnium, tum præsertim adolescentuli cui uida quartumdecimum annum agentis enituit: qui cû in certamine hostes pænè obstupescisset audaciæ miraculo, eumque viuum sublato undique clamorè conarentur excipere; ille Cubum defunctû inuitus, sibiq; turpissimû ratus Regi suo Dominoque superstite esse; gladio confestim abiectio sicam arripuit, abscissoque sibimet gutture eandem sicam adegit in viscera. Inter hæc hostes, qua per incendia paruit aditus, in regiam frequentes irrupunt; fratrem Cubi Bonzium vnâ cum matre, nequaquam vel huius senectutem vel illius adolescentiam miserati, acerbissimè contrucidant: regia gaza diripitur: cuncta ferro flammaque miscentur: honorariæ puellæ ac pedisequæ regulorum ferè ac principum filij, & clarissimis ortæ familiis, omnia miserabiliter eiulatu gemitibusque complentes, inter obsessos armatis exitus conantur sibi fuga consulere; quarum aliqua vestimentis etiam in illa ipsa immanitate petulanter atque proeaciter à militibus exuuntur: alia verò ad viginti, dum ancipiti metu distractæ, hinc micantes horrent gladios, inde sæuienti perterritentur incendio; in conclaue quoddâ abditæ, quo nondum flammæ peruaserant, igne deinde grassante opinione celerius, ibidem oppressæ, atque ad vnâ omnes obsumptæ sunt, porrò Cubi ipsius filia duæ ad pedes hostium prostratæ suppliciter, Christiani cuiusdam beneficio, in ædes propinquas amicorum, incolumes euasere. ar mater ipsarum regina, inter ancillarum greges tum quidem elapsa feliciter, in quoddam sese cœnobium recepit, passibus mille circiter & quingentis ab vrbe disiunctum; sed paulo pòst à conquistoribus deprehensa, ubi sese Daiondoni & Mioxindoni iussu morti destinatum esse cognouit; chartam atque atramentum poposcit, scripsitque sua manu multis verbis ad filiam vtramque litteras, quarum erat clausula, viro suo per summam iniuriam à rebellibus interempto, se quoque nullo suo merito ad necem rapi: verumtamen æquissimo animo sese mortem obire, nec dubitare quin hoc totum pro sua infinita clementia de se statuisset. Amida,

quo citius ad paradisi gaudia peruenire, ibique Cubo suo in perpetuum perfrui sibi liceret. Deinde obfignata epistola, cum Bonziis apud quos deliruerat gratias egisset, ad aram Amidæ perrexit: ibi manibus sublatis in cælum, obtinendo indulgentiæ causa Amidam bis inuocat nominatim, & simul cœnobiarcha ad absolutionis indicium manus capiti supplicantis imponit. inde regressa in cubiculum, elatis manibus Amidam rursus appellans, à militibus iugulata est. Iam verò qui Cubo in extremo certamine affuerant, eorum ædes direptæ, suburbana ædificia solo æquata, corpora simul cum ipso palatio concremata sunt. Cubi tantum cadauer, hostium permisso, à Bonziis ad rogam ac sepulturam elatum est in cœnobium, quod ille ad eam ipsam rem ingenti sumptu construxerat. primarius autè quidam è Cubi familiaribus peregre proficiscens, cum rem gestam in itinere cognouisset, Meacum rediit illico: atque vbi regiam deleram & omnia versa vidit in cineres; sepulturæ locum rectè petiit, ibique dissecto sibi ventrem super Cubi tumulum corruit. Sorores Cubi duæ sunt Bōziæ; quas quamuis inclusas cœnobio, nihilo minus aiunt peti conuitiis atque ludibriis hostium; atque ob id ipsum à sodalibus perpetuò custodiri vigiliis distributis, ne sibi necem ex desperatione consciscant. Nos interea ciuitate ad acerbum adedè spectaculum ingenti pauore perculsa, cum domum nostram neophyti confugissent, ad preces ac Litanias conuersi videlicet, mortem expectabamus in singula pænè momenta; nec fanè, quod Bonziorum in nos odium est, quæque eorundem apud Mioxindonum atque Daiondonum gratia & auctoritas, multum ab extremo periculo absumus; sed cum ad nos clam venisset pro amicitia scriba Mioxindoni, pectus feriens, & impietatem Domini sui grauissimè detestans increpâsq; multis deinceps nuntiis atque interpretibus vltro citroque missis, magno vix tandem labore impetratum est, sacra iâ veste cæteroque instrumēto in pacata loca præmisso, vt exfulatum nobis abire liceret. Itaque Gaspar Imorim ad Christianos profectus est, ego parua sum relegatus in insulam nomine Cangam. Atque vt intelligatis, nisi hæc tam atrox repente procella existirisset, quâ latos Domini vinea fructus ostenderet, quo die discessimus, (is fuit sanctæ Mariæ Magdalenaæ sacer) eo ipso die, quamquam in magna trepidatione ac tumultu, Bonzius vnus, laici duo è Mioxindoni familia Baptismi Sacramento renati sunt. Quod superest, patres fratresque carissimi, vobis orandus est etiam atque etiam Deus, vt afflictas res pro sua bonitate sapientiaque restituat: ne stultis ratiocinatoribus, & occulta iudicia Domini parum æqua lance pensantibus, plus

diabolus ad euerfionem Eccleſiæ Meacenſis, quàm Chriſtus ad eiuſdem tutelam deſenſionemque valuiffe videatur. Ex Iapouis inſula Canga, menſe Auguſto, MDLXV.

ORGANTINI BRIXIENSIS AD
SOCIOS ROMANAM.



ON eram neſcins (fratres mihi cariffimi) quã grata veſtris auribus accidere ſoleant ea, quæ de noſtroꝝ hominum laboribus atque periculis ex India perferuntur ad vos. Quocirca prætermittere nolui, quin ex iis quæ hoc anno præcipuè contigerunt, nonnulla perſcriberem, præſertim verò felicem Franciſci Lupii obitum, qui vna cum fratribus noſtris duobus ante vnum menſem, pro conſtanti Catholice fidei confeſſione, à Mahometanis interfectus eſt: vt ſimul intelligatis & quantopere diuino ſubſidio veſtriſque deprecationibus egeamus; & quæ maximè requirantur in eo, qui Indicam hanc expeditionem atque prouinciam expetat.

Illud igitur primū: patres duos, Ramirum & Alcarã, è vita migrasse (quos ignota quapiam in regione viuere putabamus) hoc anno deniq; pro certo cognouimus. Ii ante biennium Iaponie regna petituri, onerariam quandam in vrbe Cocino conſcenderant, fanè inuiti, vel quòd nauicularius vir potens, nimia lutri cupiditate, mercatores in ſuam vnus nauem merces imponere per vim & iniuriam cogeret: vel quòd ob idipſum nauis inuſto pondere prægrauata preſſaque interitum haud obſcurè denuntiaret. Verum, vt æquè clemens ac juſtus eſt Dominus, ſacerdotes hoſce duos permiſit in eodẽ verſari discrimine, quorū officium ac pia ſedulitas tot mortalibus per cõfeſſionem ſacram expiandis confirmandiſque in extremo ſpiritu non deſſet. Secunda nauigatione Malacam vſque delati, atq; inde proa in Sinas directa, cū iam in Sionis perueniſſent ſinū, atrox repente procella cooritur, eo vento excitata quem Typhonẽ appellant. Is, ex Occidentali ferme plaga violentus erūpens, & rapida vertigine circa orizzontem rotatus, aſſiduis incrementis horarum circiter viginti ſpatio circulum conficit: impetu horribili ſcuiſque turbinibus vaſta illa æquora vehemētiffimè cõmouens agitansque: decumanis vndique fluctibus inſurgentibus, qui inter ſeſe velut arietantes atque collifi, omnẽ ſalutis ſpem nauigantibus adimunt. Ad hanc igitur tempeſtate adeò periculofam, cū ingens etiam oneris iniqui pondus accederet, ſolutis carinæ cõ-

pagibus,

pagibus, totam nauem æstus absorpsit, sic, vt nullæ planè reliquæ superfuerint. Erat in eodè cursu iunco, (oueraria Sinëtis est gen^o) qui singulati Dei beneficio portum tenuit, ex eo deinde cognitum est, nauem, cum imminenti exitii signum æneo totmento frustra dedisset Sinis, proprio metu laborantibus atque sollicitis, paulo post hæustam fluctibus apparere desisse.

Perculit casus is vehementer Indiæ colonos: nam & aureorum quadringentorum millium & permultorum hominum daninum est factum, complures etiam viduæ atque inopes relicta mulieres. Neque verò, humana ratione rem æstimantibus, eius incommodi pars minima peruenisse videtur ad nos: duobus è Societate nostra viris amissis, quorum opera magno rei Christianæ vsui in hisce regionibus esse procul dubio potuit. quamquam speramus illos eò migrasse, vbi vel maiori esse nobis auxilio suis apud Deum suffragationibus possint: neque enim parui ducendum est, in eiusmodi causa pro Christo laborantes, è vita excessisse.

Periculo simili persuperti sunt etiam Andreas Fernandez & Ioannes Capralis: alter Sinas, alter è Sinis Iaponam petens: quorum vterque asseuerat pro miraculo haberi, si quis Typonis violentiam effugiat, præsertim verò, si totam noctem sauite perseuerauerit: itaque in tali re nautas, desperata salute corporis, ad vota potius quam ad armamenta; ad expianda peccata, quam ad humana remedia solere conuerti: quippe non modò vela vis venti dilacerat, distringitque malos, & quicquid exstat ex aqua dissoluit; sed etiam ipsa nauigia (præsertim si minus onusta sint) atrepta, & in terras vsque longo tractu cõtorta affigere dicitur. Occupat autè ventus hic matium quicquid est Malacam inter & Iaponè, frequens à mense Maio vsque ad Septembrè, quo maximè anni tẽpote hæc maria nauigantur. Vos itaque, fratres carissimi, qui Sinensem hanc & Ioponicam expeditionem Christianæ fidei propugnandæ gratia opratis, comparate vos ad mortè in itinere obeudam, sicuti obière duo illi priores: & contrà, putate vos iter incolumes posse conficere, quemadmodum posteriores hi duo, quos diximus, consecutunt. qui in hisce versatur orbis terræ partibus, huic nihil minus quàm de tuèdo corpote laboradũ est: ea quotidie vitæ pericula occurrunt. Et sanè ita constitutũ & affectũ animo quèque esse oportet, mortem vt omnino contemnat: nimius quippe metus & cura corporis, spiritalè & nostrũ & aliorũ profectum haud mediocriter impedit: quod in se quisque re ipsa tepetiri & cognoscere facilè poterit.

Anno proximo Franciscus Viera Goam è Molucis veniens, cum paululum processisset, nauis in syttes & scopulos incidit, factioque naufragio,

naufragio, mari sese commisit impetitus homo natandi: & bis ad ima demersus, ab utrinque denique semiuivus ad litus extrahitur: quò cum cæteri quoque comites ferè omnes, aliqua etiam parte comæatus tormentorumque recepta, se contulissent, novum eos periculum confestim excepit. cum enim incolæ Mahometani à Lusitanis hostiliter dissiderent, magna eorum manus ad eos trucidandos accurrit: sed nostri in locum natura munitum sese receperant, cuius opportunitate, itemque tormentorum usu, ab hostium incurribus tam diu se defenderunt, quoad navis alia Molucensis ereptos eo periculo Malacam abduxit. Multa Franciscus capitulis pericula narrat, quæ nostræ Societatis homines in Molucis insulis ferè quotidie subeunt: mira etiam de neophytis prædicat, qui eo præcipuè anno Christianæ fidei causa crudeliter oppugnati, magna etiam ex parte variis cruciatibus interfecti sunt: cum quidem mulieres ipsæ filios partim sinu complexæ, partim manu trahentes, opulentis instructisque domibus consultò relictis, per sylvas errarent, ne susceptam recens Christianam religionem ciurare aut deserere cogentur: aliæ verò vnà cum liberis, in IESU Christi confessione fideliter persistentes, gladiis impiorum occumberent: multi præterea adolescentuli, eiusdem fidei retinendæ causa, ingentia maris spatia trajicerent, ex insula tranantes in insulam. Atque etiam illud, idem Franciscus addebat: quo tempore Mahometanorum metu, post naufragium sese munito illo, quem diximus, continebant loco, eodem contendisse pueros, non plus decimum aut duodecimum agètes annum, qui noctu natantes, veriti ne per imprudentiam iaculis peterentur, clamarent: Ne librate, ne librate, Christiani sumus: quotum constantia nostri ad lacrymas usque permoti, & cæterorum quibus opem ferre non poterant calamitatem miserati, eos in comitatû suum gratulantes acciperent. **Quin** petitis, fratres, ut vitam vobis in hisce regionibus ponere liceat, quoniam quidem ipsæ mulierculæ puerique ad mortem pro **CHRISTO** obeundum exemplo suo nos prouocant?

Qui è nostris in ora Comorinensi rem Christianam procurant, iis grauissima impendent pericula tum à Mahometanis, tum à Narsinganis, quos Badagas vocant, regionum ferme vectigalium exactoribus. Est etiam in primis opportunum & contumax genus hominum militarium, qui Naires vulgò dicuntur. Ex iis quidam iuridicundo præpositus, cum in templo nostro forum ageret, Andreas Fernandus, (qui Romano in isto collegio quondam versatus est) indignitatem rei non ferens, Mahometanum inde amouere omnino constituit: ad eumque conuersus: An tu facile patiaris (inquit)

(inquit) eiusmodi munera in vestris phanis exercere Christianos? respondit ille: nequaquam. Rursus Andreas: ita ne verò: delubra vestra dæmoni dedicata nulli functioni, quæ vobis minùs decora videatur, parère perinitritis: nos nostra templa vero Deo ac Domino consecrata per summum scelus profanari ac pollui negligemus? tum acriori etiam spiritu: Apage, inquit, apage te. Atque hac increpatione permotus barbarus in præsentia excessit ille quidem, sed paulo post, ut erat animo elato ac superbo, doloris impatiens, armatorum plus centum coacta manu rediit, ut Andream occideret: quasi verò non vnus in id facinus foret satis. Andreas autem, cognita re, neophytum comitem suum, ne quid primo illo impetu eaperet detrimenti, magna festinatione in tēplo conclusit: ipse pro foribus, innixus arundine constitit, mortem exspectans. & Mahometani quidem arcibus & scelopis instructi cum adessent, horrati se inuicem ad manus Andream inferendas, ibidemque satis diu morati, (ex quo diuinam prouidentiam in Andrea tuendo facile intelligas) denique re infecta, nullo planè resistente, discedunt, hominē profus intactum atque illæsum relinquunt: ille verò eiusmodi euentu erectus & in ea sententia confirmatus est, placere Deo, ut improba illa ethnicorum iuris dicundi consuetudo è sacris ædibus tolleretur. itaque rem magno conatu aggressus, quod voluit ea tota regione perfecit. Idem cum neophytū, qui à baptismo sese Mahometanis ritibus contaminare non dubitauerit, in custodiā tradidit iussisset; pagani ii, apud quos neophytus piaculum illud admiserat, publicis nuntiis ab Andrea petunt ut hominem eximat è custodia, liberumque dimittat. æquum esse negat Andreas. Illi iterum ac tertio reperunt, mortem in super minitantes, cum nihilo magis flecteretur, facta manu in hominem ire constituunt. certior fit ea de re Andreas à quibusdam Christianis monentibus ut nescio quò se recipiat: verum ipse recusat, utrumque locū inquiring hostibus æquè esse obnoxium. Tū è Christianis quidā: Vis ne, ait, pro tua defensione populus ad arma concurrat? Nequaquam, respondit. nauigiū vos mihi dumtaxat in fugā, si opus erit, instruite. Hæc verba dum fiunt, ecce tibi repentè magna hostium multitudo superuenit; qui cum Andream aliquamdiu circumsterissent, (mirum dictū) ne asperioribus quidem verbis eo compellato, nedum occiso digressi sunt.

Pagus est alius Mahometanorū, qui, cum acre incensumque Andream studiū Christianæ fidei propagandæ ferre nō possent, communi consilio, cum primū illac ei transire contingeret, ipsum è medio tollere decreuerant. verum simulatque eò peruenit, tanto eos terrore Dominus percussit, ut quasi cum ingenti exercitu

in oppidum irupisset Andreas, ita sese abderent omnes, nec appa-
rere quisquam auderet in publico.

Hæc, ut dixi, atque alia huiusmodi pericula in eo tractu sunt præ-
nè assidua: ut nostri imminentibus hostibus loca sæpe mutare, sæpe
etiam lintres conscendere, atque in mari pernoctare cogantur. Ma-
hometana est natio Malabatica. ii ferme piraticam exercent,
Christianis maximè infesti, quòd multi iam è Societate nostra
fenserunt. Petrus Vaës unà cum Socio missus Damantum, præ-
nè iam absoluta navigatione, quinque Malabarinum biremes obvias
cum vidisset, quàm celeritè ad littus appulso nauigio, cum re-
liqua nauali turba vectoribusque descendit, nec tamen ita matu-
rare licitum est, quia Malabates extremum agmen assequuti, vitos
aliquos feminaque perimerent. Nostri duò non tam pernicipi-
tate corporis aut robore, (tridua præsertim inedia & valetudine
propè confecti) quàm singulari quodam Dei beneficio præsentì-
que ope, ex hostium elapsi manibus, imminente iam nocte sese
ignotis inuisisque itineribus ac saltibus commiserunt. Augebant me-
rum hinc indagantes piratæ, inde incolæ Christianis infensi, cum-
que totam ferè noctem errassent, denique labore ac defatigatione
victus Alfonso in itinere substitit, sociumque compellans: Mihi
quidem, inquit, harum gètium feritatem (quoniam sic placet Deo)
dintius euitare non licet. Tu tibi, frater, ipse consulto. Interea se
dies aperit, armatorum aduentantium manipulum adspiciunt: haud
dubiam tati sibi eadem imminere; ad preces, ut in se tali,
confugiunt, ambo sese victimas offerunt Deo. Sed res contrà quàm
putauerant, eecidit; nam Brachmanes quidam eius regionis in pri-
mis opulentus, descensione piratarum audita, ad nostros conqui-
rendos periculòque eximendos eam armatorum manum ultro di-
miserat. ii sublatum in humeros Alfonso, ponè sequente socio,
ad Brachmanem perduxerunt, qui eos liberalissimè exceptos, ei-
bo somnòque refectos, datis etiam præsidii causâ comitibus, li-
beros Damantum abire permisit. Eximiam huiusmodi Brachmanis (ut
tanta præsertim barbaria) humanitatem ac beneficentiam Domi-
nini pro sua benignitate compenset. Idem Alfonso Damano Goà
reuertens, in pitatas denuo incidit, verùm euentu meliore, quippe
à Christianis prælio commisso, biremi una, celocibus duabus præ-
dones exuti sunt.

Petrus quoque Martinius hoc anno Bazainum ex obedientia
nauigans, in hosce Malabares incidit: à quibus præculdubio captus
esset, nisi egregiè instructum, quo vehebatur, actuarium medios
hostes felici conatu atque impetu petrupisset: quæ tamen res haud
omnino

omnino cessit impune: etenim nauarchus noster in ipso transitu grauius à prædonibus ictus est.

P. verò Dionysius hoc item anno tendens Cocinum, cum ex itinere Mangalorem attigisset, ubi tum castris positus Lusitani urbem obsidebant Regine cuiusdam Christianæ nominis inimicæ, (quæ urbem deinde captam euecterunt) togatus ut descenderet ad militis confessionem audiendam periculoso vulnere laborantis, cum iam esset in littote, barbati nec opinantes Lusitanos magna vi repente adorti, nonnullos etiam, qui erant cum Dionysio, occidunt: ipse, ut se ad ætuarium reciperet, non minori periculo in mare se projicit, natandi peritia nulla, mortisque præsentis quorundam ope substractus est.

In eodem exercitu versabatur cum Socio vno Ioannes Franciscus Stephanonius. is præterquam quod militum confessionibus audiendis, cum res exigeret, operam dabat, sæpe etiam hostium telis caput objiciebat suum. quippe qui, quotiescunque certandum esset, in primis ordinibus imaginem præferens Crucifixi, militibus cohortandis instaret. circa quem pugnantibus caderent plures, incolumem semper eum diuina prouidentia præstitit.

Naues Christianorum duæ, cum ab Armuzia soluissent, in Malabares inciderunt, quarum altera capta est, altera Dei beneficio effugit, quam Petrus Touarius cum Socio item vno conscenderat.

Iam verò tres alii è nostris, in iis Melchior Nonnius, Goa Cocinum versus profecti, circa mediam nauigationem Malabaribus hisce piratis occurrunt, qui celocibus aliquot, & hippagine equis onusta, quam de Christianis antea ceperant, onerariam nostram aggredi non dubitarunt, in primis totius Indiæ grandem ac validam. Sed non paruo ipsis ea stetit audacia: victi quippe fusi que sunt, multis ipsorum in prælio cæsis: hippagine etiam à nostris recepta. Nimis longum faciam, si cunctas eorum insidias persequar, quas nemo nostrorum hoc anno expertus non est, cui quidem hæc maria nauigare contigerit.

Salfetana insula in proximo sunt, in quibus ethnicorum ducenta, Christianorum duo circiter millia numerantur, in Ecclesias quinque descripta, quibus in singulis bini è Societate rem Christianam administrant. Has porro insulas euripus bene longus à continenti disungit. in euripi littore statio quædam est, ubi à prætereuntibus etiam viatoribus Salfetani barbati vectigal per summam injuriam exigunt. ed cum peruenisset vnus ex decem iis, quos in ea diocesi versari diximus, paucis neophytis custodia causa comitantibus, ut è Sociis quendam inuiseret, Mahometanorum actua-

actuatiolis per multis breui temporis spatio circumuentus est. Ad primò quidem sat molli brachio de nostris conqueri incipiunt, quòd in transitu ad portorium soluendum appellere negligent: deinde, cum sacerdos mercatorem se negaret esse, nec huiusmodi oneribus obnoxium; itati nauigiola sensim applicant, neophyrorum arma nonnulla surripiunt, sacerdotem ipsum injectis manibus vi conantur abducere: quod ubi minùs è sentètia cessit, vniuersam denique feritatem ac malitiam expromunt: contis, jaculis, lapidibus hominem perunt, ingenti arrepta parma se protegentem, neophytis etiam egregiè propugnantibus: quorum vnus, cum iam eius loci præfectus grauem ictum in caput sacerdotis libreret, aliam nullam cernens defendendi rationem; ex arcu, quem habebat adductum, emissa repenti sagitta Mahometanum trahit: is continud moribundus in mare delabitur, tum cæteri se recipiunt, sacerdote ex altera parte semiuuo relicto, parma (cuius munimèto seruatùs est) locis compluribus perforata. Eo casu cognito vicini Brachmanes in subsidium frequentes accurrunt, & quadam quasi lectica è lignis ac linteis raptim exstructa, exceptum hospirio sacerdotem, admirabili quadam humanitate, quibus possunt medicamentis curant, deinde vehiculo satis commodo impositum, ad ipsius ædem, vt inde Goam transueheretur, deportant: Goam demum delatus ex vulneribus æget, dies amplius quadraginta decubuit. Atque iam antea ille ipse præfectus alios tres è nostris ibidem interceptos, domumque suam abreptos, multis probris contumeliisque vexauerat.

Nondum vigesimus agitur dies, cum ibidem Balthasar Gagus est caprus: ac Pondam perductus, à Mahometanis Præfecto regio sistitur. Expostulanti quòd vectigal sibi non solueret, & quædam alia querenti, Balthasar satisfecit egregiè. Tum ad Christianos quoque iam iussus diuertere, incolumis ad nostros postero die remissus est: nimirum propterea quòd Prætor Indiæ cognita re, statim omnes huius insulæ exitus custodiis occupat, edicto proposito ne cui prorsus Mahometano excedere liceret: multo etiam vehementius acturus atque seuerius, ni Gagus tam properè dimissus fuisset.

In eadem Salfetana regione Gagus in latrones cum incidisset, summo Dei beneficio manus eorum effugit; quòd sclopus, iam in ipsum intentus, flammam è fomite non arripuit. Hoc verò tempore ea loca Mahometanis aliisque grassatoribus admodum infesta nuntiabantur, magno utique nostrorum periculo: quos tamen (vt speramus) Dominus pro sua clementia proteget. Prætor

etiam,

etiam, quò die hæc scripsi, militum cohortem ad eos fines tuendos miserat.

Iam verò de Francisco Lupio nostro quid dicam fratres? de cuius obitu è Melchioris Nonni epistola, regionibus illis pro Societate præpositi, sic accepimus. Idoneam nactus nauem, & cum cæteris rebus, tum verò epibatis nautisque plus centum instructâ, vnâ cum fratribus, eiusdem Melchioris iussu conscenderit. iter vnus diei prouecti, postridie in Malabarium celoces quindecim incidunt. pugna committitur, quam nostra navis, vt erat egregiè ornata, ad vesperam vsque fortiter sustinet. ad extremum, intentis in prælium Christianis, tormentatio puluerti casu quodam ignis admotus adedè vehemens excitauit incendium, vt primo impetu, superiore nautis parte diffracta, homines aliquot in mare proiecerit. quo viso hostes nauigia propius admovent, partim vt nantes excipiant: partim etiam vt aliquid, si possint, ex onerum reliquiis rapiant. sæuiebat ignis interea, multisque iam partibus cõprehësis, oneraria instar fornacis ardebat. Vectores ac nautæ, prout ad quemque ignis accesserat, ita se quisque è nauî præcipites dare, tum vita seruitutem pacisci; nostri quattuor, etiamnum in angulo, quo nondum flamma peruaserat, continere sese, & preces ad Dominum fundere, incerti quod potissimum optarent exitii genus: quippe, si eodem loco persisterent, iam iam deflagrandum: sin mari se crederent, vel aquarum vi moriendum sibi esse cernebant, vel hostium certè iaculis, ni vellent in ipsorum potestatem venire, quos à Societate nostra præsertim capitali odio distendere non ignorabant. cum diutius deliberassent, rem totam denique Dei bonitati committere, ac ceteros imitari constituunt. dum igitur in alto iactantur, Franciscum è tonsura capitis pro sacerdote cognitum illico Mahometani in celoces accipiunt, certi hominẽ aut vita priuare, aut à CHRISTO disiungere. quærunt ex eo proinde, vel itne, CHRISTO deserto, Mahometem sectari: ego verò nequaquam, ait egregius CHRISTI miles. instare illi acrius, eademque, ni pareat, strictis intentare mucronibus. at ipse fortioribus etiam oculis eadem illa respondit. qua viri constantia ad rabiem concitati ac furentes barbari crudeliter hominem contucidant. ille, præclaro nobis veræ virtutis documento relicto, dæmonis victor migravit ad Dominum. Huiusmodi triumpho ad sacrosanctæ fidei amplificationem vtinam Dei benignitate quàm plurimis nobis obtingant.

De reliquis, duo vel eundem exitum sortiti, vel inter natandum lanceis confossi putantur. id autem ex eo conicitur, quòd omniũ

captiuorum indicem seu catalogum accepimus; in quibus vnus dumtaxat numeratus è. nostris: quocirca duos, vt dixi, mortuos arbitramur. Melchior ab eodem loco abest propius; is totum euentum clariùs fortasse cognouerit, Romamque perscripserit.

Restat quattuor, Antonius Dionysius nomine. hunc ad tetram enatantem prædones cur diutius persequerentur, non fuit: alii quippe iam in littore ad prædam parati constitent: à quibus Antonius, quæ gentis est impudentia & immanitas, omnibus etiã interioribus vestimentis exutus, in oppidum quoddam abreptus est. Hunc Mahometani incolæ, adhuc ignari quisnam sit, in vincula catenasque coniectum ita benignè tractare dicuntur, vt nudus humi cubet stragulo culcitrate nulla, non plus scutellam oryzae quotidie in cibum accipiat. sed eum Goæ propediem affore sperabamus, quandoquidem in redemptionem est iam curata pecunia.

Nunc, quoniã tũ ex hisce difficultatibus & incõmodis, tũ ex aliis, quæ ad vos è Iapone fortasse perscripta sunt, satis vt arbitror intelligitis, in hæc Indiæ regiones venire, aliud esse nihil, nisi doloribus mortibusque, Christi Domini causa, vltro offerre sese, modũ epistolæ faciã, & alia pericula silẽtio præmittã, quæ maiorẽ etiã animi virtutem roburque desiderant. Illud vos tantũ rogo, & per commune omnibus nobis beneficium huiusmodi nostræ vocationis obtestor: vt pia quadam abdicatione rerum omnium (non omissis interim aut neglectis iis, quæ vestræ fidei curæque commissa sunt) expetatis ardentè, Deumque assiduè deprecemini, vt liceat vobis, ad animas vestras & corpora eisdem immolanda, in hæc loca contendere, vtrique ad idipsum in primis accommodata. Quod vt impetrent pauci, non parum ramen omnes ea petitione profecerint: etenim si Dei thronum atque præsentiam frequentare, caput vitamque vestram pro salute animarum ei deuote non deseritis: profectò vestra illæ studia non modò pro sua bonitate approbabit, sed etiam pro merito cuiusque remunerabitur. Præterea, fieri non potest ad mortem vt se quispiam comparet, quin idẽ ab hac vita misera sese diuellat ac separet. Dicã planiùs: quisquis pro Christi Domini gloria mortem verè & ex animo exoptat, idem nullo negotio prauas animi cupiditates coërcet, quæ res ad Deum & sanctè colendũ & facillè valet plurimũ. Itaque sic habetote fratres mihi carissimi: eos imperus animi eaque desideria, quæ fundamentis huiusmodi non nituntur, assidua precandi exercitatione coniuncta, nequaquam esse huic Indiæ legationi atque oneri paria: quippe, quo minùs

fundata sunt, eo facilius variis & quotidianis incommodis labefactata subsidunt paulatim & concedunt. contra, si matura stabilique virtute subnixæ fulciantur, ingruentibus laboribus atque periculis non modò non quatiuntur aut cotruunt, sed etiam magis magisque confirmantur & corroborantur in dies. Quocirca obseruet etiam atq; etiam vnusquisq; se, videatque quemadmodum ambulet: omnibus autem nobis, ad sanctam ipsius volùtatem ac placita ritè exsequenda, spiritum Deus ipse virèsq; suppeditet. Amen. Goa, V. Cal. Ianuarii, MDLXVIII.

FRANCISCI GASPARIS, AD IOANNEM
BAPTISTAM MONTANVM.



SUPERIORIS anni res gestas in vinea Domini scripsi ad te antea fusiùs. nunc quæ sint deinceps acta narabo. In ditione Barptolemæi dynastæ versatus adhuc est Ficeredijs, vbi Christiani subinde facti complures, in iis nobiles aliquot. Cætera ex ipsiusmet Ficeredii litteris cognoscuntur. Porro in hac vrbe Co-

chinoco, vbi ferme agit Balthasat Lupius, multæ confessiones per interpretem sanè magno cum animarum fructu ab eodè exceptæ. Complures etiam, in ligni ante id tempus pertinacia, flexère tãdem animos, & præter omnium spem sese ad Christum adjunxère. Præterea, cum graue instaret huic neophytorum gregi periculum, partim ab ipsomet regulo, qui à Christiana religione vehementer abhorret; partim etiam a quorundam leuitate, qui nondum erant in fide fundati; diuinitus factum est nec opinantibus nobis, vt multi primùm ad verbum Dei audiendum, deinde etiam ad Baptismi Sacramentum accederent: & hoc ipso tempore numerus augebatur in dies. Quo de genere toto quoniam ad vos puto Balthasarem ipsum plura scripturum, hæc strictim attigisse contentus, veniam ad res Amagusanas, qua in vrbe ego, & Ludouicus frater, & Laurentius Iaponius hyemauius hoc anno, ipsius Amagusani Toni rogatu: qui cum Euangelii audiendæ causa crebris me litteris inuitasset; nec mihi, nec iis quos ea dere consului, vilo pacto amittenda visa est aded præclara Christianæ propagandæ religionis occasio. Fundum igitur venimus primùm. quo nomine oppidum, in primis munitum ac frequens, quidam ex Toni popularibus obtinet. Hic, vbi è naui descendimus, obuiam nobis è nobilitate prodière permulti nõ sine lætica, qua triam circiter millium intervallo ad oppidũ vsque deueherer.

neque tamen ea sine vsu, quamquam id illis admodum ægre ferentibus. Bonziorum deinde cœnobia excepti sumus, vnde ipsi cū suis idolis Toni iussu paulo antè migrauerant. Huc ille nobis cū xenia protinus misisset, paulo post ipsemet nos gratulabundus inuitit. Affuere mox magistratus etiam, publicè gratias agentes nobis, quòd ad legem Dei prædicandam venissemus ad se. Paucis de hinc diebus in adeundis officii causa principibus, & ciuium beneuolentia concilianda consumptis; conciones in eodem cœnobia haberi cæptæ: ad quas præter cæteram turbam Tonus quoque cum atcis præfecto & aliis proceribus ventitabat, eo quidem animi sensu, vt ex iis aliquot ipso statim initio baptismū expeteret. Sed enim diabolus in humani generis perniciem intentus, cum futuræ messis copiam cerneret, conatui nostro sese vehementer obiecit. Dynasta Xichien sis est Amagusano finitimus, cuius in ditione nonnullas habemus Ecclesias, Michaële Vasa præfide is ad Lusitanorum allicienda nauigia, tantisper dum eos falleret, suscepta Christiana religione, deinde per summum scelus perfidiamque deserta; dæmonis instinctu (quem sibi apparentem aspectabili forma & adotare coràm & alloqui dicitur) nec non Bonziorum suasu, quos plerunque graues aduersarios experimus, cognita propensione Amagusani populi ad fidem Euangelicam, tam multiplices adhibuit machinas ad Tonum cæterosque ab eamte auertendos; vt res tota frigere continuò caperet. Quòd ego magno meo dolore cū vidissem, ne in iis locis operam diutius perderem, patum absuit quin te infecta redirem: sed ne nullum omnino exstaret operæ pretium, placuit expetiri ecquid in oppido vicino profici posset, cū aliis nominibus celebri, tum quòd illic Tonus maiorem ferè partem temporis habitat: sed ibi quoque desertoris eiusdem, & aliorum Diaboli satellitum scelere aditus nobis omnes ad animarum salutem obstructos offendimus. itaque trium circiter mensium ibidem spatio per ingentes labores summamque hyemis asperitatem exacto, cū nulla iam superesset rei bene gerendæ spes; ecce tibi repente immutata diuinitus voluntate Amagusanus Tonus baptismum efflagitat, idque cum multis, quos imitari deinceps ex aliis quoque vicis & oppidis pluri sese ad Christianam Ecclesiam aggtegarunt. in iis etiã (quòd mirere) Bonzius concionator insignis, idemque princeps Icoxuanæ familiæ, quæ in his locis hominum secta Luterianæ videlicet in Europa respondet; siquidẽ ad beatitudinẽ requiri aliud nihil affirmant, præter vnus nomen Amidæ: eiusque præstantissimis & salutaribus humano generi meritis injuriã fieri, si quis ope-

ra virtutis & suā cuiusq; industriam esse præterea necessariā ducar. Conuersus ad Christū est etiā Toni filius adoptiuus, eximia spe summæ virtutis adolescens: huic ante baptismum magna fuere cum Bonziis, & Camisama Toni vxore certamina, sed omnes difficultates Deo adiuuante perripit amor cognita veritatis, & mira quadam animi inuicti constantia, idēque duodecimo quā renatus est die, cū audisset nos profectiōē parare; voluit omnino vel minima quæque delicta sacramento cōfessionis eluere; ac mihi neganti opus esse, quod è recēti baptismo emerisset ab omni labe purus ac splendidus; institit nihilominus ille, cū diceret ignorare se quidnā sibi euenturū esset absente me. Cessi igitur deniq; incensis officio precibus, & aures neophyto præbui, tā scienter, tā dispositè singula recensenti, vt non sine stupore ego quidē oblatā eius animo lucem & impertita diuinitus charismata recognoscerem. Atque hæc antequam ego discessi. postea verò (quemamodum ad me delatū est) Camisama accersitum adolescentem interrogat, num Christiana sacra sūcēperit, quāquam inuita ac repugnante se. Ille verò quod erat faretur ingenuè. Tum indignata mulier; & sua in eum beneficia, & illius ingratum in se animum exprobrans; iubet illum vultu senero confestim è sua domo facessere, neque suum in conspectum venire post hæc, qua denuntiatiōe adolescēs nō modò non exerritus est; sed etiam disertè respondit: ingenti sese gaudio exsiliū ignominiam & incommoda pro Christi nomine subiturum, sed cū ad tēplum a neophytis nuper exstructum venisset, teique totius manasset oppido rumor, adfuit Tonus ipse cōtinuò, & Bonzio quodam nobili secum adhibito, qui adolescentem à reneris educat; multis precibus mirigata Camisama, in eius gratiā innoxium filium incolumi Christiana fide restituit. Cum his ergo manipulis Dei beneficio Bangum versus inde profectus; Fundum ex itinere attingi denuo: prolatisque Toni litteris, quibus ad audiendum verbum Dei eunctos adhortabatur, ea fuit rerum conuersio, is ardor animorum, vt qui paulo antè nefario conatu prædicationem Euangelii vel maximè distinuerant, in iis etiam quidam è numero Bonziorum, immutati subitò sese ad nos adiuuandos enixè cōferrēt. Itaque diebus octo decēme, quibus ibi substitimus, præter aliam turbam, plus viginti è principibus ad Christum adiuncti sunt. Exædificandi præterea templi cura mandata certis hominibus, tantus denique omnium existit motus, vt cū primū huc redirem, sese Christianos fore vniuersi promitterent. ipse verò dynasta Fundanus cur nomen Christo dare supersederet, id cause afferebat, quod è patriis legibus necesse foret sibi, dum gens tota

prophanos ritus abjiciat, publicis eorum ludis atque celebritatibus interesse. itaque baptismo in proximum annum dilato, precædi formulas interim è catechismo ediscebat, Qui in Amagusanis finibus baptizati sunt, eorum numerus in vniuersum est duum circiter millium. In Bungenfi autem ditione conuersi aliquot: quidam etiam languentes erecti. Iam verò in ipsa quoque Xichi regione, quamuis desertore illo dynasta surrente minaciter, cum aliqua facta est ad Christi gregem accessio, tum insuper edita nonnulla sunt veræ fidei ac pietatis illustria documenta. Cùm enim è neophytis quidam propositæ capitis pœna perterritus, quæ humana fragilitas est, a Christi nomine defecisset; id vxor eius ita indignè tulit, vt vnâ cum filio sese à viri conuictu & consortio protinus remoueret, fortiter increpans: Auertat a me Dominus, vt cum eo viuam, qui mortis metu Christum ejurauerit: quo facto miser ille compunctus intimis sensibus, & culpam agnoscens, noctu clam ad Michaëlem Vasæum accessit: & effusè flens, ducensque ex alto corde suspiria, locum pœnitentiæ suppliciter petiit, paratus tanti peccati quodlibet subire supplicium: quin etiam certum sibi esse affirmans, relicta patria fortunisque omnibus, in Christianorum loca migrare, vt religionem susceptam liberiùs colere sibi liceret. nec fefellit fidè. nocte intèpesta ipse cum fratre ac duodecim præterea cõsiliij eiusdem locis abiit, qui omnes re familiari & agris, facta iam semète, neglectis, vagi & egetes Christo seruire potius, quàm domi diuites, & apud Principem gratiosi ac potètes idola colere, maluerunt. Nec minor in cæteris illius terræ neophytis, quàmquam numero paucis tenerisque, vittus enituit. Grauibus enim edictis contra Christi cultores à tyranno propositis; tantùm absuit, vt illi ab instituto recederent: vt etiam in exilium voluntarium Christianorum oppida patriis focis bonisque relictis abire, vel si res ita ferret, vitam pro Christo profundere communi consensu decreuerint. Qua cognita re, dynasta damnum simul & inuidiam veritus, reuocauit edicta: & accitò ad se Michaëli nostro multa promisit.

Facata est vrbs in primis celebris, quæ hostili rabie cum aliis oppidis nuper incensa & euersa, ac denuo propter loci opportunitatem exstrui cæpta, paulatim speciem veteris frequentię recepit: numeratque iam nunc ædificiorum ad tria millia, cum decem millibus antea censeretur, hîc ego & Ludouicus in transitu dies quattuor vel quinque morati, Christianos aliquot fecimus; multo plures vtrique facturi, si mensem vnum ibi ponere licuisset, is erat hominum vndique cõcursus ad nos. Ædificabat ibidem hoc tẽpore templum suo sumptu neophytus quidam; totus verò grex aliquæ

facet dotem magnopere postulabat: sed nemo erat quem daremus, magno sanè meo dolore; nam & illius populi inclinatio ad fidem; & ingens nationum varietas, eòdem commercii causa confluentiu, præclaram ostendit copiosa materiem frugis. Nuper etiam dynasta quidam, decem circiter a Cochinoco leucis, & locum nobis templo excitando, & in parochi sumptus vestigal annum detulit. Aliis item locis nostri ob id ipsum valde expetuntur: sed tanta paucitas est, vt nedum alia quærere, sed ne parta quidem tueri possimus: perit enim non vno loco Christiana res operarum inopia: quanto animi nostri mœrore non dico. magna tamen eramus in spe fore, vt Dominus pro sua clementia ac bonitate subsidium nobis aliquod tam necessario tempore mitteret: præfagiebatque nescio quo modo mēs, te quoque affuturum. optabam quidem certè vel maximè, non solum vt amicissimi viri congressu & colloquio fruerer: sed etiam vt exemplo tuo monitus ipse me recolligerem, quippe iam pridem variis curis & occupationibus valde distractus. Nobis Deus vberem gratiam & sui nominis caritatem cunctis infundat, vt omnibus in rebus ei quàm diligentissimè seruiamus, Amen. Cochinoei, ix. Calend. Octobris, MDLXXI.

LVDOVICI FROII AD ANTONIVM
QVADRIVM IN INDIAM



VA mentis humanæ peruersitate fieri dicendum est, Pater, vt quæ nobis Deus bona largitus est, ea carendo ferè magis quàm fruendo sentiamus? Id adeò ex obitu Vatandoni Comidoni clarissimi atque optimi viri quotidie certius ego quidem experior, cuius de incredibili studio erga nos nomenq;

Christianum vniuersum, licet sæpius te per litteras docuerim ante hæc, tamen hoc tempore, cum ille ingenti mœrore bonorū omnium in bello ceciderit, faciendum mihi existimaui, vt paulo fusiùs ad te perferiberem, nam & grati memorisq; animi officium id vtique postulat; & ipsa commemoratio laudum ipsius leuat aliqua ex parte dolorem meum; & ad celebritatem & gloriam Diuinæ providentiæ pertinere videtur, intelligi, nobis, in tam remotis regionibus intet Bõziorum insidias, & intenta in nos barbarorum tela versantibus, nõ deesse ne ex ipsis quidem principibus ethnicorum, tū nostræ salutis, tū Christianæ religionis ac fidei propugnatores acerrimos. Ac quo res tota clariùs pateat, repetã paulo alriùs initia ipsa & originè eius amicitia, quæ nobis sũ illo intetcessit. Christianus est

quidam in hoc Meacensi tractu non modò generis claritate conspicuus, verùm etiam propter egregiam virtutem ac probitatem summa apud omnes gratia, nomine Darius Tacaiama Fidanus. Is cum pro sua in Deum pietate, proque ea necessitudine, quæ sibi erat cum Vatandono, de rebus diuinis deque instituto nostræ Societatis esset aliquoties cum eo familiariter collocutus; hominem denique perpulit, vt concionis audiendæ causa ad templum nostrum accederet. Cum igitur ad Gasparem Vitelam vterque venisset, ex ipso Catechismi exordio disputatum à nostris est horæ amplius spatium, vnum esse Deum fontem & originem rerum omnium, quæ videntur quæque non videntur ex nihilo cuncta creauerit; ac simul peruersitas & amentia sectarum Japonicarum multis rationibus refurata est. Quæ omnia Vatandonus homo ingeniosus cum & patienter ad finem vsque audisset, & tanquam rationi rerumque naturæ consentanea valde probasset, egit in præsentia Gaspari gratias, operamque suam illi benigne admodum detulit. & quoniam certis de causis erat ei confestim in regnum Vonii (quæ ipsius fuit patria) recedendum, ad extremum adiunxit, vbi vacaret, se ad audiendum Dei verbum esse rediturum. Sequuta deinde Cubi cædes est, cumque ab iisdem coniuratis, qui Cubum opprefferant, crudelissimis hominibus, & Christianæ fidei inimicissimis, nos quoque ad necem inquireremur, fu- a nobis coacti consulere, multis peragratis locis, ad urbem Sacaium denique venimus, vt ibi tuto loco, & Meacensi ditioni finitimo, bellorum exitum & occasionem aliquam redeundi Meacum expectaremus. Interea Vatandonus, cuius animo aliis infederant quæ de vno cæli terræque Domino ac Deo nuper audierat, mirabiliter auxilium plura discendi, petiit à Dario Tacaiama per litteras, vt a Gaspare Vilela Japonium aliquem Diuinæ legis interpretem suo nomine postularet. quod vbi Gaspar cognouit, misit ad eum protinus Damianum, in erudiendis Japoniis popularibus suis in primis exercitatum, qui dum magna spe rei bene gerendæ concepra, Vonium iter contendit, eo ipso tempore demortui Cubi frater Cauadonus Voiacata, elapsus è coniuratorum custodia, ad Vatandonum opis implorandæ causa confugit supplex: quem ille non modò benignè exceptum ingenti sumptu & munificentiâ plus annu in arce sua Coea fouit atque custodit, magno ob id ipsum arce alieno cõflato; sed etiã, vt in fraternum imperium restitueret, finitimos Reges nationesque circumire atque omni ratione sollicitare non desit, quoad Nubunanga Rex Voaris, armatorum quinquaginta milliū exercitu cõparato, & Mioxindoni & Daiondoni, qui cõiurationis principes fuerant, repressa audacia, quæ dixi exsulem, in fra-

ternis opibus & gradu honoris amplissimi collocavit. Id fuit causa, cur Vatandonum absentem patria, & rebus grauisissimis occupatum, Damianus inuenire, ac per otium (vri sperauerat) religionis Christianae mysteria docere nequiverit. Venit deinde Sacaium Vatandonus vna cum praecipuis ducibus exercitus Nubunanga, cumque apud eum esset etiam Darius Tacaiama, tempus opportunum ratus Meacensis ecclesiae subleuanda: Vatandonum docet, occiso priore Cubo, nos etiam factione Bonziorum per summam iniuriam pullos Meaco, unquam postea redeundi potestatem impetrare potuisse, neophytorum gregem, paulo ante ab idolorum seruitute ad cultum vnius verique Dei traductum, orbum pastoribus in luctu & squalore iacere, de nostra magis quam de sua salute atque incolumitate sollicitum orat & obsecrat, ut dignum se suisque rebus gestis patrociniū nostri suscipiat, seque pro aequitate ac iustitia perditorum hominum scelere tutoremque opponat: id si fecerit, magnam non à Christianis modò, sed etiā ab ipso Christo Deo gratiam initurum. Quae ubi Vatandonus audiit, a laetitia mirabili delatam ad se causam recepit illico: meque confestim (nā Gaspar in Bungū iam pridē euocatus abierat) ad se nocte eadem accessit, ad quem cum adissem; tanta sum ab eo non dico comitate, sed veneratione acceptus, ut in cōfessu principum (quod Europaei nostri vix credant) de sella mihi quamvis emixte renitenti discesserit, aliaque more patrio signa summi cuiusdam honoris habuerit. Mecum ego Laurentium nostrum adduxeram: quem ubi Vatandonus Iaponium cognouit esse, conuersus ad eum: Quin, inquit, nisi incommodum est, mihi & proceribus hisce de Christiana lege deque vno rerum omnium conditore aliqua exponis: Tum ille, qua est facundia praeditus, in eam sententiam ita copiose tanta cum auditorum attentione disseruit, ut in mediam usque noctem sermo protractus sit. cum perorasset, eius orationem & argumenta magnis laudibus Vatandonus extulit, & simul nostram causam principibus, qui aderant, ex animo commendauit; quos ego cum officii causa postridie conuenissem, non modò me perhonorificè accepere singuli, sed etiam suum omnibus in rebus mihi studium operamque benignè polliciti sunt. Ad haec Vatandonus, qui Sacaiam populi tumorem & superbiam nosset, nec ignoraret, nos ex quo tempore Meaco sumus exacti, quasi profugos & abjectos homines vulgò cōtemni; ad conciliandam nobis auctoritatem & gratiam: semel iterumque honoris causa domum nostram non dubitauit venire, tanto stipatus grege amicorum, ut multitudinem via ipsa non caperet. Qui etiam Fabium Reoqueium iudicem Christianum primum virum, quod nos iam eo exilio benigne

gnè fouisset, accersitum ad se non modò magnopere laudauit, gratiasque egit illi mitificas, verùm etiam hominem de suo liberaliter admodum muneratus est, addens insuper, quicquid in nos officii ac beneuolentiæ contulisset vel conferret in posterum, id se perinde gratum esse habiturum, ac si totum in semetipsum collatum fuisset.

Post hæc Meacum reuertit: paucisque diebus interiectis fecit me per litteras certiore, se de reditu nostro cum Nubunanga & nouo Cubo transegisse: itaque Darium propediem ad me reducendum esse venturum. itaque factum est; quanto neophytorum gaudio, tu ipse existimabis, cum id propter aduersariorum summam gratiam atque potentiã sperare vix iam vllus auderet. Tandem igitur veni Meacum, & quoniam ædes nostras quidam tribunus militum occuparat; diuersti ad Christianum ciuem Meacensem, Antonium nomine, virum in primis honoratum ac nobilem: statimque nos Vatandonus ter deinceps inuisit, hospiti que nostro item, vt Sacai fecerat, dedit munera, ac petiit, nos ad aliquod tempus habere domi ne grauaretur: intellecturos breui Christianos quanta cum fide cura que Vatandonus Patrum negotia transegisset. quæ tanta significatio beneuolentiæ dici vix potest, quantam nobis apud illos existimationem attulerit. Nec ita multo post (sanè præter opinionem infidelium) quæsitum ipsemet me magno comitatu deduxit in regiam, fecitque & effecit omni artificio, vt inspectantibus & tabescentibus Bonziis, in magna principum frequentia, cum à Nubunanga tum à Cubo quàm honorificentissimè admitterer. Ad hæc, nostræ non modò mansioni & incolumitati, sed commodis etiam & ornamentis per litteras regias diligenter cauit: quæ quoniam ab ipsis etiam ducebatur, atque à principibus Bonziorum, non nisi magno auri argentiue pondere comparantur; cum idcirco Varandonus insciente me ad Nubunangam decem auri laminas iustæ magnitudinis attulisset; negavit ille subridens in tali causa opus esse muneribus: decretum ipsemet, quæ maximè vellet formula scriberet: se id confestim suo chirographo muniturum. Tum ille tanta regis in nos propensione animaduersa, scripsit non modò vt nobis tutò Meaci habitare liceret; graui pœna proposita, si quis nobis negotium faceretur; sed etiam vt ædes nostræ ab hospitiis militum (qui ferè in templa & cænobia diuiduntur) ac præterea vti vicinitas nostra tota à vigiliis obeundis præbendis ad munitionem operis, aliisque id genus oneribus esset immunis. quæ omnia cum à Nubunanga & Cubo, quamuis contranitentibus aduersariis, impetrasset; subscripta diploma

mata (quotum ipse in suo tabulario exemplum retinuit) magna sui animi voluptate vocato ad se Laurentio tradidit; pollicitis insuper, se daturum operam, ut Tribunus ille, qui nostras occupauerat aedes, iam pridem à Christianis desertas, excederet: idque multis adhibitis internuntiis tam diligenter curauit, ut ille denique in superiorem urbis partem ingenti populi admiratione migrauerit.

Multo deinde post, cum Rex Micauæ inuisendi Cubi causa Meacum ingenti comitatu venisset, exceptus est non ita remoto ab aede nostra diuersorio. cumque, ad accipiendos amicos eius, quotquot erant propinqua Bonziorum aedificia occuparentur; veritus Vatandonus, ne quid nobis quoque molestiae exhiberetur, scribam suam & aliquot praeterea è familiaribus misit ad aedes nostras, qui speciem praerent occupari iam ab se hospitii: quae res utique nos ab omni eiusmodi incommodo liberos praestitit. neque verò id ipsum egregiae beneuolentiae commentum ille significauit nobis; è scriba deinde cognouimus ipsius conscio secretorum. & sanè tum hisce, tum aliis in rebus, quae vel ad commodum vel ad dignitatem nostri ordinis pertinerent; tanta fuit eius diligentia & amor in nos; non modo ut preces nostras, verum etiam voluntates suis ipsemet fidelissimis consiliis, officiis, benignitate praetuereret.

Quandiu Nubunanga Meaci commoratus est; ad eum ego de Vatandoni sententia aliquoties accessi, tam facili mihi ex illius commendatione aditu ad regem, ut multis interdum dynastis & principibus Bonziorum ad limina praestolantibus, ego extra ordinem intromitterer. Sed cum proximè ad regem sub eius protectionem adissem, longa illa disputatio, de qua scripsi ad te antea; de immortalitate animorum incidit mihi cum Nichioxine Bonzio, viro in primis diserto, & propter egregiam rei militaris peritiam (neque enim hoc sacerdotum genus abhorret a bellicis artibus) magna apud regem auctoritate. ex quo certamine cum ille turpiter victus abiisset; in eam exarsit rabiem, ut nunquam ex eo die perniciem nobis moliri desierit. cuius furori & amentiae cum locis omnibus aperte sese Vatandonus non modo consilio, sed etiam armis opponeret, nec illum usquam consistere pateretur; superatus ille viri constantia, ubi se viribus impari sentit; omni deinceps dolo & insidiis grassari constituit. Dissimulata igitur in tempus iracundia, falsis criminationibus circumuentum Vatandonum eo tempore aegrotantem, aded artificiosè & callidè apud Nubunangam accusauit, multis diaboli satelliti-

fatellitibus in eius flagitij societatem adscitis; vr Rex mēdacijs orneratus, adeuntem ad se valetudine recuperata Varandonum non modò aditu congressuque per summam ignominiam arcuerit, sed etiam aureorum viginti millium annuo reditu, & nobili in primis arce multaris. Quo ille tam insigni accepto incommodo, tantum abest, vr quicquam idcirco de suscepta in nos beneuolentia studioque remitteret; vr etiam palam dicitaret venientibus ad se consolandi gratia principibus, præclare verò secum actum esse, cui nostra causa in tantam calamitatem incidere contigisset: atque adedò, quo illustrior esset amor ipsius erga nos, quamquam tanta facta & rei familiaris & dignitatis imminutione; tamen diligentius etiam quàm antea, vbiunque opus foret, nobis omni ope curaque affuturum. Interim ex altera parte Nichioxines, & cæteri Bonziorum antistites, oppressa innocentia impunè volitare; nobis ferrum flammamque minitatis, de templo nostro funditus euertendo, serendoque ibidem sale per ignominiam perduellibus constitutam, in suis cœtibus multa iactare: nec tamen cessit illis ea res è sententia: nã & Nubunanga Cubusque nos nulla nostra culpa aut domo aut ex vrbe pellici passi non sunt: & machinationis eius artifex Nichioxines, iusto Dei iudicio compluribus eiusdem flagitijs ac facinoribus patefactis, haud ita multo post à Nubunanga multis verbis male acceptus, & omni dignitate spoliatus est: & anno vertente Varandonus cum ad Nubunangam, qui tum fortè Meacum redierat, sordidatus venisset: Diuino profus beneficio, amicorum deprecationibus ad causam dicendam admittus, tantam suæ cladis misericordiam exciuit, vr illum Rex, viri meritis & probitate perspecta, in pristinum gratiæ locum restituerit, & insuper dena aureorum millia ad viginti, quibus antea fruebatur, addiderit.

Iam, qui apud alios causam nostram tam diligenter agere solitus fuerit, qui ad potentissimos Reges aditum nobis tam studiosè munierit, qui denique pro nobis fortunarum & capitis discrimen adierit; ineptum arbitror explicare quam benigne quamque honorificè nos accipere consueuerit ipse venientes ad se vel Meaci valde remoto à nobis loco, vel in suis extra urbem oppidis aut arcibus habitantem. Qua ille cura cauebat exceptis hospitio, ne quid nobis omnino decesset! quàm familiariter nos in ipsis ædium penetralibus, quo paucissimis è familia patebat introitus, vnà cum vxore liberisque adhibebat ad mensam! quoties, rei Christianæ causa iter habentibus per infesta latronibus loca, nobis equos & corporis custodes attribuit! quàm saepe xenia misit hu-

manissi-

manifestè! quàm suauiter si quid vicissim ad illum nos allatum ex Europa vel ex India mitteremus, quod Nubunāgæ vel Cubo gratum fore intelligeret, remissum id ipsum ad nos, monuit vt illis potius opportuno tempore largiremur! Neque verò nobis fauebat ille tantummodo: sed etiam Christianam rem tanto erat ardore complexus, vt de Diuina legis præstantia, de sempiternis post mortem præmiis atque suppliciis, de virtutibus Christianis in cæcibus principum ferret ipsemet ex occasione sermones. Quinetiã multos, dum esset Meaci, per causam inspiciendi horologii, ignota in his regionibus machinæ, domum nostram adductos, eadem opera sacris concionibus adinouebat; atque vbi perotatum esset, summam totius doctrinæ iterabat ipsemet, præcipuis locis insistens, & Bonziorum fraudes & errata redarguens.

Iam verò neophytorum, quos omnes fratrum numerabat loco, defensionem ac patrocinium quàm ex animo suscepisset, cum aliis plurimis rebus ostendit, quas ego, ne longior sim, consultò prætereo; tum verò insigni quodam pietatis & iustitiæ documento. id fuit eiusmodi: Vetula quædam erat de grege neophytorum, Dominica nomine, cuius filius in templo nostro ministrare consueuerat; hanc ethnicus nescio quis potens cum de quarundam ædium possessione deturbare per vim & injuriam conaretur; confugit illa supplex ad Vatandoni fidem, cuius deinde beneficio quicquid cupiebat, obtinuit. sed prima luce ad eum profecta, dum expectat ad fores, pueri quidam è Vatandoni familia rosarium, quod de more muliercula pereurrebat, interea per ludibrium, vt sit, vellicare; stanneam ieunculam è rosario pendentem abripere. tum illa indignari, & impietatem facti muliebriter accusare. contra pueri quo magis irritatam vident, eo instare acrius, & illudere. cum strepitus inualesceret; exaudit è eubiculo Vatandonus feminam quititantem. quærit continuò, quid sit rei. proteruitate puetorum cognita, iubet ex iis tres protinus comprehendi; seuerè admodum increpans declaraturum se, quanto pere velit Christianos omnes ab omni contumelia tutos, domi suæ præsertim. cumque dubium esset nemini, quin grauitè esset in eos animaduersurus, muliercula primum pro illorum salute deprecari; cum nihil ipsa proficere t; monitus ego statim ad eum mitto Laurentium: qui cum nihilo magis hominè placare potuisset; ego ipse denique ad illū accessi: multisq; rationibus iracundiã mitigare conatus sum, sed nec vetulae preces, nec Laurentii legatio, nec nostra contentio flectere animū hominis valuerunt, quominus vnum ex iis, quippe notiore petulantia adolescētulū, in arcē suā ab vrbe amā-

darum,

datum, capite plecteret. tantam ille venerationem rerum diuinorum, tantum cultum religionis imbiberat. Denique, vt finē faciā, Christianos omnes omnibus minimis maximisque rebus fouebat sicuti liberos indulgentissimus parens. Miretur fortasse quispiam, quæ res catechumenum eò pietatis ardorisque prouexerit. Primum, vt ego quidē arbitror, insita illi cōstantia, & bonitas tam insignis, vt fortes viri permulti, relicto vberiore stipēdio, ad ipsius ductum & imperium sese vltro conferrent: deinde ac multo etiam magis, frequens auditio & cogitatio verbi Dei, cui, quoties per bellicas aliasque grauissimas occupationes licebat, aures dabat quàm studiosissimè. captus erat quippe vehementer honesti pulchritudine, & Christianæ fidei veritatē & excellentiam magis admirabatur in dies; & sanè, cùm primum ei Laurentius eternitatem animæ & varias ac multiplices eiusdē vires exposuit; stupore propemodum attonitus Vatandonus, qui ad eam diem in hæresi fuisset Ienxuaronum, qui nihil omnino post mortem superesse opinantur, palā exclamauit: se tum demum ex, quo ea didicisset, hominem sibi videri: antea quidem in tantis errorum tenebris infra ipsas pecudes iacuisse miserimum. atque etiam Tacacuquim (id arci nomen) eundem Laurentium ad se magnis precibus euocauerat, quo commodiùs catechisino vacaret: eoque probè peracto, Christianæ militiæ obligare sese baptismi sacramento decreuerat. sed hæc parantem & assiduè meditatem oppressit mors illi immatura, Christianis omnibus luctuosa; quem tibi casum exponam, vt potero.

I quenda est regio finitima ditioni Vatandoni: quam regionem bellicosi admodum incolunt populi. in eius limite cùm Vatandonus castella duo excitasset: non tulit factum Iquendæ regulus, exercitu repentè coacto, primum omnium præmia pronuntiauit aureos annuos M D. si quis ad se caput Vatandoni retulisset: deinde vetò postridie ad vnus è castellis oppugnationē tetendit infestus. Quod vbi sensit præfectus præsidii Darius Tacaiama, citato equo militi protinus nuntium ad Vatandonum in arce vicina Tacacuqui morantem. is cognita re, quas habebat eo tempore copias, præcipiti agmine ducit obuiam hostibus, ducenti eius latera stipabāt lectissimi viri: cum his intrepidus antecessit, reliquos opinione sua pauciores (haud plus quingenti fuere) cū filio subsequi iussit. Hostis comperta paucitate nostrorum, veritus ne si Vatandonus id ipsum resciret, ommissa pugna se in castella reciperet; maiorem partem exercitus iubet occultè considerare ad montis radices: cæteris imperat, Vatandonum ad certamen eliciant. Vt propiùs ventum est, Vatandonus puniceo insignis galero, quem dono à Lusitanis acceperat,

petat, ardens cupiditate pugnandi. non expectato subsidio, cū sua cohorte duntaxat, ex equo desiliens (neque enim equites in Iapone pugnare mos est) sese in aduersos ferociter intulit, neque antè prouidit insidias, quàm consurgente vndique multitudine circumfusus est. Pugnatum vtrinque acriter: quoad Vatandonum multis acceptis vulneribus egregiè dimicantem obtruncauit ex hostibus quidam, cum quo gradum fortè contulerat; verùm is quoque lætaliter saucius, dum certa pretii spe caput aspottat, paucis confectis passibus moribundus occubuit. reliqui stipatores Vatandoni ex præcipua nobilitate ad vnum omnes cæsi. Qui erant in subsidiis, cū se longè impares cernerent, fuga repentè dilapsi. Vatandoni filius in arcem Tacacuquim cum admodum paucis confugit. hostes victoria vsi, vastatis agris, villis incensis ad atcem castra posuere; ego quo die malè pugnatum est, eram in insula Sanga, iis ipsis locis ita propinqua, vti fragorem tormentorum exaudirem. Sed nihil tale suspicanti mihi tristis adest repentè nuntius, Vatandonum cæsum esse cum suis. id vbi Meaci cognitum est, Organtinus Italus & Laurentius Iaponius, Bonziorum insolentiam veriti, neophytorum hortatu omnem apparatus sacrorum in tutum asportandum curarunt. ego ne quid aduersarii contra Christianam rem audacius molirentur, quo ipso die hæc scripsi, manè Laurentium ad Nubunangam & amicos ipsius cum muneribus miseram. omnino turbulentæ erant res: multi circumquaque inimici: neophytorum grex metu ac mœrore perculsus. auxerat inuidiam obitus ipse Vatandoni, & tumor improborum scelere dissipatus: omnes, quicumque nos foueant, tandem iratis Diis funditus interire. Nos in tanta solitudine periculisque vna scilicet fiducia bonitatis Diuinæ sustentat: quam quo magis magisque demereamur in dies: tuas, pater optime, fratrumque omnium pias pro nobis deprecationes & sacrificia vehementer expetimus. Meaco, I V. Calendas Octobris, MDLXXI.

EIVSDEM AD ANTONIVM QVADRIVM IN INDIAM.

QVANTA esset retum perturbatio, qui Christianorum dolor ex obitu Vatandoni dynastæ viri fortissimi nostri- que amicissimi, nupet ad te fusè perscripsimus. Ex eo die insperata quædam, eadèmq; cū ad muniendam Evangelio viam, tum ad leuandum mœrorem nostrum in primis accommodata existère, quos ego euentus hac epistola persequar.

Qued

Quod ipsemer nostri iampridem, Frenoiama excelsus in primis est mons, nouem circiter millibus passuum ab vrbe Meaco situs ad orientem. In eo monte Rex quidam Iaponis, patriæ superstitioni appime deditus, ante annos octingentos templa construxit ad tria millia & octingenta, ædibus adiunctis dumtaxat in usum Bonziorum, qui legum ac disciplinarum in studio versarentur, quod ut sine vlla interpellatione quam commodissimè facerent, non modò rurbas ac strepitus omnes agricolarum inde remouit, sed etiam vicos duos, vnde omnia necessaria peterent, ad montis radices ædificauit, superum inferumque Sacomotum, id locis nomen, iisdemque Bonziis insuper, tertiam ferè partem vectigalium Regni Vomensis attribuit. Quod opus ab illo Rege fundatum, posteri eo impensius adiuuerunt, quòd vniuersæ Academiae summo cù imperio præponi solitus est aliquis vel ex filius regis, vel quâ arctissima certè cù rege affinitate cõiunctus. Itaque in tantâ amplitudinem excreuerat olim Academia, tantumque illi honoris & auctoritatis accesserat, nõ solù vt Meacensis omnis intriuctio illorù hominum arbitrio regeretur, sed etiã vt omnes ferè Iaponicarù superstitionum interpretes ducesque, sectarum inde, tanquã ex perenni fonte vel seminario quodã, existerent sed imminuta paulatini regia potestate, rebusque (vt fit) bellorum iniuria ac vetustate labentibus, ingens ille templorum numerus, quæ sexdecim dispersa cõuallibus, antea visebantur, ad octingenta vel paulo amplius rediit. ac simul Bonziorum illa qualiscunq; disciplina sensim ita soluta est, vt omni abjecto pudore sese turpissimis voluptatibus flagitiisque dederint: atque ad armorum usum ac latrocinia studio doctrinæ religionisque cõuerso, cù alia multa per vim nefasque patrarent; tũ verò annis ab hinc septem & triginta Meacum vrbcem, ingenti facta hominum cæde, panè totam incendio ciner. Verũ iusto Dei iudicio, cù præsertim allatum ad se CHRISTI Euangelium obstinata respuerent mente, contigit anno superiore, vt graui bello inter Nechienis Regem & Nubunangam exorto, illius copias Bonzii recto & comitatibus inuerint, Nubunangam verò præter cæteras iniurias etiã transitu prohibuerint. Quæ re ille maiorem in modum offensus fremensque, pactis cum hoste induciis, in regnum Voaris rediit, ac primùm Bonzios eius regionis Icofos (qui dicuntur) castellis omnibus exiit, & quotquot viuos vel ex ipsis vel etiã eorum popularibus capere potuit, omnes cruci suffixit: deinde aucto exercitu, victricia signa repentè ad Frenoiamam ira stimulante conuertit. Tum primùm temerarios Academicos, & omnia sibi secunda pollicitos, verus belli terror inuasit, pænituitque lacesti

ti Nubunangæ; cumque se viribus longe inferiores cernerent; missis legatis, inagno primùm auri pondere, deinde loci religionem metuque numinum placare conati sunt Regem: quibus ille cùm respondisset; nec se pecuniæ cupidum, sed vindicam scelerum & ultorem iniuriarum adesse: nec inanium Deorum vlla terri formidine; tum illi ut in re trépida, contra hostium impetus omni ratione se comparant. Erat in ipso montis vertice templum Quænoni dicatum, quem deum vel dæmonem potiùs micro cultu venerant Iapone toto cæca gentilitas, plurimique mortales votiva peregrinatione suscepta eodem assiduè confluebant, quod persuasum haberet ab illo Deo longioris vitæ spatia, bonam valetudinè diuitias impetrari: Frenoiamani verò Bonzii sacra quotannis eidè ac ludos ingenti apparatus sumptuque persolvere soliti sunt, quibus totinudò in urbe Meaco Gibonis solennia succedebant eo pompe ordine, hominum frequentia, commentis artificum, ut satis appareat æmulum diuinæ gloriæ Satanam, in iis locis, a universariam apud nos ætatis Christi celebritatem effingere voluisse. In illud igitur montis cacumen & Bonzii & è proximis pagis promiscua turba sese recipiant: stationibusque dispositis, hostem ex eo loco prohibere constirunt. At Nubunanga Sacerdote & Cataa vicis cum incolarum interfectione incensis eversisque, montem ipsum Frenoiaman, ne quis è numero Bonziorum elaberetur, corona circumdedit. deinde instructum exercitum in eos aduerso cliuo submisit: restitè aliquamdiu è superiore loco Bonzii: virgè te dein multitudine hostium, effractisque claustris, & superatâ munitione, trucidati ferè omnes: ac simul, iniectis maximo ac nobilissimo templo facibus, ea tota moles horribili protus incendio conflagrauit: atque id ipso die festo Michaëlis Archangelis, 3. Cal. Octob. ut ad hostes Christi delendos, tollendaque protus illa nequitia cubilia, & scelerum officinam, princeps militiæ cælestis præsentis ope affuisse videatur. Postridie verò, qui dies fuit natalis Beati Hieronymi, Nubunanga circummisso milite, lartantes fetarum instar Bonzios, qui prælio superfuerant, protractos è dometis aut specubus interemit: sub hac domus eorum direptæ, fana plus CD. cum omni sacrorum instrumento pariter concremata, ingens omnibus cæta nationibus terror incussus. Meacum dein Octobri mense inuente victor Nubunanga se contulit. Hic ego & Organtinus ad eum officii causa eum adissemus; non modò comiter ambos accepit, verùm etiam (quod vix credat quispiam) sese in nos peramanter effudit. Quod superest, te Pater etiam obtestamur, ut nos totumque Iaponicum gregem hunc tuis &

scribitum piis deprecationibus & sacrificiis adiuuare ne desinas. Meaci, Natali die sancti Francisci, MDLXXI.

Scriptis iamdiu litteris necdum datis, alia quædam interim euenere; quæ ego ad Diuinæ iustitiæ ac prouidentię fidem glorię que deesse nolui, quin adscriberem.

Germani duo fratres erant in vrbe Meaco, tum genere tum diuitiis clari: iidemque Xacę cultores egregii. quorum uterque sese religioni Christianę in primis acrim aduersarum assidue prebuit, iidemque superioribus annis antesignani fuere factionis eius, cuius scelere nostri Meaco semel iterumque per summam iniuriam exacti sunt. Anno deinde post serē sexto, cum ego Vatandoni opera ac studio restitutus ad Cubum saluandi causa de more venissem, die quodam accidit ut ex his fratribus natus maior adesset, nomine Taqueñus Vchilamidonus. Is, quo erat in nouem Christianum odio ac rabie, non potuit sese continere, quo minus coram ipso Cubo me sociosque maledictis incesseret, nobisq; cum alias calumnias, tum præsertim esum humanę carnis objiceret, quæ tamen crimina ab ita eundem ac furore profecta, apud Cubum exeretosque, qui aderant, minime valuerunt. Idem nuper, Euangelii progressum & collabentem Deorum suorum existimationem incredibili quodam animi dolore cum cerneret, frater tum suis opibus, tum gratia principum, nouam Xacę sectam condere aggressus est, iamque repudiata coniuge, mentisq; & capite raso, Bonziorum habitum & cultum induerat, cum ad illum adiungere se demonis instinctu cœpere complures: quibus ille magno sumptu amplum cœnobium exstruebat, (numerus enim discipulorum ad C. D. ascenderat) concionibusque panē quotidianis populū contra Christiana facta legesque inuis artibus incitabat. sed, cum illum tantis debita sceleribus vitio Diuina maneret, accidit aliquando, ut intemperantia linguę procectus presente Cubo Nubunangam Regem dictis amaris haud obscure perstringeret, affirmans illum iam ad summum potentie culmen euectum, diutius in eo fastigio stare non posse quin rueret, vel certe quasi matura vel potius uicta ex arbore bacca decideret, quibus temere iactis, non desuere confestim, qui ad Nubunangam cuncta deferrent. quibus ille auditis, inuictis Bonziorum generi, multis iam antē nominibus inuisus, ut diximus, ad eum inuit, ut in regnum suum Voaris Meaco decedens, comprehensum nouum hæresiarum, & equo impositum, quamuis magnopere deprecante Cubo aliisque proceribus, quindecim à Meaco leucis in ipso itinere securi percussit. ad hæc liberi, eueris & solo aquatis domibus eorum,

& cœnobio nuper edificari cœpto, in exilium acti sunt. triduo autem post (quod mirandum est magis) frater ipsius, æquè acerbus CHRISTI inimicus, in vrbe Sacaiio infixæ pedi spina dolore confectus ac miserabili genere leti defunctus est: vt in vtroque euidenti significatione cœlestis iræ vindicta satis appareat.

Franciscus Capralis ad nostrorum lustranda in his Meaci partibus domicilia non ita pridem accessit. ego eum deinde in regna Mini, Ceunoquuni, Cauachisque deduxi. Paschalia verò festa Sangæ petegimus: quo fructu, ex aliis litteris (vt spero) cognosces. Te Pater optime Dominus tueatur incolunem, Meaci, iv. Idus Augusti, MDLXXII.

EIVSDEM AD FRANCISCVM CA-

PRALFM.



VILLAM puto regionem ex iis, quæ Christianorum navigatione vel armis aperta sunt, in tanta rerum vicissitudine ac varietate versari, quam assidue patitur hæc terra laponica. Mitto cætera quæ tibi nota sunt. Post tuum à nobis digressum, quot cædes, populationes, euersiones urbium, & incendia consecuta! Cubo enim (vt nosti) Nubunangæ opibus restituto, cum res Meacensis vtrunque pacata videretur esse, repente quibusdam interpositis offensionibus, (vt sunt irritabiles animi Regum, & omnis imperii suspiciosa communitio) periculosum & graue bellum inter eosdem exarsit, cuius belli initio eum se Cubus, euocatis vndique militibus, in arcem munitissimam retulisset, & cum hostibus Nubunangæ inita societate (qui multi portentesque sunt) captum virum collegisset, vt Nubunanga nequam e suis finibus egressurus in præsentia crederetur, tum ille nihil hoc apparatu perterritus, præter omnium expectationem cum robustis legionibus assuit: captusque misericordia populi, eum frustra per interpretes de conditionibus pacis egisset, malo cogendum ratus, qui monitis non pateret, quamquam inuitus, atque adedò illacrymans tantæ cladi, (vt affirmant) omnibus passim tectis agrorum, multisque præterea idolorum fanis, Bonziorumque cœnobiiis, ad hæc vicis frequentibus vno die centum exustis, prædaque ingenti rerum non modò agrestium sed etiam vrbianarum abacta, (quod ciues tumaitus initio veriti ne Meacum rectâ contenderet, pretiosam supellectilem cum liberis vxoribusque in ea loca raptim auexerant) rursus Cubum insticit ad pacem inuitare. At ille sederatorum copias propediem expectans, cū interim omni ope resistere & vltima experiri decreisset, tum verò Nubunanga

vehementius irritatus urbem ipsam euertere statuit. Est autem pro situ loci diuisa bifariam, sic ut altera pars Meaci, superior; altera inferior nominetur. Superiorem, longè celeberrimam totius Japonis, præcipua nobilitas incolebat. in direptionis & incendii metum ingenti pecunia conati redimere, nihil profecerunt. inferioris urbis exitus felicior fuit: siquidem ciues, & in iis Christiani permulti, non tam argenti pondere, quàm precibus infimis & humilitate veniam & pacem à Nubunanga impetrarunt: itaque totis castris grani pœna proposita iussit edici, ne quis inferiori Meaco damni quicquam inferret. Interim in superiori partè conscelerati aliquot, ne in patriæ direptione & exitio nulla ad ipsos prædæ portio peruenirêt, vltro ignem tectis iniicere anteuertunt, qui tota ea nocte longè lateque vagatus, tertiam ferè oppidi partem absumpsit. postridie verò Nubunanga cum suis intectus, quod erat reliquum omne combussit. eo incendio ades priuata ad octo milia, Bonziorum cœnobia viginti, & in iis duo Xaca & Amida nobilissima & maxima; minoris verò formæ ad octoginta conflagrasse dicuntur; quorum in vnum trepida fuga se se abdiderant Bonziæ mulieres ad sexaginta ex iis, quæ stipi cogendæ ad instaurationem fani Daibud in regno Thematis religionis causa dabant operam. Non defuit in tam luctuosa clade res pænè ridenda. Manibus mortuorum ad inferos primum, deinde ad beatas Amidæ sedes, cum tempus fuerit, deducendis, lizum nesci quem, ferali instructum tridente, præfecit Iaponica fabulositas. Huius lizi delubro (quod in Meaco inferiori colebatur) Bonzii metuentes exitium, fortibus coram ipso iactis, quasiërè num illud inde amoueri expediret. cum responsum esset utique amouendum, idque continuò, etenim loco imminere sine dubio flammæ; antilitres templi & vniuersa vicinias, magna cum veneratione ac cœremonia, statuam in Meacum superius transfulere: cumque iam in turo rem esse putarent, ecce tibi conflagrato repente, ut dicebamus, ibidem incendio, simulacrum penitus deflagrauit. Interea inclusus arce Cubus nihilo magis flecti, quoad Nubunanga castellis circa ipsam arcem quattuor excitatis, obsidione hominem premere, & operibus oppugnare constituit, minis insuper additis Imperatoris dignitatis ab ipso in Dairis filiù transferendæ. Quo metu victus Cubus, positis tandem ferocibus animis, præsertim cum expectata dudum auxilia non adessent, pacem expetiit: neque abnuuit Nubunanga, quâquàm longè superior, & explorata pænè vltoria. Scriptis itaque conditionibus obsides dati: qui tamè, quæ non primæ sunt notæ, negabât plerique Cubum in

conditione mansurū; sed hęc morā interpositā, quoad auxiliū à sociis quandoque veniat; ad eò grati; quę Nubunangę a Cubo p̄o singularib⁹ eius in se promeritis maxima debebatut, (quę humani est ingenii prauitas) in odium vertit.

Nobis inter hęc tumultus, quorum vix minimam partem hisce litteris attingi, tamen rem Christianam amplificate non licuit, tamen haud omnino cessatum est. siquidem & neophytos exanimatos metu solati sumus, & multos inopia rerum omnium pressos conquisitis eleēmosynis recreauimus, & plurimis rebus vicissim eorum in nos fidem ac benevolentiam sumus experti. Qua illi cura sacrum instrumentum & imagines, ne quid paterentur iniurię, locis idoneis abdiderunt! Quanto studio nos in eas artes & oppida certatim inuitantur, quę maximè remota ab hisce periculis videbantur! Quo sensu post sedatos tumultus incolumitatem nobis frequentes gratulati sunt! cū quidē prę gaudiō plerique lachrymas nō tenerent. Iam verò illa quoq; res magno nobis fuit solatio, quod inter ipsas atuatorū caeteras multa militū vexilla salutari signo Crucis distincta conspeximus: in quibus Ioannes Naetondonus Tabę regulus, idemque rei militaris laude insignis, in ipsa galeę crista nomen Iesu maioris formę litteris aut eis gestabat inscriptum; cuius viri egregia pietas atq; constantia silentio mihi prætereunda non est. Primū enim ethnica matre, cū tu hęc ellēs, ab hostibus intercepta, anno deinde vertente à suis monitus, vt mortuę ritū Japonico parētaret, ac Bonziis de more munerera mitteret, ille verò sese paratū inquit iusta parēti persolvere; quippe si minus illi, quę sua culpa Euangelicę lucis ex pers è vitā migrauerat, sibi cerrē ac fratribus haud dubiē profutura. Cōfestim ergo pauperibus è regno Tabę inuitatis, (conuenēre autē circiter mille) ante ipsa arcis mœuia & largū epulū vniuersis, & ceterā pecunię summā singulis præbuit, Christianas infetias ethnicis ingēti eū approbatione mirantibus. Iam, cū ipso tumultus initio duo millia lectissimorū militū ad urbē Meacū adduxisset, (quo maximè præsidio fretus Cubus arcē tueri decreuit) sacramento rogatus Cubi nomine, verbis ethnico ritu conceptis, quibus ni fidem præstent Imperatori vel Regi, Duces militēsve sese caputque suum æternis inanum deorum suppliciiis deuouē; negauit ille se falsos deos fidei suę testes adhibiturum, sed vnum Deum rerum omnium conditorem; nec alio iureiurando obligari se passus est; eodemque die sub vesperam venit ad templum Christianis dumtaxat militibus comitantibus. ibi cū aliquandiu preceationi vacasset; pœnitentię Sacramentum à me poposcit supplex, & simul rationē ac viā

confessionis bene atque ordine peragendæ. Præceptiones igitur illi quasdam rradidi Iaponica lingua conscriptas, quibus perlegendis, & notando si quid opus esset, totam eam noctem nulla capta quietis parte consumpsit, ac deinde peccata de more confessus, arcem introiit. Gerit autem ad assiduam mortis recordationem propalam è rosario maiusculæ formæ caluarianam, aliaque eiusmodi religionis insignia præ se fert è clariore tum virtutis indicio, tum pietatis exemplo, quod idem & in ipso flore iuuentutis nunc est, & bellator egregius. Idem in illo Meacensi discrimine veritus templi nostri direptionem, non modò milites ad eius custodiam, sed etiã iumenta misit ad supellectilem auertendam, & summa cura quotidie ex arce, quo loco res esset, per interuuntibus exquiribat; meque rodicillis monebat identidem, vt ex iis periculis Tambam effugerem ad suos, datis ad eos litteris vt me perinde ac semetipsum acciperent. Rebus deinde utcumque compositis, vt primùm Nubunanga discessit, confestim salutandi causa venit ad me, suaque mecum assidue negotia communicare non desinit; ac præter insignem probitatem & fidem tam docili est ingenio, vt Lusitanicas notas imitari bis terue dumtaxat aggressus, recentissimas ad me litteras dedit Lusitanico caractere conscripras. Præterea cum Bonziis, apud quos diuersatur, de religionis veritate concertat: refellitque mirum in modum eorum insanias; quin etiam suis militibus piùm aliquem librum quotidie lectitat ipsemet, eosque ad Christianam fidem studiosè adhortatur. In prædijs ac locis, quæ virtutis ac præmii nomine Cubus eidem attribuit, sanum est Masunogi nescio cuius, in primis totius Iaponis & ipso ornatu & genere structuræ visendum, id ille disturbare constituit, & ex ea materia in oppido suo Taba templum exstruere ad populares suos Christiana religione imbuendos. & ego ob id ipsum, sedatis motibus hinc, mittere illuc Laurentium cogitabam. Frater ipsius natu maior, Guenbadonus nomine, iam triduo pergit nostris concionibus interesse, quæ ter quaterue singulis diebus habentur. alij præterea è Ioannis familia ventitant, itemque Natus Iosadonus ordinum ductor ex eadem regione, in Ienxuana secta valde versatus. is, quindecim concionibus auditis, baptismum efflagitat; sed cum ego, vt cæteros ferè candidatos, ad finem vsque eaechismi reieci. E militibus Naetondoni diem extremum obiit neophytus, cui nomen erat Romano; huic ego morienti affui in tempore: eundem extulimus publicè magna hominum frequentia; siquidem funus à Christianis omnibus Meacensibus, & ab vniuersis commilitonibus. non modò fidelibus,

bus, verum etiam ethnicis concelebratum est.

In Regno quoque Voaris, quamquam in summa operariorum inopia, feliciter admodum Christiana religio pullulat. Supplet autem doctoris vicem, egregia fide & caritate non ignotus tibi neophytus, Constantinus, cuius viri de laudibus mira perferuntur ad me. Domi suæ oratorium orauit, quod Christiani omnes philosophandi causa conueniunt, in eo cætu explicat ipse præcepta Decalogi, ex commentarijs quæ habet apud se, mortuos etiam Christiano ritu sepulture mandat: baptizat infantes: ethnicis Euangelium prædicat: redarguit Bonzios: denique pusillum gregem pro viribus tuetur adeò, vt Voarenfes Christiani vulgò Constantini discipuli nominentur. Conuertit etiam subinde (Spiritu sancto adiuuante) ad Christum aliquos, è quibus nuper quosdam duxit ad nos eo animi caudore, summisione, virtute viros, vt primitias spiritus in iisdem faciliè agnoscas. ij, cum ad obeunda hebdomada sacrosanctæ solènia amplius quadridui itinere per infesta latronibus loca Meacum venissent, templum ingressi, prostrauère sese illico ad aram, effusè flentes, agentesque Domino gratias, quòd se ad sacra illa officia incolumes perduxisset. Singulis ego piacularum globulum Roma transmissum donauì, quod illi munus perinde ac thesaurum queupiam ita simul & venerabundi & læti accepère, vt vel eam vnam ob rem tanti fuisse labores itineris omnes, & omnia vitæ pericula dicerent. Constantino verò præbui etiam icunculas, & stanneas Cruces, Voarenfibus diuidendas; itemque liatèu in exsequas defunctorum. Hisce muniti præfidijs, & catechisino probè iterato, post festa Paschalia in patriam rediere, Meacensibus Christianis ad sex millia passuum officii causa prosequentibus.

Venio ad res Cauachenses, quo in Regno complures item numerantur eximia fide ac probitate neophyti: cuius rei haud obscurum præbuit documentum Hector ille, qui ibidem ad te (si meministi) cum vxore ac liberis adiit. Cùm enim adolescentem ethnicum nobilem ipsius curæ concreditum, intemperanter agentè, amicè obiurgasset, vt sunt iuuenes, diuites præsertim, aduersus monita contumaces & asperi, ita offensus est nequam ille, vt paulo post percussores ad interficiendum Hectorem demonis instinctu sum miserit; quos bonus Christi discipulus, vt in se repente vidit irruentes, deuexa iam atate vir. & inermis, apprehenso quem è ceruice gestabat globulo, IESV dulce nomen implorans, multis vulneribus crudeliter confossus occubuit. Eius vxorè quattuor cum filiolis Christianis cõquisitã recepit illico in fidè suã Iquèda

Sangadonus primarius vir è Mioxindoni familia, eiusque inopiã ac solitudinem in oppido Sanga sustentat sanè quàm insigni pietate vir, & Christianorum omnium, quotquot in eo sunt Regno, parens tutorque fidissimus. Hunc archi Vacarianæ præpositum, cæterósque neophytos commorantes ibidem, ethnici tres cum occidere statuisent, arcemque hostibus prodere; conscelerata eorum consilia diuinitus peracta sunt in ipso panè articulo aggrediendi facinoris. itaque & Christiani periculum enasere, & inudeles illi paulo pòst, Mioxindoni iussu, cogitati sceleris capite pœnas dedere, cuius euentu felicitas iure tribuenda videtur precibus meritisque Sangadoni.

In eadem loca (vt scripsi ad te antea) Organtinus Italus cù Laurentio & Matthæo profectus paulo ante natalem Domini diè ingenti Christianoram lætitiã acceptus est, cumque in ipsis natalitijs circiter quindecim sacro fonte abluisset, plerosque è Mioxindoni domo, redire parantem, Sangadonus vnã cum reliquis Christianis ma. no adhibito conato varis que rationibus ad vsque Paschalia festa retinuit. Interea quid actum sit à nostris, ex eiusdem Organtini epistola cognosces, cuius præcipua capita hoc loco mihi summam addere visum est. Organtinus Brixianus, Ludouico Froio Meacum. Dominico die palmarum cum Sangam undique Cauachenses neophyti conuenissent amplius CC, (nam per Quadragesimæ tempus nonnulli se ad Christum adiunxerant) eo ipso die magno omnium gaudio supplicantes incessimus, in Paschate verò, sacramentum confessionis obiere nonaginta quinque: Cõmunions autem septuaginta. quo ne maior esset numerus, sacerdotum inopia factum est, solus enim eram, sed in omnium animis vtique post illa mysteria liquido vis gratiæ cœlestis apparuit, deinde rursus alternantibus choris, fidibusque subinde canentibus, agmine composito processimus ad Crucem vsque magna turba spectante gentilium. ea cæremonia peracta, ego sacrum ritu solenni peregi, concionem Laurentius habuit ingenti auditorum tum approbatione, tum fructu, ac ne sua corporibus quaque refectio desieret, quotquot aderant Christiani Sangadonus omnes ibidem excepit admodum liberali conuiuio. Sic illi abierunt dies. Nunc ego Sacrum parabam excutere, vt quibus neophytis Sangam venire non licuit, eorum ibi confessiones audirem. Vale. Sanga. Hactenus Organtinus, qui quoniam Iaponiis iam nunc sine interprete ipse per se præbet aures, vel inde existimabis quam breui quantum in huius linguae cognitione profecerit.

Ego paucis hisce diebus baptismatis fonte lustravi Naitum Tolando-

landonum, quem supra dixeram concionibus frequentem adesse, (is Thomam nouo nomine appellari se voluit) deinde Guembadonum Ioannis Naetondoni fratrem, qui hoc tempore in familiaribus est Cubi, eritque, ut spero, huic Meacensi Ecclesie non paruo adiumento. accessit etiam filius ipsius Guembadoni annos natus nouem, quorum alteri Iuliani, alteri Benedicti nomen indidimus. Is deinde Iulianus milites Cubi pratorianos, e quibus habet complures sibi coniunctos, cepit paulatim ad nostras conciones allicere: audiuntque libenter, & capiunt quae dicuntur, iamque nonnulli se ad Christum adiungere decreuerunt.

Organtius & Laurentius ante octo dies huc Sanga rediere, itaque Laurentium celeriter misi Tambam, ad Euangelium promulgandum, vehementer id efflagitante Naetondono.

In Regno Iquendae vnus duntaxat est Christianus, sed mirum in modum studiosus fidei propagandae. Huius adhortatione permotus vnus e triumuiris Regno administrando, venit hodie cum aliquot e suis ad me, audiendi Euangelii causa; quod hisce militibus labore & diligentia maxima ab horis meridianis ad vesperam vsque sine intermissione explicatur ac traditur: Ex iis multum iam e catechismo cum alia, tum ipsas precationeulas chirographo suo descriptas, admodum facile memoriter hausere. Sane quam optatum fuerat nobis, in Iquendae regionem inferre verbum Dei: gens enim est aeti in primis ingenio, nec dum nobis ad eam adspirare licuerat.

Sed paginae iam nimis multae procedunt. itaque modum epistolae faciam, si quaedam adhuc de Nubunanga subiunxero. Praeter Frenoiamentem, (quam ille Rex, ut antea ad te scripsi, funditus euertit) alia sunt etiam Bonziorum Academiae in iis & longa sexcentorum annorum pace, & variis opibus ad omnes deliciarum vsus e congestis, in primis clara celebrisque fuit ea, quam patrio nomine Facusfangin appellant. Multa viscebantur ibi coenobia Bonziorum, & separatae praeterea ipsorum aedes numero mille quam ornatisimae commodissimaeque. In horum quoque Bonziorum perniciem intentus iam diu Nubunanga, sustinebat tamen se, dum aliqua se offerret causa probabilis. Ea ut apparuit, quippe praeda, quam e regno Voaris quidam ex hostibus eius abegerat, apud hosce Bonzios deposita & custodita, enimvero ille nihil eunctandum ratus, post factas eum Cubi inducias, confestim cum exercitu venit illuc: multisque incensis aedificiis, & cuncta illa Bonziorum gaza direpta, egregie suas iniurias vltus est. Ac vide quam non dissimulanter factis dictisque



Iaponicæ superstitioni eiusdemque custodibus bellum indixerit. Xinguen est Rex Cainochuni, qui patre in exilium pulso per vim, fratre autem natu maximo in custodiam incluso, regnum inuasit; infano deorum cultui vsque adeò addictus, vt post aditam regni possessionem, barba & capillo posito, se in Bonziorum ordinem adscribi voluerit: nec solum eo habitus & stola ornatus incedit, sed etiam ter quotidie sacris operatur; sexcentos ad eam rem secum trahens Bonzios: s per causam instaurandæ Frenoiamæ, & diruta Quanonis rempla reficiendi coacto exercitu, & locis aliquot dolo magis & fraude quam vi aperta occupatis, antistitem se & assertorem profiteretur auitæ religionis: & sibi factat esse propositum, in ea tuenda colendaque vincere Xacam ipsum, samâ sanctimoniam celeberrimum. Idem cum ante aliquot menses dedisset ad Nabuaangam litteras cum arroganti inscriptione, Tendaino, Taxu, Xamon, Xinguen, hoc est, summus in domicilio Regum, religionumque Xinguen; vicissim illi respondit hic alter cum horrendo planè sui nominis titulo: Dainoquu, tennomauon, Nubunanga: id est, Nubananga domitor demonum, hostis oppugnantorque sectarum. Nec sanè falsò: pergit enim diabolicos hosce ritus, & nefaria sacra, & omnia, quibus Iaponii mirum in modum ducuntur, & sacrificulos omnes non modò palàm irridere atque contemnere, sed etiam detestari, & omni conatu delere: vt nò immeritò ab hisce neophytis flagellum diuinæ iustitiæ nominetur. nec desunt qui eundem (licet nondum id aperte præfererat) intimis tamen sensibus esse Christianum existiment. Quæ cum ita sint, pro certo putarat Iaponicum vulgus, Nubanangam, religionis tam multis locis tam grauitè violatæ, breui pœnas daturum. Nunc verò contrà, cum videant omnia illi è sententia cedere, fierique potentiorè in dies, v. lde offendi capere in suis diis, & conceptâ a pueris opinionem de ipsorù numinæ ac maiestate paulatim deponere: quæ res minimè aliena nostris rationibus videbatur, atque vtinam percrebrescat.

Hæc ego, Pater optimè (quominus œconomiam in scribendo requiras) ex interuallis ad te ferè noctu exarabam, erepto è summis occupationibus tempore. Si quid proinde acciderit litteris dignum, non deero vestris omnium desideriis. Vos interim istic valete, nostramque imbecillitatem vestris holocaustis piisq; supplicationibus fulcire quotidie pergite. Meaco, xv. Calend. Iulias, MDLXXIII.

SELECTARVM EPISTOLARVM EX

INDIA FINIS.

D E
 QVINQVAGINTA
 DVOBVS E SOCIE
 TATE IESV,
 DV M IN BRASILIAM NA
 VIGANT, PRO CATHOLICA
 FIDE INTERFECTIS,
 EPISTOLAE DVAE.

PETRI DIAZII AD LEONEM HENRICIVM
 PROVINCIÆ LVSITANÆ PRO SOCIE
 tate Iesu Praepositum.



XPONAM his litteris felicem exitum Ignatii Azebedii Brasiliae Praepositi Prouincialis, & comitum. Nonis Iunii, cum Aloysio eiusdem Brasiliae prouinciae pro Lusitania Rege praefecto, classe nauium septem, Olisipone profecti, octauo die Materiam hanc intulam prospera nauigatione tenuimus. No- uem circiter & sexaginta in vniuersum e So- cietate nostra concenderamus, in tres onerarias distributi. Quae S. Iacobi dicebatur, ea cum Didaco Andradio multisque aliis e no- strorum numero uehebatur Ignatius. Francisco autem Castrio cu fratibus duobus, & pueris orphanis, Ioannis Fernandi obtigerat nauis. Me Sociis cum amplius viginti eadem quae Aloysium Praefe- ctum nauis exceperat. Et quoniam certis de causis in hoc Materiae portu aliquandiu subsistere decreuerat Aloysius, vectores & nauia S. Iacobi, quodd multa negotia haberent in Palma, ex Canariis seu Fortunatis insulis vna, magnopere esflagitarunt, uti sibi liceret prei- te: se expeditis maturè negotiis, aduenienti reliquae classi praestò futuros. Atque initio quidem recusabat Ignatius, in tanto maris & piratarum discrimine à ceteris digredi periculosum ratus: verum deinde victus precibus, abeundi veniam ab Aloysio petiit: qua im- petrata,

petrata, quasi diuinaret ea quæ postea consecuta sunt, pridie eius dici, qui Apostolorum Principi sacer est, Sacramento Confessionis & Communionis præmunidos curauit omnes, & simul diuisit iis Agni cælestis cereas imagines aliquot, a summo Pontifice consecratas, & alia quædam religiosa munuscula, quæ ex vrbe Roma secum attulerat.

Hiscæ peractis, soluere pridie Kalend. Iulii vento secundo, qui tamen eos in medio cursu defecit. Postò Dominico die proximo, quinto nonas Iulias, allatum huc est, Iacobum Soriam, maritimæ rei pro Nauarræ Regina præpositum, (is Caluini seclator egregius, capitales inimicitias cum Papis, sic enim Catholicos per ludibrium hæretici appellant, exercere sese palàm profitetur ac prædicat) stare cum nauibus circiter septem in portu ad quinque leucas hinc sito, cui à Sancta Cruce nomen est. Perturbauit is nuntius vehementer omnium animos, statimque Aloysius oppidi que præfectus cum populo vniuerso ad pugnam comparauere sese. Itaq; Sabbati luce quæ consecuta est, cum se Iacobus Soria in conspectum nostrum dedisset, occurrētibus sibi Catholicis, qui probè instructa militibus tormentisque nauigia decem eduxerant, perterritus cessit, fugæque sibi consuluit. Hostem fugassè contenti nostri postridie reuertuntur: ille verò hoc perfunctus periculo, Canarias petiit, ac die Iouis insequenti ad aspectum vsque Palmæ Insulæ, & onerariæ nostræ, quæ portum capere nunquam potuerat vento destituta, sanè feliciter est pronectus. eo autem ipso die Ignatius manè cum cæteris fratribus ad Tertie cohortis, (id loco nomen) vicum à portu leucas quinque circiter, scapha contenderat eo consilio, ut si daretur facultas, ad portum terrestrè itinere perueniret: sed cum res exitum non haberet, in nauim se denuo recipere sunt coacti. Ut vel ex hoc satis appareat, expectandum id genus mortis paratū illis fuisse diuinitus, eo que magis, quòd iter illud leucarum octoginta, vix diebus quindecim ab ipsis emensum, addo naui minimè impedita, vento etiam initio (ut diximus) valde secundo; id iter eorum nauibus quinque (& quidem earum nonnullis admodum onustis) non plus triduo ab Iacobo Soria decursum est. Postridie nostri eadem malacia nouem ferè millia passuum a littore detenti, ubi aduuantantes Caluianos aspiciunt, paucis dispositis tormentis ad defensionem extemplo parare sese: Ignatius autem sumpta Mariæ Virginis imagine, quam Roma secum extulerat, prout res & tempus postulabat, ad officium atque ad pietatem cunctos hortari. Interea vnum è nauigiis hostes ad nostram onerariam applicant, in eamque tres primò, in iis nauclerus magna apud eos exi-

stimatione, transiliunt. atque ii quidem statim à Lusitanis interfec-
 ti: sed maiore deinde hostium irrupente numero, diutius obfisti
 nou potuit. Tum Iacobus Soria, vbi cognouit nostræ Societatis
 homines ibi versari, omnes ad vnum occidi imperauit, vocifera-
 tus: interfice, interfice, quoniam ad praua dogmata disseminanda
 Brasiliam perunt. In eorum numero, qui onerariam occupauerant,
 erat Iacobi cognatus quidam: qui cum vitam aliquot Catholicis
 promississet, id iussit Iacobo renuntiare. quæsiuit ille, cunctine pres-
 byteri (sic enim nostros vocabat) essent interempti; cum interem-
 ptos esse responsum fuisset, tum ab aliis manus abstinere non ve-
 tuit. quo factò sanè præclarè suum in nos odium exprompsit,
 præsertim quòd paucis antè diebus, intercepto nauigio, quo
 Franciscani concionatores duo, totidemque seculares, vt appellâr,
 sacerdotes in Lusitaniam uehebantur, eorum nulli necem intulit:
 nactus deinde nostros, magna ex parte adolescentulos tyronèsque
 nulli pepercit omnino. Mactatus est autem omnium primus Igna-
 tius, quem obuiam hostibus prodeuntem elata manibus ea quam
 dicebamus imagine, magnòque animo profitemem sese cum suis
 esse Catholicum, lanceæ tribus ictibus confoderunt, & sacra i-
 maginem extorquere frustra conati sunt. tunc Didacus Andra-
 dius in amplexum ruit Ignatii: atque ita conjuncti simul ambo
 confecti vulneribus præcipitantur in mare vnà cum ipsa imagine,
 quæ de Ignatii manibus nunquam exciderat. Inde tabulata oner-
 ariæ subeunt, quo Ignatius in eo tumultu fratres octo & triginta
 (tot enim erant eum ex hoc portu profecuti) condiderat: binosque
 ac ternos ordine deinceps eductos ad haulis marginem, ac talari-
 bus tunicis, quamquam exigui admodum pretii, exutos, adacto bis
 terve singulis in viscera pugione, semianimis è naui deturbant:
 quorundam etiam præcidunt brachia, vt omnem profsum euaden-
 di spem iis adimant. Atque hunc exitum felix comitatus ille sorti-
 tus est. Postea quæsitum de trium illorum cæde, qui ex hostium
 classe in onerariam p̄mi transcenderant. Eius auctores cædis o-
 nerariæ gubernatorem cum administris duobus ad se perduci fu-
 rore percitus iubet Soria, ibi, ipso non solum imperante, sed etiam
 inspectante, viuentium pectora dissecantur, & extracta crudeliter
 intestina dejiciuntur in pelagus. tam verò hauc inhumanitè Cal-
 uiniani illo etiam scelere cumulant. in onerariam reuertuntur, sa-
 crosanctum caput vnus ex vudecim Virginum millibus, quod so-
 latium neophytorum Ignatius in Brasiliam afferebat, è carchesii
 sunc conrumeliosè nefarèque suspendunt: deinde arreptam aliam
 Virginis Deiparæ effigiem, e regio perfectam opere, quam item

Roma Ignatius auexerat, cum sacris aliis imaginibus permultis, in angulo naui per ludibrium collocant: in easque vt in scopum ficas eiaculati lasciuientes incipiunt Rosaria vero benedicta, ac sanctorum reliquias, librosque de religione, & alia scripta quedam ad Brasiliae prouinciae rem magnopere pertinentia, vt sibi minus vtilia, vel superuacanea potius, alto mandarunt. Huius rei gesta seriem totius a Lusitanis duobus accepimus, qui spectatores assuerunt, cum per eos dies a Calvinianis captiui detinerentur. Qui e nostris occisi sunt, & que nouitii ac veterani, praclaris erant adiumentis rerum gerendarum instructi: itaque ad re Christianam promouendam valde habebantur idonei.

Obstupesco sane, mecum ipse considerans mutationes migrationesque nostrorum e naui in nauem, Olisipone primum, deinde in hac insula Materia: vt felix ille manipulus, sicuti Gedeonis quondam milites, patre vicitim a Domino lecti fuisse videantur. Me in S. Iacobi nauem imponere, ipse apud Aloysium praefectum remanere Ignatius iam prope decreuerat, sed mutauit deinde consilium: partim, vt equidem existimo, ne laborem atque periculum subterfugere voluisse viderent; partim etiam quod ego tanto indignus bono videlicet fui. Reliqui sumus nunc e Societate ad triginta. Caprum iter numinis fiducia persequi certum est: vtrum eodem euentu, nescimus: illud quidem intelligimus: Iacobum Soriani id vehementer expetere, nobisque tendere insidias. Sed iam instat hora profectiois, itaque sinem scribendi facio, meque & comites tuis ceterorumque sacrificiis ac deprecationi commendo. Ex insula Matetia, xv. Kalend. Septemb. M. D. LXX.

FRANCISCI HENRICI PRAEPOSITI
DOMVS OLISIPONENSIS AD SOCIOS,
Roman.



XITVM Ignatii Azebedii & Sociorum nouem & triginta iam cognouistis, vt credimus: qui Brasiliam vna cum Aloysio regio Praefecto petentes, vt in ea prouincia, rei Christianae procurandae causa, mere nostro collegia instituerent, in itinere a Calvinianis oppressi, vitam in professione fidei Catholicae profuderunt. Nunc aliorum XIV. qui anno post in eadem causa partem praestiterunt animi fortitudinem, (ad septuaginta enim e nostris Olisipone discesserant plures in naues impositi) persequuntur eo ipso ordine, quo rem totam alter duorum, qui Dei benignitate superfuere, nobis exposuit.

Post obitum Ignatii, cum Lusitanicæ naues à Materia insula cursu in Brasiliam directo soluisent; aliæ aliū euentum sortitæ sunt: ea verò, qua Petrus Diazius cum Sociis aliquot vehēbatur, ad Cubæ insule portum, cui à sancto Iacobo nomen est, fluctibus & procellis ad eò labefactata peruenit; vt eam relinquere planè sibi necessariam duxerint. Sed cum alia esset ibi nulla, ad Abanam eiusdem insule portum, in Orientem procedere statuerunt; ac tridui primùm iter emensipedibus; & quidem exalceatis, imbre denso atque perpetuo, via terribissima; difficultatibus præterea, vt in eiusmodi regione, maximis; exiguo & aperto sese commiscere nauigio, ventis pluuiaque ad eò expositi, vt non commeatus modò corrumperetur humore nimio, sed & ipsa quibus erant induti vestimenta panè putrescerent. Eo nauigio quattuor & septuaginta leucas Abanam vsque prouecti, maioris formæ naui in eo portu conducta, Augusto mense denique ad insulas Tertias, Aloysium regium Præfectum, & nostrâ Societate Franciscum Castrium, & quinque fratres, qui antecesserant, assequuntur. Hic Aloysius, nauali turba vehementius imminuta, quòd & ex oneraria ipsius, in tam difficili ac diuturna mensium quindecim navigatione, viri sexaginta perierant, & ad Antillas multi subliterant; multi etiam laboribus periculisque defatigati, mutato consilio in Lusitaniam inde reuertentur; cum superesset vectorum & nautarum vix quòd in vnâ satis esset onerariam, (in quibus tamen ipsis feminæ quinque & viginti imbelli cum puerosum grege numerabantur) redactis in vnâ omnibus, captum iter vnica naui peragere instituit; soluitque feria quarta, octauo Idus Septembris. Porro è Societate nostra (totidem aliis ferè tempestate disiectis, de quibus nihil dum certi compertum est) quattuordecim aderant, Patres duo, Petrus Diazius & Franciscus Castrius; duodecim Fratres; Alfonsus Fernandus, Gaspar Goes, Andreas Pais, Ioannes Aluarus, Petrus Diazius, alter eodem quo Sacerdos nomine, Fernandus Aluarus; & ex nouitiorum numero: Michael Tarracouensis, Franciscus Paulus, Petrus Fernandus, Sebastianus Lupius, Didacus Fernandus, Didacusque Carnallius. Dies octo in altum Oceanum prospero flatu prouecti, naues quinque solè iam occidente conspiciunt, quarum erant Gallicæ quattuor, vna Anglica. Ex, dissimulato in nocte vsq; consilio, cõuersis deinde repètè prorsus, vento secundo nauē nostrâ insequuntur. Id vt animaduertit Aloysius, ratus (id quòd erat) & hostes esse & hereticos; aduocata statim cõcione, socios nauales ad fratrium acriter inuicendum hortatur, morrèque

vt Chri-

vt Christianos deceret, pro Catholica religione fortiter oppetendam. deinde arma expediri, culcitras locis opportunis præterdandi, saxorum vim congeri, sulphurei pulueris cados promi celeriter imperat: dispositis denique ad pugnam stationibus, peccata ritè confessus est ipse, & cæteri quibus ea nocte confitendi spatium datum est: verùm in albescente iam diè, rostrata hostium nauis ex earum genere, quos Galeones appellant, ad nostram appropinquauerat, amplior & eminentior multo; duabusque tormentorum significationibus, de more, iusserat à Lusitanis vela submitti. Cùm illi nequaquam parerent; tum hostes facti ter in onerariâ impetu, quinque ex eorum numero occidunt, septemdecim eosque ferè omnes in cruribus vulnerant, sic, vt funibus, ne eaderent, altera manu apprehensis, non nisi altera decertare possent. Et quamquàm hæretici è superiore admodum loco pugnabant; haud tamen inuentum eis fuit certamen: siquidem & initio dimicationis de suis ferè viginti amisere, vulneratis præterea circiter vndecim; & deinceps tribus bombardæ ictibus læsi grauissimè sunt, quorum vno diffractus malus & vela prostrata, altero perforatum carinæ latus non sine magno eorum discrimine aquas accepit; tertio discerpti decem simul hæretici: quæ tamen si erant omnia non leuia incommoda, nihil tamen hostes atque perturbauit ac vela dejecta, prorsus vt de se actum iam arbitrarentur. Tum verò ex ipsa desperatione omnibus connixi viribus, quartum iam nostròs inuadunt, & minore quàm putauerat negotio superat. decem quippe non amplius propugnatores erant relictis, quorum quinque in proa collocati, primo impetu cecidere. Itaque patefacto iam aditu, hæretici ad sexaginta vi maxima irrumpunt. quos Aloysius, cùm duas ferreas glâdes alteram accepisset in pectore, alteram in crurè, quamquam exhaustis iam corporis viribus, magno tamen animo constituit oppetiri; gladiòque & scuto nunquam abjecto, ad extremum vsque spiritum dimicauit egregiè. Eius morte à reliquis deditio facta, quæ tamen ad mitigandum hostium crudelitatem minimè valuit. nam diabolicis instincti furis, obuios quosque obruncant: Aloysium, ignari quis esset, nudatum, itemque aliorum corpora, multis adhuc spirantibus, in vndas proiciunt. Versus deinde in Sanctotum reliquias, & sacras imagines furor, quantum erat ingens in ea naui numerus. Has hæretici Catholicis per vim extorquere, trahere per tabulata, calcare pedibus, in ignem denique gratulabundi conicere: simul, ore impurissimo, in Sanctos, quorum erant illæ reliquiæ, blasphemias euomentes, quas horret animus scribere. quin etiam, repetas vigesimo post die statuas duas, alteram sfa-

eratissimæ virginis, alteram Angeli, elatas in publicum, sacrilegis
 fregere manibus, caput Angeli per ludibrium tota navi circumfe-
 rentes. Tertium & trigésimum vagati diem, capto etiam Algar-
 biensi nauigio, prædam exposuere postremò ad Oruium promon-
 toriû oræ Callaicæ. Classi præpositus erat Ioannes Cadauius Gal-
 lus, hæreticus vehemens, & Ecclesiasticorum ordinum inimicus a-
 cerrimus: rostrata vehebatur eadem, qua Iacobus ante Soria Igna-
 tium Azebedium & comites cepêrat & occiderat. In Aloysium ve-
 rò præfectum incidere Calviniani, cùm ab insula Gomeræ, eam de-
 populati, soluissent. atque is fuit Aloysii & Lusitanorum obitus,
 cuius viri de fortitudine virtutèque frater noster ita multa com-
 memorat, vt pro certo habendum sit, animam eius in cœleste do-
 micilium commigrasse. Nunc veniamus ad nostræ Societatis ho-
 mines, quod maximè nobis propositum est: Ii, cùm hostes infesti
 aduentarent, a media nocte ad lucem vsque expiandis per Confes-
 sionem criminibus quisque suis vacarunt. Deinde tabulata subire
 iussi, non nisi commisso prælio ascenderunt ad animâdos milites,
 cibo recreandos, & curanda vulnera. Sed quo tempore facta est de-
 ditio, in summa navi præter Castrium exstabat eorum nemo: nã-
 que is paulo antè ad excipiendam vnus è gubernatoribus Confes-
 sionem ascenderat, ad imam proræ tutrim ex vulnere animam agê-
 tis. In eo munere occupatum, hæretici vulneribus quàm plurimis
 punctim casimque confodiunt, ira maxima percelli, nimirum eo
 quòd Ecclesiæ sacramenta ministrantem offenderant. Nam id cæ-
 teros non adedò sauiere: in Castrium verò certatim omnes. Sub idè
 tempus Petrus Diazus, qui ad cam vsque horam Confessionibus
 eorum, qui sub tabulatis erant, operam dederat, atque hilari sem-
 per ac sereno vultu animauerat cæteros, Gaspare Goe sequente, in
 apertum prodiit. Vt primùm apparuere, vtrunque Galli confestim
 occidunt. nec puero quidem ætatis admodum teneræ parcunt, qui
 à Petro ægre sese diuelli patiebatur. Atque hoc maximè modo tres
 li primo congressu cæsi ac nudati, deiciuntur in pelagus. Tum vn-
 decim r liqui, sed ito iam paulisper tumultu, sese inuicem plenis
 pietate sermonibus adhortati, vltro in editiora navis euadunt: nec
 modò, latendi causa, in cæteram turbam sese noti iuserunt, sed etiã
 in vnum, dedita opera, conglobati omnes, apertè profitentur se &
 eiusdem esse religionis, cuius tres modò perempti, & æquè paratos
 ad mortem communis Domini gratia subeundam. Quos, circum-
 fusi confestim hæretici, dictis factisque eo die toto contumeliosè
 ac petulanter illudere ac diuexare non desinunt, cùm illi responde-
 rent nihil, nisi si quid ad honorem Dei vel ad dignitatem Ecclesiæ

Catholicæ pertineret. Vbi nox adfuit, manus ad terga religantur in fountibus: atque inter vincendum accedit, vt Michael Terracoenſis è vulneribus, quæ in brachiis principio acceperat, ingemifceret. Quæ res tantum abſuit, vt hæreticos ad miſericordiam petmoueret, vt etiam arreptum furenter hominem, multa ingerentes probra, è naui præcipitauerint; & ne in comitatus abiret, Franciſcus quoque Paulum (nam is erat proximus) eodem impetu deturbarint. Cæteri omnes, vinclis (vt dicebamus) injectis, in Aloyſii cubiculum detruduntur: adhibitiſque cuſtodibus, totam eam noctem, partemque inſequentis diei, propè per inediam tranſigunt: cû interea ſuper alios alii ad oſtium adſeſſent carceris, modo læta modo triſtia nuntiantes: quidam etiam truci obtutu, ſtriſtis minaciter gladiis fremerent: Papiſtæ, Latrones, ecquis erit aliquando qui vitam vobis eripiat? & alia cuiusmodi. Interea noſtri, quali futura proſpicientes, magno animo ſeſe ad extrema quæque parauerant: nec eos feſellit opinio. Nam educti è carcere, damnantur capitis. Iamque parabantur laquei, vt ſuſpenderentur ſinguli è præximo nauis malo, cû Præfectus, maioris prædæ ſp̄e, quod eos paratet pecuniâ, ad templum in Braſilia exædificandum, ſecû attuliſſe, rem in præſentia diſtulit; ſed eorû comperta denique inopia, Petro Diazio Didacôque Caruallio ibidem relictis, ſeptem reliquos in toſtratam ex oneraria transferri iubet. Hic eos hæretici denuo circumſiſtere, nec ſolû in fratres noſtros, verûm etiam in Romanum Pontificè Chriſti Vicarium, in Eccleſiaſticos ritus, in Sanctos eorumque venerationem, denique in Sacramentum ipſum altaris, contumelioſa atque impia verba proferre. ad quæ cû illi fortiter admodum reſponderêt, exdebantur pugnis, alapiſque frequentibus, deſenſores Catholicæ fidei: quin etiam exquirebantur diligenter in ſummis capitum verticibus, ſacræ quas appellant coronæ, quarum hæretici ſi quas inuenerant, has verò iterum iterumque ſinguli tundere: & ſimul iurgis & maledictis in eoſdẽ inuclhi cû aliis multis, tum illis præſertim, canes, ſures, veteratores: per vos ſtat quominûs conſpirent vniuerſi mortales atque conſentiant, ſublatisque diſcordiis ac tumultibus, tranquilla omnes pace atque otio perfruamur. Veſtro ſcelere non modò Germania & Gallia, verûm etiam Braſilia, atque ad eò toto terrarum orbe praua doctrina diſſeminatur. Erat è nouitiorum numero Petrus Fernandus, ſaber lignarius: omnium recentiſſimus ille quidem: ſed apprime humilis, & magna virtute vir. Is, initio deſertionis, pileo talariſque tunica exutus ab hoſtibus, ne deinde ſariente veſtitu pro ſæculari haberetur, & præclaram pro Chriſto moriendi occaſionem amitteret: ag-

gregabat se ad fratres identidem, vultu oculisque ad modestæ religionisque significationem ita compositis, ut vel ex eo satis intelligerent hæretici, hominem esse de nostris. Quo etiam vehementius irritati, caput eius arreptum, utraque manu subrigere, colaphis petere, digitis oculos aperire, palpebrasque distendere, paxillos denique mento subdete, ne vultum dimitteret. ad hæc illum contumelias incessere eiusmodi: Canis, attolle faciem: frontem exporrige. quæ ille nimirum excipiebat tanta non solum animi æquitate, sed etiam oris hilaritate, ut eo bono se indignum existimans, conuersus ad Deum, diceret: Quo meo mihi merito hoc tribuis, ut pro te patiar, Domine? Per hanc simul procacitatem atque sæuitiam hæretici cum sese miseri diutius oblectassent; alii demum alio varios in usus digressi sunt, spatiumque fratribus datum ad inflammandos mutuis cohortationibus animos; virisque recolligendas: quo in genere Petri maxime Fernandi, eius quem modò dixi, caritas ac virtus enituit, cum in singulos cōgressus, lætissimo semper vultu; cæteros ad constantiam ac fidem accenderet, atque ad agnoscendam insignem hanc in se Dei beneficentiam, multis rationibus excitaret. Cuiusmodi sermonibus dum se inuicem confirmant fratres; magna rursus circumuenit eos hæreticorum manus. Instituitur de religione certamen: ex quo, ut genus videatis, vnum attingisse sat fuerit. Oppugnabant hæretici supplicationes & preces, quibus auxilium à Sanctis more catholico exposcimus, quæ in disputatione acrior coortus quidam ex iis: Nōne, inquit, cernitis, in nostra potestate vos esse captiuos? quin vos igitur Maria virgo, Sanctique, quorum opem implorandam affirmatis, è manibus nostris cripiunt? cui fratres: Si expediat nos esse superstites, Beatissima Virgo Sanctique & vitam nobis à Domino & libertatem obtineant utrique: sed quia emori præstat, idcirco non impetrant. Hæc & alia id genus respondebant fratres: quæ illi cum ferre non possent, amentes iracundia & rabie, consputabant ora subinde nostrorum: quin etiam quodam Alphonsi Fernandi responso permotus vnus ex iis, furensque: ob id ipsum, inquit, quod ita dixisti, peribis. cui Alphonsus, utpote Prominister: Non solus ego, sed omnes planè mori parati sumus. Atqui expectate (ait hæreticus) molossi canes, caput egomet vobis præcidam, vosque (meam fidem testor) in mare projiciam. Hac altercatione in cœnam usque ducta, discedunt hæretici: fratres verò tēpus nacti rursus molestia vacuum, de integro adhortari se mutuo; diuinam opem in tali tantoque salutis æternæ discrimine expetere; Christi morte cruciatibusque memoria repetendis, sese ad perscuerantiam atque ad

fortitudinem incitare, Deo denique pro tam præclara sibi oblata bene moriendi occasione gratias agere. Interea hæretici expleto epulis ventte, animi quoque feritatem extremo supplicio nostrorum exsaturare cōstituunt: nec mora: singulos octoni denique circumstant, exutōsque runicis, quanta maxima vi, quam possunt longissimè à nauibus in altum eiaculantur. Ac Petrus quidem Fernandus & Ioannes Aluarus, natandi minimè periti, fluctibus hauriuntur illico: cæteri quinque vnum in locum diuinitus congregati, diu sese sustentant, postremum vale sibi dicentes inuitem, ac veniã inter se delictorum petentes. Didacus verò Fernandus, quem vnà cum Sebastiano Lupio (qui deinde superstites ambo suẽre) sub noctem hæretici quidam, quasi diuino iussu, cibo potuque refecerãt, validus viribus, classẽ, quòd è repentina pluuia venti quieuerãt, tardiùs euntem assequutus, & nescio quo pacto in vnã nauium acceptus, Diuinæ consilio prouidentix mansit incolumis. Luctantur cum fluctibus reliqui, & quamquam in summa difficultate ac defatigatione, Apostolico Symbolo precibusque fundēdis ad Deũ, sese contra spiritalẽs nequitias communire non desinunt; iamque nox erat media, cum Alphonso Fernando in verba præeunte, certos è quinquagesimo Psalmo versiculos decantare cœperunt, atque illum præsertim: Tibi soli peccaui, &c. Verùm lassitudine tandem victus, & aquarum vi obrutus Alphonsus extinguitur, spectata probitate ac religione vir, cuius præcipuè robur animi ac virtus in hæreticis modò refutandis eluxerat. Hunc autem eo consilio è Lusitania secum abduxerat Azebedius, vt Philosophiam, cui magna cū laude vacauerat, in Brasilia prouincia profiteretur. Alphonsum secutus est mox, Iesum inuocans, Andreas Pais: postremus omnium Fernandus Aluarus mergitur. Tum Sebastianus Lupius in mari medio, nocte intempesta, densis tenebris, imbre maximo derelictus, elatum sorte quadam in classe lumen eminus intuens, mille circiter & quingentorum passuum interuallo distantes consequitur naues; quarum ad vnã itẽmque alterã accedens, & vt admitteretur suppliciter postulans, cùm acerbè minitantes hostes intentaque in se tela sensisset; quasi ad extremum perflugium, contendit ad vnã è seaphis: cuius ad marginem stans forrè quidam hæreticus paulo mitior, tum Sebastiani angustiis, tum etiam sortassis ab se desertæ veræ fidei religionisque recordatione commotus, excepit hominẽ: penulãque contactum, ac furtim in nauẽ impositum, commentis ambusdam hostium furori atque inmanitati subtrahit. Duos autem illos qui in Lusitanica nauẽ relictĩ fuerant, eodem genere mortis, eadẽ animi magnitudine defunctos accepimus. Portò nobis

hæc omnia Sebastianus ipsemet Lupius exposuit. nos totam rei gestę seriem his consignatam litteris eidem Sebastiano recognoscendam ostendimus: cuius ille narrationis veritatem ac fidem suo rursus testimonio comprobavit. Quo etiam studiosiùs fecimus, vt hanc ad vos mitteremus epistolam, rati eo vobis gratiorem futuram, quo certiora perferret. Quod reliquum est, vestris omnium sacrificiis precibusque nos etiam atque etiam Domino commendati percipimus. Olisipone, v. Idus Decemb. MDLXXI.

o 3

FINIS.



EMANVELIS
ACOSTAE LV-
SITANI HISTORIA RE
RVM A SOCIETATE IESV IN
Oriente gestarum, ad annum vf-
que Christi Domini M.D.
LXVIII.

RECOGNITA, ET LATINITATE
DONATA A IOANNE PETRO

Maffeo Bergomate, So-
cietatis IESV
Presby-
tero.

CLARISSIMO

PRINCIPI, AC DOMINO, D. OTHONI TRUCHSES A VVALDBVURG, S.R.E. Cardinali, Augustano Episcopo ac Prænestino, Præposito & Domino Eluacensi, &c. Ioan. Petrus Mafseius S. P. D.



*VO*D te non fugit, omni liberali doctrina eruditum, Otho Card. Amplif., India prouinciarum omnium maxima, tametsi propriè dici videtur pars illa terrarum, quam nobilissimus fluius Indus interfluit: vsus tamen obtinuit, ut etiam ultra Gangem, equè magnum ac celebre flumen, immēsi illi terrarum tractus, qui ad Sinas vsque, & in extremo positos Oriente pertinent Seras, Indie nomine censeantur. Porrò ultra Sinas, in Serico Oceano, haud procul à continente, ingēs cernitur Insula compluribus minoribus adiacentibus; quam nostri vulgò Iaponem vocant, Zipangrim antiquis dictā fuisse nonnulli arbitrantur. Hac insula excepta, ceteras ferme regiones eas, cum aliis opibus, tum etiam pretiosissimis aromatibus odoramentisq; refertas, constat priscais temporibus Remano florente Imperio, cum Europeis hominibus & commerciis & hospitio fuisse coniunctas. traditum est etiam, multas Christiana quondam sacra tum ab aliis, tum præsertim à duobus eximia sanctitate viris Thoma & Bartolomeo Domini Apostolis accepisse. Verùm ubi Remani decus Imperij,

conspirantibus undique in ipsum variis nationibus, cō-
cidit: mercimonij vocumque, & litterarum cum illis
gentibus communionē sublata, Christi cultus atque re-
ligio paulatim extincta ac deleta (sc est, ut nullū propē
ipsius vestigium in illis iam regionibus appareret. Quo
melius de Christiana meruisse Repub. Lusitani iure
putandi sunt, quòd cum terrestri itinere sine summo
vita discrimine, ea loca pei non possent, & vix quisquā
reperiretur, qui peregrinationem eiusmodi suscipere
auderet: ornatissimis ipsi classibus extima legentes
Africa littora: Bona spei promontorium ante id tem-
pus panē incognitum, auream Chersonesum quæ Mala-
ca dicitur hodie, Taprobanam, quæ Sumatra, siue Samo-
tra: Sinas denique præcrueti: ad ipsam de qua dixi-
mus Iaponis insulam ingenti ausu summāq, animi ma-
gnitudine penetrarunt: idēq, Indica ora magna par-
te subacta, sinus etiam Persici faucibus fortiter aequē
ac feliciter occupatis, Arabiū verò navigatione crebris
incurSIONIBUS impedita, mercibusq, Indicis per Africum
atque Atlanticum Oceanum in Hispaniam aucsis: non
modò Memphitica Turcarum vectigalia grauissimis
damnis atque incommodis affecerunt: sed etiā CHRIS-
TI liberatoris nostri cuius ac nomen apud eos po-
pulos vel nunquā ante id tēpus auditum, vel diuturna
vetustate atque obliuione deletum, salutari prædica-
tione longè lateque propagarunt, adhibitis perductisq,
secum, summi Pontificis iussu, multis Euangeliū præco-
pibus, tum aliarū familiarum, tum vero præcipuē So-
cietatis IESV. Quorum Epistola, (huc enim tota spe-
ctat

erat oratio) quas vulgò Indicas nominant, in Europam
subinde per lata, minimè dubium est, quin haud medio-
crem utilitatem pari delectatione coniunctam homi-
nibus nostris attulerint. Veruntamen ea volumina cū
iam nimium excreverent, multosque à legendi studio
retardarent: prudenter mihi simul ac pie fecisse vide-
tur Emanuel, is cuius nos scripta conuertimus, qui cir-
cuncisis iis quæ minùs necessaria videbatur, cætera bre-
uem in commentarium retulit, ut essent parata & in
promptu, quæ quis de rerum Indicarum statu, progres-
sive, quod attinet ad religionem, descriptione maximè
digna, cognoscere cuperet. Quam nos etiã, aliqua ex par-
te, circuncidendi castigandiq; sine diligetiam, siue licen-
tiam, in Iaponicis Epistolis ita prestare conati sumus,
ut historia fides ac veritas omnino integra permane-
ret: quod facile perspiciet, si quis hæc exempla cum cæ-
teris accuratè contulerit. Commentarius autem ipse, Re-
rum in Oriente gestarum, ob eam causam inscribitur,
quod eiusdem Societatis homines etiã in Brasilia re-
gione, & in Occidentali quæ dicitur India, variis locis
atque provinciis magna cum animarum utilitate fru-
ctūque versantur: & res ad Christi Domini gloriam ita
multas eodem duce atque adiutore perficiunt, ut pro-
prio & quidem iusto volumine ipsa per se ad explican-
dum indigeant. Quam nos in historiam, & in eas quæ
super sunt ex Oriente colligendas epistolas, quidquid otij,
quidquid possumus operæ, deinceps conferre decrevi-
mus. Profectò enim digna res est, in qua non mea so-
lum, verum optimi cuiusq; ac literatissimi viri liben-

tissimè desudet industria : quippe quæ non modò plurimarum rerum variam & iucundissimã afferat cognitionem, sed etiam veritatem Catholicæ religionis, & sedis Apostolicæ maiestatem, summãq; Romani Pontificis potestatem, (quæ hac præsertim etate omnibus tormentis ac machinis oppugnatur) humanis & diuinis : estimonius atque miraculis, egregiè tueatur & cõprobet. Interea, hæc quæ habebamus absoluta, tibi potissimùm, Otho clarissime, pluribus de causis dicere statuimus. primùm, quòd hoc veræ atque orthodoxæ fidei firmamentum ei deberi maximè videbatur, qui sese calamitosis hisce temporibus contra perditorum hominum insanias, Catholicæ sinceræq; religionis defensor è acerrimum præbuisset : deinde quòd ipsimet Societati I E S V, quæ plurimum tibi debere se profitetur ac prædicat, in primis id gratum fore mihi persuaseram. Tu, pro tua excellenti humanitate, munusculum hoc quælecunque libenter accipies, meque in tuorum numerum adscribes æquo animo. Vale. Romæ, 15. Kalend. Decembris, M. D. LXX.

R E R V M

RERVM A SO CIETATE IESV

IN ORIENTE GE-
STARVM

COMMENTARIVS.



VO tempore Ignatius Loiola, patens au-
torque Societatis IESV, Romam vnâ cum
sociis venit, ad obedientiam Pontifici ma-
ximo (qui tum erat Paulus hoc nomine ter-
tius) ritè deferendam, eo ipso tempore apud
eundem Pontificè Petrus Mascarenus pro
Lusitania rege Ioanne legati munereungebatur. is cogui-
to eorum vitæ genere atque instituto, quoddam in mandatis
habebat ab Rege, qui de ipsorum virtute ac pietate ex ami-
corum litteris iam antè cognouerat, egit cum summo Pon-
tificè, vt ex iis aliquot promulgandi Euangelii causa mitte-
rentur in Indiam: cuius prouinciæ ab Idolorum cultu ad
Christianam fidè traducendæ Rex, catholicæ religionis cul-
tor egregius, magno in primis desiderio tenebatur. Misit ex
decem, qui tum erant Socii, duo (nec enim plures conce-
ssit Ignatius, cuius arbitrio totam rem Pontifex ipse permi-
serat) Franciscus Xauerus Nauariensis, & Simon Roderi-
cus Lusitanus, Vlyssiponem attigere anno à Deipara Virgi-
ne 1540, quorum non aduentus modò Regi accidit exopta-
tus & carus; sed etiam, interim dum nauigandi tempus ex-
spectant, variis in actionibus atque muneribus pia sedulitas
& industria ita probari ac suspici cæpta est, vt vulgò non ni-
si Apostolorum nomine appellarentur. Inde hoc Societatis
in Lusitania cognomentum est ortum, quod ipsa quidem si-
binon modò non arrogat, verùm etiam recusat ac refugit.
Lætus eo rerum euentu Rex, Indorumque iam propemodùm
oblitus, eum reliquos octo, qui Romæ remanserant, suum in
regnum accipere potius, quàm hosce duos ab se dimittere
cuperet: ipsi autè contrà, diuini amoris igne succensi, mul-
ta pro Christi nomine perpeti, remotis illis ac barbaris
nationibus Euangelii lumen inferre, & quo consilio pro-
fecti

*Rex Lu-
sitanus
à Pon-
tificè pe-
sit quos-
dam ex
Socie-
tate
IESV
ad In-
dos mis-
si.*

Francisco
Xaue-
rio In-
dia pro
uincia
desti-
nata.
Eorum
qui in
Indiã
mitte-
rentur,
semi-
nariũ,
Conim-
brica in-
stitutũ.
 ANNO
 1542.
Societas
Iesu
perue-
nit in
Indiã.

Ratio
vix
que
Xaue-
rio fue-
rit Goa
in re
liqua
India.

fecti fuerant, id ipsum assequi atque obtinere cõtenderent, diuisa tota res est. Francisco Xauerio India prouincia destinata, Simon Rodericus quamuis inuitus in Lusitania retentus, vt quoniam ad Ignatium alii multi se iam adiungere cœperant, instituendo in Conimbricensi Academia ipsorum Collegio præfesset, quod tanquam seminarium foret eorum, qui deinceps in Indiam supplementi causa mitterentur. Ei Collegio Rex vctigalium annuorum quod satis esset ad Socios centum alendos (qui numerus postea duplicatus est) literisq; & prophanis & sacris erudiendos, attribuit.

Xauerius igitur, anno post Christum natũ 1541, cum Indiã præfecto Martino Alphonso Sosa Vlyssipone discessit. itineris comitem secum duxit è Societate Italum Sacerdotem præstanti virtute virum, nomine Paulum. In Indiam peruenerunt Maio mense anni insequentis. In eã navigatione, Xauerii vitæ ratio rerum ab ipso deinde gestarum quoddam quasi pro ludium fuit. Etenim ex quo die conscendit, tum in ipsa nauì, tum in Mosambico Insula, vbi hiematum est, eam in egrotos pauperes, egentesque assiduitatem ac diligentiam, dies ac noctes, tanta cũ alacritate & iucunditate animi præstitit, vt sanctus perfectusque vir haberetur ab omnibus, & qui præsentem viderunt, rem verbis haud satis exequi possint. Goam simul atque peruentum est, omni statim conatu ad ethnicos Christianis præceptis imbuendos, Christianos verò & Lusitanos, & incolas, in fide atque officio retinendos ac promouendos incubuit. Ad hæc, ægrotos & vinctos inuisere, valetudinaria frequentare, vel in iis habitare potiùs, quo commodiùs ægris ministrare posset, quibus & viucentibus interdum noctuq; summo cum labore, cunctis admirantibus, præstò erat, & mortuorum cadauera suis ipse manibus funebri linteo ritè ad sepulturam insuebat, proque eorundem animarum expiatione sacrum missæ faciebat: quod ille semper, vbicumque terrarum fuit, in India solenne seruauit. Nec tamen interea confessiones audire, publicis concionibus priuatisque colloquiis hominũ vitam moresque corrigete, similtates ac dissidia tollere, aliaque id genus facere multa desistebat. quocirca magno in honore ac veneratione habebatur à populo.

Aliquot menses Goæ magno cum rei Christianæ adiuuamento versatus, in eam Indiã oram discessit, quæ vulgò Comorini caput seu promontorium dicitur: ab vrbe Goa passuũ sexcem-

Sexcenta millia. Regio est piscatu margaritarū insignis. Gēs autē ipsa quondā a D. Thoma Apostolo ad Christum adiuncta, sed quæ iam Christiani præter nudum nomen haberet nihil. Interroganti quippe Xauerio de religione fideque, illud vnū duntaxat respondebant: Christiani sumus. Hoc igitur Domini vinetum in sylvam Xauerius planè degenerate cum cerneret, acri studio & accuratissima diligentia pro viribus colendū suscepit, vno Dei fretus auxilio, quē ille in eo præsertim negotio ita propitium ac liberalem expertus est, vt breui plurimos homines ad Catholicā ecclesiā aggregauerit: qui ad eam deinde virtutis frugem peruenerunt, vt qui iis præsumt hoc tempore Socii affirmant, eas ecclesias etiam à Lusitanis destituantur, suis iam nūc posse viribus niti, cæptumque virtutis ac religionis cursū tenere. Censetur in præsentia maritima illa ora, Christianorū amplius cētū & triginta millibus, eorumque numerus nō mediocriter augetur in dies. Quæ ferè omnia vni secundū Deū Xauerio præcipuè accepta referenda sunt, qui nō illā modò plantauit rigauitque; vineā, sed alias quoque in eo tractu permultas: in iis, Trauācoris regnū penè totū & Bringanum inter ac Permaneiam, decem ferme pagos, & circa Beadalā ac Tramanancorē, vicos circiter septē. Neque verò, cum in aliorum salute procuranda vigilatissimus, tum in sui ipsius custodia remissus erat, aut negligens. vitam quippe ducebat eiusmodi, quæ satis ostenderet, nihil omnino sibi præter vnā Dei gloriā suāque salutē & proximo tū esse propositā. Itaque res quas gerebat, sanctitas morū, laborisque; perpetui, & insectationes, iniuriæque; quas vel in cōuertēdis barbaris, vel in tuēdis neophytis ac Lusitanis subibat, Goam ceterasque in Indiæ regiones non dubio sermone perlaræ, tanta cum admiratione celebrabatur ab omnibus, vt vel ab ipsis Mauris ethnicisque; Pater sanctus appellaretur. Qui rumor cum etiam in Lusitaniam permanasset, eumque Ioannes Rex eadem à multis certisque autoribus, tum ipso adhuc viuentē Xauerio, rum multo magis, mortuo, cognouisset, permotus rerum magnitudine atque præstantia, Pro regi Indiæ per litteras mandauit, vt Xauerii res gestas atque miracula omnibus vestigiis indagaret quā diligentissimè ad se perscriberet. Regis ipsius litterarum subiicietur exemplum, è quibus quid ille de Francisci virtute atque præstantia senserit, facillè appareat.

*Comori
ni pro-
mōtorij
accola à
D. Thoma Apo-
stolo ad
Christū
tradu-
cti.*

*Comori
nū Christi-
anorū
amplius
centū &
triginta
millib⁹
cēsetur.
Trauā-
coris re-
gnū cū
pagis &
vicis a-
liis à Xa-
uerio
Christo
adiūctū*

*Xauerii
gesta Re-
gū Lusita-
nia
iussu
dagantur.*

Prorex amice: ego rex tibi multam salutem. Francisci Xa-
uerii vita, gesta que res, adeo salutaris exempli fuere, vt
eas lucē edi palamq; proponi ad gloriā Domini Dei no-
stri pertinere magnopere existimem. Cuius editionis quo
major autoritas fideique sit, mādō tibi planē, vt de præcla-
ris omnibus viri illius actionibus, deq; iis rebus, quas per eū
siue adhuc viventē, siue defunctū, Dominus noster supra na-
turæ vires effecit, vbicumque testes idonei fuerint, tabulas
publicas seu instrumenta autētica cōficiēda quā studiosissi-
mē cures, & ad me primo quoq; tēpote perferēda. Id erit mi-
hi vehemēter gratū. Ac licet rerū ipsarū dūtaxat tabulas im-
perauerim, tu nihilo minūs efficies, vt ipsamet inquisitio in
publica monimēta rectē atque ordine referatur. Inquisitio-
nis autē erit eiusmodi ratio, vt omnibus, istis in regionibus,
quicumque earum rerum probē conscii extiterint, ii de vita;
factis, moribusq; Frācisce, quib⁹ in tetrīs atque oppidis infi-
delium fuerit, quid in iis gesserit, interrogati & iurati respō-
deāt. Eius porrō inquisitionis exēplū scriba relationis ipse
desumito, tuoq; chirographo subscriptū, adhibito etiā Au-
ditore generali, cōplicato ob signatōque: Tu deinde ad nos
id ipsum triplici via trāsmittito. Vllisipone. V. Kalen. Aprilis
1556. Regis epistola perlata in Indiam, ministri sedulō impe-
rata fecerunt, atque ita multa de Frācisce Xauctio ad Regē
probē cōperta atque explorata miserūt, vt singula hoc loco
persequi nimis longum sit. Summatim nonnulla perstringā.
Xauerius cum apud Comorinēses degeret, in Christiana do-
ctrina tradenda tenebat hanc regulā: Manē post preces ho-
rarias recitatas, puero vno comite, qui signū gestaret crucis,
vias oppidi circuibat, querens vbi nā essent ægroti curandi,
vel mortui sepeliendi, vel infantes adūctive baptismo lustrā-
di. Si quid occurrebat eiusmodi, manibus oculisque sublatis
in cælum, elata voce concionatoris instar admodū piē ptō-
nuntiabat Symbolum Apostolorum, vnā cum Decalogo, &c.
eò statim magna vis hominum confluebat. Si pro ægrotō vel
neophyto faceret, vniuersam precationē Euangelio, sin pro
defuncto, Psalmodia funebri, siue mortuorum officio cōclu-
debat. Ad sextam ferme horā diei vetatus in opere, quāquā
summa corporis defatigatione, nullum tamē intermittebat
dicm,

*Inquisi-
tionis de
vita Xa
uerij ra
tio.*

*Regula
Xauerij
s tra-
denda
Comori-
nēsis
doctri-
na Chri-
stiana.*

diem, quin aliquid pueris è Catechismo explicaret. Inde vbi cibo se refecisset, Christianis omnibus copiam sui faciebat: quaestiones ipsorum nodosque dubitationum expediens, omnia discordiarum semina tollens, pacemque concilians: cum etiam sub vesperam, atque interdum noctu sese in cœtus hominum frequentiores concionabundus infereret. Augebant autem laborem ac lassitudinem tum calores in iis regionibus maximi, tum summa viri paupertas, cuius ille semper adeo studiosus fuit ac tenax, ut in tam crebris ac longis terra marique peregrinationibus sine sacculo & pera ambulare solitus fuerit. Quin etiam in vrbe Goa regio procuratori multa ad iter necessaria liberaliter offerenti, instarique ut acciperet, omnino remisit, & non modo viatico prorsus nullo conscendit, sed etiam impedimenta nulla in nauem imposuit præter Breuiarium, & aliud libellum, & superpellitium. In ipsa autem nauigatione precario victitabar, aliorum benignitate sese sustentans. Iam verò Christianos, quos in Comorini tractu Christo pepererat, à barbarorum Regum & ceterorum iniuriis defendebat egregie, proque iis & Christi religione tuenda sæpe sese obtulit in apertum vitam discrimen. Gens est in regno Bisnaga, quos Badagaas vocant. horum permagna manus cum ad neophytos diripiendos occidendosque in regnum Trauancoris irrupisset, cognita re Xauerius ex alio quodam oppido, vbi tum morabatur, Trauancorem prouolat: nihilque mortis metu petteritus, summo animi ardore atque constantia scelus hostium increpans, in mediam Christianorum turbam ultro se coniecit, ut ipsum reueriti reliquis parcerent. Quamquam alioqui sanè ipsius capiti assidue penè tendebantur insidiae. itaque & à barbaris quibusdam aliquando conquisitus ad necem, arborem scandens, ibique pernoctans, manus eorum effugit. Tanto autem desiderio flagrabat vniuersæ barbariæ ab interitu renouandæ, ut nullos labores vel pericula subterfugeret, nullaque ferè partem caperet quietis. Insulae Mauri sunt ultra Malucum. in iis ille versatus est omni plane humano praesidio nudus, multis vndique cinctus veneni cedisque periculis. quò ille cum discedere pararet, non modo ab amicis frustra deterritus ac reuocatus est, sed etiam veneni multa remedia (cuius est usus in iis insulis frequentissimus, atque etiam idcirco multos iam annos sacerdote atque pastore caruerat) sibi ab eisdem oblata, diuino magis quam humano offerretus auxilio, cuncta repudiauit. Qua de profectioe precibusque amicorum ipse in Lusitania ad suos scripsit his verbis: Ego ipsorum

*Studiū
& cultus
pauper-
tatis.*

*Regnum
Bisnaga.*

*Periculorum
mortis
& con-
temptus.*

*Insula
Mauri.*

*Munerum
recusatio.*

in me beneuolentiæ ac studio ingentes egi gratias: sed ne ipse mihi solitudinē struerem, ac multo magis ne quid de mea spe in vno Deo penitus fixa ac locata remitterem: amulata, quæ mihi peramanter lacrymantes donabant, omnia recusavi, rogans eos, vt pro me Deū obsecrarc ne desisterent: eo veneni remedio nullum certius inuenire. Extat de eadem profectioe eiusque difficultatibus, de terræ natura & inopia, ad Socios Romanos alia item ipsius epistola, cuius illa clausula est: Hęc ad vos eo scripsi, vt sciatís quāta sit in hisce insulis cœlestium solatiourum copia: namque omnia hæc pericula ac labores vnus Dei causa vltro suscepti, thesauri sūt ingentibus referti spiritalibus gaudiis, ita vt hæc apprimē facta & apposita prouincia sit ad oculorū aciē paucis annis è suauissimi fletus vbertate perdendam. Equidem in vita mea nec vlla vnquam auini tanta tamque perpetua voluptate sum affectus, quāta in his locis afficior: nec tam leuiter corporis vexationes atque molestias pertuli: cū tamen hostes circā finitimi sint, incolæ ipsi non amicissimi, regio verò ita infelix & sterilis, non modò vt cunctis valetudinis aduersæ subsidiis, sed etiam consuetis alibi vitæ præsiidiis ferè omnibus careat: sic prorsus, vt hæc mihi videantur insulæ diuinæ spei veriùs appelladæ, quàm Mauri. Nec verò populi in his partibus desunt, (Iauaros vocāt) qui posse hominem interficere, summæ beatitudinis instar putent, à quibus cū alii tum Christiani multi occiduntur.

*Solatia
cum af-
flictioni
bus con-
iuncta.*

*Iauari
populi
quàm
inhu-
mani.*

*Tolo op-
pido,
Christi-
anorum
amplius
vrginti
quinque
millia
facta an-
no 1517
Insula
Maluci
& Am-
boini.*

Tres menses apud eas nationes Xauerius posuit, partim Christianorum loca circumiēs, (quæ iam diu lustrauerat nemo, siue quòd absūt ab India leucas àplius mille, siue quòd, quem præsulē habebant, ipsimet Insulani peremerant) partim etiam in barbaris conuertendis ad Dominū ita multis, vt in vno duntaxat oppido Tolo, Christianorum omnis ætatis amplius viginti quinque millia ab ea facta fuisse dicatur: idque anno post Christum natum circiter 1547. Nam ex eo tempore is numerus per Socios, qui in opere successerunt, valde auctus esse credendus est. his rebus peractis, cū intelligeret Xauerius, quàm vehementer insulæ Maluci & Amboini cultorum inopia laborarent, cessare nescius eò se contulit, ibiq; Christiana re præclare gesta, regnū aliud petiit, in quo intra mensem hominū plus decem millia ad cultum Christi perduxit, & significauit suis ipse litteris, sperare se eo anno plus centum millia Christianorum esse facturū. Multis
igitur

Igitur in eo tractu institutis ecclesiis, quæ sacrosanctæ sedi apostolicæ Romanôque Pontifici obtemperant, & multiplicantur in dies, relictisque ad earum tutelâ aliquot è Societate eustodibus, ipse, quod aliis Indiæ locis mortales plurimos doctoribus destitutos in ætæternum perire intelligebat, reuersus in Indiam est. Iaponis regnû paucis illis annis aperuerant Lusitani, cuius incolæ sunt ingenii ac docilitatis laude præstantes. Id ille vbi didicit, nequaquam loci longinquitate deterritus, (abest enim id regnû ab vrbe Goa leucas plus mille) quamquã dissuadentibus cunctis, inrepestiuo ad nauigandû mari, nauigio barbarorû Sinarû sese commisit, difficiliq; ac periculosa nauigatione maritimã Iaponis vrbe Cangoximã tenuit. Comitern habuerat Iaponium quendã Lusitanicæ linguæ peritum. Eo vsus interprete, cepit Christianæ religionis in Iaponicum sermonem trãstulit primûm: deinde Christi Euangelium in iis terris inauditum promulgare, nec sanè frustra, aggressus est. Cangoximã cû neophytis aliquandiu moratus, ad magnã illã vrbe perrexit Meacû, regni totius caput, leucas trecentas ab eo loco positã, Christi notitia nulla. Iter habuit in primis laboriosum atq; difficile. In viã se dedit Octobri mense, cû frigora in Iapone sæuire incipiunt, tanta niuiû copia gelûq; vt in siluis concretæ ex glacie moles passim ad instar trabium rigent. Mari nõ semel infesta pyratis loca trajecit, in infima nauiû propter obscuritatẽ ac nouitatem nominis sui à nauitis sæpe coniectus. Terra autem, ne erraret ignarus viarum, indigenas equites citato cursu prosequabatur, & quidẽ pedibus nudis, quod eo anni tempore flumina multa vado superada sese crebrò offerrent. Itaq; sæpe niuiû & algoris iniuria pedes intumescerbãt: sæpe etiã assidua sacrorû instrumentorû gestatione defatigatus, asperitate viæ fallente vestigia, concidebat. Nocte verò, aqua madidus, frigore famèq; cõfectus, cû ad hospitium perueniret, humana solatia nulla reperiebat: nã cœlestia illa ac diuina (credo) nõ decant. In ipsis verò pagis, & oppidis, quã transibat, ad alias contumelias & iurgia illud etiã accedebat, vt per plateas crebrò lapidibus peteretur à pueris: nec tamẽ ideireo à sacrosanctæ fidei Catholicæ præconio desistebat. Meacû vt venit, omnia offendit bello tumultibusq; flagrantia. Itaq; re infecta Cangoximã reuerti coactus est, Christianis aliquot in reditu factis. Annû circiter in Iapone versatus est: in Meacensi pere-

*Homini-
decem
milliã
intra m^t
sem ad
Christi
perdu-
cta.
Ecclesia
Indica
Romano
parent
Pontifi-
ci.
In Iapo-
niã reg-
num pro-
ficiscitur
Xaue-
rius.
Cangoxi-
ma Iapo-
niã
vrbs.
Euange-
liũ Chri-
sti Iapo-
niã pro-
mulga-
tur.
Meacũ,
regni Iapo-
niã ca-
put.
Frigor
in Iapo-
niã
maximè
Ingen-
tissimè
difficu-
tates.*

grinatione mēses quatuor pōsuit. Tū institutis ibi quoque Sociis, qui cœpta promouerent, in alia regna discessit. Magnū verò nomē, magnā sibi venerationē apud Iaponios peperit, planè vt illū Europeis omnibus antefetrēt. tanta enim fuit vitæ morūmq; innocentia, vix vt in iis quisquā vel venialis noxæ maculā deprehenderit. quin etiā ea re aiebant illum à ceteris differre Sociis, quòd illi sigillatim ad varias multorū interrogaciones deinceps atq; ordine respōderēt, Xauerius, decē duodecimve maximè inter se diuersis propositis quæstionibus, vno eodēmq; respōso simul ita satisfaceret vniuersis, vt si eorū vnicuiq; separatim ac propriè respōdisset. Illa verò de Xauerii actis suprā humanas vires admirabilia celebrātur, quòd variis temporibus in Iapone muto cuidā ac pedibus capto vsū linguæ & ingressū, surdo auditū, itē alteri surdo mutōve sanitatē diuinitus reddidit. Atque hæc in Iapone. In Comorini autē regione dū ageret, nō solum ægros eōplures à medicis desperatos morbo diuinitus liberauit, spiritusq; fugauit immundos, sed etiā mortuos reuocauit ad vitam. Iuuenis quidā obierat multis affinitate cōiunctus. hunc oppidani mortuū magnis clamoribus frequentes ad Xaueriū afferunt, quē ille manu apprehesum viuentē erexit. idq; Goā constanti fama perlatū est. quo Xauerius etiam, eum non multo pōst rediisset, ad Didacū quendam magnæ auctoritatis virū dluertit. is cū rē gestā cognoscere de ipso Xauerio admodū euperet, Cosmū Ioannē regiū procuratorē inuitat, vt ambo simul id à Xauerio sciscitētur. Cosmus pudore deterritus, rē ad ipsum Didacū rejieit. qua illē recepta, paucis pōst diebus Xaueriū nomine cōpellans. Ad gloriam (inquit) ac laudē Domini, cedo magister Fræifce, quidnā fuit illud de adolescente, quē defunctū in Comorini promontorio reuocasti. Ad ea verba Xauerius nimirum erubuit, hominēq; amplexatus, atque subridens, Iesu bone (ait) egōne vt mortuos excitauerim? O me nequā, iuuenem ad me, mortui specie, attulerant: iussus à me surgere nomine Dei surrexit: ea videlicet populo noua res visa. Hæc deinde Cōsmo referens Didacus, Noli (inquit) dubitare, quin opē diuinā iuuenem illum Xauerius reuera mortuum suscitauerit. Ibidem mulier Christiana ad Xauerium accedit, rogat vt ad filium suum vita functum venire ne grauetur. Ille eò se confert: pueri cadauer flexis genibus Deum precatus crucis signo lustrat: puer statim exsurgit in vitam, ac sanitatē

pristi-

*Gesta
quædam
Xauerii
admirabilia.
Muto,
surdo,
claudo,
ægris de
speratis,
sanitas
reuerditur.*

*Mortui
ad
vitam
reuo-
catur.*

pristinam restitutus. Christiani qui aderant, miraculum exclamant: illos verò Xaueius obsecrat, rem vti silentio cōtegant.

Ex lapone decedens, nauem conscendit Lusitani cuiusdā, qui Colani præsidio præfuit. In ea nauigatione cum in oram Sinarum è regione Chinchei iam peruenissent, atrox & periculosa procella coorta, scapham, vnā cum duobus Mauris è nauali turba, retinaculo rupto, ex omnium oculis tanto impetu abripuit, vt paulo pōst ne è somnio quidē ipsius mali carchesio speculantibus appareret; tū verò ea deplozata, cursum prosequi nauæ decernūt. Id vbi sentit Xaueius, magistrum nauis ductoremque obsecrat, vt dolones, qui ob venti violentiam non erant omnino sublati, demittant, & scapham expectent. Negare ductor primò, magnum esse asfirmans in mora periculum: exiguo illo contracto velo, quo maris impetum fugerent, haultum iri nauigium fluctibus. Ad extremum tamē victus Xauerii precibus, submitti dolones imperat. Verū vbi nihil profici ea re intelligūt nauæ, tumido præsertim ac sæuiente mari, vela rursus expediunt. Contrā Xaueius niti, seriò affirmare scapham breuī incolumem affaturam. Cū illi nihilo minùs desperata re dolones erigerent, extrēplo Xaueius ad proram accurrit, manuque antennis injecta, nauas per Christum Dominū eiūsq; vulnera obtestatur, ne ex eo loco discedant: confidere se planè fore, vt par illud animarum, quæ Christianæ esse possent, Deo miserante, non interirer. His auditis nauæ deuo vela submittrunt. Interea Antonius Dias Xauerii rogatu rudentes ascenderat, nihilque dispiciens, descendere iam parabat, cū illum adhuc paululum expectare Xaueius iubet, simulque ipse ad nauis marginem sublatis manibus se in preces effundit, nauarchum & ceteros bono animo iubet esse. Cū hæc maximè fierent, ecce tibi repentē aduentans scapha conspicitur. Tum ad eam expectādā, cursumque facilius inhibēdum, nauis contra maris impetum in obliquum locatur; nec mora, duarum triumve horarū interuallo scapha neutram in partem declinans rectā ad onerariam appropinquat: cui cū funem eminus injicere paratē, nihil opus esse ait Xaueius, ipsam per se placidè ad onerariæ latus accessurā: itaq; factum est. Duo qui vehebātur, in nauē accepti. scapha, quāquā minimè sedata rēpellatē, retinente nemine, tā diu stetit, quoad eā

*Chincheum
in Sinarum ora.*

*Mauri
duo, fluctibus
mirabiliter
erapti, baptizati.*

nauarum ad onerariam religarunt. Mauri illi duo ad Christum deinde conuersi baptismo lustrantur. Res tota summa omnium admiratione animaduersa ac notata est.

*Prophe-
tia do-
num n
Xau-
erius.
Ma-
ca.*

Fuit verò Xauerius vtrique ipsius etiam Prophetiæ dono conspicuus. multa post futura, multa longè remota prædixit, quæ humanitus sciri nullo pacto possent. Ex Iapone tendens Malacam, quingentarum amplius leucarum itinere, in portum Sinarum delatus, è Duartis Gammæ oneraria in Didaci Pereriæ nauem transcendit: is, quòd Malacam in discessu ab hostibus circumuentam obsessamque reliquerat, nihilque postea de euentu rei cognouerat, percontari de Siniis magnopere cupiebat, num quid de Malacensi obsidione audissent. Simul etiam cum vectoribus in eius vrbs subsidium arma sedulò comparabat. quos ita sollicitos metu conspicatus Xauerius, iubet (idque sapius) sine cura esse, pro certo affirmans otium esse Malacæ. Idem Didacus cù animo suspensio metueret, ne omnes naues in Indiam Malaca soluisent, quòd bona iam pars idoneæ ad nauigandum tempestatis effluerat. Nihil est (inquit Xauerius illi) cur timeas. Antonium Pereriam etiam num reperiemus Malacæ, sublatis ad velificandum antennis, nos ipso iam triduo præstolantè. Ad quem deinde Xauerius è freto Sincapurano passuum nonaginta millibus Malacam litteras de suo aduentu præmisit: quòd simul atque peruentum est, omnia prorsus vt ille prædixerat, res Malacenses pacatas, Antonium Pereriam tertium iam diem profectioe patata ipsos opperientem inueniunt.

*Aceni
Sincapurano
Ma-
ca.*

Simone Mello Malacæ præfecturam gerente, cù ibi Xauerius esset, Aceni, immanis ac bellicosa gens, celocibus ferè sexaginta, noctis silentio Malacæ portum inuecti, vt onerarias, quæ in eo iactis anchoris stabant, inflammarent, atque diriperent, Bandensem nauem iam propè ceperant, cùm Lusitani qui in oppido habitant, biremibus circiter quinque raptim instructis, decemque dierum duntaxat imposito commæatu, intra decimum diem redire iussi, cõjectos in fugam piratas ad Parlem vsque amnem ducetas ab vrbe leucas persequuntur. iamque mensem totum ultra finitum sibi temporis spatium abfuerant, cùm interea nullus de iis nuntius venerat Malacam. Quin etiam complures, ad explorandum linteas à præfecto dimissi, nihil omnino reculerant. Qua circa magna erat suspicio, male pugnatum esse: auxitque suspensionem rumor à Mauri-

ris incolis dissipatus, nostros ab hostibus planè victos ac deletos esse. Cùm mœsta atque afflicta eo metu ciuitas esset, matronæ etiam maritos vt mortuos effusè lugerent, in concionem populum Xauerius aduocat, & ad extremum, nonnullorum fidem in Christum requirens, & inconstantiam increpans: Sunt, inquit, in hoc cœtu cùm alii, tum mulieres quædam, quæ sortibus jactis, consultisque veneficis, persuasere sibi, classem nostram ab Acenis captam, maritòsque lugent. At vos fratres mei amicique, omni mœrore deposito, exhilaramini, & gaudete vehementer: namque hodierna die fratres nostri pugnarunt, insignique de hostibus parua victoria cum opimis spoliis reuertuntur ad nos. Certo die (ipsùmque notauit diem) adiuuante Domino incolumes aderunt, non plus tribus è nostris aut quatuor in pugna desideratis. Proinde tantam victoriam Deo gratulantes semel orationem dominicam & salutationem angelicam recitemus, iterùmque pro iis qui vitam in certamine profuderunt. Hæc ille solita vultus orisque serenitate cùm perorasset, ingens omnium stupor & motus animi consequutus, tantàque fuit de viri sanctitate auditorum opinio, vt nemo planè dubitauerit, quin illa Xauerius diuino afflatus spiritu verè pronuntiasset, cùm nec terrâ nec mari nuntii eo tempore ad urbem venissent, nec verò tam breui ex tam longinqua regione venire potuissent. Eodem die sub vesperam in æde Mariæ Virginis in eliuo, separatim ad matres familias verba fecit, ipsum nominatim definiens diem, quo die certum de suorum incolumitate ac victoria nuntium essent accepturæ. itaque factum est. Nuntium victores ipsi cū ingenti præda paulo pòst subsequuti, nauigiis, & myoparonibus, tormentis, apparatûque bellico, multis denique ex hostiû numero captiuis adductis. Appropinquanti ad oppidû classi Xauerius vnâ cum vrbis præfecto & reliqua multitudine ad littus obuiâ prodit, signû crucifixi Christi Domini tenens: descendentem ducem; cæteròsque primarios gratulabundus amplectitur. In ea celebritate atque frequentia, Mellus vrbis Præfectus quid paucis illis diebus de suggestu Xauerius dixerit, Classiariis publicè exponit. rei gestæ seriem cum Xauerii verbis ad amussim conuenire comperiunt. tantum denuo admirationis atque admurmurationis exortum, vt aliud ferè nihil per eos dies in ore sermonèque omnium versaretur. Neque verò Mala-

*Mala è-
sibus vi-
ctoriam
vaticina-
na us est
Xaue-
rii.*

centibus læta solum ac prospera, sed etiam aduersa tristiq; vaticinatus est. Attenderunt cum sæpenumero quidam, eum pro concione solutos accusaret Malacensium mores, neglectamque iustitiam, imminetia utibi mala pœnasque deprecantem eas, quibus deinde statim Malacenses affecti sunt. Proximo quippe anno Malaca ab Iais Mautis obsessa, & agri vastati. belli eladem contagiosa ac dira morbi lues excepit, quæ per vniuersum grassata populum, perpetuis funeribus urbem propemodum exhaustit.

*Cladē
immi-
nentem
prædi-
cit.*

*Obsidio
nē Ma-
lacen-
sium di-
uinitus
cognos-
cit.*

*Absen-
tis
mors
sacrifi-
canti re-
uelat-
ur.*

*Artifi-
cium
Xaue-
rii in sa-
nandis
hominū
vitiis.*

Idem Xauerius alias eum ad Chincheum Sinarum esset, Lusitanis qui ibidem aderant, repente, Deum (ait) pro fratribus nostris Malacensibus deprecatur, qui ab hostibus graui obsidione cincti opprimuntur, vosque ad opem laborantibus ferendam nulla interposita mora contendite. Profecti, quo in statu Xauerius dixerat, re Malacensem offendunt. In Maluci insulis missa sacrificium facienti aperuit Dominus vitæ excessisse in Amboino insula, vico Tibi, Iohannem Datausum Lusitanum. Conuersus igitur ad populum oblationis tempore, Iohannes, inquit, Darausius, qui erat in Amboino, extremum obiit diem: vos eum, quaeso, Deo Domino commendate. mirati qui audire, exilitus id patefactum Xauerio statuunt, eum Maluco distaret Amboinus ducenta quadraginta millia passuum, nec per eos dies quicquam terræ maris ex iis locis venisset. Spatio deinde interjecto dierum ferme duodecim, Iohannis Deiroi litteris cognitum est Darausium ea ipsa hora, qua Xauerius dixerat, e vita migrasse. Rursus in Amboino dum concionaretur, auditores iussit genibus nixos orationem dominicam recitare pro Didaco Aegidio, qui Maluci eo ipso tempore animam ageret. quod ita fuisse nauibus deinde litterisque e Maluco reseutum est.

Sed illa præsertim laude Xauerius præstitit, animos hominum à vitis atque libidine ad virtutem pietatēq; traducendi. Urbis vicis utinam abulo circumiēs pueros, quotquot poterat, Maurōsque sexus vtriusque conuocabat in templum: ibi post Catechismum peractum, verbis, ut poterat, e Lusitanico Mauricoque sermone mixtis, quærebat ex iis, quis nam concubinas haberet. quibus tres vel plures esse compererat, iis vna, miscens imperio preces, demebat, satis esse reliquas inquiens. atque ita, subueens decimo vel vigesimo quoque die singulas, non ante desistebat, quam

cun-

eunctas omnino dimitterent. Hoc ille artificio nouē circiter scotta cuidā paulatim detraxit. Quos flagitiis huiusmodi coopertos repererat, cum iis hac ratione utebatur & via: blandē primū & familiariter compellare, nihil in vultu seueritatis, nihil asperitatis in verbis ostendere, vltro etiam ad conuiuium semet offerre. vbi sese arcta cum iis & iucunda familiaritate coniunxerat, tum eos quōd vellet denique perducebat, atque ita aggrediebatur ad alios. hoc maximē modo cōplures penē perditos à flagitiosa vitæ consuetudine reuocauit. vt Xauerius ab iis qui eū norunt, plus familiari sermone atque colloquiis, quā publicis ad populū concionibus profecisse iudiceret.

Viētū fuit cultūque corporis tenuissimo; carnibus nō fetē, nisi si quando vt morem cōiuiuis gereret, vescebatur. totum sæpe biduum ac triduum vix vno panis obolo transigebat: vino autē abstinēbat maximē: cuius vas à Martino Alphonso Sosa cum aliis quibusdam donis sibi missum neq; gustauit, & pauperibus cuncta distribuit, in quos vbicunq; terrarū essent, quæ sibi donarentur ab aliis, erogabat. quieti id solummodo tribuebat, quod à quotidianis ex instituto muneribus otii superfuerat; vix autē horæ duæ tēse ferme supererant: nec iis quidem planē utebatur, sed aliud agens, naturæ ipsa demū necessitate cogente cedebat somno. Obseruatunt eum sæpe de industria quidam externi, cū in cubiculum se reciperet, obfirmato semper animo præcationi insistentem, quoad somno oppressus, ac penē concidens, ad saxum pro cervicali recumberet. Christiana sacra cū Indicis insulis iā ferē omnibus impertisset, summa ope sibi enitendum putauit, vt eadem in amplissimam quoque illam Sinarum regionem inferret. Eam igitur ob causam ex Iapone reuersus in Indiam est, vt se ad hanc expeditionem pararet, nec, quamuis multis iter illud vel dissuadēribus, vel etiam impedire (præsertim Malacæ) conāribus, de suscepta sententia potuit dimoueri. Insula est in ora Sinarum, quā Santianum appellant à continenti passuum millibus nonaginta, quo Lusitani mercatores ad negotia cum Sinis contrahenda comēant: nam Sinarum mediterranea penetrare ad nenis capitale est. Eō Xauerius negotii ipse quoque sui causa cōtendit, nullis terrorib' cedere solitus, vbi Christiana res & animarum salus ageretur. Cū Sionio quodā, vt se Cātonii portus in litore exponat, emendicatis ad eam

Viētū & cultus corporis qualis.

Somnus vix duarum vel trium horarū.

Saxum pro cervicali.
Santianum, Sinarum insula.
Xauerius in Sinarum regione contendit.
Cantonium portus.

rem decidit aureis nummis trecentis, sed nimirum interea Xauerii laborum finis obrepserat; & qui sese in medio versari stadio rebatur adhuc, ad calcem, atque ad paratam victoribus à iusto iudice coronam gloriæ peruenerat insciens. Dum enim hæc maximè gerit, grauiissima opprimitur febris, ex qua paucis diebus est mortuus in eiusdem insulæ monte quodam deserto, summa rerum omnium inopia, sensibus animi ad extremum vsque spiritum integris, verba illa sæpe intermortuis vocibus iterans, Miserere mei fili Dauid, Iesu fili Dauid miserere mei. item illa, Mater Dei memento mei, atque ita è mundi tempestatibus atque procellis ereptus, portum DEI beneficio tenuit, longè Cantonio tutiorem, quarto Nonas Decembris, anno Christi nati 1552, Indicæ verò suæ peregrinationis, vndecimo. Corpus humatum amictu sacerdotali, viua calce, quod ipsemet iusserat, amici eo consilio contegunt, vt ossa nuda in Indiam deportent. Inde mense circiter tertio effodiunt: non modò non absumptum, sed etiam integris vestimētis, ea insuper auctum doctè reperiunt, vt varios efflaret odores miræ suauitatis. Ac nihilo minùs in eadem calcis area reconditum, in nauem imponunt; transuehuntque ex eo loco Malacã summa populi ueneratione. sæuiens autem per eos dies pestilentia in vrbe famèsq; statim sedata est. Malaca denique (vt menses aliquot sepultum iacuit) Goam delatum est, magno utriusque nauarum bono; quippe ex multis certisque naufragii periculis, artemonis malo diffracto, ipsaq; oneraria bis per imprudentiam in Syrtes inuecta, eius implorato subsidio, cuius uehebant corpus, erepti sunt, Goam aduentanti vniuersa sese obuiam effudit ciuitas, ingentiq; pompa ac celebritate in D. Pauli templo depositum, inque omnium conspectu locatum per aliquot dies omnium ordinum viri feminæque religionis causa celebrarunt, & eo quidem concursu, vt ad arcendam ex æde multitudinem, arca inclusum terræ mandare necesse fuerit. vbi illæsum ab omni tæbe hodièque persistens, non leui argumento indicat castimoniam viri, ac virginitatem, cui dant testimonium etiam ii, qui confessiones illius excipere soliti sunt. Hactenus de Xauerio, pro instituta operis breuitate, & angustiis temporis, multa pro illius mæritis ac dignitate, perpauca. Nunc quoniam eiusdem præcipuè ductu atque consilio Collegia Societatis IESV aliquot in illis partibus instituta sunt, ex quibus de-

inde

Mori-
sur Xa-
uerius
Anno
1552.

Mira
Dei ope
ra circa
defun-
cti cor-
pore.

Ille-
sum ab
omni
tæbe ho-
dièque
persistit
Xauerii
corpore.
Groz o.
pulsu

inde stationibus Euangelii causa diuersa ac remotissima Orientis loca Socii penetrarunt, sequitur vt de singulis aliquid breuiter dicendum esse videatur.

GOA INSVLA ET VRBS.

ATque vt à Goensi dueatur initium, quod in Asia fundatum est omnium primum, (distat autem à Lusitaniæ littoribus Goa, recta quidem linea, leucarū duo milia, consueta verò nauigatione, circiter quatuor) cum Ioānes tertius Lusitanix rex in vrbe Goa per amplas ædes, quæ D. Pauli vocatæ sunt, & vectigalibus ecclis instructas ideo comparasset, vt in iis aleretur proborum doctorumque hominum copia; qui in vnam barbarorum conuersionem toto pectore incumbere: Didacum quendam magnæ estimationis virum, piumque simul ac litteratum, vniuersæ procurationi proposuit. Is, vt primum Xauerius in ea loca delatus est, viri institutis vitæq; ratione mirabiliter captus, factaque ex eo de reliquis coniectura, secum ipse statuit Societatem IESV maximè dignam esse, cui eiusmodi provincia delegeretur, totamque rem per litteras cum Rege communicat. Rex, qui optimè de eo hominum ordine iam antè sentiret, haud grauatè concedit in eandem sententiam. Goanas ædes vnâ cum instrumento vectigalibusque confestim Societati attribuit, idque Collegiū nouis deinceps beneficiis liberalissimè cumulauit, auxitque, non Sociis solū, sed etiam neophytis nutriēdis ampla decreta pecunia. Missi eò statim concionatores, Confessarii, doctores, & cæteri ad vsus domesticos necessarii. Versantur autem hoc tempore in eo contubernio (ex quo in cæteras Indiæ partes identidem supplementa mittuntur) Socii amplius centum: qui cum nulli rei dent operam, nisi Christianæ fidei propagandæ, tantis occupationibus distinentur, vt sæpe non nisi tres quatuorve ex omni numero domesticos intra parietes, & iidem valetudine aduersa retenti, remaneant. neque verò, si multo plures eò mittantur, eunētis negotium desit. Theologiæ scholas habent, artiumque liberalium: nec humanioribus modò litteris, verum etiam Indiæ linguæ vsu exercētur, quo facilius, siue interpretis opera, Euangelii promulgatio sit. Eadem opera instituuntur etiā pueri amplius sexcenti è diuersis regionibus oriundi, Brachmanes, Persæ,

*Goen-
fr, tri-
mum in
Asia fun-
datum
Colle-
gium.
Lusita-
nia regis
liberali-
tas & in
signis
pietas.*

*Goa, So-
cij am-
plius cē-
tū Chri-
stiane fī-
dei pro-
paganda
dant ope-
ram.*

*Pueriam
plus 600
è diuersis
regioni-
bus oriu-
di, Goa
institui-
tur.*

*Tria ar-
matorū
millia in
vrbe Goa
salutari
aqua per-
fusa.
Tria mi-
llia con-
suetudo.*

*Anno
1560. ho-
minū mil-
lia plus
viginti
conuersa.
Principes
ac dyna-
ste, Bra-
chmanes
& nobi-
les, sum-
verò filia
Mealis re-
gis conuer-
sumur.*

Arabes, Æthiopes, Cafres, Canarii, Guzarates, Dacanli, Malauares, Bengalæ, Canaræ, Pegui, Paranes, Chingolæ, Iai, Malai, Manancabi, Macazari, Malucii, Sionii, Mauri, Sinæ, & alii, qui quòd præclara serè indole sunt, & eorum cõtubernio præfident certi homines è Societate, magna spes est, fore, vt in terras quisque suas dimissi Euangeliū lögè lateq; disseminent. Nec sanè laboris est cur pœniteat. nam ex quo tempore Socii in ea loca profecti sunt, vniuersam præne Insulam Goam, finitimásque Diuarem & Coranum ad Ecclesiam Catholicam aggregarunt. Magnumque etiam in hac vita fructum industriæ suæ tum sæpe alias cepere, tum anno post Christum natum 1557, cùm illis humanissimè Constantinus Prorex bellum eo tempore comparans, tria armatorum millia, quos iidem in vrbe Goa salutari aqua perfuderant, sub signis ostendit. Militum est autem ea consuetudo atque animi pietas, vt quo die in expeditionē ituri sunt, noxis per confessionem elutis, summo manè ad sacram ædem agmine veniant: hastisque & sclopis ad ianuam tēpli religiosè depositis, vbi Eucharistiæ Sacramentum ordine singuli acceperint, altera ianua egressi arma sumant, seque inde firmiores & alacriores ad signa recipiant.

Anno verò, qui fuit à Christo nato 1560. hominum millia plus viginti cōuersa, quorum duodecim millia & septingentos in ædibus suis iidem qui Christianis præceptis imbuerant. Socii sacro fonte lustrarunt. Mocadani tres siue præfecti, pictorum, nautarum, aurificum, vnà cum domesticis Christiana religione suscepta, ad eadem sacra vitæque institutum magnam sui quisque ordinis inultitudinem perduxere. Sunt præterea in iis qui conuertuntur, cùm alii nobiles multi Mauri paganique & Brachmanes Indicarum superstitionum antistites, tum verò principes ac dynastæ; quo in numero fuit filia Mealis regis natione ac moribus Mauri, qui, vt in Idalcanis regnum restitueretur, ex quo fuerat exactus, Goam ad Lusitanos opis implorandæ causa consurgerat. Hæc pueros Catechismum decantantes per urbem Societatis instituto, dedita opera sæpius magna sua delectatione atque animi voluptate cùm attendisset, afflata diuinitus, parentibus quamquam inuitis ac renitentibus, Christiana sacra suscepit anno post Christi natalem 1557. Strenuus etiam in primis eques ac nobilis, cui in baptismo Alphonfi nomen fuerat inditum, hoc anno

mortuus

mortuus est in eo bello, quod Antonius Prorex eum Mauris Paganisque Malauaribus habuit. Rex Tricanamalis viuit adhuc, honorificè que à Lusitanis Rege tractatur.

Rex verò Ceilani Ioannes, etiam Vlyssipone deinde versatus, & Societatis hospitio ibidem est vsus. Atque hæc de principibus ac potentibus viris: qui sanè in Catholica fide mirabiliter stabiles fixique persistunt, exemploque ipsi suo plurimos ab erroribus in semitam veritatis adducunt.

De Braclmanibus autem duos præcipuè in medietate affectum: quorum alter in amplissimo dignitatis gradu locatus, eruditionis & Astrologiæ præsertim fama præcellens, tantum sibi nomen vbi que pepererat, vt à remotissimis etiam nationibus consuleretur, multique ab eo noxarum absolutiones suppliciter peterent. Is tantum sua conuersione profecit, vt cum eo nemo ferè ethnicus ageret, quin victus illius rationibus cederet, & que ad Christum adiungeret. Alter item in primis insignis & locuples, quippe qui è sacerdotio quod gererat, barbaris illius totius decimas atque primitias caperet: omni pecunia commodisque Christi causa neglectis, ceteros quotquot poterat ad Euangelii veritatem omni conatu atque opera perducebat: quod idem studium in aliis quoque ferme neophytis, æque summis atque infimis, ceinitur.

Institutum est etiam eiusdem Regis Lusitanis sumptibus contubernium frequens eorum, qui catechizantur, atque hospitalis domus, in quam vtriusque sexus ægroti, magno Christianæ rei incrementò, sese recipiunt. In his portò collegii domiciliis quadringenta ferè capita numerantur. Atque illa etiam Christianam rem non medioeriter adiuuant, vel quòd Baptismi quam maximè solenni ritu ceremoniaq; peraguntur, Proregibus atque Præfectis magna animi delectatione lætitiæque presentibus: vel quòd Proreges neophytis habent honorem, quacunque re possunt benignissimè commodar, immunitates ac priuilegia tribuunt, inclinantque ab illis onera in barbaros, idque tum sua ipsi sponte ac iudicio, tum Regis verè Christiani mandato, tum etiam Sociorum monitis ac suasu. Quod quoniam notum in vulgus est, sic fit vt Societatem neophyti magno prece diligant, ethnici valde reuerentur ac timeant.

In eadem insula oppidum est insigne fano D. Iohanni Baptistæ

Rex Tricanamalis.

Rex Ceilani.

Brachmanes duo præcipui Christi causa omniano gligunt & multos ad Christum adiungunt.

Catechumenorum contubernium & hospitalis domus.

Proregum & Præfectorum benignitas.

tistæ dicat o. eius oppidi principes (Gansaras vocant) tam secundo Christianæ rei progressu conturbati, ac vehementer attoniti, in consilium de Republica veniunt. Tres dictæ sententię. Prima iubebat, quoniam tanto impetu insulari vniuersam religio Christiana peruaderet, fortunis animarum saluti posthabitis, in continentem migrare. Suadebat altera, tempestatis eius transitum expectandum: id fore, cum primùm Prorex Constantinus ex insula decessisset. Tum verò surgens è senioribus quidam præcipua existimatione visus, Non tam nobis (inquit) de Constantini discessu, quam de Sociorum mansione cogitandum est: quæ quandoquidem erit perpetua, nec minori apud ceteros, qui succedent Proreges auctoritate futuri suut, commodius multo nobis vti que fuerit, relictis Idolis vni Deo nos dedere, & Christianam sacra suscipere. Salutare omnibus consilium visum. itaque tanti per eos dies ad baptismum facti concursus, vt mortales plurimos, non sine magno quidem ipsorum mœrore, in aliud tempus rejicere necesse fuerit. mira est enim candidatorum in Christi sacris capessendis alacritas. In Bari vico primarius quidam Camotis nomine, sub vespërâ admodum nitus, vt postridie (qui dies erat sancto Ludouico Regi Gallicæ sacer) bene manè ad baptismum vnâ cum suis præstid electus, Proregem ipsum affore, proinde non esse tali tempore somno indulgendum, ecce tibi intempestâ nocte ad sacerdotis hospitium venit, & ianuam pulsar. Sequebantur eum cognati ac necessarii omnis ætatis circiter ducenti. vni virtis tēpora more patrio redimiti plumis infertis, quorū erant sclopetarii ferme triginta, mulieres auro pretiosissq; lapillis ornata. Ipse autē Camotis torque aureo insignis & sclopo, purpureisq; femoralibus sericis, argenteo ense et humeris dependente, militari ornatu, in primo agmine erectus nuntiat se, vti condictum fuerat, paratum adesse, cum tota familia, quoniam quidem ea nocte dormiendum non esset. Collaudata hominis vigilantia studioque, domum redire, & in lucem quiescere iussus, vt primùm Prorex cum Episcopo Malacensi aduenit; magna omnium gratulatione gaudiōque cum suis est baptizatus. Petrus Almeida è Societate est Goæ. Is Deorum signis demoliendis, diffringendisq; mirificè delectatur. Id quoniam neophyti intelligunt, certatim in ea re magistro gratificari conantur. Cùm e Bardenibus quidam contumeliis Crucem affecissent, id

Mira
candida
torum
in Chri
i sa-
u ca-
ssen-
is ala-
risas.

vbi rescire Coranēses Christiani, iniuriam vlcisci constitunt. Nocte Bardem ingressi lapidea simulacra aliquot furtō surripiunt, statimque ad Almeidam afferunt. Laudat hilari vultu diligentiam Almeida, nec patitur quenq; prius se in simulacra manus injicere, quæ vbi ipse comminuit, Christianos deinde iubet inspuere, pedibusque calcare. illi imperata faciunt alacres: quin etiam iniussu, iurgia & probra ingerunt, maledictisque proscindunt, quæ tanto nuper cultu ac superstitione venerabantur. Iidem neophyti cū à quodam è Sociis valde petiissent, vt crucem Corani defigeret, cumque ille rem differret diutius, quàm desiderium ipsorum pietasque ferre posset, delubrum antea sibi valde religiosum irrumpunt, detracta materia Crucem ipsimet fabricantur, eamque à magistro consecratam magna animi voluptate gaudiōque in vico publicè statuunt, & sanè idola sua ritusque barbaros mirum quanto odio prosequantur. Anno quidem à Virginis partu 1567. in agro Salfettano (vbi præcipuè florebat Brachmanica prauitas) delubra plus trecenta derurbata & solo æquata per litteras nuntiantur, saceris Dei templis eorum vice restructis, quorum curam gerit Societas, idque partim Proregis imperio, partim etiam Fratrum Franciscanorum, & Societatis instinctu, quo facto vici planè octo & quinquaginta idolis nudati purgatiq; sunt. Ganfares verò, de quibus supra meminimus, affirmabant sibi Dæmonem apertè dixisse: Diuus hic Ioannes, qui in meo colitur fano, maior atque præstantior est me: quocirca ei cedere, vósque deserere, & in continentem abire cogor ex Insula.

COCINVM.

Societatis IESV Collegium aliud est in vrbe Cocino, passuum ab Goa trecentis millibus, quanquam minori Sociorum numero, iisdem tamen occupationibus atq; laboribus. Ac tamen in pacatis numeratur hoc oppidum, non ramen omnino vacat insidiis. Melchior quidem Carnetius è Societate Nicenus episcopus, (nam et si ecclesiastica honorum insignia ac titulos, atque opulenta sacerdotia legibus suis omniconatu Societas refugit, huiusmodi tamē episcopatus ac munera, quæ certos habent labores atq; pericula, redditus ac vectigalia nulla, mandante Pontifice maximo recipit) is igitur cū per eos dies versaretur Cocini, eodēque se contulisset Armenius episcopus nescio quis, dum

ANNO
1567.
delubra
plus tre-
centa
derur-
bata, vt
fictū,
eorum
vico, sa-
cris Dei
templis.

Eccle:
siasticos
honorū
titulos
quando
& qua-
les reci-
piat So-
cietas.

Melchior Carneri^o diuinitus cōseruatus. dum studiosè prouidet Melchior, ne Armenius Catholice fidei integritatem ac puritatem schismaticæ prauitatis labè contaminet: diuinitus factum est, quominus improborum scelere occumberet. Emissa quippe in caput eius sagitta, transiit pileum capite illæso decussit. E regione Cocini, ingens insularum numerus uisitur, quas Maldiuanas appellant. Harum Rex anno post Christum natum 1551, magna cum popularium multitudine Christiana sacra suscepit. Aliæ item Cocino uicinarum insularum conuerti ad Dominum cœptæ. Recentissimis uerò litteris cognitum est, quatuor è Societate, Goam Cocino petentes, in pyratas Mauros incidisse. Dum igitur nauæ sese ad defensionem comparant, tormentario pulueri casu ignis injectas, nauem, que alioqui hostibus restitisset, intestino malo consumpsit. Vectores in mare desiliunt, multiq̃ue ex iis, ne mergerentur, ad ipsa hostium nauigia necessariò confugere. quo in numero Franciscus Lopes è Societate Sacerdos ex capitis consulta à Mauris agnitus, & sollicitatus etiam atque etiam ad Christiana sacra deserenda, cum constanter in fide persisteret, latera hastili transfixus, caputq̃ue gladio vulneratus, exiguam hanc uitam cum illa perpetua commutauit. alius è Sociis captus, ac deinde redemptus est. reliquis duobus quid fuerit, incertum est: eundem exitum, quem Franciscus Lopes, sortiti putantur.

Franciscus Lopes cōstitator in fide persistens, à Mauris cruciatus.

D A M A N V M.

Lusitanorum militum pietas & religio

DA M A N V M est castrum, de Mauris à Constantino Prorege captum. id quoniã in ipsis Lusitanici imperii est finibus, valido præsidio Proreges tuentur Lusitanorum interdum mille. ibidem etiam è Societate nonnulli magno cum rei Christianæ adjuuamento versantur. Sunt autem Lusitani milites tanta pietate ac religione, atque ita bene de Societate sentiunt, ut nunquam ferè in expeditionem exeant, (exeunt autem sæpe) quin ex iis aliquem secum adducant, qui confessiones ipsorum excipiat, crucisque vexillum ferens tempestiuè eos in ipso certamine cohortationibus animet. Que sanè officia Socii magnis corporis vexationibus, periculiq̃ue mercantur: atque id ipsum aliis quoque in regionibus, cum sese offert occasio, quanquã in tanto capitis discrimine, non tamen sine cœlesti quadam animi

animi voluptate & gaudio, faciunt. Simul etiam in Damani agro Mauri aliqui ad eultum Christi Domini perducuntur: in iis illustri loco nata mulier Mauro marito conjuncta, qui Damani quondam Præfectus fuerat, ingenti suorum admiratione à Mauricis erroribus ad Christi veritatē trāsit, neque è suscepta vitæ ratione suorum artificiiis ac blandimentis deduci vlla ratione potuit. Barochensis reguli ad eam legatus venit mariti rogarū; nec Lusitanus præfectus, fretus constantia mulieris, aditum illi negavit. Maurus mulieris fidem oppugnare aggressus, cum vnâ Lusitanus præfectus, & mariti cubicularius, & è Societate vnus adessent; nonnulla primùm de muliere pereontari, deinde nobilitatem generis, mariti splendorem, diuitias, opes in memoriam reuocare. Illa verò non modò manus non dat, sed ne responso quidem dignatur legarum. namque à magistro iã antè præmonita, quasi aliud agens, preces quas didicerat, interim recitare, seque signo Crucis cepit munire. quod simulatque Mauri viderunt, Crucem auersati, exemplo se inde proripiunt, ardentisque dolore discedunt. eadem animi virtute ac robore, matris quoque ab se repulit insidiosas preces: quæ cum ad eam adiiisset, multisque blâditis ad Mauricas leges reducere conaretur: satius (inquit filia) fuerit, si alteram sororem tecum adduxeris, & Christiana sacra ambæ susceperitis. Sin minùs, neque ego te posthac matrem, nec verò tu me filiam dixeris. his verbis auditis, anus abiit mœrens, nec vnquam postea rediit. Et sanè conuersio Maurorum eo pluris æstimanda est, quo difficilius à suis ritibus prauisque opinionibus abducuntur.

*Inuicta
mulieris
cōstâtia.*

COLANVM.

ITEM Colani, quod oppidum abest ab vrbe Goa triginta ferme dierum navigatione, Societatis domicilium est, ex quo cum in cætera loca finitima, tum præcipuè in oram Trauancorensis exeurrunt. qua in ora ante quatuor annos, quinque & viginti numerabantur Christianorum vici, & in iis nonnulli sanè quàm celebres, quibus cum Societas ad eò latè dispersis, propter paucitatem suam, cunctis adesse non possit, ex incolarum numero (sunt autem Christiani veteres & honesti viri permulti, habentque inrer se more Europeo Sodalitæ ritè instituta, quas vulgò Con-

*Sodalitas
Cola-
norum.*

fratias

frarias dicimus) ex incolis igitur Christianis probata virtute deligunt, quos templis tuendis, tradendóque plebi patria lingua quoridie Cathéchismo, præficient. quas ramentum Domini vineas ipsi etiam Socii ex inreruallis, quam sæpissimè possunt, reuisunt. Er quoniam vsu comperrum est, reuera ingenia quanto faciliùs, quam robusta ac iam confirmata, Christianis præceptis ac moribus informentur; Colant quoque, vt Goæ & Malacæ, pueris præsertim erudiendis inuigilant.

Rex Trauanco-ria templum adificari curat.

Allarum est nuper Trauancoris Regem, pace inter ipsum & Lusitanos Sociorum opera in perperuum facta, eo beneficio ita deuinctum fuisse, non modò vt neophyros vexare desierit, sed etiam templum, quoad sacra conueniant, suo ipse sumptu exadificandù curauerit: multis præterea principum discordiis, toto regno tollendis tantam ab illis gratiam Socios iniisse, vt magna spes sit, eoram eam regionem, impio dæmonum cultu deposito, in Christi fidem esse venturam.

ORA COMORINENSIS.

DE Comorini promontorio, deque toto eo tractu iam diximus. quo Franciscus Xauerius, eum ex vrbe Goæ se contulisset, anno post virginis parturum 1542, eam pariter fidei Catholicæ semina, vt vberissimam deinde tulerint animarum frugem. nunquam enim ab eo colendo agro Societas postea destitit. idque tanto cum rei Christianæ incremento, vt cum summa Christianorù multiplicetur quotannis, cæcus eorum numerus hoc tempore radi non possit. Anno quidem Christi nati 1554, censa dicuntur Christianorum capirum centum viginti quatuor millia. anno autè 1555, centum triginta millia. porrò litteris anni 1565 cogniturum est, Comorinenses Christianos, & Goenses, & ex motana regione Cocini plus trecentorum millium summam in vniuersum efficere: ex quo tempore ad eum numerum millia deinceps multa accessere. quorum pars maxima atque optima Comorinensium est, adeò spectatæ virtutis hominum, vt cum Europeis Christianis, si minùs anriquirare, còstantia quidem certè, simplicitate fidei, ac religione certent. Punicalenses quidem Neophyti, cù ob suscepta Christiana sacra à tyrannis finitimis vexarentur assiduè, è sedibus patriis ad alia loca migrare, quam Christum deserere, maluerunt. ei migrationi cù Proregis Lusitani iussu præf-

ANNO Domini 1565 Comorinensium, Goensium, Cocinensium Christianorù plus trecenta millia. Neophyti Punicalenses.

sent

sent quidam è Societate. anno post Christum natum 1560, immanis tyrannus Badaga cum equitum peditumq; plus viginti millibus & magno elephaatorum numero subito superueniens, vix spatium Christianis reliquit, se in naues cum vxoribus liberisque recipiendi. Cum Lusitanis quam imparatis leuia quædam fuere certamina. Ioannes verò Mesquita è Sociis vnus, septem octòve plagis affectus est maguis & grauibus: inde omnibus vestimentis præter intimam tunicam & femoralia exutus, summa corporis vexatione captiuus auehitur. idémque rursus in ipsa, qua aspottabatur biremi, in capite vulneratus, & fuste percussus, semianimis in mare prolabitur, atque inde magno labore viuus extractus, vbi peruenit ad Regem, in carcerem truditur; custodibus multis appositis. ingens quippe ex eo redemptiois pretium (quodd iam è vulneribus conualuerat) animo & spe deuorauerat Rex. In ipso autem carcere pessimè acceptus est; catena primùm ferrea in collum injecta, non plus laxa quàm palmū. quo factum est, vt sanguinis multum è natibus funderet. alia item catena femora ac tibiæ colligantur: crassæ adduntur cõpedes. denique mortis & equulei insuper accedunt minx. Sed ex ijs incommodis omnibus absque vllò pretio paucos post dies diuina ope est ereptus. Comes autè ipsius, cū eius tumultus initio, manus hostium nando effugisset; alias deinde captus à barbaris, paulū abfuit, quin occideretur cuidam præterea Socio districtū gladium dynasta barbatus intentauit. Alius, quodd impiam delubri ædificationem impediret, ethnicus eius ædificationis curator illum occidete voluit, haud tamen impunè: paucos enim ipse post dies repentina morte sublatus est.

Alius etiam in iisdem regionibus fustibus cæsus, rursusque per amicitia simulationem aureis diuenditus mille & ducentis. Franciscus verò Henriques & Balthasar Nunes à barbaris capti ambo, ac penè perempti, alter etiam in ferrea vincla coniectus est, religatis ad pedes manibus, membrisque adeò intumescens, vt ex eo morbo aliquot deinceps dies admodum laborauerit.

In eadē regione Ceilanum est insula, vbi res ad Dei gloriam contigit sanè memorabilis. Reguli cuiusdam filius natu maximus, quodd Christiana sacra suscipere statuisset, patris iussu necatus est. què Lusitanus quidā Christiano more sepeliit, tali obita morte martyre certū existimans. Lusita-

*Franciscus
Henriques
& Balthasar
Nunes.*

Ceilanum insula.

Res memorabilis.

ni iudicium: DEVS illustri testimonio comprobavit. Si quidem eius nutu factum est, vt qua principis corpus humatum erat, in Crucis figuram terra fatisceret; quæ bis barbarorum opera glebis oppleta, iterum atq; iterum in eundem hiatum est resoluta. aiunt etiam per eos dies Crucem ignei coloris visam in cœlo. quibus miraculis commota magna hominum vis ad CHRISTVM accessit, quorum multi Regis immanitate eandem martyrii coronam adepti sunt. In eo numero fuisse alius quoque Regis filius, itemque sororis filius, ad quem regni hæreditas pertinebat, (sororis enim, non Regis ipsius filios succedere in regnis Ceilani mos est) horum igitur vterque ad Christum propensus, Regis imperio mactatus esset, nisi eos presenti periculo Regis soror, maturè exemisset. ambos enim ad se vocatos, recenti adhuc miraculo, interrogat; velint ne fieri Christiani. cum se vtrique velle dixissent, cum Lusitano trāsigit mulier eodem ipso, qui demortui principis funus curauerat, vt eos quàm occultissimè Goam vsque perducatur, quò vt veneret, fidei præceptis imbuti baptizatiq; magnum pietatis ac religionis specimen præbuere. Hos imitatus regius quidam præfectus, & alii decem nobiles viri, vxoribus, liberis, bonis denique omnibus sponte relictis, magno suo incommodo corporisque defatigatione passuum amplius sexaginta millia terrestri itinere emensi, Goani baptismi causa eū venissent, Catechismo instituti, sacroque fonte lustrati sunt. id accidit anno Christi nati 1545.

*Mos Ceilani-
lanorum*

*Regis e-
ius sor-
oris fi-
lii, cum
nobilibus
personis
baptismo
lustran-
tur.*

SOCOTORA IN SVLIA.

Socotora est insula in faucibus Mecani freti, duodecimo in septentrionem gradu, distat ab vrbe Goa in Occidentem leucas trecentas & sexaginta: porrò quinquaginta colligit ambitus: infelix regio & sterilis ac valde montosa, incolis infrequens, usque partim Mauris, partim etiam Christianis, qui à Diuo Thoma cognominantur, propterea quòd Euangeliū ipse in ea loca primus inuexit. Cōplures Iudaicos ritus ac ceremonias retineat. gallinam aut quamlibet auem manu contingere, nedum gustare, est religio. statos habent ieiuniorum dies, quibus carnem populus abstinet, sacerdotes verò etiam lacte & butyro, quo maxime cibi genere vescitur vulgus; palmarum succo duntaxat

*Christiana à D.
Thoma.
Socotora-
rum ac
seruati-
na.*

ac pomis eo tempore victitant. Lingua cognitū difficillima, nec vllum habet cum Arabica, Æthiopicave commercium. Litterarum vsus apud eos nullus omnino. Maurum habent Xeguem, siue præfectum, qui ab incolis valde timetur, tamen neminem vi ad Maurica sacra compellat. Ita porro de se magnificè sentiunt, vt nullam aut terram aut vitæ rationem sua vel meliorem vel beatiorem existiment. ad quos è Societate duo, rei Christianæ causa, profecti, sæua statim febrī in summa egestate ac solitudine vterque correptus, alter etiam extinctus est.

BAZAINVM VRBS.

Nec Bazaini, Societatis Collegium deest, eiusdè Lusitanix Regis beneficentia constitutum. Ibi tū iuuentute humanioribus litteris excolenda, tum cæteris omnibus ad Christum vocandis præclarè admodum opera ponitur. nam & adolescentes quam egregia sint indole atque ingenio præditi, vel vnus Brachmanis primarii filius declarauit, annos circiter septemdecim natus: qui cum iam litterarum Indicarum duo genera vel tria teneret, Arithmeticæque peritissimus esset suæ, litteras nostras & legere & scribere mensis vnus spatio perdidicit; nunc autem Arithmeticæ nostræ vacabat: idem pietatis ac religionis laude ita præstans, vt reliquos ipse ad virtutem atque officium hortaretur.

TANAA OPPIDVM.

TAnaa est oppidum à Bazaino passuum millia sexdecim, vbi etiam Socii aliquot ingentem Christianorū numerum partum ab se ruenruratque augent. Ad eos venirè remora continentis regione senex, annū, vt videbatur, agēs propè octogesimū, ita deformatus & squalidus, aded torrida cute & strigosa, vt anachoretam referret pellibus camelinis indutū. Is sedes Sociorū ingressus, ait velle se fieri Christianum. edisserit illi ex iis quidam pro capti hominis summam articulos fidei, deinde quærit, optetne ex animo Christianus esse. Cui senex: Atqui nullam (inquit) aliam ob causam hucusque contendi. Crede igitur, (inquit Socius) sistitque eum ad sacratissimæ virginis, puerum IESVM inter vlnas habentis, imaginē pictā in tabula. quā senex vt vidit, summa animi iucunditate ilico amplecti, puerū Iesū venerabūdus exoculari, tū vehementer petere, vt nulla interposita mora baptizaretur:

Brachmanis a dolescentia ingenii ac pietas.

Senex 80 annos natus è continète ad Socios fidei causa profiscitur.

Pueri & puella de barbaris empti ad Christiū aggregantur.

ætatem suam ac vnum quidem præterea diem recipere. postmodum igitur baptizatus, prima luce insequenti migravit ad Dominum. Multi etiam pueri ac puellæ de barbaris parentibus empti, quos ipsi parentes alioqui Mauris venditare solent, ad CHRISTI familiam aggregantur. quorum aliqui è vita discedunt, IESVM in extremo spiritu pronuntiantes. vnus ex iis, denariis tribus & semis, alius sesquidenario stetit, vt hinc satis appareat, quàm sint incomprehensibilia DEI iudicia.

Pueri variis rebus exercentur.

In eadem Tanaati mansione, magna puerorum manus partim literis instruitur, & Christianæ doctrinæ præceptis, partim etiam variis in vsus hominum artibus atque officijs: alii quippe calceariam, alii vestiariam sutrinam, alii textrinam, alii ferrariam fabricam exercent, noctèque se in ædes Collegii quieris & cibi causa cum receperunt, Catechismum ac Litanias alternatibus choris religiosè admodum cōcinunt. Sunt etiam qui agro colendo dent operam: ii gausapinis induti per hyemem in opus exeunt ad Trinitatis vicum

Trinitatis vicus & cur sic appellatus.

tria passuum millia ab vrbe distantem, quo in agro batem (frugis nomen id est, qua ferè victitant) cepearum in modum ferunt, capita singula manibus collocantes, ingenti sanè labore: qua opera simul & ipsi agriculturam addiscunt, & ceteros incolas Christianos artifices interim adiuuant, vt cum marurum deinde fuerit, ipsorum agricolarum filias in matrimonium ducant. Appellatur autem hic Trinitatis vicus, propterea quod in eo campo delubrum in primis celebre, quod operis magnificentia & elegantia, eius regionis delubra, quæ multi ac perampla sunt, omnia superabat; à Sociis area cōempta expiarum, & sanctissimæ Trinitati dicatum est. Campus autem iuxta fanum ipsum à Christianis incolitur operariis, quos iidem Socii conuersos ad Dominum maxima ex parte pauperes in ea prædia deduxerunt, omnibus ad victum cultumque necessariis rebus benignitate Lusitaniæ Regis instructos. nam & vestimenta ipsis, vxoribus, liberisque & oryza in cibum cum opus est, & ad serendum semina, & boues cum aratris affarim præbentur ex amplo ædificio ad rem pecuariam instituto, pastoribus etiam adhibitis, qui armenta curent. Ex eo ædificio educa manè bouum iuga quotquot ei sunt opus, Christianus quilibet (quinguaginta eam aluntur ibidem & eo amplius) perfecto opere in testum idem redigit.

Lusitaniæ regis liberalitas.

Empti sunt etiam fundi quidam, è quibus annui capiuntur aurei nummi serè trecenti. quæ pecuniæ summa partim in viduas erogatur, & orbos orbásque quibus quotidianus labor in victum haud sufficit, ægrotosque pauperes & Catechumenos interea dum erudiuntur; partim etiam iis qui reddendo soluendóque sunt, mutuò commodatur. Caprarum præterea greges earúmque custodes aluntur, casa excitata vnde patres familias suam quisque lactis portionem quotidie filiolis petant, cuius toto anno copia suppetit: binos quippe ternosve quot annis hædos serè singula pariunt. Iam verò fruges spatiosus ager largè suppeditat, vt nihil omnino ad sustentandam vitam illis deesse videatur. Sunt autem omnes & boni coloni, & boni viri. itaque mores eorum barbari valde suspiciunt, Christianæ fidei mysteria præceptionesque assidua magistrorum diligètia exercitati calent egregiè. quotidie ad signum Angelicæ salutationis cuncti conueniunt, & sanè piè Christianæ doctrinæ elementa viri feminæque pronuntiant. quin etiam in siluis, pueri, & è summis palmarum arboribus viri exaudiuntur præcepta Decalogi decantantes. Atque idcirco etiam minus grauatè, quanquam in summis occupationibus, non plus quatuor aut quinque Socii totum illud rei familiaris negotium, ceteroqui ab eorum instituto valde alienum, sustinent, quòd per eam occasionem Ecclesia Domini in annos non mediocriter crescit. Iam verò ex ipsis vnus Chiturgi quoque munere fungitur, curatque DEO adiuuante vlcera & apostemata, æquè aspectu horribilia, ac genere ipso periculosà.

In medio Trinitatis vico horti sunt in communem vsu, valde spatiosi & irrigui, perpetua saliente, multis vitibus, ficibus, medicis malis, & plantis aliis confiti.

Tanaates autem incolæ etiam ipsi multiplicatur in dies. ii quòd maritimis copiis adiuuantur, iidemque vel opificiis vel agriculturæ satis impigre dediti sunt; propterea nec lactis, nec publici pecoris tantus apud illos est vsus. illud sedulò curatur, vt in virtute ac pietate proficiant. Semel profestis diebus, festis verò his etiam, Catechismus illis exponitur. habent etiam supplicationes valde religiosas candidatis pueris carmina sacra psallentibus: quo in genere ii pueri adedò excellunt, vr ad celebriores supplicationes Bazainū euocètur. iidem elata ad sepulturá fidelium cadauera cū psalmodia funebri prosequuntur Cruce prælata, nā feretrū

ipsum gestat Christiani quatuor, soleni Misericordiae sodalitati ornatu. quæ funerum ceremoniam & Christianis & ipsis ethnicis vehementer probant.

Denique circa Bazainum urbem ad passuum triginta circiter millia Socii castella regia inuisunt, magno & Lusitanorum bono, quos in officio ac pietate corroborant; & barbarorum, quos ab erroribus atque superstitionibus ad cultum Christi perducunt.

HORMVTIVM INSVLA ET

Y R B S.

Hormutium est insula in sinu Persico, urbe eiusdem nominis continens. Ea quod vel propter inquilinorum colluuiem mixtam à variis nationibus ethnicis, Mauris, Iudæisque, Christianorum, qui morantur ibidem, fidei sinceramque religioni valde periculosa, vel propter nimium solis ardorem æstusque grauissimos, humanis corporibus est vehementer infesta; idcirco ibi ferè semper aliqui à Societate versari soliti sunt per intervalla sibi inuicem succedentes, ut cum rei Christianæ, quoad fieri potest, sine intermissione prospicerent, tum etiam eadem siue incommoda siue merita ad plures sui ordinis homines pertinerent. Idem Socii cum opus fuit, classium quæ in expeditionem educerentur sese comites præbuere, ut navalis turbæ ac propugnatorum animas curarent simul & corpora. quo in officio vitam Alexius Diazus posuit in eo bello, quod adversus Turcas superioribus annis est gestum. Alius verò, quo tempore Hormutium obsidebatur à barbaris, cum neophytos ex eo periculo ad Mogastanem oppidum haud longè ab urbe positum ingenti labore traduceret, varias agere personas coactus est, Ducis, parentis, magistri pro discipulis semper ad mortem parati: ea cum ab hostibus pericula, tum ab incendiis cælique ipsius intemperie & corruptione imminerent. Verum ut ad res Hormutianas reuertar, primus in eam urbem à Societate Gaspar venit, ortus in Belgis, moresque hominum planè solutos ac perditos summa adhibita diligentia brevi magna ex parte corripuit, atque restituit. furta, scœnora, contractus nefarios sustulit ita multos, ut ex fraudata pecunia nummi autem plus vicies mille in publicum redacti colloquendis in matrimo-

*Alexius
Diazus.*

*Gaspar
Belga.*

nio legitimo compluribus feminis ad honestatem à flagitioso quaestu traductis, opportuno sanè subsidio fuerint. Idem in tractandis hominum ingeniis tanta dexteritate fuit, ut neminem ferè grauibz vitiis laborantem curare sit aggressus, quin ad sanitatem Deo adiuuante perduxerit. Quendam, cum alia ratione non posset, mercede ac pretio à turpi vitæ consuetudine reuocauit, emendicatis ad eam tem aureis ferme viginti: tanta enim summa cum illo transegerat. Alium verò cum ad sacram confessionem frustra saepe cohortatus fuisset, domum artificiosè perductum, apud se tam diu continuit, quoad ille confessionem ritè ferri que perageret; magno utique Dei beneficio: paratam quippe nauem habebat, quam, simul atque expiatus est, conscendit extemplo, paucosque post dies cum hostibus naturali prælio dimicans cecidit.

Iam verò, æstate inedia, caloribus maximis, quo anni tempore Hormutii aqua collo tenus mersi vulgò homines jacent, Gaspar singulis hebdomadis bis tæve cõcionari, cum Iudæis, Mauris, ethiæis que de religione concertare atque differere, quaestiones de officiis, quos casus conscientia appellat, publicè explicare, Catechismum pueris Maurisque vicatim ære campano coactis quotidie exponere, discordias atque inimicitias tollere, muliereulas è cœno flagitiorum extrahere, valetudinaria inuisere, ægrotisque sedulo ministrare, quieti non plus quam tres horas ferme tribuere. Accedebat ad hæc tam varias & assiduas occupationes ingens præterea peccata consentium vis, ut ægroti cuiuspiam agentis animam lectulo quandoque assidens, simul & illum in extremo certamine confirmaret, & valentis alterius confessionem vno eodèmq; tempore exciperet. Idem, spatio pænè bimestri, dum contra hostes classis instruitur, militum confessionibus audiendis ita distentus est, ut ad somnum vna dumtaxat hora superesset, ipsumque biduum nullo interdum cibo traduceret. res difficilimas eximio fidei Christianæ tuendæ studio ardorè que petrupit. Maurorum cantica sacrilegâsque vociferationes non modò compressit, sed etiam ex Alcorano, (ita enim incolæ Mahometis fanum appellant) quod aiunt fuisse Hormutii celeberrimum omnium, eiecit ac sustulit contra omnium spem, vi tumultu que nullo, crueibus tantùm sex cum mille psallentium puerorum in Alcorano defixis. qua re

*Labores
Gaspari:*

Mauri vsque ad eò perterriti fractique sunt, vt deserto confestim fano diffugerint. Barbari etiam multi à diaboli seruitute in Christi libertatem asserti. in iis Iogues seu heremita, cuius erat ea sanctitatis fama, vt qua pedes lauisset, aquam, Rex ipse Hormutii religionis causa biberet. Et sanè præstanti erat ingenio vir, insolitisque visis quibusdam diuinitus ad Christiana sacra pænè compulsus videtur fuisse.

*Virtus sa-
crificij
missa.
Obsessa
mulier li-
beratur.*

Baptizatae sunt etiam à Gaspare feminæ duæ, Mauræ, mater & filia, claro in primis genere locoque natæ, è Zeidensi familia Mahometicæ stirpis. Idem sacrificio missæ adolescentem quendam pænè defunctum à morte reuocauit. Alienata mente mulierem & à dæmone obsessam, diui Ioannis Euangelio ritè corpori ipsius imposito, liberauit.

ÆTHIOPIA.

CLAVDIVS Æthiopiæ rex, professione Christianus ille quidem, sed à Catholico grege sciunctus atque schismaticus, cum ad Ioannem Lusitaniæ regem litteras dedisset, in quibus erat, velle se omnino ad Catholicæ Ecclesiæ sacrosanctæ gremiû redire, & in Romani Põtificis potestate esse; ab Rege se petere, vt cû eodem Romano Pontifice de recõciliatione ageret; rē Ioãnes suscepit, & primû à Iulio Tertio; mox, eo per id tempus demortuo, à Paulo Quarto, qui in põtificatu successerat, impetrauit, vt Ioannis ipsius sumptu aliqui ex Europa in Æthiopiam cum mädaris atque autoritate apostolica mitterentur. Declaratus Æthiopiæ Patriarcha Ioannes Nunes è Societate spectata vitæ sanctimonia vir, cum Sociis multis profectus è Lusitania anno Christi nati, circiter 1556, Goã incolumis tenuit, ibique, antequam cõptum iter perageret, excessit è vita. Suffectus in eius locû è Societate Andreas Ouiedus episcopus, quem ille Goa ad Claudium cum quatuor aut quinque comitibus iam antè præmiserat. quibus tamen Rex ille ceteroqui non illiberalem se præbuit, promissa tamen fidèq; Regi Lusitaniæ datam minimè præstitit: cuius perfidiæ pœnas ab eo videtur exegisse Dominus: paucis enim post Andree aduētû diebus ab hostibus victus atque peremptus est. Rex inde creatus Adamas Claudii frater, desertor olim fidei Christianæ, vir immanis ac ferus, & Apostolicæ se-

*Ioannes
Nunesius
Æthio-
pia pa-
triarcha*

*Andreas
Ouiedus
Episco-
pus.*

*Perfidia
Claudij
regis.*

dis hostis acerrimus, Patriarcham in vincla coniectum, semestri spatio atque eo amplius malè habuit: quippe quem vinctum secum in castra bellumque raptavit, comites etiam Andreæ contumeliosè tractavit, viuosque igne se concrematurum esse minatus est. populares verò suos, qui veritati catholicæ favere videbantur, variis pœnis affecit. A Turcis denique, quorum arma Æthiopes ipsi rebelles in regnum aseuerant, ingenti accepta clade fusus atque fugatus est. Socii cum Patriarcha ab hostibus capti, quod ipsum per ea bella quater iam antè contigerat, crudeliterque direpti, semel etiam igne in hospitium injecto, magnum adiere discrimen. Nec iam Andreæ quicquam reliquum, ne vestis quidem erat, qua personam pontificiam tueretur. nec vinum tantùm in sacrificia decerat, (nam vites ibi ferè nō seruntur) sed & charta ipsa ad scribendum. Declarant id litteræ ad Lusitaniæ Regem ab ipso datæ schedula non plus digitali magnitudine, è vetusto (vt videtur) aliquo commentario excerpta. Tosto dumtaxat hordeo vescebantur; tanta demum inopia premi rerum omnium cœpti sunt, vt ad vitam tolerandam, ne ex iis locis re prorsus infecta discederēt, bobus & aratro quæstis terram suis ipsi manibus colerēt. Nec tamen in tot tantisque difficultatibus nihil omnino profectū est. Initio quidem certè, concertationes de fide ac religione cum litteratis habitæ, multorum confessiones auditæ, complures etiam cœlesti eucharistiæ conuiuio excepti. Cognitū est præterea ex Abbate quodam magnæ autoritatis viro, qui per eos dies Catholicam fidem receperat, plurimos idē esse facturos, si Lusitanorum exercitus, qui præsidio illis esse possit, in ea loca mittatur. Recentibus verò ex Æthiopia nuntiis spes etiam meliorum rerum affertur, cui ne desit Andreas omnia experiri constituit. Labor autem ipsius & perseverantia aliis quoque multis de Christo bene mendi materiam præbuit. Missi quippe ad statum ipsius explorandum ex India Lusitani sexdecim, à Turcis occisi: alii deinde vulnerati captique, in iis quidam è Societate Fulgentius Freries ad fines Arabiæ in freto maris rubri à Turcis oppressus multis acceptis vulneribus catenatus Maucam in seruitutem abductus est, addictusque triremibus: quæ Socii deinde, Regis Lusitaniæ benignitate, ab hostibus redemerunt, eū in seruitute Christianos fecisset sex, è quibus tres continuò è seculi ærūnis ad gaudia migrauerunt cœlestia.

*Adrianus
Claudius
frater
Patriar-
cham &
Socios
malè
tractat.*

*Fulgētius
Freries.*

INHAMBANES ET

MANOMOTAPA.

ANNO Christi nati ineunte 1560, Consalvus Silueria Lusitanus cum Sociis duobus Goa discessit in regna, quæ dicuntur Inhābanis & Manomotapæ, Sofalam inter & Mosambicū, in extimis Africæ oris ad Bonæ spei promontoriū posita; vt nationibus illis Euangelium nunciaret, quod concionatorū inopia nunquā probè cognouerant. Regio utiq; auro abundat, sed carè admodū emittur, ea locorū insalubritas ac pestilētia, ea rerum ad victum ac valetudinem pertinentium est difficultas. Faveoli quippe & oryza præcipuo sunt in honore mensarum. Itaque vt primū Inhambanem attigere, in morbū incidere ita grauem, vt Consalvus omnium natura valentissimus, oculorū acie vehementer hebetata fractisq; viribus, propemodum extinctus sit. Vbi paulo meliūs habere ceperunt, ad urbem regiam Tongen iter intendunt; ibique Regem vnā cū uxore, sorore, liberis, cognatis, regniq; proceribus, populo denique penè toto intra paucos dies magna omnium gratulatione atque lætitia sacro fonte lustrarunt. Rex Constantini, Regina Catherinæ, soror Elisabethæ nomen assumpsit. Inde Consalvus Manomotapam ire pēgit, Sociis apud Regem relictis, qui statim eadē assumptioni MARIÆ virginis sacram exædificandam curarunt; quorum alter cū, ex imbecillitate corporis, cæli intemperiem diutius ferre non posset, redire in Indiam est coactus: alter, Andreas Ferdinandus nomine, amplius biennium in iisdē locis, quanquam graui iam ætate, versatus est. Et quoniam non modò regio infelix, & maximè sterilis, sed etiam incolæ, quos vulgò Casras appellant, inhumani & moribus asperi, ac monitorum impatientes ferè sunt; Andreas & morbo frequenter implicitus, & fame graui sæpe vexatus, in populis erudiendis colendisq; multas minas & contumelias pertulit, magnumq; cū aliās adiit vitæ discrimen, tum quibusdam præsertim diebus, cū Casres armati se ad ludos & sacra nefaria comparassent. cui spectaculo cū Rex ipse affuturus esset, cognita re Andreas eò se contulit, ardensq; amore Domini, ingens edidit facinus: apparatus omnem sacrorum suis ipse manibus ita disturbauit atque dissoluit, vt pedibus etiam proculcateret. Dum hæc ab Andrea geruntur,

Rex cum familia, proceribus ac populo penè toto, sacro fonte lustratur.

Templū Mariæ virginis sacrum. Andreas Ferdinandus.

Andreas ingens facinus.

tur, interea Consalvus Mosambico insula superata, Lusitanis circiter sex comitantibus, oram biremi legens, ad Mafuta fluvii ostium, leucas nonaginta à Mozambico processerat, cum atrox adeò repente coorta tempestas, ut magnam aquæ vim acciperet navis, omnesq; de se actum iam prorfus putarent, in genua procumbente; Consalvo, manibusque & oculis sublatis in cælum, suppliciter deprecante, sedatur atque comprimitur. Inde exscensione facta, die qui fuit Diuo Hieronymo sacer, plicatilis ara in ipso littore ad sacrificium exstruitur, ita vehementi Solis ardore, ut calceati Lusitani ipsius quam pedibus calcabant terræ calorem ferre vix possent, Consalvo autem inter sacrificandum ex toto capite pustulæ erumperent: quas cum ad curâdas medicamenta suppeterent, præclaro sui ipsius odio incensus cuncta repudiavit, seque naturæ duntaxat sanandum permisit ac tempori. Triduum ibi morati, pergunt tranquilomari ad Colimanem fluvium. ibique rursus adverso vento repente vexati, & in ipso fluvio subeundo valde periclitati, ad Mingoaxanem Gilox regem amicum Lusitanorum contendunt, ab eoque benignè ac liberaliter accepti, facta etiam promulgandi Evangelii potestate, quòd Rex, tametsi Maurus, Mahometicos tamen ritus superstitionesque negligeret, & religionem Christianam toto suo regno disseminari magnopere cuperet: diutius tamen ibi non subsisterunt, quòd ad Manomotapæ Regem festinarent, quoad Christum adiuncto, finitimos reges longè viribus atque auctoritate inferiores facilè ad eadem sacra perducì posse cõsiderent. Ex eo loco ad amnem ingentem Cuamam tendunt, leucas à Sofala triginta, vbi rursus periculosa procella in Lindè proximum sinum compulsi, tredecim dies steterunt: quoddam verò æstuarium, quod à Mozambico eos cœperat comitari, cū se ab iis disiunxisset, postridie periit. A Lindè cū ad Cuamã peruentū esset, in ipso introitu fluminis re diuina peracta Consalvus à Lusitanis comitibus petit primum, ut quoniam fines Mauomotapæ ingredi inciperent, totum legationis suæ negotiū Domino suppliciter cõmendare ne grauarentur: deinde ut æqui boniq; facerent, si reliqua tota nauigatione se, ut precibus vacaret, ab eorū conspectu atq; cõsuetudine remouisset: in rebus præsertim grauioribus consultò potissimum Deo exoratoque opus esse. tum iubet in certa nauigiū parte circa se prætendi corri-

*Consalvo
supplicã-
te tempe-
stas com-
primiur*

*Mingoax-
anis Gã
loarex.*

nam,

*Octiduum
quemodo
delituit
Consal-
uus.*

nam, ibique octiduo ipso delituit, cum semel tantum quoridie tosti ciceris pugillo, & exiguæ hauſtu frigidæ ſeſe reficeret, & quicquid à precatione ſupererat temporis, in euoluendo libro consumeret, qui ſcriptas Sanctorum continebat vitas.

*Capita
quingen-
ta bap-
tismo lu-
ſtrata.
Inha-
nior
rex.*

Octauo igitur die cum ad Senam (qui terminus navigationis erat) veniſſent, vicum ſanè frequentem; ibi deſcenſum eſt, nuntiusque à Conſaluo ad Regem de ſuo aduentu in intima regni miſſus. à quo dum reſponſum expectat, in- retim Chriſtianos aliquot inquilinos à peccatis per confeſſionem abſolutos, à turpi concubinarum conſuetudine ad ſacras nuptias legitimásque traduxit, catechiſmum publice docuit, & è Luſitanorum ſeruitiis ibidem capita ferè quingenta baptiſmo luſtrauit. Regem etiam Inhamioris, Regis Manomotapæ ſtipendiarium, tribus paſſuum millibus à vico Sena, cum aliquoties adiſſet, cohortationibus ſuis ita permouerat, vt ſe vnà cum vxore & liberis, quos habebat octo, libentiſſimè Chriſtianum fore profiteretur. Sed Conſaluus, partim quòd non habebat quem apud illum carechiſmi cauſa relinqueret, partim etiam ne Manomotapæ Regis animum offenderet, ſi priùs ſtipendiario ipſius quàm ipſi Chriſtiana ſacra impetitiſſet, Inhamioris regem vt potuit conſolatus hortatuſque, vt ipſe cum ſuis Dei bonitate fretus in ſuſcepto conſilio permaneret; totam rem in tempus aliud diſtulit. Iamque alter menſis effluxerat, cum Anronius Caiadus Luſitanus, qui notabatur in vrbe Regia Manomotapa, Legatus à Rege ad Conſaluum aduenit Manomotapam perducendum. Conſaluus ſacrorum ornatu cum ſacrato lapide & calice in ſarcinam colligato, ſublatòque in humeros, ſe in viam dedit. Cum ad fluuios ventum erat, qui multi in ea regione ſunt, ſi quidem vado ſuperari poſſent, quamuis ad iugulum vſque pettingerent, tranſibat, elata manibus ſeu capite ſarcina: ſin minùs, vaſi ligneo impoſitum per amplo Conſaluum, natantes ipſi propellentèſque traſiciebant Caſres. ſub noctem natalem Domini ad Chetachin pagum haud longè à Manomotapa ventum eſt, factumque ter ſacrum ſumma Luſitanorum animi voluptate. Inde Natalium feriarum octaua, cum vrbem Manomotapam introiſſent, miſit conſeſtim Rex qui Conſaluum cum muneribus viſeter, auri pondere ingenti, vacciſque permultis, & famulatu ad miniſteria quotidiana: quippe qui de

*Conſal-
uus quo-
modo flu-
uios traſ-
mitte-
bat.
Rex mu-
nera mit-
tit Con-
ſaluo,
eique ho-
norem
habet.*

Lusita-

Lusitanis mercatoribus iam antè cognouerat, Consaluum non modò vitæ sanctitate virtutéque præstantem, sed etiã generis elatitate ac nomine in primis esse conspieuum. Cõsaluus gratis actis, muneribusque repudiatis, ex ipso legato Regem cognitutum esse respõdit, quod genus auri quãsvē diuitias quæsiturus in ea loca venisset. Obstupuit ea animi magnitudine Rex, venientémque ad se deinde Consaluum tanta gratulatione & significatione honoris excepit, quanta neminem vnquam antea. Nam & in ipsa penetralia, quò nulli est aditus, introduxit, & assidente matre, confidere Consaluum etiam in tapete iussit, Antoniõq; Caiado è conclavis ianua intetprete adhibito, Rex quatuor cõtinuò sciscitatur, quot feminas, quid auri, prædiorũ, vaccarum denique vellet, quas incolæ non minoris quàm aurũ ipsum estimare dicuntur. Cùm nihil se præter ipsum Regem respondisset optare, conuersus ad interpretem inquit Rex, Profectò necesse est, qui nihil horum accipiat, quæ à cõteris tantopere adamantur, longo interuallo à reliquis distare mortalibus: & nihilo minùs ad extremum multa benignè pollicitus, amantiõs verbis Consaluum domum remisit. Vbi dum ille manè rem facit diuinam, è principibus quidã prætereuntes eum è foribus aspexissent in ara propositam perelegantem MARIÆ sacratissimæ virginis imaginem, quam in tabula depictam ex India Consaluus aduexerat, specie decepti ad Regem deferunt, Consaluum egregia forma puellam apud se habere, hortantur vt ab illo deposcat. Haud surdis auribus dicta. Misit ille confestim, qui Consaluo renuntiaret, audisse se, illum vxorem secum adduxisse, vehementer cupere, vt eam sibi sisteret. Tum Consaluus tabulam pretiosa veste inuolutam ad Regem affert. Cuius desiderium quo magis exacuat, antequam tabulã detegar, præfatur illam esse effigiem matris Dei, cuius in ditione ac potestate sint omnes reges & Imperatores orbis terræ totius, tum denique tabulam aperit, Regis quoq; matre præsentē. Rex imaginem veneratus, Consaluum etiam atque etiam obsecrat, vt eam sibi largiatur, domi habere se velle. Libenter verò Consaluus annuit: quin etiam ipsemet in regio cubiculo collocat, ibidemque quasi sacellum quoddã precandicausa peristromatis pretiosis exornat. Narrat qui inde venère Lusitani, noctibus deinceps circiter quinque, Reginam cœlorum ea ipsa specie, quam tabula ostenderet,

*Maria
virginis
imago.*

*Regina
cœlorum
dormi-
tanti Re-
gi assi-
sit.*

diuina

diuina circumfusam luce, suauique splendore fulgentē au- gustissimo simul ac iucundissimo aspectu, dormitanti Regi astitisse. quod ille manē matri narrabar, rei nouitate vehemener artonitus, itemque Lusitanis, qui rem statim Con- saluo renuntiabar. Postremò Rex Consaluum ipsum accet- sit, ait se mirum in modum angi, quòd sermonem Reginæ eius, quæ secum singulis noctibus loqueretur, non intelli- geret. Cui Consaluus cùm eam esse linguã diuinam dixisset, quam nemo cognosceret, nisi qui sacrosanctis eius Reginæ filii legibus pareret, quippe qui Deus esset, generisque to- tius humani redemptor, Rex in præsentia quidem, si minùs verbis, vulrù certè ac significatione se Christianum velle fieri ostendit: bidui deinde spatio interiecto per Anto- nium Caiadum Consaluum aperrè denunriat, cerrum esse sibi matrique Christiana sacra suscipere: proinde ad se baptizandum quamprimum veniret. Consaluo tamen dies aliquot supersedere satius visum, dum Rex Christianæ fidei præceptis ac rudimentis imbutur. quibus cùm satis iam o- peram dedisse videretur, quinto circiter & vigesimo post aduentum suum die Consaluus Regem simul & matrem nõ

*Rex cum
matre ba-
ptizatur*

sine solenni pompa & gratulatione baptizat. Regi Seba- stiani, matri Mariæ nomen est inditum. Eo ipso die Rex Consaluo, quoniam aurum respueret, vaccas centum dona- uit: ille ad Antonium Caiadum misit mactandas, vr in fru- sta dissectæ distribuerentur in pauperes. Quam eius libera-

*Trecenti
proceres
Regemi-
miciantur.*

lirarem ac beneficentiam populus ingenti admurmuratio- ne probauit atque suspexit. Regem imitati recenti ferme è regni proceribus Christo sese pariter addixere. Hi nun- quam à Consalui latere discedebant, adferebantur etiã do- na Consaluo, lac, oua, butyrum, hœdi, aliãque id genus, quæ ille nec aliud genus carnis omnino gustabat; cocto dunta- xat milio quodam exiguo, herbisque, & siluestribus fructi- bus victitans. Iamque spectatæ vitæ morumque sanctimo- nia studioque salutis humanæ tantam sibi summorum infi- morumque beneuolentiam cõciliauerat, rantosque in om- nium animis motus effecerat, vr in Christianã religionem

*Mauri
quatuor
Consaluo
parant
insidias.*

vniversa multitudo videretur incumbere, cùm à Mauris quatuor potentibus & callidis viris, & apud Regem gratio- sis, iisdemque veneficis, dæmonis instinctu Consaluo paran- tur insidiæ. Autor conspirationis fuit Mosambicanus Mia- guames Mauricæ superstitionis antistes, siue, vt ipsi appel- lant,

lant, Cacicus. ij Regi partim coram ipsi, partim per idoneum internuntium valde sibi dolere demonstrant, quod tantum in capitis regni que discrimen vltro se ipse demiserit. Consaluum, cui tantum fidei & honoris habeat, missu Proregis Indiæ, terræ que Sophalæ regulorum, ad explorandum Regis statum, sollicitandosque ad defectionem popularium animos aduenisse, vt motibus excitatis ipsi deinde, infesto exercitu subsequuti, Regē opprimāt. Addunt insuper fabulosa portenta, Consaluum veneficum esse terribissimum omnium & sagacissimum, varia veneficia ac medicamenta secum attulisse ad incolarum animos occupandos, Regēq; mactandū. quicumque caput suum aqua perfundi paterentur, conceptis præsertim verbis Lāgariorum, (sic enim Lusitanos vocant) à Consaluo pronuntiatis, confestim volentes nolentes in eius potestatem venire: id ipsum alibi contigisse. proinde videret etiam atque etiam Rex quod progredere, cui se suaque crederet. Si Consaluum abire permittat incolumem, fore vt ciues mutuis inter se cædibus amentes atque lymphati miserandum in modum grassentur atque cœnturrant. His aliisque id genus mendaciis: onerato Regi, a dolenti præsertim ac matri, facile persuasum est, vt Consaluum primo quoque tempore interficiendum curarent. Nec dum ea consilia etuperant, clandestinis agitata colloquiis, cum ad Antonium Caiadum Consaluus, Haud ignato (inquit) mihi, nec imparato, mors instat ab Rege. Caiado autem ita incredibilis visa res, vt subridēs prorsus negaret. iamque dies aduenerat necis vel vitæ potius, qui dies natalis erat idem D. Susannæ virginis martyrisque: Consaluus ab Antonio magnopere petit, vt Lusitanos duos trēsve ad se confestim accersat. Confessionē (inquit) illorum tuāq; simul excipere, & sacra Eucharistia hodierno die reficere vos omnino constitui: nec enim postea potero. Hos ille dū absentes euocat, Consaluus ad meridiē vsq; præstolarus, cū non adessent, consecratas cōsumpsit hostias duas, factisque eodem die Christianis circiter quinquaginta, vestem iis ad corporis cultum, rosaria ad precandum diuisit. Lusitanos verò sub vesperam redeuntes, confessionis Sacramento, quoniam Eucharistiæ non licebat, purgatos, mira vultus hilaritate animique tranquillitate animabat inscios quid Consaluus conditum haberet in animo. Iisdem sacrorum apparatus dat in ædes Antonii deferendū. Ipse lin-

*Cōsalu^o
moris
sua præ-
scius.*

*50. sunt
Christi-
ani.*

teatus cum effigie Crucifixi domi temansit, reuertentiq̄e
 rursus Caiado, pectus hominis manu leniter apprehendēs,
 Antoni Caiade (inquit) profectò paratior ad mortem ob-
 eundam ego sum, quàm ipsimet inimici ad inferendam: Re-
 gi autem ac matri libenter ignosco: Maurorum quippe ar-
 tificiis ac dolis inducti sunt. Hæc ille serena facie atq; hi-
 lari cùm dixisset, Antonius ab eo digressus, tametsi vix fieri
 posse putabat, vr Rex tam nefatio scelere sese obstringeret;
 tamen, quoniam ex recenti quodam sermone, eius animum
 exulceratum, contra quàm existimasset, offenderat; famu-
 los duos ad Consaluum custodiendum ea nocte misit, à qui-
 bus ea, quæ sequuntur, accepta sunt: Consaluum, cùm secus
 hospitium in area ad multam noctem, quasi è corporis cu-
 stodia exire gestienti mora nimis longa videretur, ita citatis
 gressibus ambulasset, oculis semper intentis in cœlum, ma-
 nibus modò sublatis ad sidera, modò Crucis in figuram ex-
 tensis, ducens ex intimo corde suspiria; suum denique tugu-
 rium subiisse, habitaque coram Christi simulacro oratione,
 quod vnum solatium illi supererat, in arundineum stratum
 decubuisse, & in somnum incidisse iustorum: id enim ex in-
 fidiis conspiciati satellites octo circiter, ilico irrumpunt: in
 iis barbarus nobilis nomine Mocrumes, qui sæpe cum Cō-
 saluō conuiuium inierat, iacentis pectus opprimit insidens:
 arreptum inde pedibus brachiisque, humo tollunt alii qua-
 tuor: sublato collo, reliqui duo funem iniiciunt, quo vtrin-
 que adducto, Consaluus expressam ex ore naribusque ma-
 gnam sanguinis copiam effudit, & spiritum simul DE O
 Domino reddidit. Tum verò CHRISTI simulacro sa-
 crilegii manibus comminuto, defuncti corpus recte ligatū,
 attractumque interfectores in præterfluentē Monsengef-
 sem deiiciunt, ne videlicet (quod Mauri confinxerant) ca-
 dauer ipsum ram malefici hominis sub dio relictum veneni
 sui rabe cunctos inficeret. Hunc habuit exitum pia Con-
 salui legatio: quo sublato, Rex eadē sæuitia percitus Chri-
 stianos pariter quinquaginta, quos ille extremo die suo pe-
 pererat Domino, magistri donis exutos iubet occidi. Id si-
 mul atque cognitum est, regni proceres, quos Encoses vo-
 cant, rei atrocitate permoti, consensu conueniunt Regem,
 & aiunt: Si hominibus hisce mors idcirco debetur, quòd a-
 quam infundi capitibus suis à Consaluo permiserint, eadē
 & omnium nostrum, & verò tua quoque causa Rex est, om-
 nibus

*Marty-
riū Con-
salui.*

*Regis su-
ror, &
quomodo
repressus*

nibus vno eodemque letho occumbendum. Qua denuntiatio-
tione repressus Regis furor eum aliquantulum resedisset, eum
biduo post Lusitani quoque adeunt, docent quam graui seele-
re sese obligauerit: terrores insuper addunt, non Deum mo-
do indignam innocentissimi viri necem debitis poenis, sed
etiam homines ipsos nobilissimi, bello atque armis vituros.

Ad ea Rex diligenter excusare sese, culpam in suasores im-
pulsoresque rejicere, magnum perpetrati facinoris dolorem
ostendere, denique ut factis verba consentiant, e quatuor
consiliariis duos confestim interficit: nam reliqui duo, quo-
rum alter fuit princeps defarii consilii Minguames, rem o-
dorati, mature diffugerant; qui tamen, quod summa dilige-
tia conquirebantur, nequaquam euasuri potentissimi Re-
gis manus existimabantur. Hisce rebus perlatis in Indiam,
Antonius Quadrius ei prouinciæ pro Societate prepositus,
id ipsum vehementer optante Prorege, idoneam nauigandi
tempestatem expectabat, ut Socios aliquot Manomotapam
mitteret ad cœpta promouenda, quæ felicem omnino pro-
gressum habitura spectabant; eius Ecclesiæ fundamentis tam
innoenti castoque sanguine positis.

MALACA.

IN vrbe Malaca, (quæ in Orientem distat ab Goa mensura
ferme quatuor nauigatione) inter Mauros ethnicosque
posita, (auream Chersonesum antiquis aiunt fuisse) So-
cietatis item Collegium Regis Lusitanicæ sumptibus alitur,
iisdem & iuuentutis instituendæ, & promulgandi Euangelii
muneribus occupatum. Baptizatus est præter cæteros nu-
per barbarus quidam insignis vir nomine Bandara, iuri eth-
nicis dicendo prepositus. is multos e suis ipsumque filium
vnam secum ad baptismum adduxit, qui Christiana rudimen-
ta sanè breui ac feliciter didicit. Conuersus est etiam supe-
rioribus annis Iudæus quidam, qui ab ipsa vrbe Roma e-
vsque contenderat, in primis eruditus, multis concertatio-
nibus de religione cum Sociis habitis.

*Bandara
vir insi-
gnis ba-
ptizatus
Iudæus
quidam
eruditus
conuer-
titur.*

MALVCI REGIO.

IN Maluensi regione complures insulæ numerantur:
quarum quæ Ternates vocatur, habet ipsa quoque Col-
legium frequens, ex quo in omnes illas prouincias ope-
rarii dimittuntur: quorum industria quam plurimi ad Chri-
stum accessere. In iis Bazani insulæ Regulus, Regis Malu-
ci gener, anno 1558 Mauricis sacris desertis Christiana sus-
cepit.

*Ternates
Insula.
Regulus
Bazani
cum suis
Christo
eredit.*

cepit, ipse fratetque eius, sotores tres, & spuria vna cum matre filia, affines prætetea & cognati, & nobilitas vniuersa. Idem finitimas insulas cum vno è Sociis circumiit ipsemet omnium ordinum viros ac feminas. ipsaque seruitia in Domini rete compellens. quorum longè maior vtique numerus fuisset, nisi periculoso motbo Socius oppressus, Ternatè inde viginti leucarum itinere se necessariò recepisset. Agebat Rex eo tēpore annum quintum circiter & vigesimum, & oris dignitate & corporis agilitate conspicuus. nostratem, si paulo candidiori esset colote, dixisset. Baptismo magna ipsius ac suorum gratulatione peractò, Socius paulo post rem diuinam fecit, cui tanta cum attentione euncti affuerunt, ac tanta religione sacram Eucharistiam supplices adorarunt, vt nequaquam tyrones viderentur in fide.

Mahometis factū diruitur.

Confestim etiam Mahometis sanū dirutū est. ex res in oppido Maluco auditæ Lusitanis & ceteris Christianis ingentem lætitiā attulerunt; quæ tum solenni supplicatione, tum bellicorum tormentorum displotione declarata est; Mauris contrā tātum dolorem inuillere, vt castrum Ternatis Christianorum oppugnare confestim aggressi fuerint. sed frustra. nam & Lusitani, qui in præsidio erant, egregiè se defenderunt; & rex ipse Bazani, offensionem societi minimè veritus, obsessis Lusitanis non semel subsidio venit. Anno verò circiter 1561, Amboinensibus quoque Christianis contra Mauros opē tulit, DEO valde propitio; classe quippe sex duntaxat Caracotarum profectus, (genus nauigiorum id est) cum ad expugnandum quoddam hostium oppidum descendisset, penè ex infidiis oppressus à Mauris, qui eodem Caracotis quadraginta deuenerant, paucos admodū è suis amisit. Comitē expeditionis vnū è Societate habuetat, cuius brachiū in eo pælio sclopi ictu vulneratū est.

Elisabetha femina principis à Xa uerio ad Christū conuersa.

Variis prætetea temporibus ad Christum adiuncti sunt è principibus, Elisabetha Regum Maluci Tidorisque soror, femina prudens, atque vna omnium, quotquot in iis erant insulis Maurorum, iuris Mahometici peritissima, quæ Francisci Xauerii disputatione victa, simul & in Christiana religione ita confirmata est, vt exemplo suo cæteris ad virtutem atque ad officium præluceret. filii quoque ipsius, itemque Tidorensis regis cognati sex, è quibus vnus dynasta, magnaque apud Regem autoritate, in Tidorensi bello contra Luhtanos exercitum duxerat. is regē quoque

ipsum

ipsum ad ecclesiam propediem perducitur existimabatur. Accessit ad hos, magna sua cum animi voluptate atque lætitia, Selebum quoque rex ipse, multiq; ex eius regni proceribus. Reges item Manadensium (quæ gens in primis bellicosa ac strenua totius eius regionis putatur) & Sianorum, ite regis Bengaiensiu filius, & vniuersa penè Cauripana nobilitas. Tam cetera multitudo tanto vndique studio certatim ad baptismum accurrit, vt Didaco Magaliano ex Socie- *Didacius*
tate eas insulas peragranti ex oppidis sese obuiam alacritate *Magalianus*
descendenti ad littus effunderent, baptismum sibi liberit-
que suppliciter postulantes. quorum optimis studiis cum
propter paucitatem Sociorum responderi non potest, tum
propter assiduos Maurorum finitimorum impetus & insi-
dias, qui Christianæ religionis progressum omni ope impe-
dire conatur. Iisdem in regionibus Alfonso Castrius è Socio- *Alfonso*
rum uumero Lusitanus, cum annum iam vndecimum eam *Castrius*
prouinciam summo labore administraret, gloriosam utique *à Mauris*
pro Domino mortem Maurorū scelere oppetiit, anno post *necatur.*
Christum natum 1538. Cum enim eo tempore Maluci Ty-
rannus Christianorum hostis acerrimus Ternatem obside-
ret, vbi captus à Lusitanis pater eius in custodia detineba-
tur; Alfonso ex insulis Mauri Irim insulam Ternati proxi-
mam nauis petens, à nautis Mauris in Tyranni gratiā omni-
bus primū vestimentis exiit: deinde pedes eius manūq;
crasso fune colligantur. dies quinque ita vinctus in nauigio
crudeliter habitus, atq; inde ad collū eius graui admodum
arboris viridi trunco ad instar iūgi deligato, nudus exiguo
tantū velo femoribus obductis sub dio constituitur, ibique
interdiu noctūq; relinquitur natura imbecillus, coeliq; in-
iuriis quāquā leuib⁹ vehemēter obnoxius: tūc autē magna
corporis vexatione & cruciatu multorū dierū spatio ibidē
detentus propè nullo cibo, eā viuus iā custodiri posse non
videretur, ne suo periret letho, violentas manus illi inferre
Mauri decernunt. Ille brachiis ad tergū reuinctis per aspe-
ras cautes aliquandiu ductus, appropinquante iā exitu vitæ,
ad terrā sponte procūbit, lignoq; sibi supiecto, quod suspē-
sum è collo gerebat, à Mauris ense conficitur. Corpus ab il-
lis in mare proiectum, tertio post die repertum ibidem vnde
proiecerant, insolito quodam radians fulgore, vulnerib⁹-
que ita recentibus, vt si ea tunc accepisset. quæ res eo admi-
rabilior visa, q̄ estus maris eo loco, fluminis instar, est rapi-

Rex Geiloli Maurus bonus et fidei de Alfonsi exitu loquitur.

Percussores Alfonsi, cum propinquis diuina ultione consumpti.

diffimus. Eius viri mors ipsis quoque barbaris regibus delori fuit. magna enim erat apud omnes nomen eius in admiratione. Regem quidem Geiloli Mautum; grauemque Christianorum aduersarium; de Alfonsi exitu atque animi fortitudine verbis honorificis differentem, ad eos qui aderant inter cetera ferunt dixisse: Quid simile nostri Cacitii? Nec verò Dominus tam iniustam necem ne in hoc quidem seculo inultam reliquit. quippe ab Iris insule præfecto ac magistratibus pro certo cognitum est. paucis diebus omnes non modò parricidas illos, sed etiam parricidarum propinquos vario ac miserabili mortis genere petiisse. namque alii scædisimis toto corpore pustulis enascentibus paulatim excoriati horribiliter vlulantes igne sacro consumpti sunt: alii tormentis in bello discerpti: denique is etiam, qui abreptum Alfonsi vendiderat calicem, membris mitandum in modum intumescens, vitam finiit. quos aitunt, sublaris ad sydera manibus, tum denique diuinum auxilium supplices implorasse.

REGIO MAVRI.

VLtra Ternatem leucas 60, regio Mauri cernitur diuisa bifariam; altera pars in continenti est, & Morotia dicitur, octo Christianorum loca complectens: altera Morotai nominatur, constatque duabus insulis, quarum in vna minore vici Christianorum tres anno post Christum natum 1552, in altera maiore, octodecim visebantur. Christianorum porrò capitum numerus erat quinque & triginta millium: qui ex eo tempore maiorem in modum multiplicatus est. anno quippe 1563. Christianorum vici sex & triginta fuisse dicuntur, & in iis aliqui familiarum ferme octingentarum; anno verò 66, ad septem circiter & quadraginta: qui nullos habent pastores magistróve, nisi è Societate, cuius in ea prouincia non sine magnis assiduisque laboribus atque periculis in summa egestate versatur industria.

AMBOINI IN SVLÆ.

AD Maluci prouinciam Amboini quoque terra sicuti Mauti pertinet, abestque Ternate leucas 80, Malaca autem (ex quo loco nauigantibus Malucarum insularum prima Amboinus occurrit) trecentum & quinquaginta. Christianorum pagi erant in ea septem duntaxat anno 1545, cum Franciscus Xauerius eò se contulit: Sociorum deinde opera factum est, vt anno 1562 plus triginta nu-

mera-

ANNO 1552. Christianorum 35. millia.
ANNO 1566. Christianorum vici 47.

merarentur. anno verò 63, Christianorum plus decem
 millia facta: quo ipso tēpore Socii ad alia oppida duo bap-
 tismo lustranda profectioem parabant, incolarum circiter
 quadraginta millium. Vni eorum Lucebara nomen est, cu-
 ius principes ad ceteros in proposito continēdos iam bap-
 tizauerant. In eadem insula est insigne oppidum Recani-
 ue Maurorū: ii à Mahometis cultu ad Christiana sacra cō-
 uersi, cū aliis vitiis, tum illo præcipuè purgati sunt, multas
 habebant singuli vxores, qui quidem per diuitias poterant.
 nam in Amboino vetus erat consuetudo, puellas a parenti-
 bus in vxores dote persoluta cōmere: id quoniam pauci
 poterant, duplex inde sequebatur incommodum; vt & di-
 uites multis nuptiis per libidinem miscerentur; & pauperes
 vel calibem vitam agere, vel quas alii respicissent, in matri-
 monium ipsi ducere cogerentur. Hic mos quamquam in-
 finis pro virili adiuantibus, resistentibus tamen vi summa
 potentioribus, magna Sociorum contentione sublatus est.

Anno 63^o
 decē mil-
 lia Chri-
 stianorū
 facta.
 Lucebarā
 Recaniue

Mos ne-
 farius
 sublatus

SOLOR, MACAZAR, &c.

MAcazaris ampla regio leucas 300 adest Malaca, &
 spatii tantundem occupat ambitu. felix admodū
 terra, auriq̄ue ferax & sandali, & aquilani cuiusdā
 ligni odorati, pigmentiq̄ue eius, quod lacre vulgò appella-
 tur, cuius tum ad pingendum, tum ad obsignandum vsus e-
 gregius: ita quippe materiæ subiectæ adhærescit, vt inde
 nulla ratione possit nec auelli, nec elui. Seruitiis multis, &
 omni copiarum genere abundat. Inde Malucum dierum
 octo, Amboinum verò ferme quatruidi est cursus. Primus
 in ea sese publicè ad Christum adiunxit vnā cum vxore ac
 liberis aliisque compluribus Rex Supanorum, gener impe-
 ratoris cuiusdam opulentissimi, qui mediterranea plagæ
 illius incolit loca, urbemq̄ue præcipuè Sedenrem maximā
 ac celeberrimam; hæc in plano sita, carnibus, piscibus, fru-
 ctibusq̄ue est referta. lacus est proximus multis nauigatio-
 nibus frequens, copiosis urbibus vndique cinctus, cuius lō-
 gitudō leucas viginti, latitudo quinq; circiter colligit, ple-
 nus varii generis piscium. ex eo effluens amnis, per mediter-
 ranea triginta dierum iter emensus, in mare sese effundit ad
 urbem orientis Maluum, cuius orā aiunt regem in primis
 potentem dominari, qui Lusitanorū amicitiam vehemen-
 ter expetat. Alia est regio eodem Macazanis nomine, sed
 inferior, regem habebat cum aliis multis Christianum: cui

Rex. Su-
 panorum
 cum vxore
 ac li-
 beris aliis
 ad
 Christū,
 accedit.
 Sedenrem
 urbs cele-
 bris.
 Maluum
 urbs oriē-
 tis.

de mortuo successit ethnicus frater, quem tamen aiunt cum suis omnibus velle fieri Christianum. Huic fratribus est rex alius item Christianus, eius propinquus, qui coecloros Euangelii apud se habere percipit, atque id ipsum in populi sacre vniuersi, cum aliis rationibus, tum verò miraculi cuiusdam nouitate permoti. Cùm enim Franciscus Nunes Lusitanus nauarchus in ea loca venisset, membris ita debilitatis, vt non nisi furculis nixus duabus ingredi posset; ope diuina repente conualuit, crucemque religionis causa defixit, ex qua eius rei monumentum furculas suspendit.

Franciscus Nunes Lusitanus.

Solor.

Solor autem, gradus octo cum tribus quadrantibus in meridiem obtinens, leucas a Malaca distat trecentas. valde salubris est regio. multa circa sunt oppida, Christianos verò habet complures, quos ibidem Lusitani ipsi negotiatores adnata faciunt.

Rex cum uxore & proceribus baptizatur.

Rex fratris filium Malacæ fide inueniendum mittit.

Mahomericæ prauitas.

Caleca.

Bengala.

Anno quidem circiter 1559 Lusitanus quidam mercimoniæ causa cum eò venisset, Regem cum vxore ac regni proceribus baptizauit, ac deinde mortuus est. Rex autem cum Socios per litteras inuitatos propter eorum penuriam ad se venire non posse cognouisset, fratris ipse filium regem designatum Malacam ad ipsorum Collegii rectorem cum mandatis misit, vt quoniam magistrōs ad se populumque docendum legare non posset, heredem saltem hunc iuuenem in adibus Collegii Christianæ fidei præceptis ac doctrinæ institutum, ad se deinde remitteret, qui doctoris apud eos populos munere fungeretur. Huic Laurentii nomen impositum est, & ne præstiti erat ingenio, præcædi formulas & catechismū breui tempore didicit. Insinuat verò se in eā insulam Mahomericæ etiā prauitas. anno quippe Christi nati 1559 tres quatuorve Cacitii ex oppidis Calecu & Bengala profecti, Meschitam Maurico more habere iam ea perant, barbarosque multos eiusdem superstitionis insecerant labe, dum Christiani defunt, qui errantibus rectum salutis ac veritatis iter ostendant. Magno tamen labore Malacenses Soeni effecere, vt Cacitiorum princeps ex iis locis pelleretur in Indiam.

Rex cum optimatibus a. 1563. 200

E regione Soloris, ad tria millia passuum, permagna cernitur insula habitatoribus frequētissima, alia sique habet vicinas. nullus ibi deorum cultus, delubra erant nulla. itaque illata Christiana sacra ita auidè arrepta, vt rex cum omnibus optimatibus, aliisque præterea ducentis in vrbe regia

Labona-

Labonama baptismum suscepit, & concionatores pastoresque vehementer efflagitet ad ceteram multitudinem instituentiam, ac baptizandam.

Ne Timorenses quidem insulani, ab Solore leucis distiti minus quadraginta, religionem aut superstitionem habent ullam: geus totius eius tractus maximè rudis. Solorem Timoremque Malaca petentibus terræ lax regnum occurrit nomine Panaruca, quod barbarorum est vniuersum. ii multis Maurorum beilis vexati, vt impia Mahometis sacra susciperent, obfirmato semper animo restiterunt. iidem Lusitanis admodum sese amicos demonstrant, profitenturque palam, se nullam nisi Christianam religionem legemque Euangelicam accepturos: & sanè vix dici potest, gentes illæ penè omnes, Mauris ferme exceptis, Christianam fidem quâtopere sitiant. Cambaianum regnum amplum ac celebre, compluribus ibi à Dominicauo quodam fratre, qui aliquandiu apud eos fuit, baptismo lustratis, Euangelicos ministros postulare non desinunt. eodem studio ac desiderio tenentur Macazarenfes, Amboimenses, Morotiani, Morotaienses, Bazanenses, Papuani, Bengaiiani, Selebes, Siani, Cauripani, Bolanenses, Manadii, Tidorenses, & vniuersi penè Maluccenses, Manomatapani, Inhamiotenses, Giloani, Æthiopes, Ceilanii, Trauancorenses, aliarque plurimæ nondum bene cognitæ vel exploratæ nationes atque prouinciæ.

Insulam quidem aiunt esse leucarum circiter ducentarum è regione Amboini, quò cum Lusitani aquationis causa descendissent; ab incolis vi propè retenti, & tum quidem capitum quatuor millia, deinde rursus amplius duo millia baptizare coacti sunt: atque inde abiere, quod miserandum in primis est, vna tantum sublata cruce, magistro ibi nullo relicto. Nec sanè, cum in Christiana fide amplectenda ii ferè, quos diximus, populi faciles alacresque, tum verò in excrecenda vel in retinenda segnes infirmive magna ex parte cernuntur. Multi aduersa valetudine, ac præsertim febri vexati, ad templum confugiunt statim, & aqua piaculari seu benedicta, quæ datur à Sociis opera vt nunquam desit, e-pota, eadem ipsa hora sanantur. Idem virtutis expertæ remedium Diuarensibus est contra venenatos serpentium ictus. Bazanius neophytus quidam, cum filii eius duo baptismo lustrati confestim in febrem grauissimam incidissent, vnâ cum vxore ad sacerdotem è Societate exostulatum

*cõuersus.
Labonama vrbis
regia.*

*Timor
Insula.*

Panaruca regni

*Quam
multæ
quæ
gentes
Christi
fidem
sintiant.*

*Cogunt
quidam
Lusitanos,
vt se
baptizet.*

*Diuina
beneficia
per aquam
benedictam
collata.*

*Diuarenses
populi*

tum accessit. Sacerdos malitia dæmonis cogita, quærit ex iis, putarent ne filios ob Christiana sacra sulcepta periclitari. Annuentes iussit piacularis aquæ paululum bibendum laborantibus dare: sanos statim futuros. Neque sefellere promissâ. hausta quippe aqua, eodem temporis vestigiò discussa feбри ac fugata, magna & parentum gratulatione & sacerdotis læticia sanus vterque surrexit. atque in iis regionibus eiusmodi multa sæpe contingunt. Atiuensem verò populum, recens ab impietate reuocatum, illa etiam res valde roborauit in fide, quòd cum antea infantes lethali bus vesiculis erumpentibus vulgò perirent, postquam eò Christiana sacra illata sunt, diram luem illam magna sua cum admiratione sedatam viderunt. In Amboino autem insula, cum diuturna siccitate valde laboraretur, ex neophytis quædam mulieres ad vetustiore[m] Christianam accedunt, rogantes qua ratione placare Dominum precibus & pluuiam salutarem exposcere debeant. Crux erat à Francisco Xauerio in littore posita, ad eam mulierculas illa perducit. Cruce ramis virentibus exornata, solo scopis diligenter purgato, nixæ omnes genibus. Tu (inquiunt) Domine, qui quibus indigeant rebus homines, quos tua ipse morte & cruciatibus redemisti, scis optimè, da nobis aquam, Christianæ sumus. Mirum dictu. Sereno tunc cælo, coactæ momento nubes, tantam repente vim imbrium profudere, ut mulieres in Christiana religione magnopere confirmatæ potentiam DEI prædicare non desinerent, factaque inanè deturbatum è fano simulacrum, à quo nuper tanquam DEO pluuiam supplices petere consueuerant, multis probris ac iurgiis laceratum atque conscissum raptantes, in profluentem denique consensu projecerint.

In pago quodam Socii templum extruxerant. id Mauri cum audissent, incolis renuntiari iubent, sibi certum esse, vel rerum suarum periculo extructum apud ipsos templum incendere, continuoque bellici apparatus rumorem de industria dissipant. iis terroribus ad Christianos perlatis, sacram ædem lateribus suis oppositis defendere omnino constituunt. idque tanto omnium ardore, ut ipsi pueri puellæque communi consilio vim saxorum iaculandi causa separatim vterque sexus in loca opportuna congereret.

Sed eo periculo, cum Mauri consilium mutassent, diuina

*Atiuensis
populus
dira luem
liberatur.*

*Ex neophytis
mulieres
quædam
precibus
pluuiam
impetrant
Oratio
plena fidei.*

*Puerorum
et puellarum
studium
in templi
defensione*

diuina ope liberati sunt. Vlate est eiusdem regionis vicus, qui quòd in conspectu Maurorum est positus, habetque trecentos incolas qui armis vti possint, assiduus pænè bellis implicatus est. Vnus è Sociis trimestri spatio apud eos versatus narrat, eo tempore toto quotidianis præliis cum hoste certatum, iisque Dei beneficio & Vlatensium pietate ferè secundis. vt enim viri in pugnam exierant: pueri signum Crucis ibi collocatum religiosè petentes, positis genibus, percutientes pectora, manusque tollentes in cælum, diuinam misericordiam, idque sæpe in iussu, supplices implorabant. quo in numero erant, qui vix adhuc eloqui possent. Feminae quoque detractos sibi lapillos & margaritas ad Crucem Deo offerentes, aiebant: Hæc omnia tua sunt Domine: tu nobis ea dedisti: noli hoc oppidum perire pati, Maurorumque, tuos inimicos, rerum nostrarum potiri. Quid mirum, huiusmodi fultos præsidii Vlatenses, superiores fuisse? iidem inita aliquando pugna, cum è recenti pluuia tormentarius puluis igni resistens repentè sclopos inutiles reddidisset, consternati animo, atque ope humana diffusi, cum ab hostibus admodum vrgerentur, multi gladiis & scutis humi depositis manus tollentes in cælum, nixique genibus, Respice nos (inquiunt) Domine Christianos, & pro tuo nomine præliantes, fer opem, ne nos tua clementia deserat. Haud incassum missæ preces. nulla accepta illatave clade, contra omnium opinionem exercitus vterque diuersi in patriam reuertere. Et ea sanè gens esse dicitur miti admodum ingenio, & minimè cõtumax, ac natura ad omne officium ac virtutem propensa. itaque magistros etiam eximio quodam amore prosequitur.

Alii eiusdem tractus pagani, è quibus nonnulli baptizati iam fuerant, cum infesta sibi Maurorum arma ob id ipsum imminere sensissent; è Sociis cuocarunt, qui populum vniuersum baptismo lustraret, quòd Christiani potius vitam sponte profundere, quàm Mahometani libertatem retinere decreuissent. itaque duorum mensium spatio plus octingenti catechismo instituti, & sacro fonte abluti sunt. Alii multi eiusdem oræ Christiani à Mauris, in quorum ditione habitabant, ad Mahometica sacrilegia sollicitati patriis fundis ædibusque relictis, cum vniuersa familia in Christianorum loca migrarunt.

*Pietas
puerorum
& feminarum.*

*Ostingen
in bapti-
zati.*

Quilanaenses.

Quilanenses autem, eū in montis iugo, vniū religionis causa, obsessi à Mauris tenerentur, nullis vnquam periculis aut minis ad deditiōnem potuere perducī.

Homanī.

Nec minor fuit Homanorum in fide constantia, qui cū oppugnati ab Regis Maluei copiis aliquandiu fortiter restitissent, cū iam hostium impetum ac multitudinem sustinere non possent, trecentis pactolis, qui mille citeiter aurei nūmi sunt, tranlegere, vt Christianam religionem retinere sibi liceret. Quin etiam Præfetti Homanorum filia ab hostium duce ad matrimonium inuitata, (quod per eā putaret se facilius oppido potiturum) respondit heri quidē posse, vt ad ipsum accederet, sed viua nequaquam. Iam Recanienses,

Recanienses.

in quibus bellatores mille numerantur, eū naues aliquoz Maurorum ad eos venissent, mirantes, nisi ad cultum Mahometis redirent (quem non plus anno antè reliquerant) validam Iaani regis classem ad eorum excidium esse venturam; illi nequaquam ea denuntiatione deterriti, responderunt, se nec mortis, nec rei familiaris, nec patriæ periculo, à vera I E S V C H R I S T I religione vllō vnquam tempore discessuros; malle se in hac vita labores & vexationes, quàm in altera, sempiterna subire supplicia. Interim Iaana classis nauium ferme viginti infesta supernenit. Tum Recanienses, quod in humanis viribus laud satis præsidii ceruerent, primò sanè perculsi, deinde verò Sociorum præcipuè exhortationibus animati confirmatique certum sibi Dei subsidium polliciti sunt. Nec eos sanè sefellit spes. naues enim hostiū, cū oram Recaniensium legerent, atrox tempestas coorta fudit, atque disiecit, statimque Lusitanorum classis Recaniem magna omnium gratulatione peruenit. Inde cū affiduè sese propter Christum vexari Amboinenses neophyti ceruerent, communi fidelium omnium indicto concilio decretum est, vt contra Maurorum imperus inuicem sibi cuncti succurrerent; publicèque polliciti sunt, magna sanè Sociorum animi voluptate, se omnino Christianos esse merituros. In ora autem Comotinensi, eū neophytus quidam regem barbarum, cui ea natio vectigalis est, vira sanctum lugere ethnico ritu, barbāq; simul & capillum recusaret abradere, direptis bonis est à barbaris interemptus.

*Comorinenses
Christia*

Anno verò Christi nati 1566, Christianorum Comorinensium nauis Cocinum petens, à Mauris prædonibus capitur, statimq; sex è Christianorum numero primariis viris injecta

vincula

vincula cum mortis minis, nisi à Christianis ad Maurica la-
 cra deficiant. Illi verò se quidlibet percelluros respondent
 potiùs, quam tantum sceleris admitturos. Mauri ubi se nihil
 proficere intelligunt, victos arrogiter vexat primù, deinde,
 Agite, Cruces, inquit, (nam è collo suspensas ferebant) o-
 cyus auferre: crucees præcidenda sunt vobis. Tum Christia-
 ni: ecce, capita præstò sunt: Cruces si vultis, vos ipsi detrahi-
 te: nos enim citius utique moriemur, atque ita fixis geni-
 bus quinque ex iis obruncantur, egregiam ipsorum constã-
 tiam Lusitanis compluribus, cæterisque qui aderant, valde
 admiratib^s. Sexto pepercere Mauri, qui Sociis Cocini dein-
 de narrabat, se in eo discrimine intimù quoddã robur atque
 virtutem contra terrores illos diuinitus sibi suppeditari sen-
 sisse. Circa Persicum sinù anno à Deipara Virgine 1554 Tur-
 cæ nauem cepere, qua præter Lusitanos neophyti veheban-
 tur, Malauares adolescentuli sex circiter & triginta, ab no-
 no aratis anno ad septimum vsque decimum. Hos Mauri à
 Christo ad Mahometem traducere summa ope alternis blã-
 diendo minandòque frustra conari, ad verbera denique &
 varios cruciatus descendunt. Adduntur ad cæteram inma-
 nitatem atque sauitiam stillæ adipis igne liquati, quæ cum
 tormenta, multasque præterea iniurias, puerorum egregia
 virtus fidelsq; contemneret; vi denique arreptum vnum ex
 iis circumcidunt inuitum ac renitentem, quem deinde cum
 Mahometanum esse iam Turcæ dicerent, cauillantes atque
 tentantes; ille utique pernegate, corpus tantùm violatum
 esse, non animum affirmare: proinde se non minùs Christia-
 num esse quàm antea.

*ni 5. pro
Christo
obtrun-
cantur.*

*Adoles-
centulo-
rum neo-
phytorù
in fide
cõstantia*

Iam in iis insulis, quas Mauri appellari iam diximus, in-
 gens neophytorum numerus, quòd susceptam religionem
 deserere nollet, patrimonii spoliari partim contumeliæ
 causa ipsimet sub hasta diuenditi, partim etiam perempti
 crudeliter sunt.

*Neophyti
propter fi-
dem par-
tium di-
uenditi,
partim*

Illud verò quod in Amboino annis superioribus cõgigit,
 cum veterum vniueque martyrum illorum fide ac sortitudine
 comparandum videtur, non modò quòd multi neophyto-
 rum vici pro veritate Evangelica saue direpti, omnes etiam
 incolæ alicubi ad vnum crudeliter cæsi, verùm etiam quòd
 plurimi à barbaris genere feritatis inaudito consumpti
 sunt. præcisos quippe viuentibus brachiorum toros ac ri-
 bularum articulos inspectantibus ipsis igne torrebant
 barbari, sunt.

*perempti.
Amboi-
nenses
Christia-
ni multa
crudelia
ferisser
perpessi
sunt.*

barbari, vorabantq; paulatim cetera quoq; corporis mēbra
 laniantes, quoad neophyti lento cruciatu cōfecti animam
 Domino redderent, quorum aliquot ad extremum vsq; spi-
 ritum salutare illas voces, IESVS, MARIA, exaudiebantur
 iterantes identidem; vt interim illos omittam, qui in acer-
 bam seruitutem aliò atque aliò abducti sunt. atq; hæc pro-
 pterea maximè, quòd à Mauris obsessi, Crucis signū (quod
 in singulis Christianorum vicis publicè collocari cōluevit)
 refixum, atque ad mœroris indicium atra veste inuolutū, ne
 in Maurorū cōtumeliosas manus veniret, humi defoderāt.

Neq; verò eiusmodi enētus atq; pericula neophytorū dū-
 taxat propria, sed cum ipsis quoque eorum doctoribus (ne
 videlicet sit discipulus supra magistrum) communia sunt.

*Sociorū
 pro reli-
 gione la-
 bores &
 interius*

E Sociis quidam, dum in Amboino rem Christianam fi-
 deliter administrat, Maurorum insidiis subinde appetitus,
 semel etiam domi flamma ab iisdem injecta viuis pænè cō-
 bustus, veneno denique fertur esse sublatus, vir in excolēdis
 tuendisq; neophytis, etiam contra barbarorum impetus ita
 fortis & impiger, vt ipsimet hostes eius animi magnitudinē
 admirarentur. idem in pauperes ita benignus, vt cū ipsam
 quoque subuculam in eleemosynam erogasset, in extrema
 valetudine, quod nulla sibi vestimenta suppetrent, stragu-
 lo reclus ad Christianos de more visendos vicatim circum-
 ire non intermitteret.

Alius dū sibi cōmissam egregiè tuetur ecclesiā, à Mauris
 aliquoties contumeliosè tractatus, & fustibus eēsus, cū ad
 oppidum quoddam baptismi causa euocatus mari conten-
 deret, vnà cū ipso nauigio demersus est. Comes verò ipsius
 (vt hoc etiam obiter addam) ægte ac periculosè natans ad
 saxum allisus à fluctibus in littus euasit, corpore lacerato,
 vt quadrupedum instar humi reptare cogereitur. in hunc ille
 modum cū vastas solitudines nullo prorsus obuiò tridū
 peragrasset, in siluestre deniq; incidit hominem, ex iis quos
 Allifuros nominant, a quo sublatus in humeros, & ad pagū
 vsque Christianorum delatus est. Vetūm ad eū humanè fer-
 tur ab illis exceptus, vt ad eū visendū concurrerent vndique
 spectaculi miseratione collacrymantes, certatimq; cibum,
 ac vestes, & alia quæcunque poterant, ad eum leuandum re-
 ficiendūque confertent.

*Allifuri,
 homines
 siluestres*

Tres alii Socii Hispani, anno post Christi natalē 1555, cū
 ex Europa in Indiā nauigarēt, cūq; oneraria, quingētas cir-
 citer

citet ab vrbe Goa leucas, in Syrtes incidisset, vectores plurimi, scaphis è naufragio raptim extractis, littus incolumes tenuere. ipsi verò quanquam liberaliter inuitati, tamè ne in extremo illo periculo ceteram turbam desererent, quam capere scaphæ nequiuérât, ibidè certa sibi panè morte proposita remansere cum reliquis, & fame consumpti sunt. Antonius verò Criminalis in Cisalpina Gallia Parmæ natus, tùm anno 1544. ad Franciscum Xauerium in opere subleuandum cum sociis aliquot in Indiam missus esset, vir spectata vitæ innocentia, acrique studio Carholicæ religionis augendæ; à Xauerio in alias regiones Euangelii causa decedente, Comorinensi Ecclesiæ vniuersæ præpositus est. quod ille munus in summa rerum difficultate assiduísque bellitumultibus amplius triennium alacriter obiit, cùm semel saltem singulis mensibus passuum millia amplius ducenta percurreret, idq; pedibus ferè semper nudis, noctè sæpe humi tránsigès, in quòtidiano cibo potúq; parcissimus. Is igitur dũ ad Remanãcoris vada, quæ appellantur, carechismo dat operã, subito affertur infestas adellè Bisnagèsiũ copias. Erãt in portu vicinò parata nauigia, in quæ ille, si veller, ruto cõfugere posset, multis præsertim id ipsum hortãtibus. Sed pastor, capitis sui cura præ ouiu salute neglecta; puerorum ac mulierũ turbã, q̃ ea maximè opportuna iniuriæ videretur, ne in barbarorũ manº magno cũ religionis fideiq; periculo veniat, quãta maxima potest diligètia, insistit in naues imponere: quo in officio dũ suimet oblitus magno animi ardore versatur, hostes interea superueniunt. Ille extremo periculo animaduerso, spe immortalitatis plenus, genibus nititur, manibúque sublatis, confestim se in preces effundit. Atq; vnus quidem atq; alter barbarorum manipulus illæsum Antoniu præterit mori cupientè, ne direptũ ac dilaniatum Christi gregè aspiceret. Badagarũ verò (sic enim è Bisnagensibus aliqui appellãtur) altera succedète caterua, vittatº quidã ex iis in læuum Antonii latus iuxta lienem hastam adigit. Accurrit alius statim ad spolia detrahenda, attritam videlicet tunicã. Antonius verò exuentè vltro adiuuat, quin etiam vt secum videlicet è mundo nihil prorsus auferat, interiorè quoq; sabuculam raptim suis ipsem et manibus discerpit ac projicit. Inde iterũ supplex prouolutus in genua consuetudinis suæ nõ immemor, (id enim illi cum iaculatoria precatione vicijs tricièsvè solemne quotidie fuerat) vulnera deinceps

Martyriũ Antonii Criminalis.

ceps in pectore duo, quartum denique in humero cū accepisset; iu latus cōcidit moribundus. Caput abscissum, & vnā manantē subuculā sanguine barbari ex alto suspēdunt: trūcus ibidē nudus inhumatusque relinquitur. Atque hāc quidam laborum suorum vigiliarumque mercedē ac premium summo Dei beneficio tulit Antonius. Aloysius verō Mendesium, cū in eadem ora iisdem ferē muneribus vacaret, ab iniquis atque impiis jugulatus est.

*Aloysius
Mendesius
ab impiis
ingulatus.*

Atque his tot tantisque terroribus periculisque propositis, magno animorum studio ceterum eiusmodi prouincias expetunt Socii, propterea credo, quōd cū officium sequitur, tum inter eas difficultates & incommoda quotidiana, ab omni ferē seculari vel humana delectatione sejuncti, summa Dei benignitate liquidissimis voluptatibus; quas caro sanguisq; nō percipit, gaudiisq; cęlestibus, ad quę nunquā adspirat animalis homo, sæpenumero perfruuntur. Illud verō eos vehementer angit, quōd propter ipsorum paucitatem atque penuriam, agrī quā pluri, qui adhibita cura felices ac nitidi opimam virtutum omnium frugē ferre potuissent, vel steriles atque horridi miserabiliter jaceant; vel etiam aliquandiu subacti, cū propter ingētem occupationū molē suis rēporibus ab se recoli nequeant, paulatim deserti, aliquando siluescant. vni quippe interdū operatio, & ei quidem nondū sacerdoti, multa hominū millia Dei verbo pacenda regendaque variis locis incumbunt, multisq; amplissimis in regionibus ministri Euangelici nisi è Societate nulli versantur. ipsi autem idcirco adesse vbique non possunt, quōd eorum numerus cū in vniuersum exiguus est ipse per se, tum per Europam vniuersam vltimosque Occidentis & Orientis fines ita longē latēque dispersus, vt mitum sit, terras ita multas tantōque interjaecentis Oceani spatio inter sese disunctas, non dico Euangelio collustrari, sed cursibus peragrari tā breui tēpore potuisse, à religiosis præsertim viris ex assidua corporis & animi patientia, ac voluntaria paupertate, ferē semper incommoda valetudine vtentibus. Quis magis iustum & pium desiderium ipsorum habendum est, cum in tanto tāq; salutari opere quā pluri adjuutores exoptant, ne scilicet vbetrima animarum seges, quā è sacrilegis ereptam diaboli manibus iam pridem oportebat, vna mellorum inopia videntibus atque inspectantibus ipsis, in-
tereat.

DE IAPONICIS

REBUS EPISTOLÆ, IN

EDITIONE VENETA PRAE-

TERMISSÆ, QUARVM LECTIO

CHRISTIANO LECTORI

mirificè placebit.

COSMVS TURRIANVS
SOCIETATI IESV.



VANDO multa mihi per hos dies ac magna de Christo ex domestica Sociorum, qui ex istis regnis huc veniunt, præfercim verò Francisci Xaverii cōsuetudine discere datum est, ut communicem vobiscum hanc animi mei lætitiā, Patres in Christo fratresque, bre-

*Cosmus
quomodo
à Domi-
no ad So-
cietatem
uscatus.*

uibus enarrare constitui, quo pacto Dominus me suam in hanc Societatem vocatir. Antehac, tamen si propenso in religionem sui semper animo, multa me ramen variæque cupiditates à proposito retardarunt. Anno redempti generis humani 1538, nescio quid ut quærerem, profectus ab Hispani, Cannarias primùm seu fortunatas, cum Diui Dominici, quam appellant, complures præterea alias insulas petii, de quibus, quòd satis iam notæ sunt, me nihil attinet scribere.

*Hispania
nova.*

Vidi etiam continentem, quam nouam Hispaniam vocant, fertilitatis eximia: in qua, Dominicanorum & Franciscanorum opera, magnus Christianorum numerus cernitur. ibi quadriennio ferme per summam secularium rerum omnium abundantiam ac satietatem exacto, cum maius quiddam atque solidius quasi diuinans animus meus appeteret; Kalendis Ianuariis, anni M. D. XLII, sex nauium classem naetus, occidentem versus pergere intendi. cum quintum iam & quinquagesimum diem in alto, procul ab omni terræ conspectu, nauigassemus; ad insulas denique venimus multas numero, magnitudine perexiguas, loco depressas; quarum incolæ, nudi, pisce tantum atque arborum foliis victitabāt. hinc dies octo substitimus. decimo inde die insulam conspeximus amœnissimam, frequentibus ac proceris admodum cõsitam palmis: sed nos vehemens venti vis descensu prohibuit. post decem alios vel duodecim dies insulam tenuimus magnam, sed ab habitatoribus penè desertam, Vendenaum nomine, cuius ambitus est 100 leucarum. in ea cum, quadragesimum circiter diem morati, neminem ex incolis vidissemus; ad extremum barbari nauigio ad nos accedebant, pacis petendæ gratia sanguinem è pectore brachiusque suo more mittentes. sed nostrarum perterriti strepitu bombardarum, ita re-

*Vende-
naumin-
sula, &
incolarū
consue-
tudo.*

penè

pentè in fugam vertere sese; nunquam, ut postea comparue-
 rint, seminudi incedere, arboribus pro tectis ut dicuntur:
 pro scalis autè, arundinibus miræ proceritatis & crassitu-
 dinis. Inde cum ad septentrionem nauigarem, vèto aduer-
 sante cursum ad meridiem auertimus, paruamq; in insulam
 descendimus, carne & oryza abundantem. sesquiannum circi-
 ter ibi traduximus. incolæ sunt jaculandi peritissimi; vene-
 natis utuntur sagittis, quas ut inficiant, virulètas quasdam be-
 ftiolas, viridium instar lacertarum, enutriunt. Hinc, de no-
 stris ad 400 amissis, pænè coacti discedere, contēdimus ad
 Malucū; quo in loco mora ferme biennii facta, quod classi
 nostræ nouam in Hispaniam reditus non patebat; de sacer-
 dotum aliquot, virorumq; nobiliū comitū nostrorū sen-
 tentia, cum Præfeto Lusitanorū, qui erat ibidem, transe-
 gimus, ut nos in hæc Indiæ regiones adduceret. In eo iti-
 nere insulam attigimus, quæ dicitur Amboinus. ibi Xau-
 erium reperi: cuius primo congressu in ipsius imitationem
 sum vehementer incensus, itaque repentè eius vestigiis in-
 stitissim, nisi Episcopum Goæ prius inuisere decreuissem.

*Episcopus
 Goæ*

quocirca meum illi animum aperire in præsentia superse-
 di. Goam inde peruentum est. ibi me statim ad Episcopum
 contuli, à quo exceptus liberaliter, & Ecclesiæ cuiusdam
 administrationi præpositus, in eo munere quinque circi-
 ter mensium spatio ita sum versatus, ut me graues interea
 ferè semper curæ cogitationesq; vexarent. quibus defati-
 gato iam animo cum nullam planè requiem inuenirem, ad
 nostrum hoc diui Pauli Collegium veni, meq; in P. Nico-
 lai, qui tum Collegio Rector præerat, familiaritatem dedi.

*Collegiū
 D. Pauli*

ab eo cum genus vitæ disciplinamque Societatis domesti-
 cam cognouissem; valde mihi, præsertim auctoritate Xau-
 erii iam ante permoto, res tota placuit: cumque me ex institu-
 to Societatis idcirco tantisper à negotiis remouissem, ut
 mente quoad possem a sensibus auocata, omnem cogita-
 tionem in Dei beneficiis erga me perpendendis, & in exigēda
 præteritæ vitæ meæ ratione desigerem; tertio die postquam
 resum aggressus, ita me repentè securum, & ab angoribus
 liberum vacuumque persensit; ut eomet ipse rei nouitatem
 mitaret, mihi que posthac in Societate omnino viuēdū ac
 permanendū esse decernerem. Id contigit anno superiore,
 13. Kal. Aprilis, quo ipso tempore Xauerii quoque magno-
 pere me confirmauit aduentus; cum salutis meæ causā con-

fulrò missus in hanc urbem à Domino videretur. vnde ille paulo post discedens, vt promōtorii Comorini Christianos inuiferet, curā inhi reliquit, pueris domi quos alimus, priuatim quotidie; plebi autem in templo singulis dominicis diebus Christianæ rudimenta doctrinæ & diui Matthæi Euangelium exponendi. Intulit etiam sermonem de terra Iaponia, (cuius naturam & incolarum genus è libello quem separatim mittimus cognoscetis) & simul significauit esse sibi in animo, cum è Comorino redierit, in eam insulam proficisci, & me secum ducere. quod ego singularis beneficii loco à Domino accipio; & paratus, quocumque ille uoluerit, sequi; id vnum laboro, ne in patrem totius consolationis Deum pro immensa eius in me benignitate ingratus reperiar. itaque Patres & Fratres in Christo mei, in gratiis agēdis, quaeso, mihi succurrite, tum quòd me in hęc Societatem asciuerit, tum etiam quòd mihi Iaponicā prouinciam destinauerit. Habemus in hoc Collegio adolescentem nomine Paulum, cui à sancta fide cognomen est inditum, natione Iaponium, multis ornamentis ingenii memoriæque, sed præcipuè Dei vera notitia præditum. Sextus agitur mensis, ex quo Christianus est factus. bis duntaxat expositum à me sibi diui Matthæi Euangelium summa felicitate à primo capite ad extremum vsq; memoriter hausit. Nostra in Iaponē profectio in proximū Aprilem mensem paratur. Eam confidimus valde vtilem rei Christianæ futuram: eoque magis, quòd vetus opinio quasi quoddā oraculum percrebuisse apud Iaponios dicitur, nouam se legē, multo quam qua hodie vtuntur sanctiorem ac meliorem, aliquando accepturos. Sacrificiis vestris & precationibus nos admodum commendamus in Domino. Goa, 8. Kal. Aprilis, 1549.

*Paulus à
sancta fi-
da.*

*Vetus opi-
nio Iapo-
nijorum.*

COSMVS TVRRIANVS SOCIE-
TATI IESV GOAM.

QUOD vestro mihi subsidio vehementer est opus, vel ipsa me cogit necessitas, Patres Fratresq; mihi carissimi, vt vos de statu rerum Iaponicarum faciam certiores. Ac de tota quidem nostri itinetis ratione, nec non de ipsius conditione prouinciæ, quantum initio per huiuslinguæ morum que notitiam licuit, quo anno ad hanc

hanc terram appulimus, Xauerius admodum fusè perferri-
 pfit. ex eo tempore Cangoximæ, quò primùm è nauì descē-
 dimus, annum ferme cum aliquot eius loci neophytis cō-
 morati, ad urbem Firandum (quoniam Meaci per bellicos
 tumultus commerati non licuit) inde contendimus. Hic
 regulum Xauerius adire constituit, qui tum erat Amangu-
 in: quæ vrbs in primis huius regionis ampla, centum leucas
 ultra Firandum est posita. ad eum habebamus à Goæ Præ-
 fecto & Episcopo litteras: & à Præfecto Malacæ, munera,
 manuchordiū & horologium: quibus in nauem impositis,
 cum Ioanne Ferdinando duobusque Iaponiis Amangutiū
 est profectus. eo munere delectatus admodum regulus,
 quòd huiusmodi res, tametsi exigui pretii, tamen ante id
 tempus nunquam in ea prouincia visæ, tum primùm pro-
 ferebantur: publica statim per vicos edicta proposuit: pla-
 cere sibi, non solum in ea ciuitate, verùm etiam in omnibus
 suæ ditionis oppidis legem Dei declarari palàm: eamq; cui-
 libet liberam esse sectari: eius legis præcones atque inter-
 pretes nulla ratione à quopiam lædi vel impediri. præterea
 gratificandi causa Xauerio eiusque comitibus monaste-
 rium, quo diuersarentur, attribuit. quòd simul ac recepere
 sese, ingens ad eos repèrè omnium ordinum concursus est
 factus: partim veritatis, partim rerum nouarum, partim e-
 tiam detrahendi studio. quo in extremo genere Bonzii ma-
 ximè sunt, qui tametsi principio lætati nostro aduentu vi-
 debantur, tamen vehemèter à nobis abhorrere cæpetunt,
 ex quo Christiana lege prohiberi nefaria flagitia, quibus
 sunt turpissimè dediti, cognouerunt. Iaponiortū autè aptis-
 sima sunt ad capiendam ac retinendam IESU CHRISTI re-
 ligionem ingenia, valent iudicio, rationem ducem libenter
 sequuntur, de salute animarum & Dei cultu sunt valde soli-
 citi, & in communi consuetudine faciles. maximè verò se
 obseruant inuicè & honorant: sic prorsus, vt in aliqua regia
 instituti esse vidèantur. Maledictis absentes minimè carpūt,
 aleatores atque ac fures capitali supplicio persequuntur.
 oblectationis causa vel atnis (quibus admodum vtuntur
 bene) vel pangendis eatminibus exercentur. atq; hæc opti-
 matum studia sunt. Idololatriæ apud eos multa sunt gene-
 ra. namq; alii simulacrum adorant, nomine Xacam. de quo
 præcipuè pethibètur: octies millies natū antequàm à fe-
 lina parceretur, atque eo tempore priusquam cōciperetur

*Firandum
 vrbs.
 Amangutiū
 vrbs.*

*Firandæ
 sive reguli
 edicta.*

*Iaponio-
 rū laudes*

*Multa go-
 nera ido-
 lolaria
 & super-
 stitionis.*

à matre, sanctimonix causa, ligna, aquam, & alia necessa-
 ria, hominibus ministrasse. alii simulactum quod Amidam
 appellant; alii verò Solem venetantur ac Lunam: atq; om-
 nino versantur in multis ac magnis erroribus: vt litterarū
 præsidio instructos ad hæc mendacia confutanda oporteat
 esse, qui è nostris in hanc prouinciã venerint. Harū præ-
 cipuè Bonzii superstitionum Antistites, cūm autotitatis
 rùm pecuniæ sibi conciliandæ causa, errore animos multi-
 tudinis imbuunt. Chiographa quædam habent venalia,
 quorum aliquod, è vita migrans, quicunque secum attule-
 rit: huic nullum à dæmonibus fore periculum pollicentur.
 & quamquam huiusmodi chiographa carè admodum ve-
 neunt, tamen à plerisque ante mortem emuntur. Monent
 etiam populum, vt ipsorum exemplo ab omnium animalium
 esu (nisi quæ carent sanguine) abstineant. Et sanè Bōzii ne-
 que carne palàm neque pisce vescuntur: tegis videlicet me-
 tu, qui si id rescitet, multatos pelletet monasterio: sed ta-
 men clanculum comedunt. Iaponiorum elatiora sunt in-
 genia. atq; maximè fidunt. ætatis annum 14 cūm primūm
 attigerunt, machæra præcinguntur: pugionem verò nun-
 quam deponunt. atcu & sagittis petitiuimè vtuntur: & te-
 liquas nationes omnes, præ fortitudine sua, contemnunt.
 genus omne furti, capitali pœna patitur puniūt: aiunt enim,
 qui se à patuis non abstinerit, eundem in magnis, oblata
 occasione, æquè faciliè peccaturum. Hæc in famulos, quã-
 libet leui de causa vitæ necisque ius est. itaque serui eis dili-
 gentissimè ad nutum obediunt: capitèque demisso, ma-
 nibus humi positis, dicta dominorum excipiunt. Sunt au-
 tem Iaponii dociles ad eò, facilièque natura, ad eòque ra-
 tione ducuntur: vt cūm sexcento valde itati ad nos ve-
 niant: simulac demonstratum est iis animorum certum es-
 se principium, interitum verò nullum: nec salutem prorsus
 ab vilo nisi ab vno rerum opifice sperandam: tepentè ido-
 lotum oblit, quæ toto vitæ suæ tempore coluerunt, eadem
 hota velle se dicant fieri Christianos. neque verò per incō-
 stantiam ab lege semel accepta desciscunt, quinimo ple-
 rique (& magnus iam neophytotum est numerus) ad omnia
 propter Deum quamuis aduersa ferenda patati mihi vi-
 dentur. Quanta sit huius terræ amplitudo, quàm idouea
 ad Catholicam in ea fidem ferendam, cœnitis Fratres. Ipsi
 quidem Iaponii in percontando ita sunt curiosi: vt ex quo

*Iaponio-
rū studia*

*Iaponii
dociles &
ad bonū
propensi.*

*Iaponii
in percō-
tando
curiosi.*

Xauerius in hanc urbem venit, (omnino quintus nunc, vel eo etiam amplius, agitur mentis) nulla dies effluxerit, quin ab hora inartina ad multam usque noctem vel Bonzii vel laici affuerint, varia in omni genere sciscitantes, ut illa qui status est Dei? qui locus? oculis cur non cernitur? Quis fieri potest ut animorum origo sit, in ors nequaquam? Quibus ut satisfiat, magna prudentia ac dexteritate opus est: namque, prout res postulat, modò seuerè cum iis agendum, modò humiliter ac demissè, in primis autem patientia necessaria est. etenim Iaponii, ut sunt ingenio peracuti, & à nulla prorsus natione vel sapientia vel dignitate superari se putant: aduenas omnes, deprimendi causa, vultu etiam manibusque gesticulantes, illudunt. & sanè bona à prauis haud malè dijudicant: atque ob eam ipsam causam, Bonzios, etsi in speciem venerantur; tamè ob dissolutos eorum mores, in timis sensibus auersantur. Nunc Regulus nobis capum exstruendo Collegio per amplum assignauit. Nobis veram sui colendi amandique viam ac rationem Spiritus sanctus ostendat, quo ad eam beatitudinem, ad quam sumus conditi, peruenire aliquando possimus. Ex Iapone, ipso die festo diui Michaëlis, 3. Kal. Octobr. 1551.

EX EPISTOLA GASPARIS VILELÆ
AD SOCIETATEM IESV.

IAPONICA terra, quantum hucusque accepimus, pauper est & frigidi or Lusitania. regio montosa & niualis: gens polita, nec à ratione abhorrens: hordeaceo vescitur pane. qui nobiles sunt, iis magnus habetur honos, quorū multi si rei familiaris premuntur angustia, natos præfocant iniecto fauci: bus pede, mortemque anteferunt egestati. Olei, buri, casei, lactis, ouorum, saccari, mellis, aceti valde laborat inopia: croco, cinnamomo, pipere prorsus caret. Iam verò hordeaceo fursure vtuntur pro sale, denique nulla ibi salutaria corporibus medicamenta reperiantur. En vobis, fratres carissimi, cuiusmodi regionē tredecim vel quatuordecim petamus, sanè quàm alacres DEI benignitate: & si magis laborandum sit, multo etiam alacriores futuri, vt opera nostra Iaponiorum animæ, fratrum nostrorum, damnati illius lupi eripiantur è faucibus. Nunc fratres quando hæc vobis occasio datur: optata perficite, nec vos vllus

*Deserit
prior ter-
ra Iapo-
nica.*

*Adhoni-
ratio.*

impediat timor, quo minus animum iis optulcerini, quas Christus Iesus minimè sibi negligèdas putauit. Concurrite fratres ad has gentes adeò remotas ab agnitione procreatoris sui. Crucis in amplexum venite: strenuis patet militibus campus: vestri conatus erumpant: vestra à mari ad mare transmittat industria. Ad hæc noua sidera contemplanda, ad hæc noua regna accedite, vt ex his ad regnum tollamur æternum cum IESU CHRISTO, Cocino, 8. Kalen. Maij, 1554.

PETRVS ALCÁCEVA SOCIE-
TATI IESV IN LVSITANIAM.

G Oam veni, vbi commoror in præsentia, ex Iapone missus. & quoniam arbitrabar, cogito rerum Iaponensium statu, magnam vos læticiam esse capturos: de iis aliquid cõstitui ad vos scribere: vt, cum in ea prouincia quanta sit tui bene getendæ materies, qui motus animorum, quàm præstãtia incolarum ingenia intellexeritis, fratres vestros, qui peregrinantur ibidem, quamquam loci interuallo disinctos a vobis, spiritu nihilo minùs cõiunctos assiduis precationibus esse vobis adinuandos putetis. Anno à puerpera virgine. 1553, 15. Kalen. Maias proficiscentem ex India Franciscum Xauerium, vt in oram Sinarum trajiceret, quò secum è patribus Balthasarem Gagum itemque è fratribus vnũ ducebat, secuti ego & frater Duartez à Sylua, vt peteremus Iaponem, Malacam venimus, quæ abest leucas 700 ab India. Ibi Xauerius, vt ad Sinas postea pergeret, substitit. nobis Iaponem versus 8. Id Iunias proficiscentibus, itineris comes repente, Xauerii iussu, Balthasar Gagus accessit. Cum ad Sinas peruenissemus, peropportune pararam nauim inuenimus: quod eo iucundius nobis accidit, quòd ea de re valde solliciti in itinere fueramus. Conscendimus igitur 4. Nonas Augusti, & duodecimo die ad Iaponem appulimus, inq. Cango: imã insulã, vbi Xauerius versatus antea fuerat, primo aduëtu descendimus. Ibi dierũ octo mora facta, ab Regulo valde benignè tractati, 11. Kal. Octobris perreximus ad Bũgi regnũ, quod appellatur: & decimo septimo die ad urbẽ Bungũ sane quam aduëta & periculosa nauigatione peruenimus. Ibi nobis edes hospitio datæ sunt iussu regis, quem postidie inuisitamus: eique

Socii Sinae proficiscenti.

Bũgi regnum & urbs.

ei que ab Indiæ Prorege munera attulimus, quibus ille magnopere delectatus, præter hospitium nobis terrestria quoque & maritima lautia quotidie iussit præberi. Rex est sanctè potens, admodum que imperat latè. Cosmus Turrianus Amangutii erat eo tempore: qui simul ac Bungi nos esse cognouit, continuo Ioannem Ferdinandum Iaponicè doctum misit ad nos, quò, & in mandatis, quæ habebamus à Prorege, exponendis, interpretis munere fungeretur, & aliquid eadem opera de Christiana religione differeret. is nobiscum in regiam cum venisset, in utroque genere sanctè libenter est auditus ab rege. Summa eius orationis fuit: quòd Rex ipse Proregem Indiæ per litteras certiore fecisset, amicè in suo regno habitum iri ab se doctrinæ CHRISTIANÆ magistros: ideirco nos ad eam exponendam in ea loca venisse, id quo meliùs & còmodiùs fieret, esse nostris è presbyteris vnum Amangutii, quicum nobis congregari & colloqui magnopere expediret: cum ut ab eo multa cognosceremus, tum etiam ut aliquam interea assequeremur Iaponicæ linguæ peritiã: certum ab Rege hominè eo ipso tempore mitti Amangutum inaudisse nos: petere & rogare, ut vnà cum eo nos mitteret. Ad ea respondit rex, nec se ignorare, commorari Cosmum Turrianum Amangutii, & sibi dolere, quòd non, ut in ea vrbe, sic in suæ quoque ditionis oppidis essent neophyti Christiani: publicè se Christianam in suo regno religionem, & nobis interpretandam, & sectandam cuiuslibet potestatem esse facturum: atque eius rei autoritatem verbis iisdem, quibus Amangutianam foret edita, conscripturn: quam in ædium nostrarum ianua palam propositam haberemus. Cum hoc responso dimissi, Octobri mense, anno 1552, contendimus Amangutium. vbi & à Cosmo Turriano & ab vniuerso cætu Christianorum singulari eum lætitia & caritate excepti, diem natalem egimus Domini, solemni que sacrificio interfuimus, et si non optima symphonia, magno tamen eum gaudio Christianorum: duo deinde patres tria singuli millia sacrificia peregerunt. totamque rationem eius mysterii populo declararunt. Hic, cum in consilium ventum esset de rebus ad eam ecclesiam necessariis, placitum est patribus me Goam reuerti. Abeuntem pridie Non. Feb. anni 1553 Balthasar Gagus & Ioannes Ferdinãdus Bungi vsque sunt prosecuti. Bungi rege salutato, monitoq; de meo in Indiam reditu,

*Rex Būgi
potens &
in Socios
humana*

*Quid sit
Bū à So-
cietate Amā-
guti.*

*Rex Būgi
scribit ad
Proregem
India.*

ad Proregem vt scriberet, si quid vellet: ipse cum alia tum illud præcipuè scripsit: studium suum patribus, qui apud se essent, non desuturum: interim se Balthazaris Gagi præsentia valde lætari: Lusitania regis causa omnia cupere: mitti ad se præcones Euangelii, vt de suis quamplurimi fierent Christiani, vehementer optare. Ego cum iis litteris confestim discessi Firandun, quod abest Bungo leucas circiter 60. totoq; eo itinere, Iaponici sermonis ignarus, nutu ac significatione pro lingua sum vti coactus. ex quo iudicare poteritis, quam mihi patientia fuerit necessaria.

Biduo post meum Bungo discessum, Balthasar Gagus. & Ioannes Ferdinandus, qui remanserant, magnum adiere discrimen. etenim luce quæ cinerum diem est consecuta, patefacta principum trium aduersus regem coniuratione, vehementer commota ciuitas erat in armis. Tum neophyti quidam ex oppidanis Balthasarem monere, vt adibus consuleret suis: vrbi namque imminere direptionem & incendium. Balthasar autem animaduerso regis ipsius periculo ac metu, Ioanem misit in regiam, vt si quo modo regem alloqui posset, eius animum confirmaret, Deumque futurum ei propitiũ vel ob id ipsum promitteret, quod ille suorum conuersionis ad eũ cupidus esset. Ioannes etsi regiam offendit nobilitate refertam: tamen Deo volente paruit ei ad regem aditus. qui ipseus verbis admodum recreatus, vt Deo commendaretur a nobis valde suppliciter petiit. nostri cum vrbis compita cernerent armatorum cateruis horrentia, domesticis finibus continere sese Deoq; committere statuerunt: nec ita multo post e coniurationis tres titulis honorum illustres, vnã cum ipsorum liberis, vxoribus, propinquis, aliisque compluribus occiduntur, & statim domibus eorum ignis inijcitur. qui late ad eũ peruagatus est, vt priuata partim virorum nobilium, partim mercatorum, ad 300 ædificia comprehenderet. qua ipsa in vrbis regione cū esset nostrorum hospitium, de sarcinis ornatuq; sacro plane iam desperauerat Gagus: verum in medio incendio ades, Dei benignitate, illa se atque incolumes permansere. eãdẽ nocte misit rex, qui Balthasari nuntiaret, facile iudicare se quantus eo die ipseus labor fuisset, putare etiã sarcinas absumptas incendio. sed bono esset animo, restitutum se omnia. etenim valde prospere debellatum esse. gratias egit Balthasar, iussitque regi renuntiare, nostra omnia integra

*Ingès dis-
crimẽ Re-
gi Bungi
& Sociis
intenta-
tum.*

*Rex pe-
sit Socio-
rum pre-
cibus Deo
commen-
dari.*

integra supeteffe. tertio deinde, vel quarto pòst die regem inuilit ipse, habuitque sermonem temporì congruentem. Huiusmodi omnia incommoda, fratres mihi carissimi, multasque praterea Bonziorum iniurias (qui sacerdotes Iaponiorum sunt, homines miræ peruersitatis ac pertinaciæ) tolerare sanè operæ pretiū est. is animarum fructus, ea neophytorum constantia, id ingenium cernitur. ex iis vnus tanto studio rerū diuinarum exarsit: vt nulla in domo vicinitatis suæ non aliquem fecerit Christianum, & alios praterea complures vehementer commouerit.

*Ardor
neophyti.*

Quidam ægrotanti filio implorabat à Balthasare medicinam: cui Balthasar, animæ te medicinam, si vellet, ait esse facturum. ille domum discessit: nec ea de re filiū appellauit: & filius, quamquā auditis fidei sacrosanctæ mysteriis idemco nihilo magis immutatus, interiit. Pater susus in lacrymas venit ad nostros. Tunc Balthasar: & quidem est, inquit, cur plores, quoniam tua culpa negligentiaque damnatus filius tuus descendit ad inferos. qua re tanto ille simul pudore ac dolore permotus est: vt confestim vxorem & filiam, Christianæ doctrinæ iam rudimentis imbutas, ad Baptismum adduxerit. Deinde cū filia eūdem in morbum, ex quo frater perierat, incidisset: patri, si fidem haberet, exitum Balthasar promisit felicem, & quidem ea postridie repenti conualuit. Christianus alius Balthasarem rogauit, vt domum suam, quæ leucam vnā distabat ab oppido, sese conferret. quò cū venisset, Christiani sunt facti 30. Dominus autem noster in hac terra pro rei necessitate diuinam baptismi vim miraculis multis illustrat. Non procul Bungo complures per baptismum expiati cū essent: vnus ex iis cæcus, 13 natus annos, simul ac baptizatus est, integrum oculotum lumen recepit. quæ res neophytorum animos magnopere confirmauit.

*Balthasar
Gaugus.*

*Exemplū
fidei.*

*Triginta
conuersi.*

Miraculum.

Fabet ferrarius quidam neophytus tanto Domini flagrat amore, vt in cont. extendis ad eundem aliis laboret assidue. is vt quemque permouit, continuo domum nostram adducit. Cum Iaponij magna gratulatione quædam solēnia celebrarent: cum sollibus & carbone contulit eò sese: quærentibus cur tali die opus faceret: Vos quidem insani- tis, inquit, ego verò me iam legi conditoris omnium rerū addixi: hanc autem operam do Patrum Lusitanorum cōdifi-

*Fabri
ferrarij
ardens
pietas.*

cio. eodem tempore alij quoque, licet huiusmodi artium ignari, honesti homines, vt Iaponicis superstitionibus aliqua ratione detraherent, vel nostris adibus extruendis vel alijs occupationibus sese de industria exercebant.

Domus autem nostra edificari cœpta est in area, quam rex attribuit nobis hoc anno pridie Idus Iun. loco valde bono: vbi Gagus omnibus cum neophytis & Lusitanis duobus, qui tum fortè aderant, die festo Diuæ Mariæ Magdalænæ, sub vesperam crucis admodum excelsa trophæa defixit linteatus, cum psalmodia, quod crucis officium appellant: neophytis magnâ pietatem præse ferentibus; quorum, in vrbe & in agro, 600 vel 700 est numerus, & augetur iu dies, magna verò eorum constantia est, magna animi firmitas. Tribus maximè captionibus animos Iaponiorum fallere diabolus consuevit: quas omnes iam superauere neophyti. quarum prima illa est: quid liar in altero sæculo, quis nouit? quis vnquam ex eo reuersus est? Altera: leges Iaponiorû, cum traditæ à sanctis viris tanto iâ tempore manserint: ne nuuc quidem esse antiquandas: tertia, Dei legem seram esse iam, quandoquidem ante annos ter mille perlatâ non est. Verùm hi cauillorum nodi, miserante Domino, dissoluuntur: & quando tanta in nos principum & regis ipsius animi ptopensio ostenditur: valde futurum speramus, vt optimè res in hoc regno procedat.

*Crucis
trophæa
defixa.
Septin-
genti cõ-
uersi.
Trifariâ
damõ Ia-
ponios
opponat*

*Amãgu-
sianorû
pietas.*

Amangutij cum essem, qua in vrbe Christiani permulti visuntur, tantam eorum ptobitatem cognoui, quantam verbis vix exequi possum. Lusitanos omnes fratrum numerant loco: populares autem suos eatenus diligunt, vt ex errotibus in viam rectam adducant: eaque in re sanè vehementer laborant. quod in hac terra eo mirabilius est, quòd eadem interdum in domo, paterfamiliâs aliam aliam mater, aliam filij superstitionis sectam sequuntur: nec tamen laborant, vr in suam se inuicem hæresim pertrahant. qui verò facti sunt Christiani, quam bono seruiant Domino, vel pelliciendis ad eiusdem cultum & obsequium alijs, studiosè testantur.

Natalibus autem Domini feriis, de quibus, paulo antè memini, nocte, quidquid à sacrificiis otij superfuit, in sermonibus diuinis audiendis posuere: alternis Ioanne Ferdinando & puero Christiano, qui nostras didicit litem,

ras,

ras, pia quædam scriptura recitantibus. lectio si quando intermitteretur, ut de rebus diuinis disputaretur, continuo postulabant. A nocturnis sacrificiis domum reuersi, mane rursus ad diurna uenerunt. ô prædicandam Dei bonitatem: qui corda usque adedò rigida tam suauiter flectit. etenim Iaponij ferè omnes, nisi qui Christiani iam sunt, superbiam uitio uehementer laborant. Rumorem Bonziji dissipauerant, ideitè Iaponis fieri Christianos, ne in idola elemosinas erogarent. id ubi resciucte neophyti, nos conuenere, petentes: ut, quoniã nos nõ acciperemus pecuniã, constitueretur scriniũ stipi condendæ, quæ ab se in pauperũ subsidia confectretur. Eorundem, aliquoties, cum ipsi præbentent egentibus epulum inspectante me, caritas mihi miraculo fuit. Monumentum etiam locumque sepeliendis Christianorum corporibus, perquam eleganti opete construxit. In funeribus autem, ad efferendum cadauer honestissimus quisque deligitur. huiusmodi quippe misericordiam muneribus obeundis magnopere delectantur. Nostri cum in aliam fortè migrassent domum: & in priori querentibus eos permultis, vicini, Lusitanos reuersos in patriam mentitur: cumque ob eam rem (ut in ciuitate per amplam) complures euangelio fraudarentur: eorum uterque circa meridiem in foro medio repente comparuit. orationem, Gagi mandato, Ioannes habuit ad tempus paratam. Ex eodie nouus deinceps ad illos hominum concursus est factus. Christianus quidam patalyti duorum rriũ u mensiũ spatio laborauerat. is magicis artibus (de gentis more) dum à propinquis curatur: etiã mutus efficitur. cuius casum miseratus amicus itè Christianus, cælestis aqua lauacti, quam sumpserat domi nostræ, conspergit hominem. ille sutrexit statim, & locutus est, nostrosque conuenit. Hisce atque aliis huiusmodi remediis Christianam rem in hac terra Dominus pro sua bonitate sustentat. cui gratia agenda sunt eo magis, quo maior est cum Iaponiorum cæcitas omnium, tum præcipuè Bonziorum. quorum aliqui in montem, ad fanum quoddam idolorum, ad piacula per incediam expianda sese recipiunt. Martyrum uerò demonis iniri summa uix potest. Simulacrum est excelsa admodum in arce positum. ex eo loco in honorè idoli semer Iaponij præcipitantes intercunt: ij post mortem uulgò sancti existimantur. Alij, cum magnam vim coëgere pecuniæ, conscen-

Figmentum Bonziorum.

Miraculum de paralytico Bonziorum.

Bonziorum & Iaponiorum aliorum superstitiones.

conscendunt nauiculam, alioque sese committunt. deinde nauis alueo de industria perforato, merguntur. atque hoc inortis genere, miseri, certam consequi se beatitudinē putant. Persuasit etiam huic genti diabolus, rem valde honorificam esse, mortem sibi ultro consciscere. Quocirca damnati capitis optimates, si ministerio carnificis ipsimet anreuertunt, magnam sui nominis famam, magnam verò affinibus gloriam ac decus relinquunt. contra, si expectant dum sibi manus ab aliis inferantur. Qui regnum obtinet Meaci, quisquis ille sit, ferme pro sancto colitur, & nunquam pedibus caleat solum. Aquæ vas attrahit Meaco nescio quis, cum Xauerius in Iapone esset, qua regis ablutos pedes dicebat fuisse. ea aqua Iaponij religionis causa caput aspergebant: Xaucrimumque idem vt faceret hortabantur. Totam insulam ferunt in quatuor & sexaginta prouincias esse diuisam. in iis delubrorum extare millia 13. In Regia Meaci omnis generis idola visuntur. quibus nocturnæ per vites mandantur excubiæ, (anima simulacri illam agere vigiliam creditur) quòd si fortè rex ea nocte sese minus habuit commodè, simulacrum è regia sustibus malè multatum exterminant spatio centum dierum. quibus demum exactis, ab exilio reuocant. Huius generis innumera sunt in Iapone portenta. verum hæc tenebras omnes Euangelij lux, Domino volente, dispellet. Amangutianorum ecclesia plus 1000 & 500 conficit Christianos. Bungenſe regnum 600 vel 700, qua rota ditione quoniam Euangelizare per diplomata regia, quorum exemplum ad vos mittimus, licet: regnum vniuersum in Christi fidem citò venturum esse confidimus. Firandi, quod opipidum octo dierum itinere distat ab vrbe Bungo, neophyti numerantur 200, qui pastorem vehementer desiderant. cū illac iter faceret, dies quindecim moratus Balthasar Gagus, multos ad Christi religionem in iis tres principes ciuitatis adduxit. Firandi regulus valde amicus est Lusitanis, scripsitque in Indiam ad Proregem Christianos presbyteros in sua terra sese expetere. cum eum ego aliquoties conuenissem, affirmavit in ihi, animo se parè Christianum esse. Cāgoxiinæ, quæ prima vrbs Xaucrimum excepit, quingentorum neophytorum est grex, & quidem, cum eà transire, magistro carentium. itaque per operatorum inopiam stat, quo minus nomen omne Iaponium Christiana sacra suscipiat.

Rex Meaci quantum opere colatur.

Insula Iaponica prouincias esse 64.

Numerus conuersorū Aman-guci, in regno Bungi, Firandi & Cāgoxiinæ.

piat. Vos, quando tam præclarum opus cernitis inchoarū,
 Dominum obsecrare, vt vos in hanc mitrar prouinciam; et
 enim omnium quorquor in vniuersa barbaria vidi populorū,
 cum nullo prorsus, quàm cum Iaponio melius opera
 ponitur. Ego 15. Kal. Nouembris anni 1553 inde discessi. cū
 ad Sinarum littus appulissetus, & de Xauerio certi aliquid
 nosse magnopere euperem: 4. Non. Decembris anni 1552
 cum è vira migrasse cognoui. Repurabis ipsi quàm gra-
 uiter ea res me perculerit. veruntamen ipsius me commodo
 consolabar. O prædicanda quæ per hunc seruum Dominus
 gessit: sed ego illa silentio nimirum ideirco prætereo, quòd
 indignum me, qui narrem, existimo. Eadem in insula, in
 qua ipse diem suum obiit, (ea confragosa est admodum ac
 sterilis) ego diebus septem octòve substiri: vidi etiam se-
 pulchrum, ex quo cadauer eius extractum est. Illius in-
 dustriam, patientiam, alacritatem in laboribus, Dominus
 noster omnibus nobis impertiat. Hæc ad vos de rebus Ia-
 ponice eo scripsi: vt inrerea dum in partem laborum veni-
 ris, operarios, qui in ea insula versantur, vestra precatione
 adiuuetis: obrestor etiam vos, fratres mihi carissimi, vt ve-
 stris in sacrificiis precibusque mei memotes sis. Goa, 1554.

*Demor-
te & se-
pultura
Xauerij.*

MELCHIOR NVNNES SOCIETATI IESV IN LYSITANIAM.

Mense Maio anni post Christum narum 1554, cū
 in Iaponem Goa discederem, scripsi ad vos de o-
 bitu Francisci Xauerij: & simul hæc prouinciæ
 quantopere Societatis nostræ subsidiis indigeret: & quibus
 adductus rationibus ego profectiōem Iaponicam susce-
 pissen, exposui. Epistolam Cocini reliqui Francisco Pere-
 sio, vt is eam ad vos perferendam curaret. Nunc ea, quæ
 sunt deinceps consequura, narrabo: vt quoniam nos vnus
 omnes amor vnum efficit corpus in Christo, idem pariter
 omnes in eodem spiritu sentiamus: &, vt ait Apostolus, si
 paritur vnum membrum, compariantur & reliqua: si gau-
 der vnum, reliqua membra congaudeant. A Cocino Mala-
 cam versus profecti, ventris aduersis ac tempestatibus pri-
 mum, deinde etiam aquæ & comearus inopia oppressi,
 cruceem aliqua ex parte cepimus experiri. quanquam in
 for difficultatibus nihil molestius, quam more dispendia,
 fereba-

*Profectio
Melchio-
ris à Co-
cino Ma-
lacam.*

ferebamus, verentes, ne exclusi temporibus, nequaquam hoc anno in Iaponem nauigare possemus. Spes enim (vt inquit sapiens) quæ differtur, affligit animam: & desiderium, ni compleatur, exerceat. Inter nauigandum occupationes Dei benignitate non defuere: concionando, confessionibus audiendis, litanis præterea concinendis, diuinx rei citra consecrationem faciendæ operam dedimus. Exponebatur etiam Christiana doctrina quotidie, & ex Actis Apostolorum aliquid legebatur, vt ipsorum exemplis animaremur ad ea quæ impendere videbantur ferenda. Malacam vt ventum est: dum nauis ægre paratur, qua in Iaponem vehamur: idonea ad nauigandum tempestas effluxit. Quo circa exarmato nauigio, ibidem hyemare coacti, etli dolore animo cepimus, in diuina prouidentia nihilo minùs acquieui mus.

*Ferdinã-
dus Men-
dozius.*

Multum in hac terra Ferdinãdus Mendozius frater noster (quem Prorex Indiæ ad quendam ex Iaponiis Regibus in primis potentem cum armis pretiosis aliisque admodum magnificis muneribus mittit) exemplo vitæ ac virtutis ædificat, incolis notus, nimirum apud quos olim, dum in seculo versaretur, diues in primis ac beatus est habitus. Nunc cum vident omnia, quo meliori pareat Domino, reliquissè; quiq; antea conuiuari apparatus & opiparè solitus fuerat, cum nunc leuidensa attrita ac lacerandum, ostiatim elemosynas emendicantem aspiciunt: inque hospitali domo ministrantem ægrotis, qui, vt eos vel inuiferet, quondam adduci nulla ratione potuisset. Hæc intuentes, mirantur videlicet, & incipiunt credere maius aliquid post mortem superesse, atque etiam reperiri in hac vita, qui inopiam diuitiis, honoribus ignominias, austeritatem vitæ laboremq; deliciis anteponant, qui mundum vnâ cum omnibus eius vanitatibus crucifigant, vt Christo nudo eidemq; crucifixo deseruiant. Hac illi pictura, quippe quæ spirat: viuittq; vehementiùs multo, quàm subtilibus, quas minimè capiunt, theologorû argumentationibus, permouentur.

Nos, Deo volente, Aprilis mensis initio insequentis anni 1555 Malaca Iaponem versus proficiscemur. nauigium nobis, quo Bungum vsque deferamur, Antonius Noronia regij præsidij præfectus attribuit. Bungi Balthasar Gagus commoratur hoc tempore: ex ea vrõe ad omnium illa-

rum nationum conuersionem aditus patet. Rex ipse Bungi sanè quàm dicitur esse ad Christiana sacra propensus, sed optima tum in se conuersionem timet, itaque expectat, dum ex iis aliqui baptizentur. Vos apud Dominum fratres, precibus enitimini, vt gratiæ suæ res huius cordi Regis instillet, quo Christi nomen palàm non dubitet profiteri. Profectò enim ad religionem insula tota disseminandam, ea res momenti plurimum afferet. Nobis, ij qui in lapone fuerunt, ad cetera multa pericula, insectationes, calumnias Bonziorum, qui sacerdotes insulæ sunt: magnam præterea famem, ac sitim, frigusque denuntiant. Veruntamen æterna Dei bonitas facit, vt famem eam sitimque, & vexationes, inferni cruciatibus æquo animo præferamus, parati, oppositu corporis, tela, quæ ab inimicis in animam contorquentur, excipere: quæ magis magisque corporis ipsius afflictionibus & laboribus roboratur. quippe quæ, falsa testimonia, famem, sitimque, & fatigationes, quæ in carne patitur, cum felle, & aceto, clavis, spinis, & ignominiiis Christi conferens Redemptoris, gloriari discit in cruce, in fame saturatur, inebriatur in siti, in contumeliis & iniuriis triumphat, intelligens animæ salutem, animæ iactura parandam. itaque in morte vitam, in laboribus requiem, in infamia decus, in cruce gloriam, in probris bonæ conscientię testimonium, in morte denique lætitiã teperit.

Christiana res Dei benignitate quàm feliciter administretur in India, Sociorum, quique Goæ quique ceteris in præsidiis Malucæ versantur, litteris cognoscetis. Ex insulis Mauro & Amboino accepimus litteras, carum summam ad vos mitto, & simul formam Sinensium rerum descriptam: quo intelligatis, quàm miseranda res sit, ingenii natura tam bonis, ea quæ supra naturam sunt, in edificata non esse: nec sanctissimam Christi fidem plantis insitam iis, in quibus, vt videtur, ad eò cresceret. Granum frumenti ipso in aditu Sinarum mortuum est, & cecidit, fratres, noster nempe Xauerius: nimirum, si ad metendum accesserimus, spicas ex eo vberes, volente Domino, colligemus. Malaca, Prædic Non. Decemb. 1554.

*Rex Bū-
gi ad si-
dem pro-
pensus.*

*Sociorū
animi ad
cruce[m]
ferendā
parati.!*

ARIAS BLANDONIVS SOCIETATI I.
SV GRATIAM ET AMOREM DOMINI, &c.

DE rebus iis, quæ per homines nostræ Societatis in hac terra geruntur à Domino, binas deinceps ad vos litteras dedimus. quarum alteras longiores, nauis, cui Ægidius Ferdinandus Caruallius præerat, tempestate rejecta, ad nos retulit: alteras autem breuiores anno superiore conscriptas, quia fieri item potest, vt non acceperitis: nunc Melchior Nunes præcipua quædam ad gloriam Dei mihi mandauit vt scriberem ad vos: nam cetera cognoscetis è Sociorum litteris, qui in hisce regionibus peregrinantur.

Ac de Melchiorc Morale primùm: is cum à Ceilanis insula, vbi rei Christianæ aliquandiu pro virili parte operam nauauerat, ager huc scilicet recepisset: paucis diebus, fratrum, quos tantopere diligebat in Domino, cinctus corona, IESV nomen semper habens in ore, latissimo animo excessit è vita. Inde post duos circiter menses Balthasar, & Alexius Diazij nauibus huc è Lusitania delati, ingenti nos gaudio perfuderunt. Sub idem tempus etiã Melchior aduenit Bazaino, cuius aspectu valde recreati sumus in Domino, statimque cõsucta Gasparis munia obire institit: ea erant, dominicis festisque diebus manè, Martis & Lunæ vespere concionari in ædibus confraternitatum, quas vocant IESV, & vndecim millium virginum: diebus Mercurij in ædibus misericordix, nec non diebus Veneris vespere de pœnitentia disputare; posthæc ad Socios aliquot inuisendos profectus est variis locis commorantes: Franciscum Peresum in oppido Cocini, leucas ab hac vrbe centum: Nicolaum Colant leucas 100 & 20. vbi cum esset, ex nautis, qui è Peguensi ora veniebant, de obitu Francisci Xauerij, de quæ iis, quæ deinceps sunt consequuta, cognouit. de quibus omnibus est, fratres mihi carissimi, cur ingentes Domino gratias agamus, & in sancta voluntate ipsius acquiescamus. Nunc ea, quæ sunt mihi hac ipsa de te comperta, narrabo. Xauerius Goam cum ex Iapone venisset, ad Sinas proficisci constituit. nactus itaque opportunitatem legati, qui ad Sinarum Regem à Prorege Indiæ mittebatur, cui commendatus ab eodem Prorege diligenter fuerat, nauem vnã cum eo conscendit. Malacam vt vêtum est, quæ leucas distat Goa 700. profectionis obstacula cœpit offendere. nam legato, qui

*Mors
Melchioris
Morales.*

*Balthasar
&
Alexius
Diazij.*

*Xauerij
consiliũ
ad Sinas
proficis-
condi.*

nauis erat magister idem ac dominus, cui vni secundum
 Detm Xauerius maximè confidebat, quòd per occasionem
 legationis eius, interiora prouinciæ (quod vnum cupiebat)
 penetrare sese facillè purabat posse, Malacæ repentè subsi-
 stere necesse fuit. Xauerius, tametsi præter nautas destitu-
 tus ab omnibus, vno tantum amore ISSV CHRISTI ductus,
 cuius causa multa perpeti incommoda vehementer opta-
 bat, nullo profus itineris vel comite vel ministro, nihilo-
 minus eadem nauis profectus, iusulam portui Sinarum, qui
 dicitur Cantonus, proximam tenuit. Vbi dum moram ne-
 cessariò ducit, (aditus enim in id regnum non est aduenis,
 quibus, & si quis eos è prouincialibus introduxerit, graues
 pœnæ sunt legibus cõstitutæ) interea cū barbaro mercato-
 re, vt se in Cantonis urbem intronittat, magna piperis vi,
 quod ibi valde æstimatur carè, paciscitur: mercator eius rei
 causa paulò post se reuersurum esse promittit. Verùm Do-
 mino, qui videlicet aliud constituerat, eo ipso tempore pla-
 citum est, vt Xauerius in febri, qua paucis diebus est con-
 fectus, incideret. Fortè negotiabantur per eos dies ibidem
 aliquot è Lusitania mercatores: quorum nonnulli Xaueriũ
 ob ipsius vitæ integritatem arque doctriam magnopere
 diligebant. ii mortuum vestimentis, ita vt erat, indutum,
 terræ calcique viæ mandatunt eo consilio, vt cū primũ
 cadauer consumptum foret, ossa effoderent, in Indiamque
 deueherent. Itaque simul ac maturum iis visum est, rem
 aggressi, & corpus planè integrum, & ipsa vestimenta, nulla
 profus ex parte labefactata, reperiunt. Obstupefacti rei mi-
 raculo: de re tota inter sese delibetant. incerti quid age-
 rent, quòd & profectiois iam aderat dies: & corpus in bar-
 bara terra tamque remota deserere, indigna res videbatur:
 decernunt, si malè non oleat, vna secum auerere: sin minus,
 relinquere. vnus tamen ex iis, qui Xauerii cõsuetudine plu-
 timũ adiutus, cum præcipuo quodam amore prosequenda
 tur, omnino auferre statuerat: deinde ad sepulchrum vni-
 uersi conueniunt, corpus inspiciunt, nec solũ omnis tabis
 expertus inueniunt, verũ etiam suauiter admodum fra-
 grans. Tum verò in eadem viæ calcis arca reconditũ cor-
 pus in nauim imponitur. nec dubitant, quin calcis acrimo-
 nia ac vi paulatim carne cõsumpta, nuda, quod ante puta-
 uerant, ossa remaneant. Malacam delatum, prodeuntibus
 obuiam cum solemnī pompa oppidanis, apud quos magna

*Ad Sinas
 non p. es
 aditus
 exteris.*

*Xaueri
 febrī cõ-
 fectus.*

*Quomo-
 do defun-
 ti Xaue-
 ri corpus
 sepulchrum
 & mira-
 bilitate cõ-
 serua.ũ.
 ac trans-
 latũ su-
 rit.*

Xauerii nomen erat in gratia, excipitur: ibique rursus humatum tandiu mansit, quoad uisus est Sociis, quem Melchior ad ipsum Xauerium inuestigandum, & Socios inuisendos, qui sunt in Iapone, dimiserat, superuenit. is humo extractum, perinde integrum, atque erat ab initio, offendit, & in alia repositum arca, quam Didacus Pereria (legati nomen est eius, quicum profectum Goa Xauetium supra docuimus) faciendam, & Damasceno serico subsuendam, extrotusus autem aureo textili conuestiendam curauerat: secum in heremitorium, ubi diuersabatur, abstulit, habuitque apud se, donec eodem Petrus Alcaceua deuenit, quem Cosmus Turrianus cum mandatis ex Iapone dimiserat. Horum uterque, simulac nauigandi se dedit occasio, secum in nauim impositum asportarunt. Nos ad eam diem Goę, quod naues Malaca nondum aduenerant, non plus, quam mortuum sciebamus. quæ primæ adfuerat, ex iis cognitum est, corpus Malaca deferri. Cocinũ simulatq; oneraria tenuit, qua ueliebat ut statim actuario Goam ad nos nauarchus præueniens, re nuntiavit: & simul nauim è multis ereptam periculis illius operuisse narrauit. Cognita re, Melchior confestim ad Proregem accessit, ab eoque petiit biremem, ut aduerso vento tardius nauiganti occurreret onerariæ, & corpus auferret. Enimvero id ægre pati nauarchus, & obsecrare, ne, quando iam propè ad sinem itineris ventum esset, nauim nudaret ad eum salutari certoque præsidio. Sed tanta fuit cum Melchioris, tum Sociorum uidendi cupiditas, ut nihilominus mati sese non dubitarit committere, Sociis tribus, pueris à catechesi quatuor secum assumptis, & Lusitano quodam, qui in Iapone, dum negotiaretur antea, cum Xauerio familiariter vixerat. conscendit igitur à Prorege monitus, ut cum primũ rediens appropinquaret ad oppidum, nuntium ad se præmitteret. Cum pelago quatuor dies ac noctes errassent, nauim denique ad Baticalam, leucas ab Goa 20. repertiunt, & ingrediuntur omnes. Arca dum in biremem exoneraria, eo ipso quæ supra diximus ornatu, deponitur: inter ea pueri fertis redimiti, ramos tenentes manibus cœcitant. Gloria in excelsis Deo: nauæ uerò sublatis vexillis, bombardis explosis, eglam reboatibus complent. Corpus ipsum erat amictum alba, & optimo superpellitio, quod etiam dicitur latuit in calce demersum: tamen ad eum recens uideatur, ut cum eo Melchior Iaponium Regem conuenire statuerit.

*Corpus
cũ soldani
papa illa-
sum Ba-
ticalam.*

Erat operta facies, manus crucis in formam compositæ, & funiculo vincitæ æquè nouo, ac si tum ex officina prodiret; pedes crepidis calceari. Melchior ad heremitorium beatissimæ Virgini sacrum descendit, passibus circiter 1500 ab vrbe positum, ibique ea nocte cum comitibus mansit. Fortè res in ipsum quadragesimæ tempus inciderat: & nostri nihilominus templum atasque ornatu festiuo instruxerant. Complures etiam erant in ea sententia, vt campanis in ædè maxima, cæterisque sacris ædibus omnibus, lætitiæ publicæ signum daretur pulsu quàm frequentissimo: sed nostri duplici tantum funebri pulsu fuere contenti. Postridie manè confestim cum ipso Prorege Canonicorum Sodalitas, quique misericordiam rem procurant, & ingès præterea oppidanorum vis, deniq; quotquot hinc eramus è Societate, torpori processimus obuiam. Turba verò ad spectaculum effusa, parietes, fenestras, vias adèdò conferta compleuerat, transitus vt redeuntibus vix pateret. Nonaginta pueri candidati præibant cum accensis funalibus. Recta qua veniebamus via, multa passim erant odora menta disposita. Feretri autem latera fundentibus item odorem argenteis duobus thuribulis cingebantur. Hoc maxime modo corpus domû nostram allatum, & statim in sacello, rectum, vt erat, repositum est. ne detegeretur, nimia populi multitudo fuit in causa: quàm ob ipsam rem ne Prorex quidem contra cupidius institit. itaque spe videndi amissa, paulatim, omnibus ferè digressis, pauci tantummodo viri ac femina remanere, vt ostenderent sibi cum lacrymis obsecrantes, seque nisi impetrata redomû abituros negantes. quorû precibus, præsertim quòd iam turba strepitusque resederat, cessit denique Melchior: cancellos, ne sacellum ingrederentur, obiecit: exclusis introspectendi corporis potestatem fecit. Sextus decimus tû à morte Xauerii mēsis agebatur. eo læti spectaculo cum rem diuulgassent; tantus denuo cõcursus est hominum factus ad nos, idè efflagitantium, vt neque negati diurius, neque tuto ferme quadriduo cõfluentium die, nocteque ad spectaculû turba summo ueri potuerit, cum quidam non semel vidisse contenti, iterum iterumque reuertentur. Melchior deinde arcam, cum iam satis in aperto fuisse videretur, prope altare loco certo reposuit, & clastro munivit. nos cum è corporis præsentia magnâ lætitiâ cepimus; tum verò maiorem ex eo, quòd animâ pro nobis

*Magnus
hominis
cõcursus
ad Xauerii
corpus
inuisandum.*

*Xaueri
virtutū
exēplum
reliquit.*

*Vbi Xa-
uerius si-
nierit vi-
tam.*

*Lusitani
mercato-
ris pium
studium
ardefide-
rium.*

deprecantem assistere Domino credimus. Et sanè multum ei debemus fratres mihi carissimi, propterea quòd laboribus, ignominiiis, iniuriis perferendis, quibus ille rebus ingentem vim animarum ad semitam veritatis adduxit: patientiæ documenta nobis reliquit egregia: & ab initio usque ad extremum tanto animi vigore atque alacritate perseceravit: ut iis, quæ de illo subinde nuntiabantur, quasi ea vires humanas excederent, vix fides ab hisce hominibus haberetur. Id adeò vitæ ipsius exitus comprobavit, diè quippe clausit vltimum in regno, ut dicebam, Sinarum, in monte deserto, in tugurio è paleis & arborum ramis rapim exstructo, commodis huius sæculi æquè inops ab omnibus, atque cœlestibus affluens Det solatiis: cui, dum viueret, tanta cum fide seruierat. Ac Lusitani, quos memorari, qui secus mare diuersabantur, cognita Xauerii valetudine, cum ad eum in montem ascendissent, defectum iam viribus inueuerunt, & morienti affuerunt. Petrus Alcacena, cum ex Iapone veniret, locum est contemplatus, montem ait esse admodum editum, arboribus frequentem. obiit ille 4. Non. Decēbris. Anno Domini 1552. Venio nunc ad alia, quæ apud nos postea contingere. Lusitanus ille, quem olim in Iapone cum Xauerio versatum fuisse antea demonstraui, negotia cum Indis, Iaponiis, Peguënsibus, Sinis contrahendo, ad amplam pecuniam multis annis re bene gesta peruenerat. Is, ex quo die aduenti corpus onerariæ cum nostris occurrit: nostram omnium, sed præcipuè Melchioris amicitiam & consuetudinem studiosius experiait. Templum est Virginis matris Goæ, trans fluuium: eò cum Melchior sortè sese conferret, hominem secum duxit. ibi dum vna morantur, interea Melchior ab eo multa de rebus Iaponiis, de regione, de moribus sciscitari. Ille cum respondiit ad omnia, tū illud præsertim addidit de spe religionis Christianæ in eam insulam inducendæ, (planè ut cerneret asslatum esse diuinitus) eam se Iaponiorum indolem perspexisse, ut in orbe terrarum vniuerso nusquam profus opera locari posset vtilius. sibi quidem maiorem vitæ partem in augenda re familiari esse consumptam, seque iam ad capiendos industriæ suæ fructus Lusitaniam cogitare: veruntamen quòd intelligeret, quantum in Iapone profici posset, si Melchior eam prouinciam suscipere in animum induceret: iam tū relictis omnibus vnà profecturum, ut vitam in tam pio negotio poneret.

neret. sumpturum ex omni sua pecunia non plus quam tria vel quatuor aureorum millia, ad ædes exstruendas in vrbe Iaponis nobili, qua in vrbe Cosmus Turriauus commoraretur, cui Rex eius ipſius rei cauſa ædificium quoddam iam assignaſſet. Melchior cùm videret non ſine diuino conſilio fieri, vt virum diuitiis affluentem, tanto præſertim labore quaſiſtis, tantus honoris Dei zelus teneret: cõſtituit vicario ſibi ſuffecto Iaponem petere: ſed à Prorege ne impediretur timebat. ad eum igitur veniæ cauſa, ſimulac in vrbe rediit, ſeſe cõtulit, & quo ſuauiſ Domini diſpoſitio clariùs appareret, in ipſo januæ ingreſſu cõmodũ offendiſ. Proregẽ litteras Iaponii Regiſ legentẽ, in quibus erat ſcriptũ, quã illi grata Sociorũ noſtrorum eſſet opera in Euangelio promulgando, quantum in ſuo regno profeciſſent, atq; proficerẽt. Cõſpicatus Prorex Melchiorẽ aduenientẽ continuõ anteuertens: Quid agiſ? inquit, cur Iaponẽ oneratiſ petere, terrã uſq; ad eõ feracẽ? atqui ob id ipſũ, reſpõdit Melchior, ad te venio. quõd tibi quoniã probatur, nulla mora interpoſita, me ad profectiõẽ parabo. itaq; domũ reuerſus, breui explicatiſ rebus omnib; ſalutato Prorege, & ſumma cũ beneuolentiẽ ſignificatione ſociiſ valere iuſſiſ, profectus eſt, ſacerdote vno, fratribus quinque, totidem pueriſ à doctrina, comitibus. In Iapone ergo verſantur hoc tempore è ſocietate noſtra duodecim, & pueri catechiſtici quinque. quã bene ipſ ea inſula reſ procedat, meliùſq; ſit ſperadũ in dieſ, qua prudentia incolæ ſint, qua conſtantia; dynaſta verũ ac Reges ad Chriſtiana ſacta ſuſcipienda quã propenſo ſint: animo, (id quod, ex quo tempore Xaueriuſ inſulam attingit, perſpici potuit) ex Coſimi Turriani epiſtola cognofceſtiſ, Goa, 9. Kal. Ianuar. 1554.

*Sociorũ
numerus
in Iapone*

BALTHAZAR GAGVS
SOCIETATI IESV.

ANNO Domini 1552 Iaponiſ inſulam attingi, ac de rebus iſiſ, quæ mihi in itinere quæue deinceps contigerant, tum ex ipſo portu Sinarum, tum etiã ex vrbe Bungo (quod meum eſt domiciliũ) ad voſ litteraſ dedi. Hãc autẽ epiſtolã ſcribebã Firandi, quo me Duarteſ Gãma per litteraſ magniſ precibuſ euocauerat, vti ſuam ſortumque confeſſionem audirem, neophytoſ conſolater, aliõſque

aliosque permultos cupientes, aqua saluari perfunderem. Itaque Bungo confestim in hunc portum Cosmo Turriano autore decessi: è quo scribam nonnulla ex iis, quæ in hac regione geruntur Dei benignitate, sed breuiter, quia nauis festinant.

Locis duobus huius terræ præcipuis, areas duas habemus amplas, & singula utrobique ædificia, alteram scilicet Amangutij, quæ vrbs perimagna in medio totius insulæ ad Septentrionem est posita: Bungij verò alteram, quod oppidum Amangutio leucas 5 & 40 in meridiem distat. Amangutianam Cosmus cum Ioanne Ferdinando duobusq; bene versatis in religione Christiana Iaponiis incolis, ego verò Bungensem. & Cosmus quidem cum esset antea obeso corpore, nunc partim senio, partim etiam (quæ huius agri sterilitas est) macie panè consumptus videtur. quippe oryza exigua, & oleribus, aut leguminibus vescitur: piscibus autem rarò, quòd Amangutium abest à mari leucas 30, caro autem ibi ferè non gustatur, nisi si quando (quod petrarò fit) syluestres feræ capiuntur à venatoribus, nam cicures nec mactant, nec nutriunt edendi causa Iaponij: sed tamè longo iam vsu Cosmus paulatim huiusmodi cibariis assuevit. Amangutianorum ecclesia Christianorum duo circiter millia conficit, qui diebus festis assidue sacris missarum inter sunt, concionesq; audiunt, quas habet Iaponicè Ioannes Ferdinandus, in ea re præcipuo quodam Dei beneficio excellens. Amangutiano regulo Cosmus admodum æquo, neophytis verò valde beneuolis, dictoq; audientibus vitur. sunt enim Iaponij ad honestatè propensi, beneque morati, vt etiam honoris causa nos sui similes dicant videri: Sinas verò planè despiciunt: maximè verò sunt bellicosè, etenim armorum vsu a teneris exercentur.

Bungij cum Rex aream nobis dedisset, domum in ea templumque cum excelsa cruce construximus. Habentur in eo quotidie sacra missarum & sermones. itaque neophytorum, qui in vniuersum 1500 numerum explent, tanta sedulitas est, vt eorum complures diem nullum, quin adsint, præterfuerè patiantur: Diebus verò dominicis ita multi conueniunt, vt domus eos non capiat: sesus autem præcipuis multo plures, quippe in nostris ædibus ipsam etiam diei festi vigiliam peragunt. Sed omnium maximè proficiunt pauperes, quippe qui apud seculum seculique fautores minimè obtrinent

Amangutianorum Christianorum duo millia.

Neophytarum mille quingenti

obtinere gratia. Facit ad eos verba Iaponicè sodalis noster Duartes a Sylua, nec non è neophytis ipsis interdum, si qui rerum diuinarum intelligentia præstant. Paulus quidam præsertim: quem Dominus præcipuis ad hoc munus ornamentis instruxit. is cum præclarè popularium suorum errores diabolique in eis decipiendis versutias calleat; tam pròptus est Christianæ pietatis defensor, vt Iaponios miraculose conuincat: superstitiosa ipsorum mendacia & religionis nostræ veritatem illis aperiat. Eum ego mecum vnà Firandum adduxi, vbi neophytis operam nauauit egregiam. Vestris eum vos precibus fratres mihi carissimi Domino commendate. profectò enim ad curationem animarum idoneus est. Porrò neophyti spiritualibus exercitationibus ita excoluntur à nobis, vt sacrificio missæ quotidie intersint, diebus verò dominicis audiant verbum Dei. Peracto sacrificio, ter Dominicam orationem, ter salutationem angelicam pro bene meritis, pro iis, qui nauigant, pro statu & amplificatione catholicæ in his partibus Ecclesiæ, supplices recitant. Quadragesimæ tempore cum apud eos esset hoc anno Ioannes Ferdinandus, orationem dominicam & sanctissimum Eucharistiæ mysterium declarauit, cuius quidem mysterii tanta illi veneratione desiderioque tenentur, vt multi ex iis, qui maximè sunt in rebus sacris assidui, celestem illum sibi portigi panem à me magna cum deuotione atque humilitate petierint, vt pote magnopere necessarium ad corroborandam fidem. nam quod ad præparationem attinet, sese quidquid mihi visum fuerit, facturos esse recipiunt. Exequiarum autè vniuersa ratio nostra hæc est: primùm qui moriuntur, eos, antequam extremum spiritum ducant, de rebus ad salutem necessariis comonescimus, & animamus, mortuis deinde feretrum neophyti exorant: si mortui tanta fortè inopia sit, vt in funus pecunia desit, collata virginitate, quæ necessaria sunt, aliqui comparant, feretrum sericea opertum veste quatuor viri tollunt. Frater noster, amictus superpellitio, signum crucifixi gestat, quem comitatur puer cum aqua benedicta. Tum deinceps ego sequor nõ sine litaniis, mihi que voce præuri (neque enim hic nobis, vt in Europa, clericorum est copia) neophyti ipsi respondent: nullæ vndiq; laternæ collucet. Antequam domo efferatur cadaver, præcationem vnã ego recito, deinde orationem Dominicam vniuersi concinimus,

Neophytorum exercitationes. Orationis studium.

S. Eucharistia venerationis.

Exequiarum ratio.

idem que fit ad sepulcrum. post die neophyti ad templum redeunt cum candelis accensis, ego super tumulum est responforis, quæ appellatur, unum elata moduler voce. Itaque crucem inauratam cum artificiosa Christi pendentis effigie, basique desidero, quam in huiusmodi pompis erectam excellentiamque gestemus: quibus hi barbari tantopere permouentur, ut cogantur fateri nihil esse IESU CHRISTI legibus comparandum. & conuertuntur sanè ad Dominum aliqui, sed hi ferme egestate laborantes, vel morbo, vel à dæmonibus obsessi, quorum Dominus animos primum, deinde etià corpora curat, alio pharmaco nullo, nisi aqua panèque benedicto. Multa mihi in hoc genere scribendi materia suppetit, verum temporis angustiis premor.

*Dæmonis
franges.*

Superioribus diebus in eurgumenam incidi, quam Dominus neophytorum rogatu ac precibus liberauit. ex ea dæmonia carmina fundebat interdum Iaponica, quæ Iaponii sanè magni faciunt, studentque perdiscere, tamen illa quidem statim autorem per se ipsa demonstrant: nam ut eorum bona sint principia, media tamen vel extrema virus eructat. Solet autem dæmon cum versus huiusmodi enunciat, vel regis alicuius iam vita functi, vel etià bruti cuiuspiam sibi nomen affingere, ut his cæci Iaponii inducti fallaciis, aut regem illum aut brutum venerentur ut Deum. Atque ea ratione in rebus creatis diabolus adoratur. Alio præterea fraudis genere dæmon Iaponios fallit. nam sæpenumero Bonziorum rogatu, cum scilicet iis pecunia ob eam rem aut vestimenta præbentur, vel febrim sedat, vel è corporibus migrat: ita fit ut quauis de illo male Iaponii sentiant, nihilo minus cum aliqua ex parte suspiciant, meruant quidem certè, eique magno licet impendio honores quam maximos habeant. Iam verò in somniis quoque dæmoni per se facile credunt. qui sanè per ministros suos vehementer laborat, ut insurgens in hac regione Christianæ ecclesiæ destruat ædificium, cumque alia ratione non possit, calumniis nos oppugnat, nititurque persuadere Iaponiis, nos carne hominum vesci. Verum misericors Dominus, qui suorum nunquam obliuiscitur, ex omnibus periculis eripit nos, semperque Dæmon è certamine discedit inferior.

*Due sunt
præcipue
apud Iaponios
hæreses.*

Radices in hac terra dæmonis cultus iccit altissimas, decem circiter è Sinarum regione importatis hæresibus, quæ tamen ad duas præcipue rediguntur. altera est eorum, qui sempi-

sempiterna post mortem & supplicia & præmia dicunt esse: choros & symphonias libris exercent, mortuorum manes conuiuio excipiunt, curant funera, habent cœnobium cum campanis & cellis: cinericiis quidam, atris alii utuntur vestibus; multa cum superstitione exequiarum iusta persolunt, quibus absolutis addunt ad extremum Fombexet, quæ Sinarum est vox, significatq; Nugæ sunt hæc omnia. Itaq; ex ea voce necitur, quam dicebam, hæresis altera illorum, qui veluti pecora, iudicio & ratione carentia, nullum esse nec Deum, nec animum, nec dæmonem affirmant: & quoniã intima conscientia sollicitudine vexatur: ad huiusmodi morsus sedandos, sine pudore villo metuere, in omni scelerum & flagitiorum turpitudine volutantur: quos cum Deus iusti supplicii causa omni libidinum turpitudine sedari permittit, tum se (miseri) diuinæ ignari iustitiæ, legum vinculis solutos, tum sanctos existimant, tum ad optatam curriculi meram se peruenisse arbitrantur. Atque hæc sanè mendaciæ, quippe quæ nullis fundamentis nituntur, cum ceteris rationibus, tum ipsa vitæ morumque sceditate facillè conuincuntur. Bonzii, qui sectam tuetur priorem, chirographis quibusdam, quæ sanè magno vendunt, caute solent Iaponiis, nihil eos post mortem incommodi à dæmonibus accepturos. Qui me Bungi primus excepit hospitio, is vnum apud se chirographum habebat cuiusmodi, sed melius videlicet cauit illi Dominus, cum cum familiamque ipsius vniuersam a Bonziorum dolis ad baptismum traduxit.

Anno superiore montanus quidam honestus vir Christianus est factus: cuius rogatu ad patriam ipsius accessimus Iucas 9. ab urbe Bungo. ibi præter eius familiam, quæ 100 capitum summam excedebat, alii præterea ad 300 crediderunt Euangelio. ii Christianum cum, qui nos illuc deduxit, eximia virtute hominem, venerantur ut patrem. Erat ibidem præfectus regius quidam insignis, qui cum de rebus diuinis admodum copiosè disserui, tantusque in eo animi motus est factus, ut in hæc verba prorumperet: Equidem cupio fieri Christianus, idque re ipsa statim perficere: sed quid Dominus meus deinde? quid dicat? quaquã id, quod docetis, cum sit ad eò certum atq; perspicuum, profectò ne ipse quidem poterit Christiana sacra repudiare. Atque ut ea, quæ sentiebat, præ se ferret palam, ad baptismum

nonnullos ipsemet è suis domesticis incitabat, Itaque affectu duo, quibus ille præcipuis in administratione consiliariis utebatur, cœlesti lauacro expiati sunt. Postremò à nobis petiit, vt eò rediremus quotannis: populum vniuersum paulatim in Christi fidem esse venturum. itaque hoc ipso tempore nos expectat.

Firandi præclare in præsentia Christiana res geritur. sacrificanti mihi quotidie, concionanti verò Iaponice Ioanni Ferdinandi, neophyti adsunt. quamquam Ioanne quidè carcbunt propediem, expectatur enim a Cosmo Turriano, vt neophytos Amangurianos erudiat. mecum remanebit Paulus Iaponius, de quo dixeram ab initio, egregius iuuenis, tantaque dicendi facultate & copia præditus, vt dicto totos in sacris disputationibus siue vlla auditorum satietate consumat. Mirabile verò dictu est, quanto in rebus diuinis animi æstu zeloque ferueat, quantaque dexteritate Iaponios quid scqui debeant, quid sugere, edoceat. Firandensium neophytorum numerus est iam ferme 500. Regulus autem, in quo magna ad Christianam religionem propensio cernitur, aream nobis ad cœmeteriũ Christianorũ attribuit, in qua ipso exaltationis Crucis die solenni, summa & neophytorũ & Lusitanorum, qui aderant, gratulatione & alacritate, crucis trophæa defixim⁹. Aloisius Almeida præter pecuniam ad excipiendos infantes collatam, vnguentũ etiam centum autorum pretio mittit Vlissipouem ad Socios nostros, vt coacta ex eo pecunia, tabulam ad exemplar, quod in charta delineatũ est, quam elegantissimo opere pingendam curent: summa quæso adhibeatur diligentia, vt ea tabula perfecta ad hanc Būgensẽ Ecclesiã perferatur, in Beatissimæ Virginis sacello valetudinarii quod à pietate nomen accepit, locanda, &c. Firando, 9. Kal. Octob. 1555.

MELCHIOR NVNNES SOCIETATIS
IHSV IN EVROPAM.

ANno superiore, susceptè à me Iaponicè profectio-
nis huiusce consilium, aduentumque meũ Malacã
per litteras vobis exposui. nũc iter nostrũ Malacã
ad hũc vsq; portũ Sinarum describã breuiter: nauatæ enim
properat. Cum variis difficultatibus ab nauigando cohibi-
tĩ, hyemẽ totã in piis obeundis ex instituto nostro munc-
ribus

ribus Malacæ posuiffemus, ego verò etiã in morbū Domi-
 no volēte incidiffem: non dū planè recuperata valetudine,
 paratã instructamque magno labore Caraualem (nauigiã
 genus id est) conscendimus, tanto cum gemitu luctuque
 Malacēfium, vt equidem indignitatĩ meã conscius erube-
 scerem. cū leucas 12 à Malaca prouecti essemus: tēpestas
 aded̄ sana repente cōoritur, vt vela distumperet, sanè com-
 modè: secus enim omnino vis venti nauigiũ demersiffet.
 Posthac ad fretum Sincapuranũ in Syries scopulosas in-
 cidimus, & quidem in hostium ora, qui Lusitanos com-
 plures variis grauissimisque cruciatibus paulo antè ma-
 ctauerant. Hic nos cū incerti spem inter metumque flu-
 ctuaremus, reliqui verò de salutē iam propè desperassent:
 scapham, eorundem rogatu consilioque, conscendi ego
 cum fratribus duobus, vt rostratam maioris formæ nauem,
 quæ paulo antè præcesserat, quæterem, eiusque auxi-
 lium implorarem. Ac primis tenebris Maurorum Pantana-
 natum infesta nobis so apparuere nauigia: qui ita propè
 ad nos accedere, vt iam gratulantium prædam inter se vo-
 ces clamoresque exaudirentur. Tum verò necesse fuit
 ad arma spiritalia fidei & precatationis, bellica quoque tot-
 menta arripere, vt hostibus tetrorem inferemus: atque
 vt quatuor sclopetariorum species præberetur: igniti
 eminus funiculi ostendebantur. Verũ nobis Dominus,
 qui laborantibus præstò solet esse, subuenit. Etenim
 cū in hostium potestatem pænè iam veniffemus, ita ad
 rostratã appropinquauimus, vt eius metu perterriti Mau-
 ri cursum reflecterent. Tertio periclitati sumus ad insu-
 lam Palotimam. quippe, cū Lusitani aquatum descen-
 dissent: nisi murmur exauditum esset oppottunè, laten-
 tium in insidiis Maurorum, venenatis vtique illorum oc-
 cubuiffent sagittis. In ea insula nostrorum è numero qua-
 tuor Mauri, ad nautica ministeria in primis necessarii, fu-
 ga deseruere nauigiũ: quæ res gubernatoris præflecti-
 que animũ vsque adeò perculit, vt egre ab iis impetraue-
 rim quo minus reuerterentur. Inde ventum est ad iusulam
 Patauen, cuius incolæ idcirco Lusitanis erant infesti, quòd
 ab ea rostrata, quam dixi, captum ipsius iusulæ præflecti
 nauigiũ, & omnes, quotquot eo vehebãtur, occisi fuerãt.
 Hic nostris è fratribus duo, cū ad comneas petendos
 in terram descendissent, magnum adiere discrimen. Verũ

*Mauri
Pantana-
nates.*

*Insula
Paloti-
ma.*

Pataue.

hæc omnia incommoda mirum quanta animi alacritate,
 non modò fratres, sed ipsi, quos nobiscum vnà ducebamus,
 pueri exciperent. vt satis appareret quantum ex vna parte
 laboris ad nostram probandam patientiam permetteret
 Dominus, tantundem ex altera auxiliij ad leuandas diffi-
 cultates ipsius benignitate præberi. Ineunte Maio mense,
 Pataue soluimus læti, quòd primus deinde portus nobis
 Bungus Iaponicæ terræ videbatur futurus: quo in loco &
 Socij nostri & multi Christiani præterea versarentur. sed
 vel nostris peccatis, vel dæmonis inuidi scelere, vel diuino
 consilio nos in ipso Pulonandaris medio sinu cursuque a-
 trox ad eò tempestas oppressit, vt nauis, dehiscente carina,
 ex ingenti fluctuatione, aquæ tantum acciperet, quantum
 assiduo diuino opere nocturnoque exhaustiri non posset.
 Tum præfectus & comites Lusitani me per Deum obtesta-
 ri, ne Iaponiorum salutem ipsorum vitæ salutique antepo-
 nerem: eam sibi perspectam marium Sinensium ac tempe-
 statum esse naturam, vt si exprimi cursum tenere pergere-
 mus, uobis pereundem esset omnino: itaque eorum preci-
 bus coacti, ad Palotimam, quam initio nominauimus, reuer-
 timus: quanto nostro cum dolore, vos ipsi existimatis fratres,
 cum tantopere expetitam à nobis nauigationem quasi re-
 texere ac remeriri cogeremur. Ad hæc ille quoque metus
 animum angebat, ne inuisa Deo nostra essent studia. cum
 interea & nauigium aquam non cessare accipere, & rede-
 uitibus ventus nobis tam aduersus obsisteret, vt quadrage-
 simo die, ni fallor, non plus quam 40 vel 30 leucas remensi-
 fuerimus. Verùm immeusa Dei clementia, eos qui ipsi con-
 fidunt, cum in extremum venere discrimen, tum subleuare
 maximè solita, diutius nobis opem ferre non distulit. Nam
 triduo post quam Palotimam ex reditu attingimus, eodem
 naues Lusitanæ dux aquandi causa, cum ad Sinas tende-
 rent, accessere. quarum præfecti rogauerunt nos, vt quoniam
 tam periculosè nauigaremus, vnà secum onerarias cõscen-
 deremus: transmissionem ab Sinis in Iaponem, DEO vo-
 lente, non defuturam. quæ me res tametsi magnam in du-
 bitationem adduxit, tamen vt aliquam Sinensis prouinciæ
 notitiam & usum acquirerem, & simul vt explorarem qua
 ratione posset aditus in id regnum Euangelio patefieri: sta-
 tui denique magis è re Christiana futurum, si me ad Sinas
 exitinere contulisset. Sed pridie, quam in oneratiâ Frã-
 cisci

cisci Tuscani è carauela transcendimus: grauius multo, quam vnquam antea, vitæ discrimen adiunimus. Densus enim tenebris, in tempesta nocte, procella onerariam tanto impetu nostrum in nauigium iatulit, vt parum abfuerit, quin id prorsus deprimeret. quocirca soluto statim rerinaculo, quod nos onerariæ coniungebat, anchora iacta, in alteram naue: nostra multo humiliorem incurrimus, quam ne demergeremus, anchorarios funes coacti præcidere, fluctuantes in saxa detrudimur: vbi naufragium faciendum & moriendum sine dubio fuerat omnibus, nisi diuina bonitas (humani quippe præsidij nil supererat) præsentis periculo nos liberaisset, cum multi viuentes adhuc mortem suam lugerent, ac mirarentur Dei causa susceptum iter, tot obstaculis retardari, non intelligentes videlicet, Dominum, quos diligit, eosdem corripere, & quasi aurum in fornace probare quos eligit. Conscendimus igitur onerariam, & medio circiter Iulio ad Sanrianum insulam, a Cantonio portu Sinarum celeberrimo leucas 30 distantem, scopulosa quædã loca non sine magno naufragij periculo præteruecti, deuenimus. in ea mihi insula Dei benignitate concessum est, vt super tumulum, qui Francisci Xauerij quondam ossa conererat, sacra missæ facerem. Et quod Xauerius dum viueret tanto labore frustra quæsierat, id ego, ipsius apud Deum precibus scilicet adiuantibus, nullo negotio sum consequutus, vt in urbem Cantonis admitterer. Nunc de Sinarum rebus, quoniam id vobis gratum arbitror futurum, restis oculatus pauca præscribam.

Sinarum regio multas in prouincias vel regna ditiditur: quorum est celeberrima sua cuiusque metropolis. Hatum autem Cantonem omnium minimam ferunt: cum tamen (Lusitanorum sententia quotquot eam urbem inuisimus) Vlyssiponem incolarum frequentia superet: ædificia sanè boua, valida mœnia: viæ inter sese, ne furibus ac maleficis transitus pateat, portarum claustris interseptæ. iam verò passim exstructi cum inscriptionibus fornices ad mille vrbe tota visuntur: hæc enim ferè administrationis suæ monimēta magistratu abeuntes Regij præfecti relinquunt. quæ viæ fornicibus carent, eæ quandam repræsentant amœnitatem hortorum, arboribus latis ad ianuas ædium in ordinē insurgentibus.

Eorum quæ ad victum necessaria sunt, mira in omni genere

*Rerum
Simensium
descri-
ptio.*

nerc

nere copia. In singulis vrbis viis affatim venalia proponuntur. Circa incœnia nauigatur, magna aquæ vi in fossam vrbis è flumine deriuata. Cantonem euntibus iter est per infinitam ferme planitiem, & eam quidem irriguam & opimam. nouas ter in anno fert fruges, quæ in vrbem nauibus conuehuntur. Fructibus, animalibus, plantis, & cultu ipso regio est Europæ persimilis.

*Sinarum
gubernandi
ratio admirabilis.*

Feminarum summa custodia. in publicum prodeunt recta vndique lectica conclusæ, corporis ornatu sanè pudico. in adulterio deprehensæ capite puniuntur. Errones ac vagi vrbis prohibentur. certus ac suus cuique opificum ordini vicus est. Cum externis incolæ varia mercimouia, vt sericum, pretiosa fictilia, camphoram, cuprum, alumen, lignum Sinense commutant. Natio est ventri ac voluptatibus dedita: sed gubernandi ratio planè admirabilis. Singulis prouinciis noui tertio quoque anno magistratus à Rege præficiuntur, non tamen indigenæ: quorum, ex ipso comitatu atque ordine apparitorum & assclatorum, veneranda omnino maiestas inperij. Qui publicè ius dicit, ac veluti Prætor vrbis est, Hexasi patrio sermone appellatur. Qui regiam pecuniam ac vestigalia curat & exigit, Ponchasi dicitur. Res autem maritimæ & peregrinorum administratio penes Aitanen est. Accedit Chaën: cuius insignia, manus & oculus: munus verò, capitales Regis sententias, multasque a cohorte Regia confirmatas, curare exequendas. Regios ministros vel in officio continere, vel etiam (si malè se gerant) magistratû priuare. Porro his omnibus quali pro Rege præest Turan: cuius tota prouincia potestas admodum est formidabilis: pileo sibi à Rege donato conspicuus, & vestimentis leone (insigne regis id est) inaurato distinctis. hoc ille amictus ornatu, ipsa grauitate ac specie nostris Europæ Regibus ante cellit. eum nobis atque etiam Lusitanis præfectis non nisi genu flexo & eminus quidem alloqui licuit; habitat sumptuosè; qui ad eum negotiorum causâ adeunt, iis, vt à ianitore admittantur, quid sibi velint, ad singulas fores elata voce pronuntiã duntaxat est. stipatores corporis habet permultos à Rege attributos. Et sanè hominum millia centum ad huius duntaxat Cantonis prouinciæ diœcesim, atque præsidium regis impensis ali dicuntur. Arma licetorum, arundines igne tostæ sunt, cubisi vnus longitudine, latè digitos quatuor: iis nocentiæ pedes,

pedes, leui quandoque de caussa, acriter ad eò atque inhumanè diuerberant, vt quinquagesima plaga damnatū vel prorsus interimat, vel eertè fractis ossibus omnino debilitatum relinquat. Verberibus decem quidam, inspectate me, cæsus est: quæ mihi ferre pro Christo si obtingeret, magnū scilicet præmium paratum existimarem. Præfectis verò ipsis per urbem sella gestari mos est. equi frænati sequuntur: magna præeunte satellitum manu, quorum alij, quas dicebamus, arundines, alij ferunt clauam, alij pendente ex humeris rabella, sericis floceis ornata, magistratus imperium ac potestatem declarant. Hi omnes, in ordinem bini, turbam magnis clamoribus summouent, quæ vel in domos è via se proripit, vel etiam honoris caussa fores euerit: in transitu verò mirum silentium.

Iam in his populis ad Dominum conuertendis, illa meo quidem iudicio vel maxima difficultas occurrit: quòd plebs nouæ religioni se addicere, nisi magistratibus approbātibus: magistratus, iniussu Regis, eam potestatem facere verebuntur. Veruntamen tota de re cogitanti duplex mihi ratio veniebat in mentem: altera quodammodo naturalis: vt eum à Lusitaniæ Rege legatus ad Regem Sinarum fœderis atque amicitie caussa venerit: Sacerdotes aliquot è Societate nostra secum in hæc loca deducat: qui interea dum legatus Cantone subsistit, (subsistere autem menses cõplures erit necesse, dum à Rege responsum accipiat, regia quippe vrbs, ad quā flumine tenditur, distat hinc leucas ferme quingentas) aliquā huiusce lingue legumq; nacli notitiã, deinde per occasionē legationis eius vnà cū legato in ipsam vsq; Regiã penetrent. ibi cū sese moresq; suos genti probauerint, cū deniq; Regiū diploma obtinere contendāt, quo populi à Christiana religione non modò nō deterreantur, sed etiam ad eam vbique sectandam à magistratibus animentur. Altera est ratio, quæ non tã humano consilio, quã vnus Dei præsidio nititur: vt duo aliqui è nostris in has oras delati, comitibus discedentibus ipsi remaneant; cùm Euangelij promulgatione aliquot arundinum plagas æquo animo paciscantur, in compitis ac plateis Christum palàm prædicare non dubitent; nec metu, ne si in carcerem quidã tradantur, ab inæpto desistant. quàmquam illud in ea re inelle videretur incommodi, quòd interpretes, quibus maximè est opus, nulli ferme reperiuntur, nisi prouinciales

ciales quidam adolescentuli, quorum neque animi fortitudo, neque prudentia, nec vita denique eiusmodi est, ut cum iis muneris tanti pars vlla tuto communicari posse videatur. Ac mihi quidem valde fuit optatum, posse in hac regione consistere, aut certe è Sociis aliquem discendæ linguæ causâ relinquere: sed meum hoc consilium impedit partim delegata mihi Iaponis prouincia, partim etiam sollicitudo de nostrorum salute, quos in discrimen offerre non audeo, non facta à magistratibus potestate manendi, ad quos tamen ego, licet oppidani affirmarent me nihil tale impetratum, frustra ea de re non semel adire tentavi.

Sunt autem Sinae, quantum eo temporis spatio perspicere potui, ingenio ac iudicio bono; utique meliorem futuri, si Christum sequuti, nuntium remittant voluptatibus atque libidini, qua mentis acies magna ex parte retunditur: sunt etiam ad mechanica & mercaturam idonei, & quæcunque ad victum & cultum corporis pertinent. Animi verò immortalitatem, Deum vnum, æterna præmia ac pœnas ignorant: quocirca spiritualium rerum cura apud eos postrema. Sacrorum antistites carenus in honore sunt, ut capitis tegumento in mitræ formam utantur, mento & capite abraso, despiciatissimum alioqui genus hominum. Nullum ex iis, quamuis adhibita diligentia, reperire potui, qui me generis caeremonias & iura sacrorum doceret. Incolæ omnes idola apud se habent, quæ odoramentis duntaxat ac suffitibus venerari mos est. Ad rem quamlibet auspiciandam per sortes oracula exquirunt: ex si tristes ducantur, idola videlicet vapulant. Ex quo ad Sinarum terram appulimus, Cætonem contuli me bis, qua in vrbe menses duos circiter potui, ut agerem de redimendis captiuis Lusitanis tribus, qui cum aliis Christianis prouincialibus totidem admodum arcta struâque in custodia detinentur. cuiusmodi calamitate oppressi nonnulli præterea Lusitani variis prouinciæ locis dicuntur esse: cum enim infestis hucusque Sinarum populis vti fuerimus, si qua Lusitanorum nauis tempestate in hæc littora eiecta est, vectores & nauis vel necari ab incolis vel in vincla coniecti sunt: quod tamen fieri desitum est postea quam legitima pro mercibus portoria soluere Lusitani cœperunt. Verum ad captiuos ut redeam, cum quendam ex iis Matthæum nomine præfectus ad se è carcere euocari iussisset, misericordiam eius mihi mouit adpectus:

panno-

Sacerdotes & superstitiones Sinesis.

pannosus erat ac squalidus, capite ac pedibus nudis, manicis ad brachia, ferrea cathena ad pedes iniecta: collo autem inserto in rabulam, quæ scriptam vinculorum causam demonstrabat: quo maximè modo haberi dicuntur ij, qui sententia capitali damnati, mortisque addicti sunt. Ac primò quidem redemptionis pretium mecum attuli, succinũ crudum: quod magis propositis præmiis à Rege conqueri perhibetur, eo quòd persuasum habeat hoc gummi genus, cū quodam alio condituræ genere sumptũ, spatium vitæ producere: secundò autem, aureos ad mille & quingētos, quos mihi tres amici ea lege commodauerant, vt Lusitani redempti hæc alienum, stipe à classiariis & mercatoribus Christianis emendicari, dissoluerent. ea pecunia in vrbe deposita est, Chaëni præfecto numeranda, si nostros homines liberos dimiserit, quorum hoc anuo saltem vnum solum iri confidimus.

Sed hæcenus de Sinarum moribus ac regione: vnde ego in Iaponem Majo mense discedere cogitabam: quo tempore nec transmissio nec Lusitani comites deerunt. Nunc autem epistolam egregio Aloisij Almeidae Lusitani facto concludã. is cū anno superiore in Iaponẽ venisset, (vir est autem in his regionibus admodum notus) & Bungi cum Balthasare Gago congressus, eam Iaponensium feminarũ cõsuetudinem cognouisset, vt modò natos infantes per summam immanitatem necarent, quos propter inopiam alere se posse diffiderent: cum eodem Gago condixit, vt cum Rege Bungi ageret, quo mos hic pessimus ratione aliqua tolleretur: ad eam rem sese de suo quantum esset opus pecuniæ, collaturum. Placuit Regi consilium, seque nutrices ad pueros educandos attributurum recepit. Itaque Aloisius Bungi ea de causa remansit, ædesque comparat magna populi approbatione, in quas non modò pueri deferantur alendi baptizandiq; sed etiam Christiani pauperes qui sunt in vrbe, confugia nt. Idem Aloisius cū nos nimis diu morari videret, (namque biennium circiter est cū solimus Goa, quod tempus nauigando maxima ex parte consumptum est) veritus ne qua difficultas nos retineret Malacæ: duo coronatorum millia ad amicum misit: quibus nostra subleuantur incommoda. Sed hac eius benignitate spero me non vsurum. Accepi autem ab eo litteras, quibus nostrũ aduentum auidè ab se expectari ostendit: vt necum de in-

*Lap. v. ex
sua femi
narum
immani
tas.*

*Aloisij
Almeida
factum
egregiũ.*

stituendo

struendo quàm maximè salutari genere vitæ (natus est autem annos ferè 30.) deliberet, &c. Valere. E Sinarum portu Cantonio, 11. Kal. Decembris, 1555.

Scripta iam epistola, exemplū litterarum adiungere mihi visum est, quas Rex Firandi è Iapone ad me scripsit: nam ipsum archetypum mecum ferebam, quo facilius à Rege, si opus esset, promissa exigerem.

Exemplum litterarum Regis Firandi.

Pater Mag. Franciscus cùm mecum in hoc regnum venisset, Christianos fecit magna animi mei voluptate nonnullos, quos equidem commendatos habeo, & ab omni iniuria defendo. Bis deinde ad nos venit etiam Pater ille qui Bungiversatur, baptizavitque cùm ex affinibus meis aliquot, tum ex reliqua nobilitate per multos: quem ego virum aliquoties audiui, eiusque doctrinā, quæ mihi penitus hæret in medullis, ita probavi, ut CHRISTVM sequi planè decreverim. Quo circa te in meo Regno videre magnopere cupio: semel quippe mentitus, non inentiar iterum. Tu si ad nos te contuleris: & rem Deo gratissimam feceris: & à me quàm honorificentissimè liberalissimèque tractaberis. Firando.

Taqua Nombo Firandi Rex.

EX EPISTOLA GVLIELMI AD SOCIETATEM IESU IN LVBITANIAM.

EGO cum Gaspare Vilela Firandum in subsidium Christianorum Bungo cõtendi, annumque ibi totum uterque partim in baptizando, partim in Christiana doctrina pueris tradenda consumpsimus: qui per vias cãpani eris sonitu (qui tum primùm in ea vrbe exauditus est) conuocati, eam paulatim edidicere, peritioribus quibusdam ex eorum numero constitutis, qui magistrorum vice apud ceteros fungerentur. Atque etiam per urbem publicè quæ didicerant alacriter concinebant, nec barbarorum nos insectantium clamore, detractionibus, probris deterriti sunt, quin minus exptis alacri studio insisterent. resque eo iam loci processit, ut filij priuatim parentes ipsos edoceant, seq; inuicem inuicent ad eã noctu, modò apud hunc, modò apud illum decantandã, quò parentes etiani vocat suos. Hebdomada sacra diebus, Gasparis hortatu certus in vrbe locus

ad mortis Caluarij speciem est comparatus, quò Christiani ad audiendum verbù Dei seque diuerberandos piè admodù ventitabant. In Iaponis proceribus Christianus est quidam Antonius nomine, cuius in ditone sunt circa Firandù aliquot insulæ ac vici. In ea loca Gaspar Christianorum rogatu profectus, incolas penè omnes tanto Antonij gaudio voluptateque conuertit, vt Antonius ipsemet incendium ædibus idolorum inferret: quarum custodes, quam dæmonibus dederant operam, eandem conditori suo, qui verè Deus est, deinceps dare cœperunt. Firandi, in ædibus Antonij nouis, Gaspar habuit cõcionem, ibique Antonius eo ipso die Christianis omnibus epulum præbuit: & quo nihil gratulationi deesset, diuinitus factum est, vt filius eius etiã tum ethnicus cum quibusdam domesticis mulieribus conterretur ad Dominum. Multa prætereo, quæ ex nostrorum litteris cognoscetis, Christus Dominus noster nos tũ ad perspicendam penitus volûtatem ipsius illuminet, tum ad eandem titè exequendam pro sua bonitate confirmet, Bungo 4. Nonas Octobris, 1559.

*Aedes
idolorum
incen-
duntur.*

BALTHASAR GAGVS SOCIETATI

IESV GOAM.

QUæ mihi in mentem venerint de statu rerum Iaponicarum, siue præsentis siue præterito, complectar his litteris, tamen in magna rerum varietate ac mutatione, quæ nobis bene de re Christiana merendi laborandique maiorem etiam occasionem præbuit. Versamur in hoc Bungensi domicilio nouem omnino patres fratresque, cum Iaponis aliquot hospitalium domorù ministris, opipidani quotidie, sed dominicis præsertim diebus festisque præcipuis, ad templum ita frequentes à millibus passuum amplius nouem conueniunt, vt ædes multitudinem vix capiant, interdum etiam bonam eorum partem excludant. Quotidie sacris peractis elata voce recitatur Christiana doctrina. Complures Iaponij qui propiùs absunt, singulis sabbatis confessione, celebrioribus verò diebus etiam communionem sese confirmant. Er mirum, ipso statim generalis confessionis initio, quæ sacrum præire solet, ac Iaponicè recitatur, ex auditorum oculis emicât lacrymæ, ac multo etiam vberiores, cum sacerdos corpus Domini

*Iaponio-
rum erga
res diui-
nas stu-
dium.*

tenens manibus, Domine (inquit) non sum dignus: quæ
 verba tunc ipsi quoque Iaponico sermone pronuntiâr. Ita-
 que mei sanè valde me pudet, cùm hosce homines video vix
 ante biennium ad lumen à cœcitate conuersos, tanto sen-
 su ac dolore àffici delictorum suorum. Iam verò sortiuntur
 etiam, apud quæ dominicis diebus coctant ad sermones in-
 ter se de religione ferendos, eoquæ è nostris aliquem ac-
 cersunt, qui matutinam concionem ipsis in memoriam re-
 uocet. atque in ea quid quisque potissimùm animaduerte-
 rit, in medium afferunt. Hac sermonis communicatione
 absoluta, symbola pro cuiusque facultatibus in pauperum
 funera conferuntur. Atque hoc ipsum institutum & con-
 sacrudinem Amangutiani quoquæ, sibi à Cosmo Turriano
 iam ante quadricennium traditam, retinent. Bungi hospita-
 les ædes habemus duas, alteram plagis vlcerebusque curâ-
 dis, aliis morbotum generibus altera, exstructam hoc ipso
 anno 1559 ex lignea materia, multo ampliorem, in qua me-
 dia aram excitauimus. Absolutum est ædificium die visita-
 tioni bearæ Virginis sacro, ibiquæ postridie primùm sacri-
 ficatum est, habitaquæ oratio de rebus diuinis magna cum
 voluptate læritiaquæ Christianorum: quos vniuersos eodæ
 coactos vnus ex iis conuiuio excepit. Eius Nosocomij con-
 clauia sexdecim sunt, quibus medici quoque hospitium est
 contiguum, viri in curandis ægrotis diligentissimi. Ab æ-
 state proxima ad hoc vsquæ tempus amplius ducenti om-
 ni morborum genere liberati sunt, cùm neminæ Cosmus,
 quamuis desertum ac desperatum, excluderet: cancriquæ ac
 fistulæ veteres amplius decem & septem annorum, ac vi-
 ginti, tanta felicitate curatæ sunt, vt Dei potius beneficiû,
 quàm humana medicina fuisse videatur. Quamquam in
 chirurgia sanè excellit vnus è nostris, qui alios etiã dome-
 sticos docuit, in quibus est qui, propter egregiam Iaponicæ
 linguæ noticiam, simul & pharmacis corpora & animos
 monitis ac salutari doctrina curare possit. Itaque multi ex
 iis paulatim conuertuntur ad Dominum, Iaponius erat
 quidam Meacensis, domestica Bonziorum disciplina ac su-
 perstitionibus à puero institutus. Is non solùm audito Eu-
 uangelio credidit, sed etiam cognita nostræ vitæ ratione ad
 nos Bungum vna cum Cosmo concessit. Incitabat ipse se
 ad omnem virtutem, secumque præclarè pugnabat: & quo-
 niam rei medicæ vacauerat, composita quædam exposuit
 duobus

*Bungi ho-
 spitales
 ædes duæ.*

duobus libris, Sinarum lingua. deinde migravit ad Dominum. huic successit Michael, quo item sanctissimè vita functo, Sinæ duo à Cosino sunt substituti, qui eos libros edicerent. Composita sanè facilia & efficacia sunt, prorsus, ut eorum quibusdam statim ad motis morbi pellantur. Guilielmus quidem Peteria cum huc appulisset, ægrotus ipse, & reliqua ipsius turba naualis: iis medicamentis omnes ad sanitatem perducti sunt. atque opus hoc ære priuato hætenus Christiani prouinciales & mercatores aliquot Lusitani sustentant. Sed Rex præterea in eosdem sumptus vectigal attribuit, ex quo pæatis rebus annui capientur aurei trecenti. Femina est septuaginta annos nata, maiorem Iaponis partem emensa, cum stipi à Principibus cogendæ vacaret, exstruendis idolorum templis, quorum illa præcipuo quodam studio cultuque tenebatur. Hæc ubi Firandū venit, Dei verbis auditis, baptismum enixè petiit, quo impetrato, Buringum se contulit, factaque ibidem habitandi potestate, prope ædem nostram perpetuum sibi domicilium comparauit. huius virtus Christianis ad exemplum præluet, victumque sibi suis manibus ipsa cum quæritur, tum duas præterea mulieres, Christianis maritis defunctis honoratis hominibus, alit viduas, & in officio atque opere cōtinet: singulis sabbatis peccata confitentur, inopem ducunt vitam, carnemque suam solitudine ac pœnis voluntariis edomant. Quidquid ex parte labore suo pecunia superest, id continuo in valetudinarij subsidium conferunt: iamque præter lineas tunicas aliaque similia, in vsus pauperum aureos etiam nummos plus centum & quinquaginta erogarunt: sunt etiam ex Christianis qui ceteros, & per urbem & per vicinos montes aliquo morbo laborantes, inuisant, quorum inopiæ, cum opus est, aliquod per eosdem viatores è Valetudinario subsidium mittitur. Christianus est Michael quidam, cuius hero vita functo homine pecunioso, qui magnam alebat familiã, ad funus conuenere Bonziji permulti, qui vnà cum familiaribus eius Iaponico ritu quotquot habebant idola, suis quæque nominibus elata voce inuocare ceperunt: quos Michael, quamuis mortis metu proposito, nõ modò noluit imitari, sed etiam multis eos rationibus, sanè cōstanter, ab ea impietate reuocare conatus est. Alius erat in eadem familia Christianus, nomine Emanuel, qui Bonziji aliqua ex parte in ea vociferatione consensit, is dein-

Infirmorum cura.

Femina septuagennaria cōuersio eiusque in pauperes studium.

Michaelis cuiusdam sancti & alibertas.

de à Michaele obiurgatus culpam agnouit, atque vltro ad pœnam delicti postulandam venit in templum, & die quodam dominico, dum sacrificatur, sese flagris acriter nō sine copiosa sanguinis profusione cœcidit. Qua satisfactione à reliquis Christianis accepta & probata, eum Ecclesia in gratiam rediit. Alius item Christianus, cui nomen est Paulo, quod in solemnī quadam barbarorum gratulatione vexillifer esse recusasset, Regis autoritate ac beneficio vix obrinuit, quo minus ab iis malè multaretur, eiusque domus disturbaretur. Mos est Christianorum in vsu templi aliquid semper è suis fructibus conferre, ipsumque templum magna admodum cura tuentur: in grauioribus verò difficultatibus, siue turbines ac procellæ struant, (quæ in his locis ita sunt vehementes, vt ædificia euertant, euellant arbores; si verò imbribus mixtæ sint, emota etiam loco semina dissipent) nobis præstò sunt: siue belli vis ingruat, armati statim ad templi defensionem accurrunt. in eo quidem tumultu, qui hoc ipso anno excitatus est, cum Balthasar Gagus Facatæ penè obsessus ab hostibus teneretur, Christiani permulti sese ad eum liberandum, vel capitis sui periculo, comparauerant. Sed eum Dominus, vnà eum reliquis ea obsidione locò que, insciētibus inimicis exemit.

*Christiana
nori
in Socios
officia.*

Superioribus diebus Gaspar Vilela Meacum est missus, quod etsi iam dudum erat in optatis, nūc tamen opportunius visum est, cum simul omnes in hanc Bungi urbem eō uenisset. Interpres eum comitatur Laurentius frater, cū Iaponicæ linguæ, morūque, tum rerum Christianarum peritissimus, excellentique ingenio præditus. secum ferunt librum, à Melchiorē conscriptum, ab ipso autem Laurentio Iaponicè versum: commodum etiam accedit, vt eo ipso tempore hinc proficisceretur Meacensis quidam, qui illis dux itineris optimus esse possit. quatuor in vniuersum hoc iit ingressi sunt, quibus Dominus vtiqam pro sua infinita bonitate aditum muniat, gentemq; illam ad suas tenebras agnoscendas morēsque mutandos illustret. in ipsa discessu, subsidium aliquod spiritale in eam expeditionem à nobis omnibus petierē: sacra missarum imperinulta, septem psalmi, aliæque huiusmodi suffragia delata: seque in viam dederunt sexto Idus Septembris 1559, non sine magno omnium dolore ac lærymis. Iamque eos Meacum D e i
benefi-

beneficio pervenisse cognovimus. Quid ibidē egerint, qui status sit rerum, ut ex hac parte, prout ē se Christiana fuerit, absentibus consulatur, propediem cognoscemus.

Nunc venio ad res Facatenfes. ea est vrbs ampla & opulēta, negotiatoribus frequens, in planitie sita. Būgo distat pedestri quinq; dierū itinere. Inde Firandū maritimus trajectus est passuū octoginta milliū. Anno superiore, paschebus festis exactis, cū Rex nobis domum ac templū Facatæ secus mare dono dedisset in suburbano, in quo agricolæ ferme septuaginta versantur, eō missus sum, cū Ioanne Ferdinando, qui Iaponicam linguam tenet optimē, cuius ad conciones cū magnus concursus fieret, baptizari aliqui cæpti sunt, veruntamen lētē, nam ante baptismum Christianis rudimentis diligenter instituuntur, & certas precandi formas mandāt memoria, denique intelligunt in ea religionis mutatione quid suscipiant, quidve deponant. conuersi sunt ex eo numero sex patresfamilias, nec inepti homines & locupletes. eōdem conveniebant etiam indidem Christiani aliquos, qui iam antea Euangelio crediderant, itemque Amanguziani nōnulli. Habebatur autē quotidie concio, deinde ad litanias veniebant, tum conferebāt inter se, quæ in concione audierant, deinceps doctrina Christiana Iaponicē, oratio verò Dominica, Angelica salutaris, & Symbolum Apostolorum latinē recitabantur. Cū res ita procederent anno 1559, officiis hebdomadæ sacrosanctæ persolutis, cum ceteris (locus enim erat idoneus) sacratissimæ Eucharistiæ mysteriis ac cæremoniis: altero paschali die armatotum duo millia possessionibus suis pelliculis ab Rege, præfectoque regio Bungensi, (qui fortē ibi tū erat) acriter questi, Facatam aggrediuntur: atq; eo quidem die exclusi ab incolis, nocte verò insequente prodentibus Bonziis, vrbe vicoque positi sunt. Hic nos in densis tenebris, sublata humeris cruce, rebus nostris diligēter quisque pro sua parte consulere. Ac primum omnium quædam templi ornamenta cū Ioanne Ferdinando, puerisque domesticis, in Firadensem nauem imponimus: quæ continuò discessit. Inde ego & Gulielmus, comitibus Christiano quodā incola Syluestro nomine, & Lusiano, qui in his locis eo tempore versabatur, in nauem confugimus duobus passuū milibus stantem in salo. nauarē ius, qui ex hostium factione esset, simulatq; oppidū captum cognouit, statim cum suis

*Facata
oppugnata
est.*

*Syluestri
rege So-
cios fides.*

*Sociorū
calami-
tates &
pericula.*

de nostro interitu cœpit inire consilium. suadentibus eun-
ctis, ut nos è medio tolleret, & periculosum fore diectibus,
si nos dirceptos ac spoliatos abire permitteret: vnus ipse, nō
tam misericordia adductus, quàm lucri spe, quòd multo
plura nobis superesse arbitraretur, eam sententiam dissua-
sit. quo quidem tempore, cū actum de nobis esse arbitra-
remur, veniam delictorum apud se quisque suorum à Deo
supplices precabamur. Syluester autem ille Iaponius, non
necessitate cōpulsus, (omnia enim ea pericula effugere po-
terat) sed beneuolentia & caritate, quamquam enixè recu-
sante me, vnā conscenderat, cū diceret certū sibi esse no-
biscum mori. eum ego noctu saepe singultientem. effuseque
plorantem audiebam, quòd agi de nece nostra à nauicula-
riis cognouisset. quinimmo facta sibi ab illis abeundi pote-
state nunquam est vsus. idem ex iis quæ secum attulerat, ita
multa cum nostris amisit, ut vnum ei superesset indusium:
interim cibaria nobis vnciarim dabantur, æquè malè ac-
ceptis, ac si in Turcarū trirēibus teneremur. quarto post
die Facatæ cognitum est nos ibi esse, quod vbi nauarchus
resciuit, tota de re hostes, qui vicum ceperant, certiores fa-
cit: rum nauiculæ tres armatis hominibus refertæ nauē in-
vadunt, ipsumque nauarchum arreptum expilant; nos verò
ipsis etiam vestibus, quæ nobis erant reliquæ, vna tantū re-
licta intima tunica exuunt. cum iis deinde in nauiculas de-
scendimus. qui tria passuum millia cū processissent, ante-
quam ad terram appellerent, inter se spolia diuiserūt. quod
illi dum faciunt, vir quidam ex eo comitatu præcipuus, qui
me nouerat, mihi togam, comitibus verò meis aliquid sin-
gulis ad corpus regendum reddidit. descensione in littus
Facatensium facta, noui nos labores, noua pericula exci-
piunt. nam ex hostibus hi qui in terra remanserant, partem
prædæ ab eis, qui in mari nos diripuerant, effagitate cœ-
perunt, qua cum iis communicata discedunt nos in littore
sumus relictī. magna autem erat eo loco vis populi, portæ
verò oppidi clausæ, dispositaque præsidia. hic nobis alius
pugionem, alius hastam intentans, dari sibi aliquid mina-
citer postulant: alij verò nobis manus etiam inferunt, ut
vinc̄tos in suas villas abducant. denique nos vestimētis pla-
nè omnibus nudant. in ea turba acrumultu conijcimur in
aggeris quendam hiarum, quod apud eos futura necis in-
dicium est. tum verò plebs in nos cateruatim irruere, nos
clamoꝝ

el amoribus suis ad eadem exposcere: nos regnorum euer-
 sores appellare, aliisque huiusmodi probris contumeliose
 proscindere. quæ voces dum ab incondita plebe iactantur,
 ecce tibi miles specu illo nos extrahit, strictoque gladio, ubi
 sunt, inquit, pecuniæ? Cui nos: vides in quo statu sumus, &
 petis ea, quæ non habemus. mittit ille confestim in oppidum
 scisciratum, nobis porro quid faceret. Dum in his vitæ pe-
 riculis versaremur, Sylvester interea admissus in oppidum,
 Ioannem quendam Christianum, cui cum hostibus magna
 erat necessitudo, de nostro statu fecerat certiores. qui ve-
 stimentis quatuor sumptis, cõtinuò ad littus excurrit, sum-
 moraque magno impetu multitudine, ex eorum manibus,
 qui nos iam captos tenebant, eripuit. simul etiam adfuit
 ex oppido nuntius, qui nos occidi vetaret. Inde Ioannes do-
 mum suam perductos, cibo nos igneque refecit, vadimo-
 nium etiam pro nobis magistratibus promisit, eosque tum
 pollicitationibus tum verò muneribus mitigavit. Et quo-
 niam in istumultibus casu disiunctus à nobis Gulielmus
 cum puero Christiano in manus militis cuiusdam incide-
 rat, eo ipso die nulla interposita mora Ioannes militè adiri,
 pretioque redemptionis transacto (id fuit aureorum vigin-
 ti) nostros domum reduxit: in qua decem dies morati, quòd
 ea negotiatoribus valde frequens esset, magistratum iussu
 ad alium Christianum diuertimus, ibique dies quinquagin-
 ta latuimus. Breuiarium ego per eos dies cum reliquis re-
 bus amiseram: id quoque Ioannes & reperiit, & mihi suo
 ære cõemptum reddidit. Tertio mense inter eos labores ac
 metus exacto, veniam denique profectiois sine vlla vel hos-
 pitum nostrorum vel Christianorum aliorum molestia aut
 detrimento à magistratibus impetrauimus. mihi enim vti-
 que certum erat quiduis perpeti potiùs, quàm damni quid-
 quam cuiquam eorum importare. Bungi autem ut nos eua-
 disse cognitum est, ingens cùm Regis ipsius, ac procerum ali-
 quot, tùm Christianorù gaudium fuit: quorù nonnulli nobis
 obuiam ad urbem accedentibus ad tertium lapidem nõ si-
 ne cibariis prodire: ad secundum verò atque ad primum
 alios item offendimus vino fructibusque ad nos recreandos
 aduectis, atque ipsis etiam umbrellis ad solem arcendù. nec
 verò mulieres ei gratulationi defuere, quæ sublatis in sinu
 infantibus itè longè nobis occurrerát: atque hæc omnia mira-
 eù alacritate lætitiâque; fiebāt: plorare alij gaudìo, alij subla-

*Christia-
 ni cuius-
 dampna
 in capti-
 uos offi-
 cia.*

*Insignis
 Neophy-
 torum
 pietas.*

tis in cælum oculis Deo gratias agere, quòd preces ipsorū
 exaudisset: omnes verò & mihi & inter se gratulari, narra-
 re, quanto nos beneficio Dominus è quot quantisque pe-
 riculis exemisset. Nam quid ego de patribus nostris & fra-
 tribus dicā? qui vt nos tam à se desperatos in columes redeū-
 tes videtūt, tāta voluptate lætitiāque perfusi sunt, tātaque
 nos vicissim, vt ærumnæ omnes præteritæ tanquā somniū
 euanescerēt: laudetur Dominus, qui in his partibus ita re-
 motis gentē hanc, vix dum posito Christianæ militiæ tyro-
 cinio, tāto diuinarū rerum studio inflāmat. magnū hæc, mi-
 hi credite fratres carissimi, solatium afferunt: nec regnū est
 vllum cum Christi obsequio cōferēdum. In illis calamitati-
 bus etiā Firādo Christiani tet quatēve nou modò farinæ,
 carnis, piscium, vestium, sed etiā pecuniæ tātam ad nos co-
 piā submiserunt, vt ego valde timerem, ne ea res ab aduer-
 sariis cognita dimissionis nostræ ac liberationis negotium
 retardaret. Nec verò Facatensium quoque Christianorum eo
 tēpore subsidia defuerunt, vt affirmare possim, Socios no-
 stros nunquam ita omnibus copiis abundasse, vt nos in eo
 statu Dei beneficio abundauimus: quā eorum in nos cari-
 tarē ac studium Dominus ipse cōpenset. Ab vte Facata cō-
 dita nihil vnquā simile iis tumultibus extitisse ferebatur:
 quo facilius persuasum est barbaris, omnes eas calamitates
 nostra causa cōtigisse: quare tanta in nos ira perciti sunt,
 vt ædes nostras, ac templum, & cætera omnia diruerint, de-
 nique puteum ipsū, quo vtebamur, glebis oppleuerint.

Ineunte quadragesima honestus vir Christianus, quo
 commodiūs rebus diuinis vacaret possessiōibus relictis,
 anteòque potenti, apud quem familiariter viuebat, ad nos
 se recepit, filioque vno quem habebat, in Societatis nostræ
 disciplinam tradito, ipse toto eo quadragesimæ tēpore pe-
 dem finibus ædium nostrarum nusquam, ne ad suos quidē
 extulit: quinta autem facta hebdomadæ feria in cœna Do-
 mini cū ante aram in primo fidelium ordine cōstitisset,
 præsentem in Eucharistiæ sacramēto Dominum alloquēs,
 omnes eius cruciatos, quos optinē nouerat, memoriāque
 tenebat, sigillatim ita recensuit, vt vniuersi generis humani
 redemptionem æquē sibi vni, ac ceteris omnibus applica-
 ret: idque eo animi sensu ac dispositione verborum, vt om-
 nes in sui admirationem conuerteret. vbi perorauit, flagris
 in sua erga cæpit scuire tanta cum perseuerantia, vt cum

Vita &
 morsegro
 giacuis-
 dā Chri-
 stiani.

cohibere necesse fuerit. is deinde Paschali die Dominico cum aliis aliquot corpore Domini sumpto, paucis post diebus ab intersectoribus circumuentus, quos iratus barbarus miserat, is quem diximus ab eo relictum fuisse, magno sanè animo sublatis manibus, oculisque in cœlum defixis, occisus est. vxoris solitudinem ac liberorum otbitatem, qui bonam virtutis frugem pollicentur, nunc res familiaris nostra sustentat. Superioribus litteris alterius Christiani hominis item honesti multos iam annos nati mortem exposui, quam ipse quoque in ædibus nostris obiit. is allato ad se extremo corporis Christi viatico, eum iam præ imbecillitate loqui non posset, aspectu Domini recreatus, in eiusmodi verba vocem soluit, quæ inhabitare in eius animo Dominum testarentur. In agro Firandensi, Gasparis Vilelæ Antoniiq̃ue viri principis, & Christiani maximè opera, Christiana res ita feliciter gesta est, idola tot igne consumpta, euerfa fana, ipsi ædituis ad cultum Christi traductis: vt eius rei dolore accensi barbari, diabolicis instincti furiis cruceem insignem, Firandi iam diu positam à nobis, præeiderint; templum verò Gaspare expulso, cum ipsa ara & imaginibus disturbarint, atque ita nostros exterminarint, vt ne transitus quidè illac, quamuis aliò tendentibus, pateat. sed Dominus horum neophytorum educationi, qui laborantibus nobis adedò amanter affuerunt, consulat: id vtique se admodum optare nobis per litteras ipsi demonstrant: eognouimus etiam vnum ex iis rei Christianæ petitionem infantem baptizare. Dominum obsecrate etiam atque etiam, carissimi fratres, vt afflictam ecclesiam hanc pro sua clementia excitet, Bungo, Kal. Nouemb. 1559.

ALOISIVS ALMEIDA SOCIETATI
IESV IN LVSITANIAM.

IN iis litteris, quæ à vobis ad nos assiduè perferuntur, insignes amoris erga nos vestri & caritatis notæ cernuntur. apparet etiam quanto studio teneamini ad nos subleuandos in hæc loca veniendi. hanc plenam pietatis voluntatem, quoniam nos remunerari non possumus, Dominus ipse pro sua benignitate compenset: quanquã vt amoris vestro nos etiam aliqua ex parte respondeamus, (quoniam auctis scire quid à nobis in re Christiana geratur) anni huius

præsertim acta ad vos perscribere statui.

Balthasar Gagus hoc anno ex Iapone profectus in Indiam, aduersa tempestate retētus, hyemauit in ora Synatū: atque id fuit causæ, cur à nobis huiusce anni litteras non accepertis. Post eius discessum nuntii Meaco allati sunt, Bonziorum in Gasparem Vilelam odium aliquantulum refrixisse. itaque rursus aures dare cepisse Euangelio, fierique aliquos Christianos, atque in iis nobilissimos homines, & in rebus physicis admodum intelligētes. Missæ sunt etiam aliquot à Meacensibus illis neophytis ad Bungenfes Christianos epistolæ: quarum vna, duodecim circiter paginarum, magnam harum regionum Christianis attulit voluptatem, & piusque descripta, omnia Christianorū loca percurrit, & simul recitabatur etiam ethnicis. Summa erat epistolæ, sectarum Iaponis omniū (quæ plus undecim sunt) expositio simul & confutatio, cum religionis Christianæ confirmatione. nec verò pacaras vnquam res Iaponiorum fore, quoad omnes fierint Christiani: atque id ipsum multis apertisque rationibus probabatur. Mense Junio ineunte, ex Gasparis ipsius litteris cognouimus, illum iter cepisse ad urbem Sacaium, quæ bidui distat Meaco, vbi spes magna messis vberriam ostendebatur, non modò quòd sit libera, & in primis ampla Iaponis totius: sed multo etiam magis, quòd cum quidam è principibus ciuitatis illuc per litteras innitasset, ad eamque suas ipsi ad Euangelii promulgationē obtulisset. cuius ratum est eius rei desiderium, vt Bungum etiam certum hominē cum mandatis miserit ad Cosmum Turrianum. Recordabitur, vt speramus, pro sua bonitate Dominus harum gentium, easque conuertet ad se: nos autem in suo confirmabit obsequio.

Quod ad Bungenfem Ecclesiam attinet, quæ nunc quidem est Iaponis omnium maxima: admodū augetur in dies (captis adspirante Domino) cum virtus veteranorum, tum etiam tyronum numerus: quorum tanta est pietas, vix vt possim verbis assequi: nonnulla tamen attingam, vt ex iis reliqua intelligatis. Primū nulla nox præterit, (vt mihi quidem videtur) quin verberationes in templo fiant, ac ferè semper omnium, quotquot ibidem eo tempore sunt. quibus in templo non licet, ii sese intra priuatos parietes cum vniuersa familia verberat quotidie, quamuis ningat, Christianis refertum est tēplum, nec referatur ferè, quin multi

reperian-

*Vrbs Sa-
caium.*

reperiantur ad limina præstolantes. Festis autem anni celebrioribus tanta vis hominum confluit, ut ad multitudinem capiendam umbracula è frondibus raptim exstructa cum templo continuare necesse sit: atque alii quidè præcipuis anni festis, alii verò diebus beatissimæ Virgini sacris, alii quintodecimo, alii etiam octauo quoque die cõfessione maculas abluunt. Sed Bungensum studium ac pietas quadragesimæ præsertim diebus elucet. res profectò visenda: quippe in singulos annos crescit huius Ecclesiæ religio ac probitas.

*Religio
ac probitas
Bungen-
sum.*

In pueris iis, qui ad nos Christianæ doctrinæ gratia ventitant, aliqui ita parui cernuntur, ut nihil pænè præter catechisum eloqui possint: itaque id ipsum oppido concinunt. Prope templum nostrum duodecim circiter Iaponii patres familias habitant, quorum filii pueriq; singulis noctibus, audito signo salutationis angelicæ, ad Crucem conveniunt in ea vicinitate defixam, ibiq; nixi genibus totam horam quotidie in Christiana doctrinâ recitanda consumunt: idq; parentum iussu, quorum tanta est pietas, ut infantibus Christiana radimenta vnâ cum lacte paulatim instillent, eosque tenera adhuc ætate nostram in disciplinam domesticâ traditos Domino consecrent, nec verò patentû pietatem non imitantur liberi, atq; vnus præsertim natu maximus omnium, annum agens tertium decimum, cui super mensam cruciatus Christi Iaponicè recitanti fluunt quandoq; ex oculis lacrymæ, nulla vultus mutatione, alii verò eorundem cruciaturû recordatione cõmoti, piis Christum liberatorè verbis affantur, ita suaviter, ut cuiuslibet ferreum quamvis pectus emolliant. Itaque horum quos domi educamus operam ad conuersionem harum gèrium magno nobis vsui fore speramus: quippe cum Iaponios auditores patria lingua magis quàm peregrina retineat, alios præterea quinque Iaponios apud nos habemus prouectam ætate viros admodum probos: tres videlicet Bungi, quartum Meaci cum Gaspare Vilela, postremus comes est peregrinationis meæ, annum agès alterum & vigesimum, tanta in dicendo suavitate ac lepore præditus, ut auditorû animos mirabiliter capiat: hæreses verò Iaponicas multaque de physicis ita callet, ut hosce litteratos omnes refutet ac vincat. faxit Dominus, ut eorum animis ignem inijciat. Christiani Facatēsos, & præsertim vnus è principibus,

*Puerorû
miranda
pietas.*

Cosmum

Cosmum missis nuntiis per Deum obtestati sunt, ut eò aliquem è Societate mitteret: velle se optimum templum exstruere, & suis alere sumptibus quotquot è nostris ibi commorarentur, quod iam fieri cæptum est. hisce de causis, & simul quòd multi Christianorum vici alicuius è nobis aduentum sermonesque iam diu desiderabant, deiecit Cosmus, ut initio Iunii anni 1561, ad eos pagos & loca finitima inuisenda discederem.

70. Bar-
bari ba-
ptisatur,
in quibus
Bonzi
duo.

Pridie quàm Facatam perueni, aduentu meo cognito Christiani obviam mihi alii ad tria passuum millia, alii etiam longius magno cum gaudio processerunt. ego còplures dies in ea vrbe moratus, barbaros circiter septuaginta sacro fonte lustraui. in quibus erant Bonzii duo; Iaponicarum legum sanè periti, cum alter etiam regius conditionator fuisset. is septem dies mecum disputando, interrogando, quæ dicebam in commentarios referendo consumpsit, cum immensa Dei Domini nostri lux ipsius mentem illustravit, & eius exemplo multorum præterea tenebras dispulit.

Lepra
sana: ut.

In eadem vrbe Facata cum multi, tum præcipuè duo, morbo graui laborantes, diuina ope sanati: quorum vnus paterfamilias tanto capitis dolore torqueri solitus, ut violentas sibimet manus inferre sæpe tētasset, tertio decimo die Dei benignitate conualuit. alter erat iunior lepra fœdissima obpertus. is, quòd de Christianis honorificè pièque sentiret, putaretque iuante Domino sibi per me sanitatē reddi posse, in meū conspectum adductus est: quem ut vidi, negaui me ei morbo posse facere medicinam: veruntamen ne planè mœstus à me discederet ipse, qui que eū adduxerant: remedium quoddam illi præscripsi facillimum, & post tertium diem ad me redire iussi: ita nitidus rediit, ut nunquam lepra laborasse videretur: equidem obstupui perspecta hominum fide, apertèque denuntiaui Christianis, ne sanitatem pharmaco, sed Deo Domino fideique suæ acceptā referrent: quæ quidem etiam in animos eorum, qui morbo liberati fuerāt, redundauit. nam vterque baptismo petito. & post catechismum impetrato, ad Ecclesiam aggregatus est. cumque iam discessus mei tēpus appeteret, quo equiore animo id ferrent, spem Christianis maturi reditus præbui: quorum duo è primoribus ita obfirmato animo itinēris mei comites esse statuerunt, ut eorum studiis remitte-

re, aut eos de sententia dimouete, nulla ratione potuerim.

In exitu Iunii Facata discessimus in insulam Tacaxumã, ambitu passuum sex millium, stipendiariam viri principis Firandensis, Antonii nomine, vbi cum essent quingenti circiter Christiani, ethnici tantum octo, ii quaque ad Deum nostro aduentu conuersi sunt. Præst autem eorum institutioni, excellenti virtute vir, qui è Bonzio Christi seruus effectus est. ædem habent, quæ idolorum antea fuerat, in primis ornatam: cuius redditu, itemque elemosynis, quas erogat, institutum ibi quoque misericordix sodalitiu nō modo ipse antistes alitur, sed etiam inopes peregrini, qui illuc sanè multi (quod vidi per eos dies) religionis causa vtitant. eadem stipis per misericordix sodales ritè fideliterque distribuendæ ratio feruatur etiam in vicina insula Iquicuchi, itemq; in ceteris insulis, in quibus ecclesiæ sunt; quo fit, vt ad iter in iis regionibus faciendū sarcinæ & impedimenta minimè sint necessaria: quippe, quocunq; peruenias, omnia tibi gratis ac sedulo compantantur, maritimo itinere naues, terrestri comites & iumenta: quæ si recuses, iniuriam videlicet sibi fieri, seque in Christianis officiosis numerari non putant.

Firando eum ad hanc inuisendam ecclesiam aliquot Lusitani venissent, horum Christianorum religione, precandi studio, obediētia, amore quo non modò sacerdotes nostros, sed etiam omnes eorū vicarios prosequuntur, tanto pere delectati gauisique sunt: vt mihi affirmarent, Socios nostros, qui in ceteris orbis terræ partibus versantur, si vel particulam norint eorum, quæ cum his Christianis geruntur, omnes Iaponicam hanc provinciam experituros: quod equidem credo: nam vna profectò Christianæ doctrinæ decantatio multas vobis præ lætitia lacrymas exprimat. quid enim si videatis pueros centum, ac puellas, bis quotidie catechismi cæusa conuenientes, qui paucis antè diebus dicati diabolo fuerant, iam Christianos templum ingredi, aqua benedicta se aspergete, demū ad precationē ritè genua flectete? quid si dnobis eorum voce præcūtibz, subsequentes ceteros, doctrinæque præcepta concinentes audieris: idque tanta cum modestia ac verecundia, vt oculos sæpet humi defixos habeant, ac duo illi præsettim, qui voce præeunt, (quos ego de industria non semel & curiosè notavi) & quidē in maximis caloribus, cum facies eorū sudore

*Tacaxu-
ma insu-
la.*

*Neophytæ
quæ sine
officiosis.*

*Sæpè pue-
rorū in-
stitutio.*

manz.

manarent tanta fuere constantia, vt manus, oculos, pedes nunquam mihi mouere conspecti sint: raptos profunda aliqua contemplatione dixisses. nec verò doctrina tantum recitanda contenti sunt. nam eius quoque explicationem libentibus nobis requirunt. Iam verò quanta cum animi vestri voluptate intueamini Iaponios hosce CHRISTIANOS positis genibus manibusque sublatis Christum è cruce pendentem adorantes, lacrymis ad solum vsque fluentibus, in tormentorum Domini cogitatione ita demersos, vt pœnè ecstatici videantur? atque hæc quidem in hisce insulis propè desertis. quid de iis locis existimandum est, in quibus (vt Bungi) Sacramentorum est vsus frequens? neque verò putare vos velim melitteris assequi quæ oculis video: scriptum enim hoc res ipsa multis partibus superat. quæ cum ita sint: misereat (quæso) vos fratres carissimi harum ecclesiarum, Deumque cum gemitu obsecrate, vt supplementum aliquod è Societate nostra dignetur huc mittere. quod si fortè nimis diu distulerit, quam vereor, ne qui venerint paucos superstites è nobis offendant: siquidem tres hac ætate magnum vitæ discrimen adiunimus, quam tuetur Dominus, vt opinor, quoad alii nobis ad nouam hanc vineam tuendam colendamque succedant.

*Iquicu-
qui insu-
ba.*

Ex ea quam dixi insula, in aliam traieci maiorem, quæ Iquicuqui vocatur. incolas habet circiter mille quingentos, in iis CHRISTIANOS ferme octingentos. ii, quod iam antè de meo aduentu cognouerant, obuiam mihi nauem cum primoribus aliquot CHRISTIANIS miserunt: quam vt conscendi, in ipsa nauigatione, tribus passuum millibus antè quàm ad insulam peruenimus, Crucem aspexi edito loco positam, quam satis amplo interuallo circumiens murus, sepeliendis Christianis cæmeterium efficit; vbi descendimus, humanissimè excepti continuo ad salutandam Crucem de more perreximus; inde templum eorum inuisimus amœno admodum loco, eleganter ornatum, sexcentorum hominum capax. atque eos in præsentia quidem, ne inopem plebem non sine iactura ab institutis operibus auocarem, dimisi, concione in matutinâ & vespertinum tempus, puerorum verò catechismo in pomeridianum indicto. itaque tanti cõcurfus fieri cæpti sunt, vt cum multi excluderentur, aream, quæ ad vestibulum templi est, storeis pro re nata contegere necesse fuerit. Tem-
plum

plum est autem excelso loco, lutoque denso, & ad aspectū iucundo. in id ascenditur gradibus, quibus in imis stagnum est aquæ, nudis pauperum pedibus ablucendis, non superstitione, vel ceremonia, sed ne templi catastromata calcata commaculent. Postridie quam huc veni, cetera quoque sana lustravi pulcherrimè posita, quippe quæ ante id tempus idolorum fuissent, quibus colendis optima loca diligenter exquirebantur: hoc autem tempore eorum custodes illi ipsi Iaponij sunt, qui antea Bonzj, nunc Christiani appellantur; antea dæmonem, nunc Iesum et crucifixum supplices venerantur & colunt. & quoniam ex altero pago eiusdem insule sanè frequenti, quòd æde sacra carerent, ad alterius pagi templum tribus scè passuum millibus distans Christiani in magno suo incommodo venire cogebantur: templum ibi quoque ex ædificandum curavi, quòd paucis diebus multorum subsidio magnaque omniū alacritate perfectum est, tabula picta, ceteroque templi ornata ex vrbe Firando aduecto. Christianorum animis recreatis, cælestique fonte purgatis iis, qui ad baptismum videbantur idonei: ad alium Christianorum pagum, quem Xixi vocant, ire petrexi, vt eos per Euangelium solarer, & simul vt in æde noua, quæ tunc ab iis ad rectum perducebatur, sacellū extruendum curarem, Iqui chuchensibus Christianis officiose nobis in eam rem fabros tignarios septem aliq; auxilia necessaria deferentibus. ibi igitur amantissimè excepti à Christianis, qui quasi regem expectarent, ita sodalè vias antè purgatas ornauerant, summo mane noctuque de rebus diuinis disputare instituinus, quo commodius ceteris horis diei sacello ex ædificando vacarent, quòd summa eorum diligentia paucis diebus est absolutum. Catechismi deinde cura certo homini tradita, Iram traiecimus eo cõsilio, vt Facatam propediem reuertere inur, quòd eius peregrinationis spatium Cosinus nobis ad Augustum exeuntè vsque præscriperat. Iram, cruce salutata, cum incolis egimus, vt ibi templum (nullum enim erat) communi consilio facerent: ad quòd nobis Firando sacrae imagines ceteraque necessaria ornamenta transmissa sunt. nonnullis concionibus habitis, quibus in fide Christiani sunt confirmati, baptismoque lustratis qui baptizandi supererant, Casungam inde cõtendimus, vbi tanta nobis hominū multitudo sese

*Mulieris
scelerata
per con-
sersionē
in extre-
mo vita-
saluatio.*

obuiam effudit, vt festi alicuius dici solemnitas celebraretur. Cruce adorata, ad primarium quendam Christianum diuertimus, apud quem nonnullis cōcionibus habitis, magna omnium voluntate decretum est templum, in quo sacerdotes sacrificarent, si qui in ea loca venirent: quo item Firando necessarius factorum apparatus est missus. Interea dum hīc agimus, mihi grauis homo narrauit Iquichuchi mulierem Christianam suadente diabolo, siue eius ministris, abortus facienda gratia pharmacum sumpsisse eiusmodi, vt infantem ipsam que parentem necauerit. Huius corpus Christiani, vt quæ noxa capitali obstricta migrasset, in ipsorum cœmeterio in quo Crux est posita sepeliri cūm vetuissent: illa post aliquot dies periculose agrotanti adolescēti cuidam Christiano per visum, Corpus (inquit) meum sacra sepultura prohibitum est illud quidem: sed ne idcirco me Christiani damnatam existiment: quippe antè quàm è vita discederem, Dominus cōtritione mea lacrymisque placatus est. quibus rebus Christiani ex adolescente cognitis (namque is deinde conualuit) valde animati sunt.

Ex eo loco rursus ad pagum Iquichuchi, atque inde speditus Christianis relicta, Firandum discessi ad quædam sacrorum instrumenta accipienda, quæ nobis Lusitanorum nauis aduexerat.

Firandum vt venimus, nauarchum Lusitanum allocuti, ad Antonium diuertimus statim, qui cum vniuersa familia nos peramanter accepit, detinuitque ad multam noctem nonnulla de officij religione percontans: postridie nauarchum adiui, vt permagnam rabulam pictam in naui proponeret Christianis visendam, quos in proximum Dominicum diem (quod eorum commodo fieret) ad concionem simul & spectaculum, dimissis per agros nuntiis, euocauimus. interea nocturnis hortationibus cūm ceteri Christiani in fide animati sunt, tum ethnici circiter quinquaginta ad baptismum adducti: in iis è proceribus quidam Antonio non inferior. Et quoniam Firandi sacra ædes erat nulla, petiit nauarchus ab Rege, vt liceret in area nostra edificare templum, quo Lusitani, qui versabantur ibi nonaginta, religionis causa sese reciperent, eoque Firandenses Christiani deinceps vtrentur. Cui Rex se deliberaturum respōdit, ea erat dissimulata negatio. itaque id vbi rescui-

mūs . apud Christianum in area nostra habitantem priuatū facellum excitare atque ornare constitui . quod ille tanta animi alacritate studioque recepit , vt ædium duarum , quas possidebat alterius vltro mihi optionem daret , seque ædituum fore profiteretur . igitur , Antonio præsertim operas & cetera necessaria benignè suppeditante , adicula comparata est , & omnibus rebus instructa , in qua singulis noctibus Litaniæ & conciones habebantur . vbi Dominicus dies aduenit , è pagis insulisque finitimis ingens Christianorum multitudo confluit , tam ad verba Dei audienda ; tum verò ad sacram visendam imaginem , positam , vt dicebamus , in naui , loco petistromatibus , vexillis , virentibusque arborum ramis ornato . referta iam spectatoribus naui , cum perorasset , eos omnes nauarchus , quod longè ab domibus suis abessent , liberali cibo potuque refectos dimisit .

Iam dies obrepserat , quo die mihi Bungum redeundum esset : quocirca facta tabula ex oneraria in nauiculā translata , vt inde Facatam deueheretur , Christianos Iquichy-chenses monui nie sabbato proximo (vt promissa facerem) ad eos ex itinere venturum , & inde postridie vespere profecturum : qua illi re audita ; parata naui continuo ad me deducendum venerunt . sub noctem conscendi , comitibus piis aliquot Lusitanis , qui me rogauerant , vt mecum se ad illas ecclesias inuisendas venire permitterem . Descendentibus nobis ad litus obuiam prodire Iaponico more cum facibus multis : eodemque comitatu ad templum venimus , vbi nos magna populi multitudo cum pueris expectabat . Concione habita , & puerorū catechismo peracto , quod iam interpesta nox erat , plebem dimisi , manēque postridie (dominicus erat dies) post concionem incolas circiter tredecim Christiana doctrina iā institutos baptizauimus . Inde profecti , magna in itinere ac varia incommoda molestiasque perulimus . Nam & mari , paruis littribus , iisque monoxylis , vastos quandoque sinus trajicere sumus coacti ; vixque imminentium piratarum manus effugimus , qui captos homines diu multumque vexatos in seruitutem diuendunt : & terra , iumentis consultò relictis , lutulenta via atque teterrima cingulo tenus quandoque cœno demergebamur : quæ tamen sordes occurrentibus passis riuis eluebantur . Accessit ad hæc assiduū præcæ profu-

*Incommoda
modava-
ria &
molestia
itineris.*

nium sanguinis, quo sanè grauius acerbèque vexabat. Sed eas omnes difficultates, Christianorum erga nos studium caritasque compensabat egregia: cum & hospitij commorationisque nostræ mercedem còstanter ac benignè respicerent: & abeuntes, viatico omnibusque rebus necessariis liberaliter instructos vbertimo fletu prosequerètur: & quod longè admirabilius est, impressa à nobis humi vestigia ipsa, obstupentibus rei nouitate ac miraculo qui mecum aderant Lusitanis, oscularentur. Verùm, ne longior sim, modùm epistolæ, si vnum addidero, ex quo facillè iudicare possitis, quanta sit Iaponicæ gentis ac nominis ad humanitatè religionemque propensio. Cùm festus è via, morboque panè confectus in quodam barbarorum oppido substissem, tamen nullum erat desiderium cibi, tamen ne planè deficerem, ortuzam reformidans, putridaque piscium fassamenta; (hæc enim incolarum cibaria sunt) mihi qui oua coëmeret. is autem mihi mox oua cum ipsis nummulis retulit. Causam querenti respòdit, Barbaros oua, quòd dies ille festus ipsorum esset, vendere noluisse: quòd ægroto quærentur, dono dedisse. Denique Bungum ægè peruenimus, ibi quàm à Cosmò ac Sociis amantissimè acceptus, humanissimeque tractatus, vix tamen adhuc e diùrna ægrotationè conualui. Vos clementissimum IESVM obsecrate fratres, vt mihi ad se perfecte colendum vires animumque suppediet, Buago, Kalen. Octobris, 1611.

COSMVS TVRRIANVS ANTONIO
 QVADRIO INDIÆ PROVINCIÆ PRO
 Societate IESV Præposito.

Læti rerum Indicarum euentus: quos ex litteris à vobis publicè scriptis hoc anno cognouimus, eum eiusmodi visi sunt, propter quos ingenites immortali Deo gratias ageremus, tum etiam nos mouere, vt Iaponicas res (quæ nunquam antehac meliore loco fuerunt) vicissim perscriberemus ad vos. Primùm igitur de regionis ipsius natura nonnulla, (tamen si multa iam in eam sententiam scripta sunt) tum verò felicem, hoc anno præteritum, Christianæ religionis progressum ad eius gloriam; qui bonorum omnium est autor, hæc epistola persequar.

Iaponis insula, eodem climate quo Hispania, continet

tur: terræ atque arborum fructus varij, & plerique Hispani-
cis non abſimiles: multæ etiam argenti fodinæ cernun-
tur. Gens admodum bellicofa, & in retinenda omni ſtudio
dignitate proximè ad Romanos veteres illos accedit, præ-
cipuumque eſt apud eos idolū honoris, & ob id ipſum bel-
la sæpe mouentur, multi partim occiduntur, partim etiam
ignominia vitandæ cauſa mortem vltro ſibi met inferunt,
eadem eſt cauſa, eorum parentes reucreantur, amicis fidem
præſtent, ſcœlera flagitiaque vt furta, adulteria, aliâq; cuius-
modi refugiant.

Publica adminiſtratio eſt triplex. Principem omnium tenet
locum ſupremus religionum antiſtes, cuius decretis ac ſciſ-
tis omnia publica priuataque ſacra ſubiecta ſunt. Naſcẽ-
tes præterea Bonziorum ſectæ nullam exiſtimationem vel
autoritatem obtinent, niſi eas idem ſuo diplomate ac te-
ſtimonio comprobauerit. Tundos etiam (qui velut epiſco-
pi ſunt) tametiſi eorum nominatio, quæ dicitur, quibusdã
in locis pænes Regulos ſit, confirmat tamen & creat ipſe:
qui deinde magno apud ſummos inſimosque in honore
ſunt, & ſacerdotia conferunt. Iam verò priuilegia quo-
que & immanitates à profanis muneribus ab illo pctun-
tur. Nam quæ leuiora ſunt, vt carnis guſtatus religioſis die-
bus cum ad idolorum delubra vulgo peregrinantur, aliâq;
ſimilia, eorum poteſtas pænes Tundos eſt. Porrò ſacerdos
hic maximus, tametiſi apud Sinas ab eruditione ac ſapientia:
apud Iaponios tamen vel à ſtirpe, vel à nobilitate, & pecunia
legitur: latè admodum imperat, magniſque vectigalibus
fruitur, & cum profanis regibus sæpe certat. Atque hæc de
religione, ſacriſque. Cetera gubernatio bifariam diuiditur.
præfecti duo ſumma cum poteſtate ſunt: quorum alter
honoribus præeſt, alter iudiciorum & cauſarum cognitiones
exercet. Honoris præfectus, quem vocant Vò, ſtirpis ſucceſſione
delectus, in Deorum numero colitur. Hunc terram pede
contingere religio eſt: ſi tetigerit, magiſtratu depellitur.
domesticis ſinibus nunquam egreditur, nec temere ſeſe
in conſpectum dat. intra adium ſuarum ſepta vel lectica
geſtatur, vel ſocis ligneis ambulat ſpithamam altis.
In ſella ferè quieſcit, ex altera parte pugionem habens,
ex altera verò arcum ac ſagittas. intima tunica vitur nigra,
extima autem rubra, quæ tenui ſerico, cœti velo-
quodam, obducitur. pileum gerit in ca-

*Iaponiæ
regionis
natura.*

*Iaponij
ſupremū
habent.
ſuarum
religionū
antiſtiū
vnum.*

*Honoris
præfectus
in deorū
numero
colitur.*

pitè pendentibus vitis, ad instar pontificalis tiaræ: frontem habet rubro candidoque colore depictam, & fictilibus ad cibum vitur patinis. Eiusdem vnins in toto Iapone iudicium est, quo quisque honoris titulo sit decorandus. multi enim dignitatis gradus ac discrimina sunt, eaque certis characteribus dignoscuntur, quibus in obsignandis epistolis vit mos est: sique pro varietate graduum rubine mutantur. Regem quidem hunc Bungi, ex quo die in hunc urbem migrauerimus, eiusmodi honorum vocabula quater & tricies iam mutasse animaduertimus. Habent autè dynastæ omnes, regni que proceres, suos quisque apud vò procuratores: & quia natio est laudis ac dignitatis mirum in modum appetens, ad incundam ipsius gratiam pretiosis inter se muneribus certant: quibus ille adeò crescit, (cùm ceteroqui fundos ac veltigalia nulla possideat) vi hac vna ditatus præda, Iaponiorum panè omnium pecuniosissimus habeatur. & quamuis tanto in honore sit, tribus tamen de causis eo dignitatis gradu desicitur: Si pede contingat solum, vt diximus: si quempiam occidat: denique si pacis & otij inimicus euaserit: nunquam tamen idcirco capite plectitur. Restat extremus iudiciorum præfectus nomine Quingue, præcipuis administris duobus, quorum vnum Enge, Goxum alterum appellant. is cùm reliquæ iurisdictioni, tum etiam bellis præest indicendis, quæ ipse iusta esse decreuerit, itè que sedandis: nec non penitendis iis, qui in regno seditionem excitauerunt: quas ad res regulorum opera atque opibus vitur, quorum nisi paruerint, bona proseripia finitimus ciuitatibus addicit. Hæc sunt magistratus huiusce iura, & imperium, cui tamen non omnino obediunt proceres, quod ferè armis ac vi magis quam iure certatur. Quod ad reliqua pertinet, Iaponij regibus quisque suis in profano foro, in facto sectarum principibus ac Tundis obtemperant. hæc secta (quod iam antea scripsimus) circiter duodecim sunt: quæ licet inter se cultu ac superstitionibus differant, omnes tamen in tollenda animorum immortalitate consentiunt. & quamuis plebi varia DEORVM nomina ad adoranda proponunt, ipsi tamen apud se nihil esse præter ortum & interitum existimant: aiuntque homines, bruta animantia, plantas, redire omnia quendam in locum, vnde profecta sunt. ad cuius opinionis prauitatem penitus imis sensibus

*Præfectus
Ius iudiciorum.*

*Iaponij
regibus
in profano
foro,
in sacro
sectarum
principibus
pariter.*

libus in euleandam, paratas habent commentationes circiter bis mille & quingentas, quas ubi quis diuturna cogitatione animo, impellerit; omni religione solutus, profus in illa coecitate ac tenebris conquiescit, non nullas attingam, ut genus videas, percontare (inquunt) caput hominis abscissum a trunco, tu quis es? audiemus quid respondeat, illa est etiam eundem ventum pro corporum diuersitate quæ offenderit, varios edere sonitus. denique statuunt, quod è nihilo existit, in nihilum reuerti, esseq; res hominis animas: quæ ordine alia post aliã deinceps corpus & ingrediuntur & deserant, illud vnum interesse, quod quæ primã ingressa est, postrema discedat. Has autem ineptias in arcanis habent, venduntque carissimè.

*Ineptia
sectarum
Inponi-
carum.*

In iis qui homines doctrinæ laude illustres in deorũ numero venerantur, sunt qui quædam colant nomine Xacã, quem aiunt Regis filiũ in primis eruditum fuisse: is praua dogmata posteris scripta reliquit permulta. Itaque librum eius, quem Foquequium vocat, patiter venerantur, negatq; sine eius voluminis ope quenquam posse seruari: eiusdem beneficio ipsas quoq; herbas & ligna beatitudinem esse adeptura. Omnis autẽ illius libri doctrina eò refertur, vt persuadeat nihil esse, ex quo omnium esse pendeat.

*Xaca pra-
ua dog-
mata.*

Qui Solem ac Lunam adorant, delubrum habent etiam nomine Denix, cuius imaginem pingunt et incipientem, quam Solis ac Lunæ & elementorum esse virtutem affirmant. Iidem offerentem subinde sese demonis speciem, ita vt eam clarè conspiciant, multis usque admodum preciosis sacrificiis venerantur. Hominum genus in primis veneficum, & Christianæ religionis inimicum. Delubrum est aliud Quanouis, quem Amida filium fuisse perhibent, hunc patrici colant, sed eam superstitionem inagni faciunt, præcesq; assidue recitant.

*Delubrum
Denix.*

*Delubrum
Quanouis.*

Nam de ceteris, qui commentationibus vacant, iam antè diximus, quorum maior est numerus. Venio ad res Christianas, quæ mihi nunquam aequè bene ac nunc, ex quo Iaponem attingimus, habere sunt visæ. Nam antehac, bellis ac seditionibus provincialium impediēbamur, non modò ne religionem latius propagare, sed ne parta quidem conseruare possēmus. Hoc autem anno Bungi rex amicus noster ita feliciter cum hostibus dimicauit, vt propemodũ debellauerit, quare ipseus victoriam tantum est otium

- Sexom-
nino Se-
cij in Ia-
pone.
Christia-
norum
loca.*
1. *Būgō.* consecutum, ut ingens planè porta Euangelio patefacta esse videatur. Verè sanè in Iapone non plus sex in vniuersum è Societate nostra variis locis atque prouinciis. Primum est hoc Bungi domicilium, quæ vrbs ab ipso Rege incolitur, posita ad septemtrionem gradibus tribus & triginta & semis, quæ tota pars insulæ in arcticum verges posita, cum multos iam habeat Christianos, eosque constantes, tum iis augetur in dies: in quibus litterati nonnulli sunt ex ordine commentantium, qui se inuicem ad Christum adliciunt, de quibus ex aliis litteris plura cognosces.
2. *Cutame.* Alter Christianorum locus est Cutame in agro Bungenfi, ab vrbe Būngo circiter septem & viginti milia passuum. Christiani sunt ibi amplius ducenti, quorum vnus ære suo egregium templum exstruxit, & aliquem è nostris efflagitabat, sed quo minus ei concedatur, Sociorū in his locis paucitas facit.
3. *Firandū.* In Firando insula tertia ecclesia est, quam septem octo-ve loca Christianorum efficiunt. sita est autem hæc insula ex altera parte Iaponis ad occidentem, ab vrbe Būngo passuum ad ceterum & quinquaginta millia: Christiani bis mille censentur, à quibus colendis iuuantisque nos annis luperioribus bella intercluserunt. Sed iam Firandi Rex ab hoc Bungenfi deuotus, stipendiarius ipsius est factus, eritque post hæc nobis tutus ad eam insulam aditus. ac mense Iulio proximo inuisit eam ecclesiam Aloisius Almeida, multaque ad Christi cultum ibi præclarè constituit, quæ Aloisij ipsius litteris ad vos perferentur.
4. *Facata.* Accedit Facata vrbs in primis opulenta, & mercatoribus celebris. distat à Firando circiter septuaginta millia passuum, templum est ibi, Christianisq; permulti. horum vnus aliud quoque se templum adificaturum promisit. Ibidem ex itinere Almeida paucis diebus baptizauit incolas amplius sexaginta, multo etiam plures baptizaturus in reditu, nisi repente in morbum incidisset.
5. *Cāgo-
xin.a.* Quintum obtinet locū Cāgoxina oppidum, quò primū in Iaponē veniens Frācisus Xauerius appulit, ibiq; primū Iaponij Christiani fieri capti sunt. posita est autem ea regio in meridie ad alterā procurrētis insulæ cuspidē, gradibus vno & triginta, ab vrbe Būgo passuum ferè ducēta millia: quam item ecclesiam nuper Almeida lustrauit.

Neque

Neque verò Amangurium omittendum est. ea vrbs magis ad Septemtrionem spectat, abestque Bungo passuū cētum & quinquaginta millia. ea vinea quo minùs annis superioribus inuiteretur coletereturque, bella prohibuerunt: quamquā pacatis iam rebus, ex Christianorū litteris (quibus ad copiosam messem in ea loca inuitamur) didicimus constanter eos in fide persistere.

Sequitur Meacensis ecclesia, ad alteram huius insule cuspidem. Ex his locis cum primarius quidam Bonzius mihi per litteras demonstrasset, magno se desiderio teneri legis diuinæ cognoscendæ, sed confecta iam ætate ad me venire non posse, orare se, vt si mihi minùs eò proficisci liceret, quempiam alium mittere: Gaspari Vilelæ Meacū rei Christianæ causa proficiscenti mandata cum litteris ad hominem dedi: sed cum Gaspar mortuū offendit, quæ ferūt ante obitū dixisse, præclare sibi cognita ac percepta fuisse, quæ tū ego tū Iaponii nostri ad ipsum de Christiana religione perscripseramus, seque è vita ea ipsa fide ac religione discedere. ac Meaci quid actū sit, fusiùs ad vos Vilela perscriber.

Nouissima est omnium ecclesia Sacaiana non longè à Meaco: opulenta vrbs, emporiumque percelebre, suisque Venætorum more legibus vtens, inde ad me cū muneribus litteræ missæ sunt, quibus etiam atque etiam rogabar, vt eò legarem ad promulgandam Dei legem aliquem e nostris, quod mihi cum Sociorum paucitas non permitteret, nullusque mecum esset sacerdos, ad Gasparem scripsi, vt eò se se conferret, rei que Christianæ consulere, quoad subsidiū nobis ex India mitteretur. quocirca te per Dominum obsecro, vt operariis saltem sex, aut minimum quatuor inopiæ nostræ subuenias: nam præter has octo iam institutas ecclesias, eiusmodi est in præsentia status rerum Iaponicarum, vt minimè dubitè, quin omnes huius regni atque insule partes (modò præcones non desint) Euangelium Christi peruagaturum sit.

Quod ad Christianorum mores vitamque pertinet, plura ex litteris Sociorum cognosces. Vnum illud dicam, me rot barbarorum & Christianorum terras emensum, gentè vidisse nunquam aut rectæ rationi, vbi eam cognouerint, æquè obtemperantem, aut ita pietati ac pœnitentiæ dedicatam, planè vt in Confessionis & Eucharistiæ mysteriis obsequis, religiosi Cœnobitæ potius, quàm tyrones ac neophy-

6. Amangurium.

7. Meaciū

Bonzius primariū fide Christiana discit è vita.

8. Sacaiū

Præconū Euangelii paucitas.

Iaponiū tū laudeo

*Excellen:
pietas &
in fide cō-
fiantia.*

ri videātur esse. Iam quanta sit eorum in fide cōstantia, vel ex eo faciliē conjici potest, quod eūm Firandentes Christiani, vnius tantū susceptæ religionis causa, cū aliis afficerentur iniuriis, tum etiam in exilium pellerentur: multi re familiari neglecta Bungum commigrarunt, paupertatis incommotis Christi Domini caritati postpositis. pietatis verò illud sit argumentum, cū ære campano statis horis datur signum præcandi, tanta est omnium in eo genere alacritas, non modò vt viri, femine, & pueri, sed pænè infantes ipsi, qui nondum rationis compotes sunt, nixi genibus illico preces fundāt. Sanè Christianus quidam mihi narrauit, cū paucis hisce diebus puellam tenera admodum ætate ad vinum à propola cōmendum misisset, dum vinum è cupa depromitur, puellā audito salutationis Angelicæ signo, relicta illico lagena genibus positis fixam stetit, quo ad orationem Dominicam & Angelicam salutationem quinquies recitasset: eamque rem barbaros qui aderant ita admiratos, vt dicerent nullum esse Deum cum Christianorū Deo comparandum, quorum pueri etiam ipsi bonos mores doerent. Iam verò quanti grana, quæ benedicta vocantur, faciant Christiani, præclare demonstrant, cū pauca quædam a nostris huc missa celebrioribus locis publicè posita assiduè precando percurrunt: & si quod est alicuius priuatum, semper de manu in manum traditur, nec quiequam donari gratius his hominibus potest. Proinde vnà cū operariis mitte quæso ex iis etiam gratis aliquot, quoniam tanto in honore sunt. & noli dubitare, quin vtrunque beneficium melius hic, quàm apud Malucos aut Braslicos collocetur. Quod reliquum est, faxit Deus, vt quantum subsidiegeamus, intelligas: tibi que ac nobis omnibus ad ipsum ritè colendum vires impetriet. Vale. Bungo, 7. Idus Octobris, 1561.

ALOISIVS ALMEIDA SO-
CIVTATI IESV.

ANNO superiore cum Ecclesiis Facaræ, Firãdi, aliisque Iustratis Būgum ægratus ex itinere rediissem, vt primū è morbo conualui, de tota peregrinatione mea feci vos per litteras certiores. quas quoniã vobis esse gratas intelligo, pergam ea scribere, quæ quidem in iis locis

locis contingere, in quibus mihi versari ex eo tempore cōtingit: nam cetera ex aliorum litteris cognoscetis.

Firandi erat Christianus quidam, quantum circiter & sexagesimum natus annum, scriba Regis intimus, quem ille apud se in honore habebat, libera iterq; tractabat. is igitur Christianus cum animaduerneret se iam ad vitę exitum appropinquare, susceptas in vita maculas matura cōfessione delere, & (quoniam nullus erat ibi sacerdos) Bungum vel cum Regis offensione periculōque rei familiaris omnino sese conferte constituit. rem itaque cum vxore communicat: quę (vt erat pręstanti virtute ac pietate mulier) consilium vehemēter probauit: illud solōmodo monuit, vt quā occultissimē abiret, ne in se regis iracundiam pronoceret. Quocirca nauem Christianus intempesta nocte conscendens, Bungum iter intendit: cuius discessu postridie cognito Rex, partim quōd eius opera admodum indigeret, partim quōd se inconsulto inuitoq; abisset, iratus, nauigio statim instructo, misit qui hominem persequerentur. Iamque magno suo bono a sinibus Firandensis regni in Reguli cuiusdam ditionem enaserat, cum superuenientibus qui ad eū capiendum missi erant, Reguli iussu, cui cum Firandensi rege amicitia intercedebat, eodē rege postulāte oppressus, & in custodiam traditus est Firandi vbi cognitum est illum inuentum fuisse, nec tamen vt rediret vllō modo adduci potuisse: legauit ad eū Rex cognatos ipsius nonnullos, qui ad redendum hortarentur: sed vxor contrā per litteras ei suasis à suscepto itinere nequaquam desisteret, bonoq; animo esset, se laborum ipsius periculorumque breui confortem futuram. Sed videlicet currentem incitabat. Cosinus autem vbi id rescieuit, egit cum Rege Būgi; vt Christianum ab Regulo per litteras impetraret: quas qui pertulit litteras, ostendit hominem magna in Deum fide speque subnixum, de se ipso autem adeo demissē maleq; sentientē, vt nō modō qui Bungū ad cōfessionē incolumis perveniret, sed qui vllō profus beneficio afficeretur à Deo Domino nostro, se profus indignū assereret: tantōque in se ipsum odio erat incēsus, vt ad quotidianas verberationes, & precandi assiduitatem, alia quoque voluntaria supplicia adiungeret, tanta cum sui cognitione, vt precibus CHRISTIANI, qui regiam epistolam attulerat, adduci nequiverit, quicquam vt de instituta vitę assteritate remitteret. Denique

*Christiana
ni consue-
dam illu-
pro facta*

solutus

solutus Bungum agere peruenit tanta animi sui cum voluntate, tantaque Deo gratias agens, ut rem verbis assequi nequeam. Cuius adventus cum ad cetera multa profuit, tum ad Christianorum fidem ac spem in Domino augendam. Eum Cosmus pueris, quos alimus domi, instituendis præfecit, & piis quibusdam libris in Iaponicum transferendis. Magnum apparet in eo precandi studium & caritas, & licet extrema iam ætate, vix vnquam cessantem reperias. Eum Dominus ad finem vsque conseruet.

*Vxor eius prima
vix, baptis-
mitensi-
sio, dama-
ni vexa-
tione li-
beratur.*

Per idem tempus nobilis quædam mulier primarii eius vxor ex familia Regis Bungenſis à dæmone agitata, per cæpos tanto cum ululatu atque impetu ferebatur, ut à nemine contineri posset. Hanc sibi Cosmus à Christiano quodam insigni viro commendatam ad se perduci, & in cubiculo publici valetudinarii, perpetuis custodibus adhibitis, collocari iussit. Et quoniam in spem venerat mulier, se baptismi beneficio sanitatem esse recepturam, habebatque mentis eius animiq; vexatio dilucida interualla: iis opportunè Cosmus est vsus ad eam Christianis præceptis ritè imbuendam. quibus ut satis erudita visa est, in magna Christianorum corona, eam dominico die baptizare constituit. Erat mulier tum sanè quieta, sed cum primùm caput salutari aqua perfundi ceptum est, tanta repenti vi se commouit, clamoresque edidit ita magnos, ut omnes quotquot aderam perterrefecerit. Tum Cosmus à quatuor viris apprehensam teneri ad finem vsque baptismi imperauit. quo absoluto misera fractis viribus concidens, inter samulorum manus in hospitale cubiculum est relata. Ex eo tempore nullum eiusmodi incommodum aut molestiam hucusque perpeſsa est. quare & Christianorum fides non mediocriter aucta, & maritus ipsius ita permotus est, ut ab Rege petierit, ut sibi per eum liceret Christiana sacra suscipere: quod ei Rex ita prolixè libenterque permisit, ut diceret gratum sibi fore, si eum reliqua familia imitaretur, itaque baptizatus ipse cum liberis, cognatis, & samulis sanè quàm in virtute proficiunt. Ego interea vires à morbo collegeram. quo circa mensis Octobris initio misit me Cosmus, comite è Christianis domesticis vno, ad templa quinque visenda, variis locis agri Bungenſis commodo Christianorum exstructa. mensem in eo itinere posui, multos baptizavi barbaros. Christianos autem docui, qua ratione templa cõcelebra-

tebrarent, sermonesque inter se de religione sererent, si quando Bungum venire non possent. quosdam etiam aras defixis crucibus Christianorum sepulturæ dieauimus: denique in singulis templis benedictum seu picaulare granū relictum cum codicillo, qui descriptas grani indulgentias contineret. Inde Bungum reuersus, Cāgoximam mēse Decembri profectus sum. profectiois causa fuit Emanuelis Mendozii cum sex Lusitanis aduentus, qui vt per confessionem peccatis sunt absoluti, Cōsimum rogarunt etiam atque etiam, vt me Cāgoximam ad h̄yemem ibi cum ipsis exigendam, Christianos visendos & promulgandum barbaris Euangeliū miseret. ad ipsam Regi quoque Cāgoximano fore gratissimum, quippe qui magnam eius rei volūtatem scriptis ad Proregem Indiæ litteris, itemque ad Antonium Quadrium eidem prouinciæ pro Societate præpositum, ostendisset. Bungo igitur (vt dicebamus) profecti, gelu & frigoribus maximis quattiduo ad mare peruenimus: cū semper vbi sub vesperam consistiramus, verba de rebus diuinis ad barbatos fecissemus. Inde solutis anchoris inter nauigandum aduerso vento in oppidum sanè frequens coacti descendere, cū spectaculi nouitate permota (nunquam enim Lusitanos antea viderant) magna incolarum vis ad nos conuenisset, per eam occasionem eis Euangeliū nuntiari: quo illi audito, obstupefacti, ad nos audiendos iterum ac terrò rediere, atque vniuersi penè profecti sunt, nisi Reguli metus obstatet, se Christo nomina libenter daruros, idque eo cum animi dolore sensuque, vt ad misericordiam prouocarent. Dixi me eum Regulo acturum (qui Būgenis Regis est stipendiarius) vt cuiuslibet Christiano esse impune liceret, eosque solatus vt potui, ex eo loco discessu digressu meo lacryauit nonnullis obortæ, vt si diu mecum vixissent, apud quos non toto biduo fueram. Ex quo facile iudicare possitis, quanta sit huius gentis ad humanitatem religionemque propensio. Angunem delati, & à Regulo peram antea excepti, vt primū oportū est visum, de rebus diuinis & animorum immortalitate cum eo colloqui cepimus, multisque sermonibus vltro citroque habitis, cū etiam familie partem a cena ad audiendum accersisset, sera iam nocte ab Rege dimissi, nauarehum quendam Lusitanum sanè tempestiue conuenimus: eum enim nostra hortatione permotus, concubinā, ex qua duas susceperat

*Barbaro
rū ad E-
uangelii
cōcursum.*

*Hexã-
nus pre-
ceps.*

perat filias, iusta cum dote in matrimonio legitimo collo-
casset, paucis post diebus est mortuus. Ex eo portu Tama-
rim redentibus, vbi Emanuelis Mendozii nauis in statione
erat, arx in itinere occurrit Hexandoni viri principis, in e-
dito monte posita, omnium, quas in vita videre me memi-
ni, & loco & opere niuicissima. quippe quã decẽ ferẽ pro-
pugnacula cingũt, inter se nõ nisi ponte subductili peruia,
magnaq; interuallo distantia, fossis ita profundis, vt despi-
cientium oculis altitudo caliginem ostundat, perpetuo (vt
aiunt) silice ferramentis exciso: quod equidẽ vix hominũ ma-
nu fieri potuisse crediderim. ibi cũ Hexandoni vxorem, &
quatuordecim præterea Christianos multis iam annis Frã-
ciscus Xauerius fecisset, mihi faciendum existimaui, vt me
ad eos consolandos confirmandosque conferrem. qui me
omnes, sed vxor præsertim Hexandoni, amicissimẽ acce-
ptum multa tum de Francisco Xeuerio, tum de Bungenſi;
Meacensi, ceterisque in Iapõne constitutis ecclesiis per-
contati, felicique ipsarum progressu valde lætati sunt. me
autem idcirco etiam libentiũs viderunt, quòd iam diu ne-
minem omnino ex Societate nostra conspexerãt. quo toto
temporis interuallo eos in Christiana fide partim senis eu-
iusdam Christiani honorati viri velut magistri familiæ stu-
dio, partim etiam quibusdam miraculis diuina prouidentia
retinuerat. Relictum sibi libellum descriptis Xauerii mand
Litaniis, aliisque precandi formulis; æquẽ ac sacras reli-
quias pia mulier admodum religioſe custodiebat; expertæ
virtutis remedium. Etenim ægrotos complures, in iis He-
xandonum iam desperatum, corporibus ipsorum imposi-
tus libellus ille sanauerat. Nec minore cura senex traditum
sibi ab eodem seruabat flagellum, quo singuli Christiani
interdum (nec enim sæpius permittebat senex) veritus ne
vsu nimio attritum flagellum absumeretur) sese cadere cõ-
sueuerant, quòd eam rem non solũ animis, verũ etiam
corporibus suis prodesse diuinitus intelligerẽt. itaque mu-
lier ipsa quam diximus, morbo grauissimo implicata, cũ
varia medicamenta frustra tentasset, ad ipsum flagellũ po-
stremò confugiens, Francisci Xauerii, vt putandũ est, me-
ritis continuò in pristinam valetudinem est restituta. cum
omnibus igitur de re diuina familiariter colloquutus, ara
etiam excitata cum sacratissimæ Virginis imagine admo-
dum eleganti, quam eò mecum attuleram, pueris nouem,

in iis

*Libellus,
Xauerii
manu de-
scriptus,
expertæ
virtutis
remediũ.*

In iis duobus Herandoni filiis, baptismo iustratis; (quos iam seu ex ille Christianis rudimentis imbuerat) incredibili cum eorum incertore post die manè discessi cōmeatu ab ipsis affarim instructus, atque pollicitus me in reditu quindecim dies apud ipsos commemoraturum. Cangoximam simul atque peruenimus, Regem adiui confestim, eoq; eōlaudato quod Euangelium in suo regno promulgari cuperet, multisque præterea verbis habitis, petii, ut liceret mihi in præsentia Tamarim vsque ad Lusitanorum stationem excurrere. quod ille cum permisisset ea tamen conditione, ut auum ipsius ex itinere inuiserem; Tamarim tridui itinere, diuertentes ad Regis auum, ire perreximus, maxima niuium copia, quæ aciem oculorum retunderet, viaque terribilissima, oculis passim occurrentibus foueis, è quibus iumenta sese ægre admodum expedirent. In eo igitur portu, ægrotis primùm euratis, quorum ingens erat numerus, partim scruicia frigorum, partim etiam cibariorum inopia: deinde barbaris nouem, qui id ipsum à me diu multumque contenderant, baptizatis: certo præterea nauis loco, ad seminarum tutelam de Iaponiis cōemptarum (quas illi ex ora Sinarum aduexerant) custodibus binis appositis: denique communi cōsilio indicta pecuniaria multa, si quis temere iusiurandum vsurpasset; (latè enim patebat hoc vitium) Cangoximam redii, & cōnciones ad Christianos habere institui. nam ethnici veriti Bonziorum offensionem, ad nos venire non audebant: quod ego cum animaduertissem, cæpi cōsiliū familiaritatis, si quo modo possem, atque amicitia cum Bonziis ineundæ, quo deinde populus ad nos maiore cum fiducia ventitaret. Erat in eo ordine vir quidam insignis, magna etiam ante id sacerdotium existimatione, tū verò & Regis ipsius cōsiliarius, & amplis cænobiiis tribus summa eū potestate præpositus. Hunc igitur adii, collitio ad oculos curandos, quibus ipse laborabat, allato; atque ille meo sanè quàm lætatus aduentu, sibi valde optarū fuisse dicebat, quæ Xauerius disputaret, cognoscere; sed interpretè defuisse. Inde me multa de summo rerū opifice, de immoralitate animorum, de tempestarū varietate, terræ tremoribus, pluuiis, aliisque rebus huiusmodi interrogans, magna sua eū voluptate totā eam noctem apud se detinuit. Quibus ille sermonibus captus, cum ad me sæpe, alio item Bonzio comite, ego vicissim ad illum familiariter

Hexandoni filii baptizatur.

Rex Cangoximam.

Tamarim portus.

ventitarem, cumque doctrinam nostram cum apud alios, tum apud Regē ipsum ita collaudasset, ut Rex Xixona (hoc est sanctam rem) publicè responderet: vel eo Regis testimonio, vel confirmata atque illustri meā cum Bonzio consuetudine animati barbari ad nos audiēdos venire ceperūt. Ex quibus multos Deo adiuuante ad Christum adiunximus. In eo numero fuere primarii duo Regis ipsius cognati, quos catechismo institutos vnā cum vxoribus & parte familie (triginta quinque in vniuersum fuere) baptizauimus. quorum deinde omniū ope ac studio sacrum Deo Dominio templum exstructum est.

Duo regis cognati primarii cū uxori- bus & parte familia ad Christiū adiunguntur.

Eximia pietas cū inusdam neophyti.

Rebus ita constitutis, per Christianum nuntiū in arcem Hexandoni magnis precibus accersitus, optimis cū Christianorum, tum etiam ethnicorum studiis me magnopere expetentium deesse non potui: è quibus circiter quinque primarii audito aliquoties Euangelio in ecclesiam adscripti sunt. in iis quidam ad eò excellenti ingenio, ut in cōmentarium relatis iis, quæ de me didicerat, librum confecerit exorsus ab ipso mundi initio, ad vsque Christi Domini nostri in tertas aduentū. eius præcipuè cruciatibus singillatim enumeratis. quæ ipsius lucubratiō & hominibus illis, & aliis etiam populis, ad quos eam ego ipse deinde circūtulī, maiorem in modum profuit. Idem iussus à me Iaponica quædam scripta de Christiana religione describere. mandatū ita auidē arripuit, ut opus vniuersū (omnino chartis quinque & quinquaginta constabat) vnius dimidiatiq̄ diei spatio absoluerit. Hunc ego, & Hexandoni filium natū maximum, quem Xauerius baptizauerat, docendis in templo ceteris Christianis. præfeci, regulā præscripta, quam in eo munere obeundo tenerent. quam quidem in rem, ut quibus otium suppetit, diligenter incumbunt, præsertim verò libratius ille, quem dixi, qui quidem Christianis lectionibus & commentationibus nitificè delectatur, sequē cū in libro, quem à me descripsit, in lucum abdens, quæque legit ex eo secum identidem reputans, tāta voluptate perfunditur, quòd ad hanc Deiterumque cœlestium cognitiōnem peruenit, ut lacrimas præ gaudio contracte nō possit. Is ipse in Christianorū cœtu post Litanias publicè decantatas interrogatus à me quidnam esset facturus, si Rex ei diceret, Christiana sacra fac deseras, quoniam ex meis popularibus es, ac isque sumptibus victitas: responsurū se dixit

dixit illico: Hæc, vis ne me in te sine fūco ac simulatione beneuolum? in re tua familiari procuranda fidelem? vis me submissum? vis petferētem iniuriarum? vis denique in omnes clementem ac benignum? iube me esse Christianum. hæc enim virtutes omnes vna religio Christiana complectitur. Ac ceterorum quoque Christianorum (ad quorum numerum ibidem alij septuaginta per eos dies accessere) egregia pietas, assiduum præcaudi studium, mirus inter se amor atque concordia cernitur. vna tantum res ipsorum animos vehementer angebat, quod Hexandonus communium meritorum ecclesiæ expers tam diu in Iaponica superstitione persisteret. pro cuius cōuersione cum preces ad Deum lacrymâsque (vxoꝝ ipsius præfertim) quotidie funderent: tum ego vxoris rogatu hominem adij, & ex eo quesui, cur veritatem sæpe iam cognitam depositis Iaponiorum erroribus sequi negligeret. Tum ille Deum testatus, Christianam religionem sibi planè probari, secus permisurum se nequaquam fuisse, vt eam familia sua tota susceperet: vna re, quo minùs eos imitaretur, impediri se dixit, quod vereretur, ne grauiùs animum Regis offenderet: sperare se Deo ptopitio fore aliquando, vt Rege ipso libente Christum, quem intimis sen sibus adorabat, palàm ac libere profiteri posset. quo illius responso Christiani valde lætati sunt. Ex eo loco rursus ad Cangoximanos reuersus, Cosmi litteris per Christianum Bungensem ad me perlatis eo cōsilio sum reuocatus, vt ad Regem Icoxiuræ ptoficiscerer, qui nos in suum regnum liberalissimis conditionibus inuitauerat: cum præter alia multa & Lusitanis omnibus in eum portum com meatibus, quiq̃ue cum ipsis negotia contraherent, in decennium ab omni portorio immunitatem se daturum esse promississet, & quicquid circa est agri ad passuum octoginta millia Cosmo obtulisset, vt intra eos fines ethnici nemo ipsius iniussu habitare posset. Cangoximæ igitur institutis qui Christianorum cœtu, in templum statim diebus aduocato, doctozum vice ac munere fungerentur, baptizatisque iis, qui iam ad id sacramētum idonei videbantur, ceteros quibus potui verbis sum cōsolatus: duos præfertim Bonzios illos, de quibus dixi, quos in discessu meo perquam studiose Christo nomina profitentes in aliud tempus idcirco reieci, quod à curandis Iaponico ritu Regis procerumq̃ue funeribus, nulla ratione se posse desistere

*Hexãdonũ me-
tus Re-
gis à ba-
ptismo
retardat.*

*Rex Ico-
xiura.*

stere dicerent, eaque re Christiana sacra, quæ ipsi apud se taciti colerent, minimè polluturi iri arbitrarentur. deniq; a Christianis vario cōmeatu peramanter instructus, & magna cum doloris amorisq; significatione dimissus, ad arcē Hexandoni (quæ ab oppido Cangoxima passuum abest decem & octo millia) dum navis paratur, biduum substiti. atque inde incredibili Christianorum dolore ac genitu, ipsis etiam ex arce summa feminis ad mare me deducētibz, & quasi in eo salus omnium verteretur, ita me vt celeriter ad se redirem enixè rogantibus, conscendi, & decimo septimo die Bungum magna nostrorum gratulatione perueni. atque inde tertio Nonas Quintiles Icoxinram, qui locus ultra Firadum est quatuor & viginti passuum millibus, discessi. quò vt perueni, salutaris ex itinere Facatensibus, (qui cum initio diu multamque Evangelio restitissent, bellis deinde perdomiti ac velut tubacti, diutinum semen libèrius acceperunt, bonamque in primis virtutum frugem tulerunt) Regem Icoxinræ primum adij, qui me honorificè sanè bis conuiuio excepit. deinde cum eius ministro, qui Regis ipsius nomine ad Cosmum litteras dederat, de re communi agere institui. cumque ille quædam ex iis, quæ per epistolam nobis vltro detulerat, renocaret, faciendum mihi existimari, vt ad Cosmum scriberem, eique totam rem integram reseruariem. Ad portum igitur reversus, dum in Christianos ex instituto adiuuandos incumbo, Firando nuntij perferuntur, quanto cum rei Christianæ adinvento Damianus Iaponius familiaris noster, excellenti pietate virtuteque iuuenis, qui nuper Facatensibus quoque summa cum cōmuni admiratione operam nauarat egregiam, in eo oppido versaretur. nec ita multo post quædam paratibus nobis, quæ ad Cosmum mitterentur, ecce tibi repente afferretur ipsum adesse Cosmum. Primò incredibilis visa res: ea cōmittas, ac valendo, ea difficultas itineram est, sed vbi iam ad portum applicuit, quanto gaudio affecti sumus, facilius est vobis existimare, quam mihi scribere. is me confessim ad Regem legauit, vt eultivo rem omnino trāsigerem. quòd ego cū fecissem ab iis etiam syngraphis, Bungum ipsius Cosmi iussu ad epulas in quibus nostris (id enim semel in anno solemne est) Regi Bungensi parandas excutit: quò secū ille filium heredem regni futurum in eo rogatum proceribus duxit. Cumque in eo conuiuio candida-

ti pueri nostri domestici quatuor magna cum omnium delectatione fidibus canerent, Regis filius mensa relicta sese ad æquales suos hilariter ac festiue recepit. puer ille quidem, ac pæne potius infans, (annum quippe agit quinquagesimum) sed in quo sensus animi ac ratio longè præcurrat ætatem. Bungo rursus Icoxiuram reuersus, qui locus à Christianis incolitur, habetque in monte summo Crucem, quæ eeminus valde conspicitur, à Petro Barreto Nanateho Lusitano defixam, quod eodem loco tribus deinceps diebus sub vespèram inspectante se, aliisque compluribus, sublimè in aëre signum Crucis apparuisset: Cosmum sanctissimis (vt solet) occupationibus districtum offendi. Tanti ad eum confessionis & Eucharistie causa cœursus undique Christianorum fiebant, vt omnis perturbacionis vitandæ causa, tricenari per fices ordine sibi succedere iuberentur: quæ erant ita magna in Cosmum obseruantia ac veneratio, vt eoràm eo oculos attollere non audeatur: tanta religio ac pietas, vt in sacris mysteriis obeundis, ac præsertim in corpore Christi sumendo, copiam lacrymarum effunderent: ea denique animi virtus, ac probitas morum, vt barbari ipsi Christianorum vitæ admiratione sese colligerent, & seueriorem vltro disciplinam induerent. Per eos dies Facatensem Præfectus nauigium eum hominibus ferè triginta ad Cosmum misit rogatum; vt quoniam tres è militibus suis in prælio selopis icti grauiter ægrotarent, opem illis ferre ne grauaretur. Fecit Cosmus, vt Facatam è domesticis nostris adolescentem Iaponium mitteret chirurgiæ laude præstantem, qui non modò vulnera extractis artificiose glandibus mira felicitate sanauit, sed etiam oblatam sibi mercedis loco magnam argenti vim, stupentibus barbaris, constanti animo excelsoque repudiavit. Quare commotus Præfectus, vt nos aliqua ratione remuneraretur, immunitati nostræ toto sue ditionis imperio, qua sæpe nobis iter habendum intelligebat, publicis diplomatis eauit.

Restat vt epistolam hanc eximia in doli adolescentuli commemoracione concludam: in quem cum omnia & animi & corporis bona quasi secum ipsa certans natura cõgesserit: tum etiam dona accessere cælestia, quæ singulare pueri ingenii, memoriã, oris corporisque totius dignitate ac specie multo admirabiliorem efficieret. tanta enim in

*Signum
crucis
tribus
diebus
apparet
in aëre.*

*Adole
scensu
diuisi
egregia
dona
facta.*

eo castitas ac sanctimonia cernitur, ut octavo quoque die post confessionem ritè peractam cœlestis Eucharistiæ conuiuium non sine lacrymis ineat: tanta verò animi submissio & humilitas, (cùm illustri admodum loco sit natus) ut Bûgum ad eam inuisendam ecclesiam à Gaspate missus ex vrbe Sacaiò, bona cum patèrum venia, quos puer precibus expugnaverat, eò simul atque peruenit, ut scilicet vnus è Christianorum grege videretur, non modò comam sibi totonderit, quod in Iapone valde inusitatum est, verùm etiã omni delicatiore cultu ornatuque abdicato, de contemnendo seculo publicè disputare instituerit. Idem in patriã à parètibz reuocatus, Icoxiuram, ut inde Sacaium renavigaret, à Cosmo perductus est. quem aiunt ex itinere in vrbe Firando apud vxorem Antonij viri principis eiusque ancillas, cùm se per id tempus ad sacram confessionem pararent, de pœnitentia sanè opportunè verba fecisse. quam ille Christianæ Philosophiæ partem iam antea sapius a se tractatam callèt egregiè. Huiusmodi pueri sunt, (fratres mihi carissimi) quorum opera faces amoris diuini Deo adspirante Iaponiorum cordibus iniectum iri speramus: atque ob id ipsum apud nos delectam eorum manum Societatis nostræ præceptis atque institutis imbuimus. Interea Socios omnes nostros per Iesum Christum obtestor, ab eo precibus impetrent, ut me vitam ponere in ipsius obsequio ac famulatu concedat. ex Iapone, octauo Kal. Nouèb. 1562.

ALOISIVS FROES SOCIETATI IESV IN
INDIAM ET IN EVROPAM.

E Maximis navigationis periculis summo Dei ac Domini nostri beneficio liberati, ex ora Sinarum incolumes in hunc Iaponis portum deuenimus, quem Icoxiuram appellant, obuiosque habuimus in littore Christianos incolas omnes tanta ex aduentu nostra voluptate ac lætitiâ gestientes, ut nos humeris ipsimet suis sublimes tollere atque asportare velle viderentur. quorum dncenti circiter nos ad templũ vsque deduxerunt. Cosmi verò Turriani gaudium fuit ita magnum, ut collacrymaretur, satisque se vixisse iam diceret, quoniam quidem operarios sibi in subsidium missos à Domino in tanta negotiorum mole, tamque opportuno tempore cerneret. Ioannem autè Ferdinandum

dirigendum è magnis assiduisque laboribus ita consumptū
 macieque confectum offendimus, vt animam agere p̄nē
 videretur. Etenim ad domesticas quidem & quotidianas
 Cosini occupationes, principū etiam virotum, & Christia-
 norū tum ex aliis regionibus tum ex hoc regno vel bap-
 tizandi vel salutandi causa ad eum venientium, frequentia
 atque celebritas accedebat: Ioannes autem, post sacra mis-
 sa à Cosino peracta, totum ferè diem & saepe noctem par-
 tim tudimentis Christianæ doctrinæ vulgo tradendis, par-
 tim etiam proceribus Bonzijs, qui ad baptismum accede-
 rent, separatim instituendis ponebat. Mihi verò baptizan-
 di onus impositum est: ac nono post nostrum aduentū die
 primū sexaginta baptismis lustrati sunt, multiq̄ deinceps,
 ex prima nobilitate, Bartholomei regis maximè hor-
 tātū ac persuasionibus incitati: quorum plerique catechis-
 mum sua manu continuò describebāt, quo facilius memo-
 riæ commendarent, eundemq̄ domesticis traderent. sin-
 gulis autem, à baptismo, sanè quàm enixè ac studiose pe-
 tentibus, Crucis sigillum è collo gestandum, itēmq̄ Ro-
 sarium precandi causa dabatur.

Firandī autem simul atque Sodales ex India aduenisse
 auditum est, Antonius & vxor ipsius Elisabetha misso con-
 festim nuntio Cosmum magnopere obsecrarunt, vt quo-
 niam res è nostris in hoc portu sacerdotes essent, vnum ex
 ijs ad Firandensem ceterasque eius tractus ecclesias inui-
 sendas omnino mitteret. quod si per litteras ab ipso nō im-
 petrasent, duos è filiis suis ab se legatum iri, qui id ipsum
 humistrati supplices peterent. Neque ita multo post ab vr-
 bis Ximabara Tono, (honoris ac praefecturae nomen id
 est) qua in vrbe CHRISTIANI eo tempore plus mille
 & quingenti numerabantur, nobilis vir cum mandatis ad
 eundem Cosmum est missus, vt ab eo promissa exigeret.
 promiserat enim Cosmus, simul atque supplementum ex
 India aduenisset, missurum se qui Ximabara commora-
 retur. Eadem erant postulata Regis quoque Bungenis,
 qua in vrbe annum iam sacra missa facta non fuerant. Ac
 Bungum quidem, quodd eius Regis gratia ad rem CHRIS-
 TIANA Miuuandam in primis est necessaria, Baptista
 paucis post diebus profectus amicissimeque ab ipso Rege
 acceptus est. Antouio autem Firandensi itēmq̄ Tono Xi-
 mabarano Cosmus respondit, simul atq; per occupationes

60 Ban-
 bari &
 multis ex
 prima
 nobilitate
 te baptis-
 mo lu-
 stratur.

In vrbe
 Ximaba-
 ra Chri-
 stiani
 plus
 1500.

liceret, se ipsum ad illos esse venturum. Christiani verò, quique ipsulas quique Firandum oppidum incolunt, vbi rescire nos piaculares orbiculos seu grana benedicta ex Indita itemque veronicas attulisse, multi cum vniuersa familia, quique admodum pauperes, conductis mercede nauigijs, ad huc portum traiecere. interrogati cuius rei causa, nullius præterea, respondebant, nisi vnius petenda Veronica, nam qui orbiculum optabant; octo diebus antè, supplicationes ad Deum habebant, quo facilius impetrarent; atque etiam, cum sibimet ipsi diffiderent, Lusitanis apud nos deprecatoribus utebantur: eaque dona quam sibi gratæ essent, ipsis etiam lacrymis testabantur. Iam verò alij Christiani Amangutio, quinquaginta aut sexaginta leucarum itinere, alij Facata, alij denique alijs è regionibus ad nos huc usque confessionis causa contenderunt, quorum sanè religio caritasque est admirabilis. Per idem tempus Bartholomæus quoque Rex ad Cosmum inuisendum in hæc loca se contulit; quem continuo adiuimus, eique xenia dedimus: rosarium ex equo marino itemque granum benedictum vnum auro insertum. quæ ille quanti faceret, vel ex eo ostendit, quod vt vniquique statim è ceruicè suspendit. cuius aduentus magna Lusitanorum quoque gratulatione (namque illum omnes admodum diligunt) concelebratus est. Regis autem ipsius animi submissio ac pietas cum sacro missæ interesset potissimum elucebat. Etenim cum in templum quotidie manè multo ante lucem veniret, (maximam enim noctis partem ferè Iaponij proceres vigiliant) non modo sacerdotem ad statam horam usque præstolabatur, sed etiam plebem infimam aduentu suo summoueri plane verabatur, vixque patato sibi honoris causa stragulo ad confidendum utebatur: prorsus, vt quilibet vnus è populo videretur esse. Sermones verò de rebus diuinis ita auidè expetebat, vt sacro quandoque peracto, ante recitatum a pueris de more catechismum templo nequaquam excederet. idemque vt quædam sacra missæ & Eucharistiæ mysteria probe cognosceret, accessitum ad se eius rei gratia nocte Ioannem Ferdinandum summa sua cum animi voluptate præne ad lucem detinuit, multa percontans, quæ sibi partim ad comites suos docendos, partim ad Bonzios refutandos, esse necessaria diceret. que ille & simul purgatorij ignis inletemque supplicij discrimina à Ioanne eundem

Admirabilis nobis phylorū in Deum caritas.

Regis Bartholomei pietas ac animi submissio.

didicisset, ad Cosmum salutatum accessit, cui id honoris etiam habebat, ut inadium ingressu pignorem ceteraque arma deponeret. Paucis diebus in his locis moratus, ad subsidium fratri suo germano Rimanorum Regi ferendum, qui bello erat implicitus, proficisci coactus est. & quoniam consuevere Iaponi principes Mambus mortuorum decendialia ferè sacra, non sine magna Bonziorum præda saginæque, persolvere: Bartholomeus rex patre suo per eos dies adoptiuo vita functo, re cum Cosmo communicata, pro exequiis illis, Bonziorumque conuiuiis, totidem dierum epulum sex pauperum milibus præbere constituit: partim ut sibi ipsi, quoniam impio patri non poterat, diuinam gratiam conciliaret: partim etiam, ne post Christiana sacra suscepta, pristina benignitatis atque elementia odiosus esse videretur. Idem, in rebus diuinis multo plura præstare quam polliceri solitus, simul atque Vmbra regiam urbem regressus est, demortui Regis imaginem, quam odoramentis suffire venerarique solebat antea, igne comburi iussit: quod à Bonziis ingens piaculum est habuim. cumque ex itinere ad oppidum Muram se contulisset, vbi erat eo tempore vxor ipsius Regina: multis ei rationibus persuasit, ut vna cum omni famularum comitatu baptizari decerneret. quæ res eo mirabilior visa est, quod ea Regem ab eadem consilio antea reuocare tentauerat. Simul etiam Rex templum ibidem magnificè adificare constituit, Bonziis ad eam rem è cenobio quodam adque pulsus. quapropter etiam Aloisium præstanti virtute virum, regia vrbis præfecti statrem, sibi que in primis famularem, ad Cosmum cum mandatis misit. quibus rebus ita permoti barbari, impellente damone, Regi ipsi insidias compararunt. Capita conjunctionis suæ duodecim vni vrbis administrationi prepositi. si ad rem occultandam, Regem que fallendum, CHRISTIANOS fieri velle se simularent, quos tamen Rex, quasi eorum scelus præfagiret, diu multumque ante baptismum probari iussit. Et quoniam Gotondonus spiritus regis demortui filius, Bartholomeo tu legitimi filii locum ab Rege ac Regina adoptato, hereditario iure regnoque priuatus fuerat, Gotondonum coniuurati, cum alio quodam e proceribus facinorosa homine Feribo, in societatem confidit assumunt. omnes denique Bartholomeum hortantur, ut regni possessionem cum pōpa solemnè aliquando capiat, &

*Rimano-
rum Rex*

*Sex pau-
perū mi-
libus pu-
lū præbet
Rex.*

*Vmbra v-
rbis vrbis.*

*Regina,
ut cum
omni fa-
miliâ ba-
ptizari
decernat,
persua-
dit.*

*Regi insi-
dia con-
iurati.*

simul Reginæ baptismum ac ceterorum. Cosmo accersito quanta maxima possit cæremonia & ciuium gratulatione concelebrat. nãque eo ipso die statutum facinus perpetrare decreuerant. Sed veriti mox ne ipsorum consilia pateficerent, rē aggredi anteuertunt. Aloisiū regis internuntiū vitro citroque ad Cosmum rei Christianæ causa comitantē Feribus in itinere adortus interimit, cuius in comitatu ne Cosmus esset, diuinitus factum est: præmissis quippe ad Regem Alexandro, Aloisium subsequi deinde ipse decreuerat. Eadem ipsa nocte 12 viri regis ædibus vrbiq; incendium inferunt, ex quo Rex cum præfecto vrbis Aloisij fratre, paucisque præterea comitibus, in æteem proximam confugiens, haud ita multo post Rimanorū Regis auxiliis regnum propè vniuersum ingenti Christianorum gaudio recepit, misitq; Cosmo nunciatum se Icoxiuram, cum primum posset, ad ipsum inuisendum esse venturum. Interea Gotodonum & Feribum aliósque rebelles variis locis Rex Rimanorum obsidebat, eorumque agros ita vastabat, vt ex hoc ipso portu incendia cernerentur. multi etiam seditiosi, Regis imperio, capite plectebantur, quam rem ad Christianæ religionis progationem magni momenti fore confidimus. Sed paucis mihi perstringendū videtur, quana ratione Bartholomeus Rex sese ad Christum adiunxerit. Is claro in primis genere natus, Cegandono patre admodum senes (qui viuit adhuc) acerrimo & Bonziorū fautore, & Christianæ religionis iniunice; ab Rege vt dicebamus adoptatus est, (quem arcta affinitate contingebat) populo magistratibusque approbantibus. Aliquot deinde post annis, Cosmus cum Icoxiuram se contulisset, Rex ad eum salutandū inेतante quadragesima venit, quem antea nunquã viderat. Ad ipsum verò postridie Cosmus Lusitanis nonnullis comitantibus, qui in hoc portu hyemabant, honoris causa adiit, eumque in ædes nostras in posterū diem ad prandiū inuitauit. A prandio Cosmus partim suo ipse sermone, partim Ioannis Ferdinandi, qui bene Iaponicè nouit, opera, cum alia multa Regem de rebus diuinis edocuit, tum de animorū æternitate, inscitiaq; & errore illorū, qui nihil esse omnino præter materiã primã opinarentur. habita est hæc in p̄cipua in sacello quodam optimè ornato, proposita MARIÆ virginis sacratissimæ imagine cum filiolo IESV, cuius ille tabula cum cetero aspectu mirificè gaudebat,

*Seditiosi
multan-
tur, & in
regnum
Rex resti-
tuitur.*

*Quar-
tione Bar-
tholome-
us Rex sese
ad Chri-
stum ad-
iunxerit.*

tum stupebat in primis, quòd quæcumque se in partē verteret, defixos in ipsum oculos puer IESVS habere videretur. Atque ille quidem omnia quæ dicebantur clarè percepit. in digressu autem Cosmus ventilabrum aureum Regi donavit, cruce præfixum cum clavis tribus, & nomine IESV eleganter sane descripto. quod ventilabrum Gaspar Vilela ex vrbe Meaco miserat. cuius argumenti litterarumq; novitate pernotus Rex, vt ea omnia per otium cognosceret, rursus ad nos cum magno comitatu se contulit, ceterisque in atrio relictis, vno Aloisio secum adhibito, templum ingreditur, ibique rursus de sacris fidei Christianæ dogmatibus, dequæ sanctissimi nominis IESV crucisque mysteriis atque virtutibus, Regis ipsius rogatu, Ioannes admodum fusè copioseque disseruit. è quibus multa Rex sua ipse manu in commentarium retulit. ex eo die, aureæ crucis sigillo munitus, quòd secum de Cosmi sententia gestabat assidue, se identidem IESV Christo commendans, crebrisque Cosmi cohortationibus incitatus, denique nomē Christo Domino dare constituit. Nocte igitur domum ad nos cum suis familiaribus venit, piis de religione sermonibus ad insequētem vsque lucem aures præbet, quibus Cosmi iudiciaria satis institutis, facto baptisinate ab eodē lustratus est, manibus in modum pœcantis magna cū submissionis pietatisque significatione cōiunctis, comitum suorum ex præcepta nobilitate corona circumdatus, qui pariter eius consuetudine monitisque adducti in eandem baptismi voluntatem vehementer incubuerant. Xumitanda appellabatur antea: ex eo tempore Bartholomeus nouo nomine vocitatus est. Inde ad bellū discessit, Cosmum obtestatus, vt pro sua suorumque salute ac felici vxoris partu Dominum pœtaretur. Portò in itinere Matistenis delubrum, quem Deū rei militari præpositum Iaponii magno cultu ceremoniisque venerantur, iniecto igne consumpsit, eodemque loco signum Crucis erexit, quod ipse & vniuersus ipsius comitatus supplices adorarunt. In castra verò simul atque peruentum est, misit qui toto regno Deorum sana comburent. Ex ipsis verò lucis materiam cæduam gratis ad naues parandas ac rescindendas Lusitanis attribuit. Quin etiam in castris, quicquid à bellicis occupationibus otii superest, id totum nocte dièque in militibus ad Christianam pietatem infortm andis insumit, quos paulatim ad nos, quo res minùs

Maristensis delubrum Rex igne consumpsit.

*Insignia
Regni.*

inuidiosa apud ethnicos ac Bonzios sit, baptisui causa dimittit. Eiusdem in bello insignia sunt nomen IESV. cuius clavis tribus in humerali depictum, crux è collo dependens, granumque benedictum in baltheo: Denique tanto rei Christianæ studio incensus est, ut neminem intra intulæ huius fines habitare patiatur, quin concionibus facis intererit, Christianos vero contra omnium, etiam patris Cegandoni iniurias ac vini turtur egregiè. & quoniam Rex est splendore atque autoritate conspicuus, magnopere, ut dixi, fore speramus rebus pacatis, ut Euangelium ipso adiutore Dominus longè lateque disseminet. Vos ego etiam atque etiam oro, ut sacrosancta sacrificia vestra, pialque suffragationes mihi desse ne pariamini. Icoxiura, 18. Kal. Decemb. 1563.

ALOISIVS ALMEIDA SOCIETATI

IESV IN INDIAM.

EXponam his litteris, fratres mihi carissimi, quam ratione Romanum in regnum vixinque Ximabaran nuper indicta Christiana religio fuerit. Ac portus quidem hic seu emporium Icoxiure, quod commutato iam nomine Mariæ Virginis adiutricis vocatur, compluribus Facata, Firando, Meaco, aliisque ex oppidis huc ad Cosmum Christianæ doctrinæ causa commigrantibus, ita frequenter habitari ceptum est, ut ecclesiam hanc regionis huiusce totius caput aliquando fore speremus. Bartholomeo etiam rege vna cum ipso flore nobilitatis haud ita pridem ad fideliū numerum aggregato. Eius autem frater Bartholomei monitis precibusque sapius excitatus, ut à Iaponicæ superstitionis erroribus ad rectam veritatis Evangelicæ sermitam se traduci pateretur, à Cosmo magnopere petiit, ut aliquem ad se instituendum in castra (bellum enim per id tempus gerebat) omnino mitteret. Missus ego sum, benignèq; ab eo acceptus, nocturno tempore, quod à negotiis magis erat vacuum, de rebus divinis ad Regem diu multumque dixi, quod ipsum deinde per alias occasiones alibi cum ipsius rogatu fecissem, iis sermonibus admodum delectatus permotusque Rex, certis de causis Christiana sacra ipsemet in præsentia suscipere superfedid, sed duas mihi dedit epistolas, alteram ad Cosmum, cui potestatem per eas litteras

litteras faciebat Euangelii toto suo regno libere promulgandi, alteram ad incolas oppidi maritimi Cocinoci, in qua erat scriptum, ut ad audiendum Euangelium ad me conuenirent, ad quos me qui perduceret unum ex amicis ac familiaribus mihi comitem dedit: quo sanè breui peruenimus, hospitioque excepti ab vrbis Præfecto, verbum Dei disseminare instituimus. Nec sanè frustra, etenim baptizati sunt quinquaginta supra ducentos, in quibus fuit cum vxore ac liberis ipse, ad quem diuerteramus, vrbis præfectus. Deinde cum in ædes regias in primis instructas, loci maiestate deterriti timidius incolæ ad nos & ipsi venirent, & filios mitterent, veriti, ne ab iis adijum ornatus & catastromata sedaretur: vbi id animaduerti, egi cum Præfecto de aliis edibus, populi docendi causa, comparandis, ille mihi sanè liberaliter omnium, quotquot essent in oppido, dedit optionem, delectum est adificium quoddam per amplum, sed magna ex parte dirutum, secus aream, quâ nobis Rex templo adificando attribuerat. Operæ centum ad ruinas instaurandas, ad æmguis sacram exstruendam, Præfecti imperio ex censu ciuium exhibite, opus vtrumque celeriter absoluerunt. Tum etiam liberius ad Christianæ doctrinæ rudimenta sacrâsque conciones pueri senesque se se conferre: & quibus deinceps non ita multo temporis spatio centum & septuaginta baptismo lustrati sunt. designatum est etiam Christianis humanis prope ardem sacram cruce, defixa per amplum soli spatium, quod primùm illati sunt infantes duo tertium circiter annum agentes, quos Dominus pro salute harum gètiùm deprecatores in cœlum ascendit. Secuta deinde est in Bartholomeum regem cõiuratio, belliæque tumultus, quibus tametsi oppidani commoti, atque a Bonziorum fautoribus potentibus viris ad Christianam religionem deserendam sollicitati sunt, Cruce etiã ipsa contumeliosè diffracta: ipsi tamen in fide sortiter persistenterunt. quod egomet deinde ex eorum sermonibus clare perspexi, cum ad eum portum per id tempus nauis accessisset. cū enim, ab hostibus Christianæ religionis vrbe occupata, publico edicto nos intromittere vetarentur, ad stationem nostram sera admodum nocte parato nauigio frequentes venerunt, se diligenter excusantes, quod nos recipere hospitio sibi per aduersarios non liceret, pietatem tamen suam atque constantiam vrbis testâtes huiusmodi:

*Præfectus
urbis Co-
cinoci est
250. bap-
tizati.*

Christiana

*Neophy-
torū con-
stantia.*

Christiana religione deserta, quam potè sectabimur? in difficultatibus nostris atque periculis ad quem confugiemus? an ad lignea siue lapidea simulachra, quæ huc vsque coluimus? quis insitam vnius Dei caritatem ex animis nostris euellet? Quibus ego verbis maiorem in modum recreatus, eosque vicissim, vt porui, consolatus, ad Cosmum ceterosque socios Icoxiuram ex eo loco profectus sum, qui se cum Christianis, ad hostium futorem vitandum, in onerariam receperant. verùm sedatis iam maxima ex parte tumultibus, & Bartholomeo, qui in arcem quandam ex incendio regis vrbis cum paucis vix viuus euaserat, in regnū restituto, metus hosce omnes iuuante Domino propediem sublatum iri confidimus. sed de his hæcenus.

*Regulus
Ximaba-
ranus.*

Venio ad res Ximabaranas: quam ego in urbem ab ipso Tono seu Regulo acersitus, Cosmo iubente, me contuli, benignèque exceptus, & in optimo totius vrbis domicilium collocatus. Post die me Rex inuitat ad cœnam. A cœna familiares suos atque domesticos in cœnaculum conuocat. Hic ego bene longam de Christiana religione disputationem instituo. illi verò multa ac varia me interrogant, quibus ego dum ad singula respondeo, noctis magna partem abii. Manè eum illuxisset, Tonus rogatu meo popularibus omnibus Christianæ eapessendæ religionis fecit publicè potestatem. ex eo tempore ter quotidie concionari capimus, matutinis primùm horis, tum pomeridijs, postremò vespertinis, tanta hominum vi confluente, vt non domus solum, sed etiam via auditoribus oppleretur. Secundū hunc rei Christianæ cursum more suo aduersarius non semel impeditè conatus est. Tria visuntur Ximabaræ cœnobia Boniorum, qui cum aliis de causis plurimum possunt, tū quod principes ciuitatis affinitate contingunt. Eius ordinis hominum fallacias atque superstitiones, quod palam eorū agimus, populūque ab eâ secta ad Christum omni opore traducimus, eapitali nos vbiq; ferè odio prosequuntur. Ximabaræ autem, simul atque ira propensam in nos populū voluntatem intelligunt, inimicitias, quas antea inter se exercebant, communi metu suadente depositis: calumniis fictisque criminibus nos oppugnare constituunt. Ad Tonum adeunt, mirantes cut in suis terris tam improbum genus hominū versari patiat. Antropophagos esse nos, & quocunq; Christiana sacra inferamus, eodem continuo bel-

*Bōiorū
inimic
& scelera*

rum excidiumque importare. Si nobis in vrbe habitatio de-
 iur, Lusitanos ipsos illi imperium erepturos. Ad hæc, ple-
 bem incitare conatur, partim vt nos ex vrbe pellendos vna
 voce abs Tono deposcat, partim etiam vt nos publicè con-
 uitiis maledictisque proscindat. Eam rem vbi parum pro-
 cedere animaduertunt, consilium etiam audacius capiunt.
 Dum ego in ædibus nostris de re Christiana ad populum
 maximè dissero, facta manu quidam è Bonziis de commu-
 ni ceterorum sententia in eedes nostras irrumpit, positamq;
 ibi Crucem effringit. Sanè indigna visa res est, valdeq; om-
 nes, sed hospes præcipuè noster, eo facto commot. Itaque
 nihil propius factum est, quàm vt cum interficerent. Bonzii
 autem furore elati scelus scelere cumulant. Mos est neo-
 phytorum, susceptam à se Christianam religionem cruce in
 charta depicta, atque in ædium foribus collocata, publicè
 profiteri. id illi sibi non modò apud Deum salutare, sed etiã
 apud homines gloriosum existimant. Hæc omnia in signia
 Bonzii postridie, primoribus vrbis pro affinitate fauenti-
 bus, discerpere ac lacerare decernunt. Quod vbi Tonus
 rescit, Christianis confestim totam rem iussit renuntari,
 eosque hortatus est, vt tumultus vitandi causa, eam inui-
 niam æquo animo ferre nè grauarentur: se ipsum in Bon-
 zios vtrique animaduersurum, sed tempore. Quorum amē-
 tia ac furor eo vsque processit, vt quicumque ad nos audiē-
 dos venirent, eos vsu etiam fontis arcerēt in proximo siti,
 ad quem plurimi aquationis causa ventitabant. prorsus vt
 nobis, eius molestiæ vitandæ causa, in aliam vrbis partem
 migrare necesse fuerit.

*Mos neo-
 phytorū.*

Iam verò illa quoque res accidit, non minùs euentu felix
 ac læta, quàm initio tristis ac turbulenta. Adolescentes duo
 ad nos audiendos rei nouitate inuitati ex oppido finitimè
 venerant. dumque in ædibus nostris morantur, in familiari
 & iuuenili colloquio (vt fit): vnus eorum alterius procaci
 interrogatione lacescit, stricto mucrone in socium præ-
 ceptis iracundia ferebatur: cum illum ex iis qui aderant Ja-
 ponii quidam (aderant autem ferè centum) vi arreptum re-
 tinent, ei que de manibus sicam extorquent: quo ille facto
 ita iratus inde discessit, vt aut eam vlisci iniuriam, aut
 mortem sibi met inferre, Japonico more, decerneret. Acces-
 sit ad extimulandum iuuenis animum, satis iam per se in-
 citatum, patris quoque denuntiatio vehemens, ac suum in

conspectum veniret domino, nisi prius ab ædium præci-
 pue domino, apud quem res illa contigerat, doloris penas
 exegisset suiligitur adolescens, amicis affinibusque coactis,
 vim comparat: quod ubi Ximabaram allatum est, Christia-
 nos omnes magnopere conturbavit, me verò porissimum,
 verentem, ne si ad manus ventum esset, (quæ res non sine
 multorum cæde erat futura) tum verò Bōzii civibus quod
 cupiebant planè persuaderent, nos rixarum ac seditionum
 ubique terrarum autores esse perpetuos. Iamque se, quan-
 quam in magno omnium mœore, oppidani ad Ioannis
 (sic enim appellabatur) hospitis nostri defensionem instru-
 xerant, a tentabaturque armatum agmen adversariis, cum
 iuuenis ille dux agminis repente præter omnium
 spem gentisque consuetudinem exterritus substitit, satis
 dignitati suæ, satis parentis imperio factum existimans, si
 vacuum nobilis cuiusdam viri domum ingressus in subur-
 bano positam, resistente nemine, fugionem inde vicissim
 abstulisset, atque ita (ut fecit) in patriam reuertisset. Id à Chri-
 stianis ubi resecutum est, tanta voluptate lætitiæque perfusi
 sunt, ut ab ipso noctis crepusculo, quamquam eos domum
 dimittente me, nihilo minùs gratias Deo cuncti simul a-
 gentes, factamque invicem gratulabundi narrantes, ad in-
 sequentem lucem usque perstitissent. Nec tamè inrer hæc
 aliàsque difficultates, & Bonziorum insectationes, Domino
 Deo fauente, cessatum est. nam præter quotidianas cõcio-
 nes & ca reclusissimum, baptismi celebres varlis temporibus
 complures habiti sunt. Ac primùm quinquaginta barbari
 nomè Domino dedere. deinde rursus circiter septuaginta.
 tertio denique baptismo, candidati trecentum numerati
 sunt, è quibus baptizauimus duntaxat eos, quos satis pro-
 bè institutos Christianis præceptis inuenimus. cereri, qui
 minùs adhuc idonei videbatur, in aliud tẽpus reiecti. Chri-
 stianorũ primitias libauit Dominus in hoc itè oppido, sex
 videlicet trimos aut quadrimos infantes: quorum qui pri-
 mus excessit è vita, Christianæ fidei veritatem illustri san-
 dè testimonio comprobauit. Cùm enim iam ageret animam,
 sublatis ad sidera manibus, Tem iangate mairõ, id est, con-
 festim (inquit) in cælum migrabo. Cuius rei miraculo neo-
 phyti magnopere cõfirmati sunt. Ipse autè Regulus tametsi
 nec dum Christianus est, & certis de causis in aliud tẽpus
 Bonziorum scelus ac maleficia debitis vindicæ suppliciis

*Tota no-
 stræ in a-
 gendâ Deo
 gratias
 persēūt.
 Christiani.
 Celebres
 alij sunt
 baptisimi*

distulit suam tamen erga nos beneuolentiam, & Christianæ religionis vel tuendæ vel amplificandæ studium, plurimis rebus ostendit. primum enim nobis honoris causa familiariter sæpe conueniendis nomen nostrum apud Ximabaranos in admiratione & in gratia posuit. deinde arcam templo ædificando optimam, materiamque suo sumptu conuectâ, operasque ducentas nobis attribuit ad arcis ruinas æquandas solo, quæ arx quondâ illa ipsa in area fuerat. in templi verò ipsius apparatus & cultû familias septuaginta in ea vicinitate habitantes certum vestigal pendere iussit, exturbationis pœna proposita, nisi in officio persistissent. Idem, quod Christiani ad tẽplum estû maris accedente ægre admodum veniebant, ingenti ponte ad ipsius templi valvas vsq; perducto, facile iis tutumque aditum præbuit. Auctus verò filiola, (quâ nos, quod clarissimo genere orta est, magno Christianæ rei adiumento futuram aliquando speramus) eam nobis tradidit baptizandam, quod fecimus, & nomine Christiano Mariam appellauimus, vt eam videlicet nomen ipsum ad omnem virtutem ac sancti-
thoniam incitaret.

Hæc ferè in oppidis Cocinoco & Ximabara gesta sunt: quam ego vtramque ecclesiam per id tempus sæpe reuisi, & alteri Damianum alteri Paulum, comites ac familiares nostros, interim dum ego abessem præposui. Vos etiam atque etiam obsecro fratres, vt pro hac vniuersa Iaponica vinea Domino Deo nostro quàm diligentissimè supplicetis. Ex portu Maris virginis adiutricis, 5. Kal. Decembris, 1563.

ALOISIVS FRÖES SOCIETA-

TI IESV IN INDIAN.

ANno proximo, Icoxiuræ vico ab hostibus concremato & exciso, Cosinus Turrianus cum Aloisio Almeida & Iacobo Consaluo officii causa conquistus à Christiano quondâ nobili viro, Tacuxim oppidum Regis Bàngensis æger naui deductus est. Ego autem ab Antonio Firandensi viro principe acceperitus, Cosmii iussu Tacaxum condendi febre frigoribusque vexatus, quæ me quatuor menses malè habuerunt. Eodem venit post mensem
Ioan-

*Regulier
ga Chri-
stianã re-
ligionem
studium.*

*Tacux
aidu*

Bis in nocte orandi causa surgunt Christiani. Cereæ agni cœlestis imagines.

Ioannes quoque Ferdinandus. Insulani sunt numero trecenti circiter & quinquaginta, omnes Christiani, quorum quibus licuit, aduenienti mihi nauigiolis obuiam prodire, ceteris in littore præstolantibus. quorum omnium quanta sit pietas atque religio, ex eo facile iudicabis, quòd bis in nocte ad Dominum deprecandum, Christiane passionem secum reputandam, surgere è lectulo consueuerunt. Quin etiam primis tenebris multi cum se in preces fuderunt, ad mediam vsque noctem in ea cogitatione suimet penè oblitii persistunt. Pyxidiculam ego cerearum agni cœlestis imaginum, quas Romæ summus Pontifex consecrauerat, sociis nostris attuleram ex India. id ubi reseciuit Christiana quædam anus Facatensis, multis precibus vnâ mihi eam extorsit. Eius rei fama statim hoc toto tractu pererebuit. itaque ad me quotidie & Firando & aliis ex locis nauigia veniebant virorum feminarumque plenissima, è reliquiis illis amoris (sic enim appellant) aliquid à nobis efflagitantium, negari non poterat. itaque totum eius cereæ consecrationisque mysterium exponebat Ioannes, deinde in eos distribuebatur. & sanè ceram in particulas ita minutas seate coacti sumus, vt Christianis mille quingentis æ triginta sufficerent. quas pro suis quisque copiis vel argentea theca, vel ænea, vel stannea, vel ex aurichalco includebant, ex altera parte nomine IESV spinea corona circumdato, ex alterâ tribus ad imam cruce clauis incisus. Templum autè ipsum, quòd Firando aliisque ex insulis confluentem ad nos multitudinem non caperet, per eos dies amplificatum & sacrario atque ædificiis ad hyemem traducendam ornatum est. opere absoluto, dum Iaponius quidam apud nos ceram in candelarum vsu ad ignem liquat, arida palearum materia, è quibus parietes erant extructi, flammam ita auidè artipuit, non modò vt hospitium nostrum, ædemque sacram, sed etiam quindecim ferè vicina Christianorù tecta comprehenderit atque consumpserit. quorum sanè mihi æquitas animi ac patientia visa est admirabilis, eam incensis domibus domesticoque instrumento, in publicum se coacti proripere, tempestate perfrigida, cum è cœlo densa nix eaderet, vnâ eum conjugibus liberisque, qui nonnullis eorum erant septeni octonive, nostram tamen vicem magis quàm suam ipsorum dolerent. Ex ea clade sacrorum apparatus Dei beneficio ereptus est, &

aliquid

aliquid è supellectili vestibusque, quas nos omnes egentibus Christianis ijs, quorum domus arserant, miserarione commoti diuisimus. Ioannis verò Ferdinandi commentarius, multis iam annis elaboratus, in quem ille sacras conciones & catechismi explicationem Iaponico sermone retulerat, sanè quam incommodè periit. Ego interea cum ægrotus decumberem, ex eo periculo me ad quendam Christianum recepi, ibique in summa egestate storea mihi pro stragulo fuit, lignum pro cervicali: eò statim magna utriusque sexus hominum ac puerorum turba confluxit, incommoda nostra & calamitarem lactymis prosequentiù: mortuos parentes lugere dixisses, atque, vt est gens ad omnem humanitatem ac misericordiam proua, quanquam in summis rei familiaris angustiis, alij ad me contegendum propriis vestimentis exuere sese, alij in cibum duas trèsvè cocleas, alij virides cepas; alij denique siluestre allium afferre. aliquot etiam Firandenses & Facatenses Christiani, qui in eam insulam anno priore Itoxiura migrauerant, cocta nobis cibaria septem octòve dies è suis domibus misere. Eius incommodi nuncio Firandum vicinàsque in insulas perlato, confestim ad nos subleuandos Christiani cum fabris, paleis, funibus, arundinibus aduolarunt: quorum opera cum ædes nostræ, templumque, tum etiam incensa Christianorum tecta magno omnium gaudio ac voluprate refecta sunt.

*Christia
norum
caritas.*

Sub idem tempus ecce noua calamitas. Aduectum ex India præiosum ornatum sacrotum vnà cum aureo textili, & simul vitrea vasa donanda principibus, Firandum Costus, vt ibi videlicet ab incendiis tutiora essent, ad Christianum amicum custodienda transmiserat. Hic dum ludos quosdam profanos ipso cinerum die agunt barbari, vnus ex ijs temere arreptum ignem in ædificium coniecit, qui vento adiuuante, ad eò vehemens ac sæuum excitauit incendium, vt bonam vrbs partem cum ædibus Antonij dynastæ, & Christiani eius qui nostra seruabat, momento panè temporis hauserit. quæ res magnam mihi præcipuè, febri, tali anni tempore, laboranti, patientiæ mareriam præbuit, quòd in eas ego quoque sarcinas, Diui Thomæ partes, quæ appellanrur, itemque nonnulla valetudinis aduersæ remedia, quibus admodum inops est hæc terra, coniecit. Inde, paucis interiectis diebus, vigiliæ agere sumus co-

acti latronum & hostium metu, quibus paruum hoc Firandi regnum infestum est: paratisque nauigiis, quibus aliò, si res ferret, auheretur sacra vestis & instrumentum, nos cum Christianis in editum locum munitumque recepimus. Sed bellumultus ille Deo fauente sublatus est. Et quoniam Iaponica lingua ignoratio rem Christianam magnopere distinct, erepto ex assiduis occupationibus tempore, faciendum sibi frater noster Ferdinandus existimauit, vt de Iaponico sermone grammatice præcepta conscriberet. iis duplex etiam Lexicon addidit: in altero Iaponicas voces, in altero Lusitanicas alphabeti ordine cum sua cuiusque significatione prætexens. Sexto vel septimo mense, haud tamen idcirco intermissis concionibus, ceterisque muneribus, eam lucubrationem absoluit, in primis vti que necessariam Iaponiis excolendis.

In feriis natalibus atque paschalibus incolarum summa deuotio. Nocte natali sub vesperam ientaculo exceptos bifariam in templo diuisimus. Ibi alternantibus choris certos ex veteri testamento locos, sacrâsque prophetarum prædictiones temporis accommodatas versu Iaponico decantant. Deinde sollemnia missarum sacra peracta sunt. Dominica in palmis cum sacrum fieret, passione Domini per vices, vt fit, recitanda, tanta populi comploratio orta est, vt vix inter pronuntiandum nos mutuo exaudire possemus. Iam sexta feria, qua proximè consecuta est, complures tum Firando, tum ex finitimis pagis Christiani ad verberationem cum flagris ac tunicis confluxere, quòd Firandi conuentus huiusmodi ab Rege prohibentur. nec sæuientibus eo die procellis atque imbribus deterriti sunt, quo minùs acriter sese cadentes, sanguinemque mittetes, per multos passus agmine composito incederent. quod ipsum separatim mulieres quoque Christi amore incensæ fecerunt, idque summa cum religione & sanctimonia. Porro aquam sabbato sancto benedictam, magno studio ac fide ad morbos pellendos partim apud se religiosè asseruandam sumpserunt, partim etiam Firandum, ceterâsque in insulas, atque oppida Christianis dono mittendam. Paschali verò die dominico ad summam gratulationem species tantum & pōpa magna defuit. cetera sanè egregia. vnum duntaxat pallium erat nobis, quo eodè pro umbella in supplicatione vsi sumus. sub ea gestabam ego sacratissimum

Christi

Christi corpus in calice. linteatus præibat Ferdinãdus corona rosea redimitus, & quanquã macie ita cõfectus, vt vix hætere vestigiis posse videretur, valde tamẽ iucundè canebat, Dic nobis Maria, quid vidisti in via? Cui respõdebat ex altera parte Iaponius quidã senex, trullã bacillo pulsans, nec enim vlla in his locis organa musica sunt. Eo die cibũ apud nos cucti sumpserunt, quod festis ferine celebrioribus faciunt, præsertim verò die visitationi Marię virginis sacro, quẽ diẽ præcipuo cultu atq; honore exigunt Misericordię sodalitatũ, cõuiuij curatorib; in qualibet ecclesia cõstitutis.

Ipsis hebdomadæ sacro sanctæ diebus Fitandi res accidit ad prouidentiam Domini iustitiãque declarandã admodum illustris. Princeps Bonziorum erat in vrbe quidam Salsinandaque nomine, regni totius huiusce tanquam Archiepiscopus, capitalis Christianæ religionis inimicus, eucens scelere antea & cruces præcisæ & Gaspar Vilela cum reliquis omnibus è Societate nostra Firando pulsi exclusiq; fuerant, quam rem Antonius dynasta grauissimè tulerat, nec tamen vindicauerat, eo quòd Bonzius principum affinitatibus admodum potens esset. Is igitur ab eodem Antonio, qui regij exercitus Imperatorũ vnã cum Rege cõtempore militabat, per interpretem petiit fundum quendam continuandam prædiis delubrorum suorum. Id cum Antonius apertè negasset, accensus ira misit continuò Bonzium primũ, qui Antonij villas, deinde sex circiter Christianorum Antonij popularium domos incenderent. Enimvero tum Antonius rei atrocitate commotus Regem adit, Bonzium improbitatem diutius ait tolerari non posse: nisi in ipsum Rex animaduertat, sese confestim rei militaris cura deposita, ad vlciscendam eam iniuriam profecturum. cui Rex quanquam inuitus ac mœrens, tamen quod Antonij viri nobilissimi, & secundũ se opulentissimi opera plurimum indigeret, respondit se totam rem ipsius arbitrio planè permittere. Tum recordatus iniuriarum nostrarum postulauit Antonius, vt Bonzium eo dignitatis gradu deiectum Fitandensis regni finibus in perpetuũ exterminaret: & ne qua spes reditus ei relinqueretur, agros illius ac bona aliis possidenda assignaret. Quo statim facto: & Christiani molesto grauique aduersario liberati, & Bonziis dedecus ingens ac dolor iniustus est.

Decem menses Tacaxumã fuimus: quo temporis spa-

*Vetula
90. annos
nata est
Christū
perduci-
sur.*

tio vicinas insulas, quæ in Antonij ditione sunt, bis Ferdinandus inuisit. nec sanè frustra. nã & Christiani, ipsius aduentu mirum in modum recreati, & barbari multi ad ouile Christi perducti sunt. in ijs vetula quædam annum agens circiter nonagesimum, mulier honorata, multisque affinitatibus pollens. Hæc æternæ beatitudinis gratia, multa Iaponis delubra superstitionis peregrinationibus circumiecit, habebatque papyraceam tunicam, quæ descriptam Amidæ vitam continebat, quam illi cum aliis diplomatibus & indulgentiis (ecclesiasticos enim ritus dæmon effingit) Bonziji pretio ingenti vendiderant, polliciti, si eo amictu supremo die suo efferretur, omnibus noxis solutã, recta ad beatas Amidæ sedes procul dubio peruenturam. Ægrotū quendam eius propinquum Ioannes inuiserat, cuius domi casu ipsa quoque tū aderat. Eam igitur Ioannes accersit iubet, si pauca de redemptore generis humani deque altera vira cognoscere cupiat. audituram se respondit mulier: verum enimvero falli, si quis idcirco se Christianam futuram existimet. Sed ubi Dæmonis malitiam, fraudes Amidæ, cui illa tantopere fideret, Euangelicam denique veritatē Ioannes aperuit: vt Iaponica ingenia facilè rationibus cedunt, eius orationem mulier ita aptobauit, vt lacrymis obortis baptismum continuè peteret. quid multa? solemnes preces edidit, chartaceam illam tunicam, aliãque Bōziorum scripta quæ diximus, ad Ioannem attulit comburenda, sibi posthac sacrum fore nihil aut religiosum affirmas, præter nomen I E S V. ac deinde baptizata, tantam animi pietatem atque ardorem ostendit, vt cum vniuersos Christianos, tum eos præsertim, qui eã antea nouerant, ingenti gaudio affecerit: quam metuebant prius, nunc autē metu duplicatum in amorem conuerso, maximè diligunt: ac mirantur quæ prius vix præ imbecillitate corporis stare posset, cam nunc quotidie templum petentem, Angelicãque salutationem trecenties recitantem, & singulis noctibus bis orandi causa è cubili surgentem. Eadem postea ad me Tacaxumam cum aliis Christianis naui contendit, vt rei diuinæ interesset, & granum aliquod benedictum, & ceræ, quam diximus, consecratæ particulam à nobis exposceret.

His rebus aliisque peractis, quas ego breuitatis causa prætereo, Ferdinandus ad me reuertit. Et quoniam Firandenses

denſes Chriſtiani magno noſtri deſiderio tenebantur; mihi autem per Regem a Chriſtiana religione, contrà quam initio ſimulauerat, alienum, in ea vrbe rem diuinam facere non licebat: ſupplicationibus habitis, & re cum Antonio communicata, omnino viſum eſt faciendum, vt Ferdinandus ſaltem eò ſeſe conferret, vbi ille dum fideles in officio retinet, labantes in fide confirmat, barbaroſque præceptis Chriſtianiſ inſtituit: interea naues Luſitanorū duæ in hâc oram è Sinis delatæ. quarum magiſtri cùm iniuſſu meo Firandi portum inuehi nollent, Rex ratione lucri coactus (nam alioqui, ſecus ac primis aduentus noſtri in Iaponem annis, ſimulauerat, & nobis & Chriſtiano inſenſus eſt nomen) ſe mihi per quendam è ſuis familiaribus excuſauit, quòd belliſis diſtriçtus negotiis nondum mihi ſalutē nūtriari iuſſiſſet, & ſimul magnopere petiit à me, vt Luſitanos vrbis aditu ne prohiberem: ſe primo quoque tempore de mea quoque introductione cum nauarchis acturum. Illi igitur, permittente me, deſcendunt, & promiſſa ab Rege ſæpius exigunt, templum ære ſuo ſe exædificaturos recipiunt. Rex reſeruiſando rem extrahere, noſque iam apertè fruſtrari, cùm eo ipſo tempore oneraria, cui à ſancta cruce eſt nomen, aduenit. ſanè opportunè. nam & ſacerdotes è Societate tres, Melchiorẽ Ficaredu, Balthaſarẽ Acoſtã, & Ioannẽ Cabralium, ſumma cum auini noſtri voluptate ac læticia nec opinantibus nobis aduexit: & occaſionem optimam præbuit Regis ab ea perfidia reuocandi. Hanc ego nauem actuario quæſitam reperi in ipſo curſu velis adhuc inflatis, & Petro quidem Almeida Nauarcho pro excellenti eius probitate, & in Societatem noſtram obſeruãtia, facilè perſuaſum eſt, vt vela ſubmitteret ſtatim, ibidẽque ſubſiſteret: mercatores autem ſiue nauigationis nauſea tædioque, ſiue alia quauis de cauſſa, nullis rationibus de ſententia deduci potuere. quominus ſcaphis oppidũ peterent, & mercimonia exponerent. magno illis ea deſcẽſio ſtetit: namque à furibus igne apothecis eorum iniecto, magna mercium parte vel flamma ventoque ſæuiente cõſumpta, vel etiam ab ipſis furibus inter eam trepidationẽ ablata, aureorum circiter duodecim millium damnum fecerunt. Inrẽrea Petrus Almeida, qui iactis anchoris, ab oppido ſex millia paſſuum ſtabat, rogatu meo Regi apertè denuntiat, ſe niſi nobis reſtitutis nequaquã appuſſurum: Rex autem

dierum aliquot mora interposita, ad extremum metuens, ne si rem diutius distulisset, magna rerum suarum iactura nauarchus alios portus peteret, nobis & urbem intrandi & sacrae ardis exstruendae potestatem fecit. Descendentibus nobis ad littus die natali D. Bartholomei Apostoli, gratulatio ingens & à nautis Lusitanis significata est, & ab incolis Christianis, cum se praeter spem voti compotes factos viderent. Nos cum nauarchis & magno praeterea comitatu Regem adiunximus, eique gratias egimus acceptis sane frigide, quod dedit accepimus, inde Antonio eiusque matre salutata, ad instaurationem templi continuo animum adiecimus, ex oneratis Lusitanorum tribus, pecunia in aedificationem corrogata, opus celeriter ad culmen perductum est. Itaque in eo templo natalem diem Mariae virginis egimus Balthasare sacrificante, & magno omnium gaudio concionante. Tanto autem studio à nobis de hac Firandensi commoratione multis de causis laboratum est. Primum quod ita mandauit Antonius Quadrius, deinde ne Christiani incolae summa virtute ac religione homines deserantur: tum ut iacta à nobis in animis puerorum, qui sane praestanti sunt indole, semina Christianae doctrinae ad bonam frugem nostra opera perducantur. postremo Lusitanorum etiam gratia, qui ad hoc emporium libentissimè commeant, ad merces distraendas ac diuendendas opportunissimum. Dum haec ad Firandum geruntur, cognitum est Cosmum Turzianum Bugensis regis hortatu atque auxilio ad oppidum Rimani regni Cocinocum peruenisse, eamque ecclesiam, quam hostes affixerant, eiusdem Regis ope ac beneficio restitutam. Eò Melchior Ficaredus cum mandatis ac litteris, quas affererat ex India, ad Cosmum profectus est. Nec ita multo post Cosmus ad nos scripsit, ut ad se ego & Balthasar Acosta veniremus, Cabralio & Ferdinando Firandi relictis. quae prima nauigandi facultas fuerit, proficiscemur. atque ego me, nisi per mea steterit peccata, Meacum ad Gasparem Vilelam missum ita confido. nam nostrorum hominum subsidium aliquod non ipse modo, sed etiam Meaceses vehementer exoptat: quippe qui ad eum, sacrorum causa, ex amotis urbis amplissimae partibus aegre admodum ventitant. Cuius profectio res gestae satis declarat, nihil esse tam arduum atque difficile, quod non animi robur ac perseverantia superet. Nam qui primis legationis suae temporibus,

contumelis, probris, lapidationibus nullo defensore appetitus, diuque vexatus est, tantum constantia patientiaque profecit, non modò vt populo, sed etiam vt principibus, Regèque iam ipso æquo ac beneuolo vtatur. In agro Meacensi intra quadragesimum citeiter lapidem ecclesias septem instituit, multis è prima nobilitate ad Christi cultum adductis: magnum denique rei Christianæ studium in illis gentibus excitauit. Verum hæc & reliqua huius prouinciæ acta ex aliorum litteris fusiùs cognoscetis. Vos ego patres fratresque mihi carissimi per Deum obsecro, vt uestris in sacrificiis precibusque memoriam meï retineatis.

Firando, Quarto Non. Octob. 1564.

FINIS.

Z 4

DE



DE REBVS
INDICIS EPI-
STOLÆ, IN EDITIO-
NE VENETA
PRÆTERMISSÆ.



EXCERPTA QVÆDAM E
CHRISTOPHORI ACOSTÆ
LITTERIS, AD PRÆPOSITVM GENE-
ralem datis, 4. Non. Ian. 1569, Malaca, quæ fuit
olim aurea Chersonesus.

IN hoc domicilio Malacensi, præter confes-
siones, catecheses, & alia ex instituto nostro
munera, pluribus etiam locis conciones ha-
bentur: præsertim verò Dominicis diebus ad
ethnicos sectæ cuiusdam, (Quintinos appel-
lant) quorū praua dogmata & opiniones vt
publicè confutarentur, Cōcilium prouinciale decreuerat,
eamque prouinciā nostris Episcopus demandandam existi-
mauit. Erit, vt speramus, operæ pretiū. Quæstiones etiā eæ,
quas vulgò casus conscientiæ nominant, clericis explicatæ
sanè opportunè, magnaque auditorum tum approbatione
tum etiam profectu, qui vel è quotidianis eorum interro-
gationibus sub explicationem perspicere poterat.

Sacra ædes nostra ad tectum hoc anno perducta est, non
modò capax, sed etiam valde formosa, vel structuræ genere
ipso, vel loco: sita est enim in vrbis mediæ summo eliuo, vn-
de ingentia maris terrarumque spatia cernuntur. In eā ædi-
ficationem, & simul ad nos quoq; alēdos, elemosinæ à piis
hominibus erogantur. Et quoniā hæc domus hospitium est
nostrorū omniū, qui ex India Malucum, Iaponem, & Sinas
perūt, exponam ea, quæ ad nos variis è regionibus nuper à
nostris allata sunt: quandoquidē incertū est, ipsorū litteræ
sintne hoc anno ad vos peruenturæ. Ac de Malueis insulis
primū: è quibus cognitū est, Amboinēses neophytos (quos
Franciscus Xauerus & alii deinde Christianis præceptis
imbuerant) superioribus annis crudeliter admodum op-
pressos ac vexatos fuisse à natione Mautorum, quos vo-
cant lauos, in primis fera & immani, & Amboinensibus
præsertim vehementer infesta, Christianis permultis occi-
sis, quibusdam etiam à Christo vi metuque alienatis, toto
denique eo tractu (sunt autem insulæ quamplurimæ) per
vim occupato. Verū Lusitani ex India illuc valida classe
profecti, lauos inde expulerunt, principes scelerum & au-
ctores

ctores affecere supplicio, omnes eas insulas ereptas è misera seruitute, sublatis discordiis bellisque ciuilibus, quibus inter sese ad interneciouem vsque certabant, ad Lusitanæ Regis imperium adiunxere. optimo loco & ad excurrèdum in primis opportuno, arx cum propugnaculis excitata, impositumque præsidium. Quæ res nostros etiam hortata est, vt amplificanda Christianæ religionis causa ibidem sibi domicilium collocandum putarent. itaque ob eam rem illic nonnulli è Societate nostra versantur. Post hæc, variis è Maurorum ethnicorumque prouinciis legati Lusitanum Præfectum adire, qui ad patrios ritus & cetemonias deserendas, Christiana suscipienda sacra, denique ad imperata facièda sese paratos offerrent, præclare secum agi, ni repudiaretur, existimantes. Scribunt nostri præterea tantam esse multitudinem eorum, qui ad Christum conuersi iam sunt, vt ad eos erudiendos ac baptizandos, vel si alii triginta iu ca loca mittantur, exiguus operariorum numerus sit futurus; vt alias gentes interim taceam, quæ item baptismum cfflagitant, in continenti habitantes, Papuas nomine, quæ regio in meridicm adedò extenditur, vt præternauigantes Castellani nunquam ad finem eius oræ peruenire potuerint. Papis finitimi sunt alii populi, atque inter eos neophyti aliquot, nostrorum paucitate quadriennium circiter magistro ac pastore planè destituti. Secundus verò hic rerum euentus, recénsque victoria, magnam nobis spem afferebat fore vt in iis agris fides Christiana disseminetur magna cù vbertate redituque animarum: eásque nationes nec animi ardore nec pietate Iaponiis inferiores futuras. Regio est inter æstum frigusque temperata, nemoribus ac fontibus frequens, & si more nostro colatur, omnis frugum generis copiam pollicetur.

Ex ora Sinarum naues nondum appulsæ anno quidem superiore cognitum est Christianam rem eodem esse loci, quo antea. nostri in Amaconis portu & emporio sibi sedem locarunt, diuinum ad interiora prouinciæ penetràda expectantes auxilium. Interea Lusitanis negotiationibus in spiritu adiuuandis insistent. Melchior verò Carnerius Episcopus, pastoralis munere egregiè fungitur: clericos tractat humanissimè: eosdem excipit sæpe conuiuio, vt per eam occasionem spiritali quoque reficiat cibo. Itaque magna est apud omnes in gratia, nec modò clericos, sed etiam

laicos,

laicos, quos ille amantissimis verbis & exemplis Christianæ humilitatis instituit. Pecuniarias multas nec sæpe imponit, & domum suam exactas deferri non patitur. valetudinarium est curandis leprosis (quorum magna est in iis finibus multitudo) ipsius opeta & consilio constitutum, non paruo utique cum corporum tum etiam animorum bono, (multi quippe ea ratione conuertuntur ad Dominum) huic ergo valetudinario Melchior eiusmodi pecuniam attribuit statim.

Ex Iapone hoc anno litteras nondum accepimus: si fuerint allatae, mittentur ad vos.

Hæc mihi in præsentia, quæ scriberem, occurrerent. Reliquum est, ut Malacensem hanc domum atque familiam, sacro sanctis tuis, Pater optime, sacrificiis precibusque eo diligentius adiuues, quo maius illi periculum impedit. rumor est enim, Acenorum Regem (ii populi sunt insulæ magnæ Taprobanae, quam hodie Sumatiam vocant) ad oblationem huius urbis comparare sese, certè perniciose Malacensibus agitare consilia. Malaca, 4. Non. Decembris, 1569.

EX ALOISII GOVEANI LITTERIS, DATIS
Coulane à collegio Saluatoris, 18. Calend. Feb. 1569.

VRS hæc, in qua commoramur laborantes in vinea Domini, & in Comorinensem quoque tractum subinde excurrentes, jacet ad montis cuiusdam radices, passuum à mari non è citèter millia. Salubre caelum, aquæ optimæ, annona plurima, gens verò ad pacis æquæ ac belli munia solers: Christiana sacra multi suscipiunt, qui iam susceperunt, tum frequenti sacramentorum usu, tum etiam animi cædore atque munditia, & in ceteros, benignitate & officiis, egregium probitatis ac veræ fidei specimen præbent.

Mauris ethnicisque oram hanc non exigua quandoque classe infestantibus, armati resistunt sanè fortiter, præstantque magnam in catholica fide constantiam

In neophytis est egregia pietate mulier. ad eam cum ethnici quidam adissent, petentes nescio quid patio delubro offerendum, id postulatum usque eo mulier tulit indignè, ut scopis arreptis (quod genus iniuriæ apud eos in primis contumeliosum est, atque idcirco à magistratibus etiam seuerè admodum vindicatur) ita tenaciter, ut extorqueri non possent,

possent, vultu verbisq; malè acceptos abs se reiecerit, quin etiam postridie, qui dies erat sabbati, præcipua feminarum pietate cultûque concelebrari solitus, cùm plebs iam frequēs cõuenisset in tẽplum: elata voce mulier eadem, vt cœtus omnis exaudiret: Ego, inquit, insimulacri cultum rogata nescio quid, negavi scilicet. quòd si quem posthac in eo genere peccare cognouero, me omnino eius nomen ad Patrẽ, (sic enim sacerdotem nostrum appellãt) cùm primũ afuerit, delaturam esse profiteor. qua denuntiatione compuncta nonnullę, aliquo eiusmodi obstrictę piaculo, ad officium sponte rediere.

In extrema ora castellum est insigni quodam ethnicorũ delubro clarũ in primis ac celebre, Christiani etiã aliquot ibi versantur. & quoniã ea natio piscatu maximè vitã tolerat, cùm duobus iam mensibus inopia piscium gtauiter laborarent, duos è nostris, qui tum aderant, rogauere Christiani, vt supplicationibus publicis Deũ propitiare ne grauentur. supplicationes habitæ cum apparatu ac ceremoniis: a tẽplo nostro ad crucẽ vsq;, nō lógẽ positã, agmẽ Christianorũ processit, magna cum religione, quorundã verò etiam lacrymis. Deinde nostri ad aliũ pagum rei Christianę causa profecti, nuntium accepere, paulo post supplicationes peractas ingentem repentẽ vim piscium magna cum neophytorum gtatulatione extitisse.

In hac ora maritima tres & viginti sunt pagi, sanè frequentes, & quidem, exceptis quatuor, omnes Christianis tẽplis ornati. Suus autem cuique templo ædituus præest, quẽ patria lingua Canaquapolem vocant, propter nostrorum hominum penuriam, ex ipso neophytorum numero lectus à probitate & Christianæ disciplinæ peritia. Horũ est, præter templi custodiam, Christianis etiam præceptis plebem imbueri, discordias tollere, in templum neophytos conuocare, obseruare quis desit, quive se malè gesserit, omnia demum ad Patrem deserte, cùm venerit, vt ipse deinde pro delicti modo remedium adhibeat. Obseruantia verò neophytorum in nostros homines mira, mirum obsequium.

Graues etiam inimicitia nostrorum opera suaũq; multræ depositæ, & constituta pax non solũ inter priuatos & consanguineos, & ipsos quoque populos; verũ etiam Regem inter ac Regni proceres aliquot. atque hac ratione imminetia sæpe seditionis tumultusque sublata pericula,

tanta

tanta cùm Christianorum tum verò ethnicorum approbatione, vr multi principes viri sese iam nunc defensores atq; adiutores Euangelii præbeant, qui nuper acerrimi Christianæ religionis aduersarii fuerant. Regis verò ipsius, quàm adhuc ethnici, eximia erga nos humanitas ac beneuolentia cernitur: audir nos perlibenter, templū Christianis ædificauit egregium, quineriam in eam incubuerat voluntatem, vr Maurorum sanum, quamquam inuitis ac renitētibz ipsis, euerreret. Sed ne quæ turba ac rixa oriretur, vel ipso nostrorum suasu res in aliud tempus dilata.

Dum hæc pararem scribere, ecce tibi ab Rege Trauācoris nuntius: etiam atque etiam rogans, vr Regem ipsum è nostris aliquis adeat: esse quæ ille nobiscum agere vehementer velit. Delubrum est leucis ab hoc oppido quatuor, quo Rex Trauācoris tum ad gratulationes quasdam ac solemnia sese contulerat. eò igitur è nostris nonnulli profecti, benignissimè ab eodem excepti sunt: actum de templis Christiano ritu ac religione toto ipsius regno extruendis: eamque potestatem Rex patentibus litteris seu diplomate fecit amplissimam: deinde omnibus iis qui ad Christum accederent, immunitates ac priuilegia multa proposuit: se suaq; nostris liberaliter detulit: eosdem orauit, vr sibi Lusitanorum, qui versantur in India, cõciliarent amicitiam tãdiu permanсурam, quamdiu sol extabit ac luna, professus hostem se hostium nostrorum fore perpetuum. ad ea nostri cùm ira respondissent, vr Regi grarias agerēt, & opportunè etiam alia quædam adderent, domum reuersi sunt. Quo circa breuì, vr speramus, magna cum diuini nominis gloria totum illud regnum ad ecclesiam catholicam aggregabitur, eritque necesse, vr India omnia nostræ Societatis collegia cultores atque opetas in vnicam hanc magnam ac spariosam pro sua quæque parte contribuât. Lauderur etiã atque etiam Dominus: idemque nobis multum de suo sancto Spiritu largiatur. Amen.

IX EMANVELIS IESSERIAE LITTERIS AD

Propositum Generalem datis Goa, 4. nonas Ianuarii, 1569.

AESTATE superiore cùm è Sinis redirem, Coeini primum, deinde Goæ sum factus certior, auere te, Parer optime, de illarū gentiū moribus ac natura cognoscere,

cere, deque spe eiusdem per Euangeliū adiuuandæ prouincie. Quocircaverſatus ibi annos aliquot deſſe nolui, quominus tibi per litteras quid haberem in eo genere cōperitū, quidve ſentirē, exponerem. Sinarū regio & patet latiffimē, & omnium, quæ quidē in hac plaga exploratæ ſunt, oppidis & habitatoribus eſt celeberrima. Incolę ſunt ingenio valde bono & acuto, præſtantiores animi, quàm corporis viribus, in re publicæ adminiſtratione & ciuili prudentia admodū excellūt: hac apud eos cura ſtudioq; præcipuum, ſuperſtitionibus & idolis minimē dediti ſunt. vnum habent regem: huic verò ſupra quàm credi poſſit omnes obediunt, præmiorum ac pœnarum diſtributio planè admirabilis: atq; vt natura ſunt perſpicaces, animaduerti nonnullis ipſorum ſacroſancta fidei noſtræ decreta vehementer probari. in vrbe Cantone ſui aliquoties: apertè profitebantur, ſi per regem regiõſve miniſtros liceret, ſacra ſuſcepturos libenter. Atque (vt ego quidem exiſtimo) ſi quando Chriſti præconibus aditus in ea loca patuerit, plus apud Sinas breui quàm apud alias nationes vel diuturno labore profecerint. primū ob gentis ipſius naturam atque indolem egregiam, deinde quòd ſecura toto regno pax eſt atque tranquillitas. Quinimo & in amore & in honore noſtros habere, quidam etiam ad meliorem frugem reduciam expectant: iidemque aiebant, ſi quibus vnquam aduenis in eius regionis interiora penetrare licuerit, eos vtique aduenas eſſe Societate noſtra futuros. Itaque licet perpetuus ille animarum inimicus opponat omni conatu ſeſe, & reueta negotium hoc difficultate non vacet, tamen ita deſperandum non eſt, vt nonnulli, re nõdum omnino tentata atque explorata, putarunt.

Etenim Franciſcus Pe. & ego, quò tempore in Sinas cum Regis Luſitanie Legato profecti eramus, in mandatis habebamus, vt ne prouinciã ingrederemur, ante regiã legationem abſolutam; ſed enim tota res acta ſic eſt, vt minimè mirum videri debeat nos deinde introductos nõ eſſe. quòd ſi duo ſocli aliquam eius linguæ & conſuetudinis noſtri peritiam, forti magnòque animo rem aggrediantur, ipſi per ſe (quemadmodum in Meaci vrbis ingreſſu apud Iaponios factum eſt) Deo adiuuante fore conſido (idque nobis affirmabant Sinæ) non modò vt non arceantur, ſed etiam vt ſtudioſè intromittantur ab incolis. Qua Luſitani morantur,

domus

domus iam excitare complures. Christianorum incolarum est numerus sex circiter millium, partim Lusitanorum qui mercaturam exercent, partim etiam Sinarum qui sese paulatim ad Christum adiungunt, ibidem duo iam templa visuntur: Lusitanorum alterum sacerdotibus instructum secularibus: alterum Societatis nostræ, huic ædes coniunctæ sunt, Patris Prouincialis iussu ad nostrorum habitationem extructæ, vt simul & rei Christianæ in eo portu dent operâ, & integritate vitæ exemplôque illius regni quasi fores pulsare pergant. Eadem ædes opportunum quoque præbent nostris hospitium, qui Iaponem petentes ex itinere illuc diuertunt: quorum nonnulli nouem decéme intetdum menses ibi subsistunt, dum vel celsum expectant, vel aliqua in vsus Iaponicos necessaria comparant. Variis præterea ex ethnicorum regionibus confluunt eodem Christiani, quibus in spiritu laborâtibz répestinè succutitur. Et quoniã alia nulla est in eo emporio religiosa familia, nostri tantis tamq; salutaribus occupationibus distineatur, vt nō videã quibus in locis possit eorum esse commoratio fructuosior. quas ob causas, ac præsertim introitus obrinèdi gratia, sic equidem statuo (nisi si tibi videatur secus) è re Christiana futurum, vt mandes atque præcipias, non modò vt nostri (quoad eius fieri poterit) nequaquam ab incepto desistant, sed etiam omni conatu insistant sacrosanctum Euangeliũ penitus in eam prouinciã inferre: siquidẽ à Deo magna speranda sunt. Ipse pro sua elementia in anima spirituque tuo semper inhabitet. Ego me precibus tuis ac sacrificiis valde commendo. Goa, 4. nonas Ianuarias, 1569.

E NICOLAI NYNNIS EPISTOLA, E Castro Lerate data, 4 Idus Febr. 1569.

DE regionibus hisce Maluci, & Amboini, anno superiore, plura cognouisse vos arbitror, quibus in regionibus Dei beneficio Christiana res cursum deinceps ita prosperũ tenuit, omnes vt hi populi & insulæ sacrũ Euangelium efflagitent. & sanè hæc Domini vinea, omnium, quæ Societati nostræ commissæ sunt, in primis videtur colenda: fructum enim operæ pollicetur vberimum. Quare in spem viuimus fore propediem, vt impiam Mahometis sectam in hisce partibus diuina bonitas prorsus extinguat ac de-

ac delectat. quocirca obsecrate fratres carissimi Dominum, ut numerum operariorum augere dignetur.

Cōmoratio nostra adhuc est maxime in oppidis finibusq; Iernatis, Bactionis, Mauri, & Selebū: nec sanè frustra, siquidem hæ nationes (adiuuante conatus nostros & industriã Domino) tum ad sacra salutis æternæ mysteria, omnèq; probitatem valde propensæ, tum etiam in Patres, quibus ad earum conuersionem Dominus vitur instrumētis, bene animatæ cernuntur.

Mauricam Diœcesim tuentur hoc tempore Pates duo, frater vnus. Iolanam verò Didacus Magaglianes obit magna cum vtilitate, exemploque virtutis atque constantiæ, quippe qui valetudine cōsuetatus aduersa, nunquã tamen idcirco intermittit Christianam rem baptisimis, cōfessionibus, catechesibus, missarum sacrificiis, aliisq; id genus ministeriis adiuuare.

Ex altera parte Nicolaus insulã tenet Morotai, degitque præcipue in oppido celebri Sequita, quem ille cæterosque circa populos iisdem ea instituta nostræ Societatis officiis atque laboribus ad Christianam vitam informare non desinit.

Iam verò in hisce insulis versatur seorsum Antonius quoque Cōsaluus. is erat hoc tēpore in oppido Rau, Christianæ religioni bonisq; moribus cōroto agro propagandis intentus, magno vtiq; patientiæ ac virtutis exemplo, vel ob difficilem eius regionis naturam, vel etiam ob dolorem capitis, quo laborat assidue, nec tamen idcirco desistit suo munere perquã studiosè & alacriter fungi hanc Mauri terram magni calores atque æstus adedò insalubrem efficiunt: atque is aliisq; de causis, quas iam cognouisse vos arbitror, itinera in primis sunt laboriosa & valetudini vehementer infesta. Verùm enimvero in iis ipsis incommodis atque difficultatibus mirificè consolatur leuatque nos Dominus, cum re ipsa euentuq; demonstrat, sudores nostros operamq; nō frustra consumi. quippe gens hæc nuper adedò rudis ac barbara, ad sacratissimum Eucharistiæ mysterium (que ipsius Dei virt^o ac potestas est) idonea redditur, & mirabili quodã studio ac pietate vltro sacramētum confessionis exposcit. in singulis ferme oppidis tēpla exstruxere. & dominicis festisq; diebus ad catechismum cuncti conueniant, quæ res missæ implet vicem sacerdotum inopia.

Iisdem

Iisdem docendi, concionandi, ceterisque muneribus non sine magno quidem profectu dat operam in Bactionis regno Ferdinandus Aluarez, profanos ac supersticiosos ethnicorum ritus cum Christiana religione ac disciplina commutans. Agrotauit hoc anno grauiter, & solus est. quocirca maximos in ea prouincia subit labores.

Bactionica gens Mauticam superat ingenij bonitate & acumine: quare facilius etiam capit sacrosancta fidei Christianae mysteria: non obscura uero argumenta dant omnes, prorsus deserta abiectæque Mahometanae prauitatis: ac Rex praesertim, qui una cum popularibus suis acri se incensum studio demonstrat Christianae fidei propagandae.

Selebun terra est admodum ampla, multas magnasque continet insulas, Reges habet complures Christianae religionis ita cupidos, ut nihil ad eorum conuersionem, praeter catechesim baptismumque deesse videatur. Solum apprimè ferax: incolæ corporis totius forma & proceritate conspicui, colore non tam atro quam rubido: minus quieti ac pacati, nunc quidem praeter multitudinem Dominorum! sed ubi Christianam disciplinam ac uero Domino sese adiuerint, conspirabunt omnes atque consentient. Reges Christiani facti iam tres: quorum est omnium cura penes Petrum Mascareniam, ex quo facile existimare possitis, quam uehementer nobis subsidio opus sit. Atque ut clarius etiam id ipsum intelligatis, nonnullas perstringam nationes, quae à nobis Euangelium expectunt. In iis numerantur Papuae non absimiles Castris seu Aethiopiis, in multa regna diuisi: distat hinc ampla eorum regio leucas circiter sexaginta, ad leucas ferè totidem cognita & explorata. Atque ego cum essem apud Regem Bactionis, uidi nonnullos ex iis Regibus, qui ad eum inuisendum pro amicitia uenerant, iidemque baptismum petebant: sed non impetrare, quod nemo suppeteret ad eos Christianis praecipis erudiendos, & deinceps retinendos in fide.

Eadem sunt postulata Regis quoque Bengaij, quae terra in meridiem spectat. Rex uero Gorentalij, cui regno ex altera parte sunt oppositi Selebun, sexum iam annum instat idem exposcere, atque etiam nuperrimè certos homines idcirco ad Lusitanum Praefectum legauit. Sed frustra, quod ualde pauci sumus, & longè lateque dispersi: misit quidem Praefectus amicitiae causa, qui cum muneribus illi in-

uiserent, simulque animauit hominem, & hortatus est ut
 Perto Mascarenio ueteretur, qui tum in ora contraria uet-
 saretur. Regnum uerò Gorentalij frequentissimum est: nec
 dubium quin si Rex Christiana susceperit sacra, ceteri quo-
 que sint suscepturi. Huic finitimus est Rex qui dicitur Bo-
 tum. is latius etiam imperat. Alia multa regna gentésque
 consulo prætereo, ne augeam dolorem uestrum, comme-
 morando tot animarum interitu: quos ego uel pro uuius
 tantum salute (si res exigat) uitam libenter posituros esse
 non dubito.

E PETRI MASCARENIAE LITTERIS

Lernate datis pridie Non. Martij, 1569.

Quando apud Selebes hoc anno uersatus sum, non ab-
 te fore existimaui, si ad uos, quæ sint ibi gestapet-
 scriberem, ut cum tantam messis copiam in tanta o-
 perariorum inopia cognoueritis, cuncti Domino supplice-
 tis, uti quam plurimos dignetur huc mittere.

Sionis Rex, quod iam audisse uos teot, cõuersus ad Chri-
 stum est, & sacro baptismo initiatus in ora Manadi, quo
 tẽpote Didacus Magalianes ibi fuit. ea de causa intra sex-
 decim menses totum regnum ab eo defecit, vno duntaxat
 oppido excepto, quod ille cum parente fratribusque confu-
 git, atque inde ad hoc Lernatis Castum se contulit, opem
 a Lusitanis implorans. Interea diuina adspirante clemen-
 tia, populares eius ad sanitatem reuersi, Regem in patriam
 reuocant imperata facturi. celox ad eum deportandum à
 Lusitanis instruitur, vnà discessimus ipso natali die Sancti
 Bartholomei: proximo die dominico in ora Manadi sacra
 missæ petegimus. ibi cognitum est dimidiam tantum regni
 partem ab Rege stare, ceteros in defectione persistere. In-
 de ad Sionem urbem appulsi, iactis anchoris, oppidanos de
 regis aduectum fecimus certiores. ij simulatque audierunt
 Lusitanorum nauem delatum Regem, quamquam teneret at-
 cem aduersa factio, nihilominus Principes ad nauem us-
 que accessere sese dedentes, ac Regis pedes multis cum la-
 crymis osculantes.

Substiteramus ibi iam triduum, nec hostes ad pactio-
 nem adduci poterant. Quocirca Nauarchus, irémque Cõ-
 salius Vrtadus, cum sua cohorte descendunt: ad hos arma-
 ti ad:

ri adiunguntur trecenti ex iis qui Regi fauebant. Quare perterriti hostes arce deserta in montes recepere sese. Septembris mensis tunc agebatur, iamque aderat dies præfinita Nauarcho, ut se cum reliqua Lusitanorum classe coniungeret. Quocirca solutis anchoris, natali die Mariæ Virginis, ex eo loco peruenimus ad pagum miliarium circiter trecentarum, quibus Consobrinus quidam regius imperat, ibi remansimus celoce abeunte ego & Rex cum Lusitanis duobus: nec mora templum excitatum est. in eo Regis Patrem, qui ibidem erat, sacro baptisinate abluimus, venerandum senem, ad Christianam fidem valde propensum, & ingenio imprimis mitem ac docilem.

Septembri exeunte, cum neophytos Mauadenses inuisere decreuissem, Rex ipse cum multis è suorum numero me prosequi statuit dum ornantur nauigia, è Sanguin insula honestissimi quique viri ad me venerunt, rogantes ut irem ad Regem suum Christianis iniriandum sacris: cuius rei magnam ipsi quoque voluntatem ostenderunt, cum signis aliis tum verò coma extemplo tondenda, quam alunt mulierum more valde promissam. quorum ego studiis optimis obsequendum rarus, præsertim quòd ea ratione ad insulæ Sanguin totius (quæ sanè magna est) cõuersionem aditus parefieret, admodum lætos dimisi pollicitus me ad eos esse venturum. ij simulac patriam attingere nouas ades nobis excipiendis extruere aggressi sunt. inde paucis interiectis diebus Regis Cognatus, cuiusdam viri principis filio comite, præclare instructo nauigio venit ad me deducendū. parata iam erant Regis quoque Siens octo nauigia. Itaque is etiam mihi cum sua cohorte se comitem præbuit.

Festo die sancti Francisci manè profecti vespere ad Sanguin accessimus: postridie Rex insulæ cum optimatibus ingenti omnium gaudio nobis obuiam prodire.

Urbs regia, & insula totius nobilissima, Calanga appellatur: eò sumus deducti, ac triduo post promulgauimus Euangelium: quo perattentè audito Rex & Regina primoresque respondent, meam sibi orationem vehementer probari: proinde magnopere velle se fieri Christianos. Moratus igitur ibi sum quoad fuit necesse ad præcipuam sexus vtriusque nobilitatem sacro baptisinate expiandam. quo illi suscepto redemptionis humanæ mystetio, dici vix potest quantum voluptatis & gaudij non solum animo

ceperint, sed etiam publicè ostenderint. Neque tamen inter hæc gratulationes vel Reges ipsi vel ceteri de salute animarum serió mecum agere & quærere destiterunt: planè ut nostra domus in primis laxa dies noctesque auditoribus esset referta.

Deeretur est etiam communi consilio, ut veneranda erucitrophæa statuerentur: eamque crucem sua ipsi manu viri nobiles è ligno pulcherrimo fabricati sunt. ô. spectaculum vestris oculis perquam iucundum fratres mihi carissimi, si vidissetis Regum illud par, Sionis & Sanguim, Christi Domini eruee primùm sublatâ in humeros, deinde proceribus certatim adiuantibus, defixam & erectam nixogenibus eum vniuersa multitudine suppliciter adorantes.

Interea tempus aduenerat Cauripanos neophytos inuisendi: ea res magno sanè mœtore Sâguimanos affecit, quos ego ut potui leuavi, pollicitus me reuisurum ipsos in reditu. rogatus ab iisdem ut ante discessum, aream extruendo templo describerem, pecuniam in id corrogatam præstò futuram in tempore: æquatam & amœnam agri planitiem illis ad mare assignavi, densis constam arboribus, quæ arbores intra sex horas vniuersæ (& quidem Principum manibus) prorsus excisæ: tantus eos ardor animi, tantum noui templi desiderium cæperat. Quinetiam Rex deuexa iam ætate, cum propter infirmitatem corporis exercere sese ipse cædenda silua non posset, instabat tamen ac præerat sedulus operi, ceterosque hortabatur. Regina verò iussit nuntiari, se quoque cum feminis purgando solo herbisque vellendis in eius laboris ac meriti partem esse venturam. Ad extremum eum non liceret mihi apud eos esse diutius, ab Rege ipso & à nobilissimis quibusque honoris causa ad nauem deducti conscendimus. Lusitanis duobus, qui mecum erant, singula donata mancipia. Regis præterea iussu propinquus ipsius & alius item summo loco natus adolescens ætuario nos prosequuti sunt.

Erat adhuc nobiscum Sionis Rex, cuius in regnū simulatque peruenimus, nauigia comparari imperavit, ut nos in Cauripani comitaretur ipse cum magno Principum numero: itaque regno bellicis eopiis præsidisque firmato, nauibus quinque profecti Kal. Nouembris, altero die Mandum attigimus: ibi versati sumus ad dies decem: interea Batachini (sic enim appellantur hi populi) ad me detulerunt

hominum

hominum esse plus centum millia, qui iam pridem auidè baptismum expeterent, simulque Regem Sionis rogarunt, ut ea de re mecum ageret: sed ego cum cernerem eius ore neophytos esse petmultos, nos autem ita paucos, ut nò nisi raro ad eos adire possemus: excusavi me ut potui, præbuique spem fore, ut à patribus, qui ad Selebes erant commorandi causa venturi, baptizaretur: me verò non aliam ob causam eò accessisse, nisi ut factos iam Christianos inuiserem.

Inde cursum in Cauripā intendimus, & ex itinere ad oppidum quoddam Regis Bolonis maximè nobile naues appulimus, ut relictum ibi à Didaco Magaliane adolescentè acciperè, mecumque perducerè. Rex Bolonis Manadi Regis est filius, Mahometanus ille quidè, sed ad Christiana sacra propensus. is aberat eo tēpore passuum ferme ducenta millia. Mater autè ipsius ubi cognouit me portū introisse, misit, qui me & cibariis & humanissimis verbis exciperet, sed mihi nequaquam eo loco morandū existimaui. Itaque adolescente, quem dicebam, in nauem accepto, Cauripam denique attigimus, magna tum neophytorum tum etiā ethnicorum lætitia, cuius non obscura dedere signa quādiu ibi mansimus. neque verò parum nos occupatos habuit gētis eius religio ac pietas: ita ut nostrū hospitium celebraretur assidnè vel à neophytis, quos in fide cōfirmabamus, vel ab ethnicis, qui salutaribus rudimentis ac præceptis imbuebantur, quos ego tamen baptizare nolui, quamquam id ipsum efflagitantes, ob eas ipsas causas, quæ mihi apud Batachinos occurrerant, dixi aliquem è patribus ad eos habitandi causa venturum: atque hæc spe iniecta digressi, indo Sionem incunte Ianuario mense tenuimus.

Consalvus Pereria Lusitaniæ classis Præfectus Regi Sionis receperat, se illi aduersum rebelles subsidio esse venturum. iamque Ianuarius erat in exitu, nec dum ille aderat. in ea expectatione cōparuere duo nauigia, quibus Rex commite meprodiit obuiam, ratus esse de classe Præfecti; sed à Lusitano Mendornela, qui iis nauigiis vehebatur, cognitum est, Lusitanicam classem vi tempestatis in Malueū abreptam. Sanè molestus nobis fuit is nuncius. cognita mœroris causa Mendornelas ipse Regi se suosque milites liberaliter detulit. ac diuino fauente numine ita se præclare gessit, ut paucis diebus duo cœperit oppida vel ipso loco, vel propugnatoribus & armorum apparatu imprimis munita.

ea victoria sedati & compressi tumultus: vniuersa insula in sui Regis potestatem redacta: Selebes Lusitanorum virtute perterriti.

Regis huiusce fides ac bonitas præter æterna, quæ (vt speramus) manent illum in cælis præmia, felicem etiam huius rerum exitum videtur in terris esse præmerita: vsque ad eò nos officiosè & amanter est prosequutus, quacumque nobis apud Selebes contigit iter facere, nusquam à latere nostro discedens. Itaque in eius gratiam magnus etiã nobis est honos habitus. nec solum in deducendis nobis officio fungebatur, sed etiam fidei Christianæ præconem se præbebat, exponens quam illam sibi frugiteram ac salutarem expertus esset. nobis verò apud eos populos pro sua probitate pioque animo gratias agebat ingentes: & cum alia tum illa præcipuè prædicabat, se in exilij sui calamitate benignè à nobis exceptum ac sustentatum. denique in regnũ nostro beneficio restitutum esse; quibus ille rebus animos hominum non medioeriter permouebat, nec apud neophytos modò, sed etiam apud Lusitanos ipsos magna nostrum nomen ponebat in gratia.

Pacato igitur (vt dixi) regno, Rege salutato, Lernate reuersus sum. mecumque regis filium duxi natu maximum, indolis egregie, nonum circiter agentem annum: quẽ ipse mihi tradidit Parens educandum apud nos.

EX LITTERIS SEBASTIANI FERDINANDI
ad Prapostum Generalem Societatis IESV, datis
Goa mensis Nou. 169.

In diebus Septembris, cum naues huc à Lusitania peruenissent, littere tunc nobis reddite sunt, è quibus magna cum animi voluptate accepimus quæ per nostros homines in Europa gerantur à Domino. & quoniam non ignorabam vos hères Indicas libèter solere cognoscere: faciendũ mihi existimaui vt huius anni potissimũ ad vos acta per scriberẽ. Atque vt à nostro Collegio exordiar, sumus hoc tempore octoginta & octo, præter eos qui in aliis neophytorum ecclesiis tum in hac insula Goa, tum in Ciordão Sallerisq; versantur. Gymnasia nostra grammatices, plures in classes diuisa; discipulos fere eos circiter continent, diligenter curantur vt cum lucubracionibus & exercitationibus litterariis;

studium

studium virtutis pietatisque coniungant. itaque singulis mensibus ex præscripto semel omnes, multi etiam sæpius, vltro peccata sacerdotibus confitentur, & corpus Domini sumunt qui ad mysteriū illud censentur idonei. Statis præterea diebus magna alacritate cōueniunt ad Christianæ fidei ac disciplinæ rudimenta publicè decantanda. denique in ceteros etiam instituendos & conuertendos ad Dominū, seruitia præsertim & agricolas, (quantum eorum tenera ætas) incumbunt,

Orphanorum Collegio, quorum est numerus 100 citatè & 20, fratres è nostris duo præpositi sunt: cōsque ad omnem virtutē ac probitatem informare non desinunt. Aliquot in iis visuntur Brachmanum filii, quorum opera & comitatus in prouinciis obeundis & in conuersione ethnicorum nostris iam nunc est admodum utilis. Catechumenis, qui quidem sexus virilis sunt, præest frater vnus. feminæq; separatim ac longius habitant, quarum est cura panes mulierem ex Æthiopia, eius rei valde peritiam, itaque suo munere tam scienter ac sedulò fungitur, vt in ipsius diligentia prudentiaque nostri magnopere conquiescant. porrò datur opera etiam, atque etiam vt omnes in cœcitate & errores, in quibus versabantur antea, quam optimè recognoscant: idola ritusque patrios prorsus obliuiscantur, vbi Christianis præceptis instituti baptizarique sunt, quo sibi deinceps victum honestis artibus parent, variis officiis vitæq; generibus destinatur. vtiq; dum laborat, inopia nemo dederitur, cum Mauris, Iudæis, Iogūibus (si quasi religiosi quidam sunt doctoresque ethnicorum) diuturniore Catechismo opus est, quippe quorum in animis mendacia & opiniones prauæ, radices egerunt altiores: quarum ipsis etiam fibras, quoad eius fieri potest, nostri conantur euellere: atq; id ipsū industriæ ac studij in Christianos etiā conferunt sacri Inquisitoris rogatu, si qui fortè à catholice fidei norma recesserint.

Concionum fructus idem qui solet. testatur id populi concursus ac pietas: acerbissima verò necē Domini prædicanda, magni etiam animorum motus & lacrymæ iam confessionis & communionis quantus virgo sit vnus, celebrioribus præsertim festis anni diebus, vel ex eo perspici potest quòd Iubileo ex Europa nuper allato, præter alia vrbis tēpla, in hoc tantum nostro ad sacram Eucharistiæ mensam

numerati plus mille sexcenti conuiuæ sunt.

In audiendis confessionibus ægrotorum, iisdemque in extremo vitæ certamine confirmandis sanè, quàm præclare ponitur opera. namque ob id ipsum vrbe ferè tota nostri à summis, mediis, infimis adhibentur, ac si quos reperiunt rei familiaris inopia, vel domestica solitudine vehemètiùs laborantes, horum non solùm animas curant, quantum in ipsis est, verùm etiam corpora. Itaque & stipem illis à populo corrogant, & eorum cubicula ac domus ipsimet verunt purgantque, & alia id genus obeunt ministeria. quorum exemplo ad eadem pietatis officia laici quoque non mediocriter incitantur. Itaque appulsis huc nuper è Lusitania nauibus, cùm nostri ad littus cum cibariis prodiissent, excipiendis ægrotis, (quorum erat numerus amplius trecentorum) iisque ad valetudinarium deferendis, & sordibus, quas in itinere contraxerant, eluendis, è populo multo commoti spectaculo, depositis illico palliis, idem facere aggressi sunt. ipsa verò valetudinaria sæpius adire, & solita humanitatis ac benignitatis officia præstare mos est.

In iis quæ ad conscientia animique candorè pertinent, in rebus præsertim contrahendis, exercendisque commerciis, nostros consulunt multi. ac nuper quidam minime obsecutus vir apud certum hominem non modò septem aureorum millia, de quibus erat controuersia, sed reliquam pecuniam suam deposuit vniuersam, professus palàm, si malè parta censerentur ea bona, se, cuiusque nostri adiudicassent, omnia redditurum. præterea nò leues tolluntur sæpe discorde: humanitatis & officii causa carcer inuisitur, & ex iis qui damnantur capite, complures ethnici conuertuntur ad Dominum, quorum ille tenebras vt boni quondam latronis eo tempore dissipat. quamobrem nostri huius linguæ periti damnatos ad locum vsque patibuli prosequuntur magno vtique ipsorum bono, quod superioribus diebus ethnici tres liquidò comprobaunt, qui cùm alia multa deliquerant, tum Christianum quendam virum honoratum occiderant. horum duo in ipsis adhuc vinculis Christiana sacra suscepere; tertius obfirmato animo Euangelium respuebat, quippe cuius conuersionem in exitum vitæ Dominus reseruaret. Itaque cùm in Salsetanum agrum ad supplicium cū reliquis duobus ducendus esset, vt ibi

pœnas homicidii penderent, vbi homicidium perpetrauerant: accersitur vnus è patribus, qui adhibito secũ interprete fratre quodam, cum multis rationibus ethnico suaderet, vt quoniam periret corpus, ne animam seruare negligeret: respondebat ille sibi non esse tanti. nec tamen idcirco pater ab incepto desistere, quousque peruentum ad littus est, vbi damnatis conscendendum erat in nauem, vt in Salsertanas insulas inde traicerent. Hic ethnicus diuino afflatus numine conuertitur denique, & baptizatur magna cum antea vitæ detestatione ac dolore. his rebus peractis nostri, quod longius progredi per superiorum mandata non licebat, domum reuersi miseris illis valde mœrētibus. Quod vbi Goæ rescitum est, alios è nostris duos P. Visitator confestim submisit eius linguę gnaros: quorum obediēdi studium & alacritatem Dominus multis incommodis ac difficultatibus compensauit. Siquidem longum iter emensi, caloribus maximis, ad mare perueniūt frustra: nauetæ quippe iam soluerant, nec vlla nauis in ea statione supererat. Inde igitur, quamuis defatigati, ad quendam piscatorum vicum pergunt sanè longinquum. ibi celeriter comparato, & præclare instructo nauigio, turbam, quæ præcesserat, vix tandem assequuntur. Tum verò noxi præ gaudio lacrymas fundere, iisque gratias agere verbis exquisitissimis. atque ita sub vesperam ad castrum Raciolum descensum est. Eius diei molestissimum æstum Solisque vehemenciam postridie matutinus imber excepit, isque densissimus, quo prorsus madidi ad locũ supplicii leucas à Raciolo tres perueniunt. Hic fontes, criminibus per sacram confessionem expiatis, ab vxore liberisque eius, quem occiderant, & à reliqua circumfusa multitudine veniam nixi genibus petunt: deinde imaginem crucifixi, quam attulerant nostri, plena pietatis oratione complexi, huius miseræ vitæ curriculum absoluerunt, I E S U M inuocantes identidem. vnus etiam in extremo spiritu conuersis ad populum dixit, se id lethi genus multis sceleribus esse promeritum, petere tum ab ipsis, tum ab aliorum pagorũ hominibus, qui abessent, vt sibi elementer ignoscerent: se quidem animo æquissimo esse, quoniam ad suum tenderet Deum. His audiendis non tenuit lacrymas populus: obitum etiam illorum litaniis ac precibus prosecutus est, magna salutis eorum cõcepta spe, quod non dubiã in eis contritionis & pœnitentię signa

perspexerant. Eadem serme caritatis officia præstant nostri etiam iis, qui deprauatæ religionis causa damnantur à sacerdotibus Inquisitoribus, nec eos a denunciata illis capitali sententia vsque ad perisolutum supplicium deserunt.

Ad hæc, dominicis diebus vespere decem è nostris ad catechismum exercendum in quinque parœciarum huius vrbis templa se conferunt, quorû in singula conueniunt præter ceteram turbam pueri duceni, neceni, ac propè quadringenti, ad eò studiosè & alacriter, vt libenti animo discendi causa lusus pueriles relinquunt. excitantur autè præmiis quibusdam, vt crucibus, imaginibus, & huiusmodi, roganique nostros vt reuerentur eò sapius, nam se non solû affuturos in tempore, sed etiam curaturos vt alii accedant. Cùm res ita bellè procederet, visum est aliquando has quasi copias communis lætitiæ causa recensere, & in ædem nostram cogere. itaque dimissi aliquot è nostris per urbem, conuocatos agmine composito pueros perduxere canentes, & virentibus ramis ornatos, vt nullus esset vrbis vicus, qui non Christiani catechismi vocibus personaret: idque tanta populi approbatione, vt multi patres familias aliisque honesti viri emixè ptererent, liceret sibi illud innocentium agmen & comitari, & adiuuare, idque à compluribus facturatum. Conuenere autem in templum nostrum pueri interdum ad tria millia: quorum aliqui vixdum è patria lingua quantum è Christiana doctrina didicerant: quæ res eo pluris facienda est, quòd eorum profectus & eruditio ad plurimorum aliorum cuiusuis generis hominum utilitatem ac salutem redundat.

Hoc eodem instituendi munere funguntur nostri etiam in plateis & compitis: & simul turpis aleæ lusus & improbatemere iurandi consuetudo è plebe infima tollitur. Circueunt etiam agri Goani vicos atque parœcias non paruo ferè cum animarum lucro, sed magno labore & corporis vexatione, quòd longo interuallo ea loca inter se disuncta sunt. In quodam ex iis pagis fuit Brachmanes ad eò pertinax, atque ita in dæmonis potestate, vt cû & nostri sapè & alii salutis eius cupidi ab opinionum prauitate ad veritatè multis rationibus hominem traducere conarctur, ipse cõtumaciter omnes eluderet, iamq; vulgo pro desperato haberetur. Verùm diuinius factum est, vt cùm die Dominico par Christianorû in sabrili cuiusdam parietis opere contineret,

neret, cœptis interueniret vnus è nostris, atque is primùm Christianos obiurgate, quòd tali die operam darent præsertim ethnico: deinde, experiendi causa, culpam eius rei totam in Brachmanem vertere, crimen augere verbis, nec sanè frustra: siquidem errore quodam repētino percussus ille respondit, se suòsque omnino Christianos fore. nec fidē sefellit. cum aliis septēdecim Christianus est factus, mutatus in alretum virum: nostròsque iussit sine cura esse. conatus omnes adhibiturum se, vt è popularibus suis nemo non Christiana sacra susciperet. Speramus promissa facturum diuino adspirante numine, quod huiusmodi actionibus deesse non solet.

In arde sancti Ioānis Baptistæ, passibus ab vrbe Goa mille & quingentis, sacro baprismate initiati hoc anno ferme septuaginta, Brachmanes plerique, quorum operam ad aliorum conuersionem speramus magnopere profuturam. alios eiusdem parœciæ vicis, tribus circiter passuum millibus a templo distantes, frâres duo circumeunt. horum alteri, carechismum die quodam dominico de more exercenti, casu ethnicus quidam interuenit, quem scilicet Dominus ad sacrosanctæ matris Ecclesiæ gremium perducebat. hunc vt vidit frater, ad eum sermone conuerso cœpit agere de rebus ad salutem ipsius animæ pertinētib: quos ille sermones q̄tum respueret, nec diutius audire velle se ostenderet, paruulus quidam ex iis qui ad rudimenta Christiana conuenerant, annum agens circiter nonum aut decimum, offert vltro sese, & mirabili quodam spiritus animique ardore succensus, suadere insistit homini, vt Christiana sacra suscipiat, multis rariōibus ethnicae superstitionis mendacia coarguere, denique sublatis in cœlum manibus orare & obrestari, vt æternæ saluti prospiciat. ac frater quidem, vt eum ethnico ageret ipse, correptum brachio puerum bis terve semouit: sed cùm pueri pietas nequaquam ferret disungi se ab eo colloquio, obtudere ille subinde sese, argumentis pro sua parte pugnare: nec ita multo pòst Dominus, nimirum paruuli fide innocentiaque placatus, ethnicum sua gratiæ stimulis ita excitare dignatus est, vt commutata voluntate diceret velle se fieri Christianum. Itaque confestim à fratre detonsus est: comamque pueri furca suspensam, ingenti gaudio lapidibus petere ac sputis, in simulacra sua Deosque patrios sexcenta probra iactare.

In eius vici neophytis magna quædam ad res diuinas propensio cernitur: petunt vt sibi liceat suo sumptu templum extruere, quod nostri ad sacra missæ peragenda se cõferant: negari non poterit, quod & iustum est postularum, & à cõmuni parœciæ templo absunt longius. ex ea plebe sexaginta ferme hoc anno baptizati, alique sunt etiam Catechumeni. Castrum est in hac insula mille & quingentis ab vrbe passibus: in eo templum visitur sancto Iacobo sacrum, vicis aliis compluribus huic parœciæ contributis, & quia loco est opportuno & celebri, Mauri complures Domino lucrifunt: atq; ad eam rē non mediocri est adiumento Præfectus ipse præsidii, qui rei Christianæ quā sit studiosus, vel superioribus diebus ostendit actione planè digna litteris. Erat ibi Brachmanes insignis, cuius ita mentis oculos occæcauerat dæmon, nullum vt salutaris lucis radium posset admittere. hunc nostri sæpius aggressi, denique peruicerūt, vt Christianum fieri velle se diceret, ita tamen, vt bimestre spatium sumeret ad se præparandum. Interea oppugnat eū vehementius dæmon, eiusque animum ita refrigerat, vt eum dies adesset, mutato iam pænè cõsilio, rem differre ac tergiuersari inciperet. id vbi vident fratres, fidem promissæ exigunt ipsi primùm, tum etiam ad Præfectum, cui id ipsum promiserat, Brachmanem adducunt: quum pergeret nihilominus petere, vt dies prorogaretur: obsecrat eum Præfectus, vt tãdem ex iis tenebris animum inducat emergere, celeritate opus esse, præsertim in tali negotio. cū ille obstinatus in sententia perstaret, eò deniq; perducta res est, vt Præfectus permotus misericordia se ad hominis pedes abjiceret supplex, eumque vt sibi cõsuleret lacrymans precaretur. idem factum etiam à fratribus, quare et hnicus non dubio pudore concepto, manus denique date coactus est, seque continuò quod vellent dixit esse facturum, tum verò Præfectus gratulabundus ruit in eius amplexū, eumq; mōx pretioso pallio purpureo & serico pileo exornat. hoc suæ in eum benignitatis initio facto, quo non modò liberalis animi, sed etiam pii ac religiosi, egregium specimen præbuit: deinde hominem vnà cū fratribus ceterisq; qui aderant domū vsq; deduxit. nouitate spectaculi obortæ vxori ac domesticis lacrymæ, sed eos ipse Brachmanes obiurgauit, nimirum alio quam antea spiritu, omnesque reddidit Catechumenos.

In eodem tractu alia res accidit memorabilis. Dum ea loca nostri circumeunt, offendunt pro foribus ethnici eiusdem filiolam baptismi pereupidam, eamque Christianis præceptis imbuere incipiunt. Sentit hoc mater, statimque futēs ad ianuam prouolat, vni è nostris diabolico instinctu alapam primùm impingit acriter, deinde pugnum faucibus ineurit. vbi hæc flocci non facere præ puellæ salute nostros videt, tum verò vehementiùs exardescens fustem arripit, ægrèque rabies eius multitudinis cœursu reprimitur. Verùm tamen ea fuit fratris in ea iniuria patienter ferenda tranquillitas atq; submissio, vt mulier postea placata, cum vniuersa familia se ipsa quoque ad Christum adjunxerit.

Puer quidam, tertium-decimum ferme natus annū, fractes eosdem adiit baptismi causa: interrogatus cuius esset, respondit Maurum, ex pago quodam leucas circiter quinque distante, sēque à parentibus ob id vnum clam profugisse, vt ad Christiana sacra contendeter.

Huic sancti Iacobi castro aliud est & natura loci & viatorum frequentia non ab simile. ædes est ibi sancto Blasio dicata, pueri q; numerantur ducenti ferè, tanta gratulatione aduentantes nostros excipere soliti, vt pauca hisce diebus, cū eos iter ad se habere cognouissent, iis cūcti virentibus ramis insignes, & Christianæ doctrinæ rudimenta canētes, obuiam longè procefferint. baptizati hoc anno sunt à nostris in eo castro ferme triginta.

Ad retinendos autem in fide neophytos, præter catechesim, quæ sedulò exereetur, curatur etiam, vt statis diebus missæ adsint, omnesque suo tempore peccata ritè confessario detegant. præterea ab ethnicorum consuetudine, celebratibus, atque spectaculis ex decreto prouincialis Concilii prohibentur.

In Ciorano insula sancti Bartholomei parœcia est cōstituta, cuius Apostoli festo die natali baptizati sunt hoc anno octo circiter & quadraginta aduenæ è finitimis Maurotum regionibus, nam ipsa insula tota iam Christum Dominum profiteretur. Festus autem ille quem dixi dies, anniuersaria celebritate ludicrisque peragitur, quo faciliùs & vera pietas neophytorū animis imprimatur, & patrii ritus ex eorum memoria deleantur. Itaque eum sacras omnes & reliquias & imagines eximio quodā studio ac veneratione prosequuntur, tum verò confessioni tantū tribuunt, vt eum primùm

primùm in morbum incidere, quanquam eminus & incōmoda tempestate, extemplo patrem confitendi causa accersant; affirmantque pro certo, se hoc sacramentum corporibus suis longè quàm alia humana remedia salutarius experiri. aiunt etiam omnes, idque constanter, ante Christiana sacra suscepta terrificis dæmonum monstris aliisque spectris valde torqueri se solitos: sed ex quo religionem veram induerint, ipso nomine IESV, quod nomen illi magnopere venerantur; & signo crucis, quod in omnibus actionibus adhibent, quiduis triste ab se facessere. dicuntque nonnulli, eius nominis fiducia nullam rem se non aggressuros quamuis arduam atque difficilem. iam quanto studio teneantur ethnicos ad Christum Dominum perducendi, declarat eorum assidua atque importuna esflagitatio, ut liceat sibi ea de causa cum ethnicis agere: sed quod volunt non semper à nostris impetrant, scilicet ne studio elati in eo genere quandoque peccent. etenim paucis antè diebus neophyti aliquot cum alium reperissent in Maurorum finibus habitantem, non sine periculo susceptę religionis per eam consuetudinem deserendę, caritatis ardore succensi vltro ipsi captum vinctumque; ad ædem nostram magno suo discrimine pertraxerunt.

Brachmanes quidam neophyti sunt, huius insulę primarii, Ganzares. horum cognatus quod odio Christiana religionis sponte exulatum in Mauros abierat, in eius bonorũ possessionem Protex hos quos dixi Ganzares miserat. Verũ illi commodis suis omnibus atque pecuniis præ cognati salute neglectis, hominẽ hęc anno adierunt, nec antè destitire, quã ille Dei beneficio cum vxore, liberis ceteraque familia in patriã ad Christiana sacra tractus est. Alii duo cum item ad Mauros eo consilio sese contulissent, ut affinem quendam suum ex iis locis abducerent, atque ad Christi ecclesiam aggregarent, à barbaris capti & malè accepti sunt, quanquam vbi cognitum est eos esse Cioranios, deinde soluti dimissi que sunt: atque spes est ipsum quoque affinem propediem adfore.

Iam verò à patriis ritibus ac cæremoniis quã vehementer abhorreant, vel illa res indicat: aduenerat nuper ethnicus quidã, ut coccos aliquot omeret (frugis genus id est instar uucum) cuidam è simulacris de more libandos: id vbi sensere nonnulli eius propinqui, vltro ipsimet hominem vsque

vsque ad fluuium persecuti captum ad nostros, vi pertraxere, sic statuentes apud animum suum, pro sceleris atrocitate lenius agi cum illo non posse, quam vt confestim laqueo suspensus è medio tolleretur. Nec solùm eiusmodi, sed etiam cerera flagitia maiorem in modum auerlantur. Testis est adolescens quidam clara genere natus, qui superioribus diebus parum pudicæ mulieris consuetudine implicatus cum esset, id vbi affinibus cognitum est, nulla nobilitatis eius habita ratione, & ipsum & feminam ex insulæ finibus exegere, negantes ferri vllò pacto posse, qui exemplo suo ceteros tantopere offenderent. Alia multa in hanc sententiam dicenda supererant: sed ex hisce de reliquis existimari faciliè poterit.

In Sallèrano agro huic insulæ propinquo templa quinque exeatata. quorum primum & antiquissimum est in castro Raciolo, dicarum Mariæ Virgini ad niues. In eo baptizati sunt hoc anno centum & quadraginta, præter eos quiq; Goam eiusdem rei gratia venerè, quiq; hoc tempore catechumeni sunt. porrò in illa parœcia Christiani in vniuersum numerantur amplius octingenti. Fe 10 ipso niuium die, P. Prœfectorum ed profectus, manè sacra missæ ritu pompæque solenni peregit, & concionatus est: sub vesperam baptizate loci sunt quadraginta, ingenti gratulatione, magnoque sacrorum apparatu, sedulo incumbentibus in eam tē Præfecto ipso præsidii, œconomis, atq; consulis, quorum vnum pro eximio Christianæ rei studio ethnici adedè malè acerbèq; oderunt, vt eum calumniis fictisque criminibus in capitis periculum vocare non dubitauerint. itaque in custodiam est traditus aliquando, & vexatus à magistratibus: verùm in eiusmodi ærumnis tantum ille semper alacritatem atque adedè lætitiã præ se tulit, vt pro sacrae fidei propagatione maiores etiam labores & incommoda sibi ab Deo preeari & expetere videretur. Rursus etiam ab iisdem Brachmanibus ferè & lapidibus appetitus, præclare secum actum existimauit, vel ob id ipsum, quod benignitate Domini factum est, vt quotquot cum oppugnauerunt, inmutari deinceps ad Christum sese conuerterint.

In mediis illis finibus oppidum est celebre Margon, & in eo templum sancti Spiritus, quo plus mille Christiani conueniunt, qui Brachmanes Ganzares antea fuerant.
gregem

egregiam hunc quinque tuentur è nostris, qui hoc anno ibi sacramento baptismi initiati sunt, ii summam efficiunt 234. hos alii sequuntur propediem. Ex eo loco dominicis omnibus festisque diebus confert se vnus è nostris ad sacra missæ facienda in ædem sancti Michaëlis, quæ Margone distat quinque circiter millia passuum, Christianosque numerat octingentos egregia omnes pietate atque constantia, licet ferè omnes disuncti atque dispersi, quidam etiam bene longè à templo inter ethnicos habitent. baptizati sunt ibidem hoc anno 107. augebiturque neophytorum numerus, cum primùm deferbuerit ira dolorque vulgo conceptus ex disturbance delubrorum suorum. Et quoniam tanta est gentium immanitas, vt cū primùm quis Christianus est factus, cum vel propinqui & affines deferant quamuis extrema laborantem inopia, valetudinarium ibi nostrorum cura constitutum est, quo magna mortalium approbatione & excipiuntur & curantur ægroti, non modò Christiani, verùm etiam ethnici, atque ea ratione multi Christo Domino lucrifunt.

In eadem ecclesia conversiones quædam hoc anno extitere notabiles. Ex Mauricia terra tres exacta iam ætate homines eò contendere ob id vnum vt Christo darent nomina. ægroti nonnulli Christiana religione in ipso morbo suscepta, contritionem præ se ferentes, è vita migrarunt. Iuuenis annos natus circiter quinque & viginti, cuius pater, vir imprimis honestus, cum vniuersa familia sese Christo Domino addixerat, parentis consilium detestatus, ad Idalcamem Mautotum Regem se contulit, à quo amicè exceptus & in honore habitus est: verumtamen acceptis deinde à patre litteris ita permotus est, vt Christianæ religionis causa omnia illa commoda sponte relinquere, & leucarum triginta iter emetiri nõ dubitauerit. liberaliter egit cū vtroque; Protex, eorumque cõmodis admodum benignè consuluit.

In eodem tractu aliam ecclesiam, cui à sancta cruce nomen est inditum, Christianorum circiter sexcentorum, nostri procurant, anniuersaria crucis adorandæ sacra, quæ in diem quartum nonas Maii incidunt, cū cetera celebrata te hoc anno peracta sunt, tū etiam baptismis capitum 60, qui numerus & pro temporis spatio, (siquidem nuper eò lumen Euangelii illatum est) & pro multitudine ac pertinacia Brachmanum, qui ibidem sunt, nequaquam exiguus est

est putandus. Baptismo peracto, neophyti omnes agmine ramos arborum præferentes, cum præcentione rubarum & varia symphouia prodire ad crucem loco pulcherrimo defigendam, vbi nostrorum ópera sanum ethnicorum totius eius regionis opulentissimum euersum antea fuerat: vt qui locus demoni colendo tandiu patuisset, idem adorandæ cruci dæmonis victricis consecraretur. Postridie eodem ordine ac ritu aliam statuerunt in vico finitimo, impositam pilæ, qua in summa prius consutum erat amaracû, quam Brachmanes herbam magna superstitione ac ceremoniis pro numine venerantur. atque ea sanè pila adeò cõmodâ præbuit cruci basim vel uatura loci, vel ipsius structure forma ac figura, vt eã vnã ad rē excitata fuisse videretur.

Superioribus diebus baptizatus ibidem est puer, cuius conuersionem nostri diuturno labore quæsierant, spe matris etiam ea ratione ad Christum Dominum perducendæ, nobilis feminae, & cum primario viro cõiunctæ: sed illa nihilominus obstinata palam profitebatur se parum laborare de filio. quod vbi ille cognouit, quanquam ætate admodum tenera, pctiit vt liceret sibi matrem adire, conatibus suis Deum forsitan affuturum. magnum in eo studium atque ardor animi cernebatur. itaque ei negari non potuit, nec sanè puerum sefellit opinio. namque ita se in ea actione præclare gessit, vt mulier, marito relicto, filium secuta sit, iamque animi verè Christiani indicia dederit.

Alia Brachmanis Ganzaris viri principis filia catechumena est facta: quam tanto patens amore prosequabatur, vt nemo dubitaret, qui eam omnino imitaturus esset: sed ceteri Brachmanes opposuere illi sese, eumque perpulerunt, vt cum Præfecto exostularet & quereretur, filiam sibi per vim ablatam fuisse. deducunt igitur hominem centum ferè Brachmanes ad Præfectum, certa fiducia fore vt puella verbis suis calumniam comprobarer. Sed illa vbi eò peruenit, tota re ad arbitrium eius reiecta, & iussa quod sentiret libere expromere, palam respondit, vim sibi nullam profusus adhibitam fuisse, dolere sibi quòd non citius Christum Dominum cognouisset: quare Brachmanes turpiter victi abiectique digressi sunt, ipsa baptismo expiata, & nō uo nomine Lucia vocata est: speramus etiam suos aliosque ipsorum opera permultos idem esse fucturos.

Ad eundem pagam accesserat Iogues, hoc est, quasi

monachus inter ethnicos, ex eorum genere qui cultu rituque horrido sanctimoniam profitentur. arare videbatur annorū quinque citreter & igitur, egregia forma corporis, vultu modesto, minimè loquax: in hunc neophyti cū incidissent, patnè captivum ad nostros adducunt. Interrogatus à Patre, quoniam consilio vitam ad eò asperam duceret, què mve tot laborum sibi fructum proponeret: respondit se anteactæ vitæ peccata expiare, salutique prospicere: tum Pater multis rationibus quanto in errore versaretur ostendit, qui sine conditoris sui cognitione se id assequi posse consideret, suaque disputatione ita pertrahit hominem, ut quasi nova quadam oborta luce responderit, quoniam ita placeret Deo, velle se fieri Christianum, simulque voluntatem suam factò sanè admirabili declaravit. veltibus erat indutus laceris & attritis, pendente ex humeris sarcina coniectis in eam quibusdam quasi reliquiis, quas religionis causa circumferrebat, anea scutella, poculo in cucurbita: formam excavato utebatur: brachia & crura ferreis armillis, manuum digitos ac pedum ferreis item annulis habebat ornatos: fistulam è ceruice suspensam, corniculum venatorium manu gerebat, quibus adventum suum in oppida præsignificare erat solitus: nec deerat illi mortis meditando materia, passer extinctus non detracta pluma. barba & capillis erat abrasis: exigui tantum circuli spatio comam in summo capitis verrice raram sed promissam & bene comptam cōsultò reliquerat. aures erant quatuor aut quinque locis perforatæ, lignis quibusdam insertis, tanquā suæ professionis reliquiis. Sed ubi cum Patre congressus est, magna & Christianorum & gentilium turba sociante, nouo spiritu instructus processit in forum, ibique rogo excitato & accenso, omnia illa instrumenta, quibus illum demum ornauerat, in fascem colligata cōiecit in ignè: Brachia manibus magno suo dolore inspectantibus, & tanta ac tam repentina mutacione stupentibus. nec his contentis loquens, ubi Christianis rudimentis institui est captus, veniam petit matris adeundæ, ut eam cum filiis tribus ad Christum ab impietate traduceret. conatui respondit euentus, namque profectus in patriam, quotquot quaesitum ierat, secum ad nostros adduxit. Sunt autem adhuc catechumeni; nam, ut antè diximus, loquium catechesis de industria solet esse proluxior, sed baptizabuntur propediem.

In eodem vice quidam erat ab Euangelio ita allentus, ve latebras quæreret assidue, ne Dei verbum aures dare cogere-
tur: is cum grauisimum in morbum diuinitus incidisset, morte iam imminente interrogatus à nostris velle tñe fieri Christianus, & desperato iam corpore animam ab interitu vindicare: velle respondit, præclare enim, inquit, intelligo, Deum hoc morbo fugæ ac tergiversationis meæ pœnas à me repetere. atque ita culpam agnoscens vt baptizaretur efflagitauit illico antequam efflaret animam: atque vbi locus est, crebris eum Deo colloquiis habitis, peccatorum veniam implorans, ea ipsa nocte migravit à corpore. verùm de hac parœcia (ne sint longior) hæcenus, quæ Christianis hoc anno aucta est centum septuaginta tribus.

Sanctorum Philippi & Iacobi ecclesia Christianos continet quinquaginta supra octingentos inaximâ ex parte Brachmanes: eam quoque vineam colunt nostri sanè fructuosam, nam quæ hi neophyti spectata probitate studioque sunt amplificandæ religionis Christianæ, atque ob id ipsum angustias pauperum suis facultatibus leuare nõ desinunt. Sed vt ethnicis iis qui bonam frugem pollicentur adiuuandis libenter insistant, sic ab improborum ac pertinacium consuetudine longè refugiunt. Ad numerum fidelium adscripti hoc anno in eadem ecclesia sunt amplius centum & quinquaginta præter triginta, & eo plures, qui se ad hoc collegium ea de causa contulerant. baptismus ibi inter ceteros habitus est capitum simul octo & septuaginta, in iis eum alij insignes viri fuere permulti, tum verò maximè Brachmanes Ganzares ttes. Apparantur autem æctus hi publici quam amplissimè, quo facilius Indi ritus impios ac superstitiones dediscant, quibus certatim operantur hæc gentes externis caeremoniis & gratulationibus, vtpote vera atque internæ pietatis præstis expertes: totamque religionem spectaculorum duraxat ac pompârum magnificentia ac specie merientes. Ad eum porrò, quem dixi, baptismum ingens conuersus est factus partim incolarum, partim etiam Lusitanorum, qui ad eam ædem religionis causa peregre aduenerant. In ea turba neophytus reperit in tanta aliorum gratulatione solus effuse plorans, res non sine admiratione continuo deferretur ad partem. is accedit ad hominem: quærit cur in publica lætitia vnus ipse lugeat: tunc ille: quid ni (inquit) sũdam

dam præ gaudio lacrymas, cum videam ritè eoli cõmmunè omnium Dominum eo ipso in loco, vbi paucis antè diebus eundem per summam impietatem neglectum & iniuria affectum aspexi toties, cum honores eius numini debiti, sa xo cuidam hic posito tribuerentur, nomine Manganai! obstupuit eo responso Pater, præsertim quòd nihil tale ab illo expectasset: qua ex re perspicì potest immensa conditoris ac Domini nostri benignitas, qui charismata sua nõ ad hominum opinionem atque iudiciũ. sed alto quodã & arcano consilio diuidit. Erat in eadem parœcia mulier Christiana, cuius filius ab idolorum cultu & Brachmanum consuetudine diuelli non poterat. itaque pro eius conuersione vt pro sancto quodam Augustino pia mater Monica lacrymã precabatur assiduè; cumquẽ totum iam quinquennium in eius oppugnanda pertinacia frustra laborasset, graui denique morbo mulier opprimitur. per eam occasionẽ ad euocandum matris nomine confessarium filius aduenit. Dies erat niuiũ miraculo facer; eo ipso die, manè, sacrificio missæ pacto, ambo profecti sunt: cumquẽ tali die pater frugem aliquam virgini matri libare pereuperet: cepit in itinere cũ adolescente agere de venturi seculi vitate dequẽ huius vitæ fallaciis, suadere & hortari vt saluti prospiceret matris exemplo, quæ id tam vehementer optaret. quibus ille sermonibus, vt à Christi nomine maiorem in modum abhorrebat, initio minimè flecti visus est; veruntamen vrgẽte deinceps multis rationibus patre, affuit cæptis eius omnipotentis Domini bonitas, quæ adolescentis animo sancti spiritus faeces admouit sic, vt exutis impedimentis omnibus, quibus implicatus à dæmone tenebatur, Christianum fieri matriquẽ obtemperare velle se dixerit: ad quam vbi peruentum est, tota re a confessario exposita, mulier tantũ lætitiæ percepit ex ea tam repentina tamquẽ felici immutatione filij, vt statim se morbo leuari senserit. præbuit confidenti aures Pater, deinde ceteros Christianos adiit, prosequente officij gratiquẽ animi declarandi causa adolescente catechumeno cum aliis cognatis, & eorum quidem ethnicis aliquot, qui ostendunt se quoque propediẽ id ipsum esse facturos. Dominus noster eos in salutari consilio suscepto retineat. Huic alia ecclesia ac templum opportuno loco instituitur: namque re ipsa compertum est, ad ethnicorum conuersionem & neophytorum profectum longè utilissimam

lissimam esse ædium sacrarum frequentiam, etenim hoc pacto & boni ab improbis commodius dignoscuntur, & vniuersi facilius adiuuantur.

In hac insula Goa nostri ecclesiam quoque Sancti Ioannis Euangelistæ administrant. ea Christianis constat octingentis: qui vt ferè omnes admodum honesto loco sunt nati, & in principibus insulæ numerantur: Christianis actionibus tempus redimere student, malè positum in idololatria. itaque egentibus benignè faciunt, præsertim cum annonæ laboratur inopia: quod cum hyeme proxima contigisset, conuentu habito primores oppidi cuiusdam ratione iniere subueniendi pauperibus, idque fecerunt. vbi verò tempus messis aduenit, aliquot oryxæ candidæ (certæ mensuræ nomen id est) ex collatione in publicum redegerunt pauperibus diuidendos. quæ laus hominum eo maior est, quòd iidem ante conuersionem aliud nihil nisi tyrannidem, rapinas, & alia huiusmodi scelera meditari solebant.

In rebus iis, quæ ad sinceritatem fidei pertinent, nullus carni & sanguini relinquitur locus. Senis cuiusdam filius ad Mauros se contulerat, huic parens pro litteris apertè denuntiavit, si quid ab se postularet, rediret in patriam, Christumque profiteretur: ita forè non solum vt animam exitio sempiterno subtraheret, (quanquam id maximè spectari oporteret) sed etiam vt paternæ inter ipsos necessitudinis iura constarent: sin rem diutius distulisset, sibi certum esse exacta iâ ætate, & ad exitum appropinquanti, illo exhæredato patrimonio omne egentibus distribuere. quæ ipsa denuntiatione alij quoque, nec sanè frustra, cognatos ab impietate deterrent. hoc anno in eadem ecclesia sacro baptismatis fonte renati sunt octo & triginta plerique nobiles: in iis tres è Botorum familia, qui apud ethnicos concionatorum exercent munus, magnoque in honore sunt. ante huius mensis exitum multos alios neophytorum affinium suorum opera sperabamus ad Christi gregem accessuros. Paucis antè diebus ad templum illud baptismi causa se contulit grandis iam natu, minimeque contemnendus vir, tanta fide & notitia Dei, vt qui aderant mirarentur: etenim Catholicæ fidei capita exponenti Patri respondit ille, sanè vt videbatur ex animo, se cano iam esse capite, nec ignorare neminem præter vnum Deum ac Dominum nostrum colendum atque adorandum esse: eundemque sibi iadudum

hætere in pectore, ac proinde sese desere lōgi iacturam tē-
poris in dæmone propter summum scelus venerando con-
tumpit: & simul vim lacrymarum profudit contritionis ac
pœnitentiæ testem, petens ut sacro bap̄tismo teluaretur,
quod postea factum est. Denique ut ad alia tranſea, nostris
hominibus illius ecclēſiæ, neophyti pietate in Deū & offi-
cio laus faciunt, nec ego quempiam ē Mauris accedere pa-
tiuntur, quin rem ad nostros contipuo deferant, ut ad eius-
conuersionem aggrediantur. Anniverſaria eius templi ſo-
lennia hoc anno cum ceteris ceremoniis, frequētia popu-
li, & sacra concione celebrata ſunt, cum etiā bap̄tismo ca-
didatorū viginti, quos alij octodecim paulo pōſt ſubſecuti
ſunt, ut interim poſtaceſ, qui ad hoc Goanū Collegiū miſ-
ſi ſunt, atque etiam p̄ ſuper eſſe dicuntur ibidem catechu-
menti quinque & viginti.

Præter hoſce bap̄tismos in Goavis ſiſibus habitos hoc
anno etiam in ipſa urbe Goa in ædibus noſtri Collegij ba-
p̄tismi quatuor generales perſ. Et ſunt non ſine apparatu
magnifico, ſymphonia, ſupplicatione publica, concioni-
bulque noſtorum, qui linguam Indicam callent præcla-
rè, præſente Prorege, præterea quod in candidatis erant
Brachmanes multi viii primarij.

Primus cōcelebratus eſt Epiphaniæ die feſto, quod hoc
libamine gratius nullum infantem eſſe fore purauimus, ba-
p̄tizati ſunt octoginta, in iis Brachmanes medicis in pri-
mis huiusce urbis clarus huius vitro ſe præbuit ſcepto-
rem ipſemet Prorex, vniuerſa Indica nobilitate honoris
cauſa proſequentē.

Alter eadem ferè pompa in Maium meſem incidit. in-
gerui abluti octo & quadraginta ſupra ducentos præter
multa Luſitanorum mancipia. in eo numero fuere Brach-
manes duodecim inſignes viri cum ſua quiſque familia.

Tertius in tertiã dominicã die iunij nichil dilatus eſt an-
gelo cuſtodi factã. Ea celebritas ceteras cum gratulatione, cum
neophytorū numero ac nobilitate ſuperauit: cuius rei non
minimã laudē fruclumq; tulit Luſitanus incola, qui cum in-
ſus horis ethnicos haberet cōplures vehemēter in ſuis ſu-
perſtitionibus obſtinatos tatu aberat, ut ad eos ad Chriſtū
allicere conaretur, ut etiã de noſtris hominibus id ægeribus
quereretur: quod ſcilicet illis moleſtiã exhiberet: verū is di-
uinitus deinde factū eſt, ut culpam ſuam agnoſcens, mutata
volun-

voluntate nostros in opere adiuuare sedulò experit, & ex
iis ad fidem traduxerit amplius quinquaginta, qui nostro-
rum opera Christianis deinde præceptionibus eruditi, vbi
dies baptismi adfuit, ab ipso Lusitano per mediam vr-
bem ad ades nostras agmine composito ducti sunt, ramos
manibus proferentes, præcinentibus rubis, vt ipsecimen
aliquod Proregi præberet nouarum frugum, quas in roma-
no suo decerpierat. sub vesperam deinde sacro baptismate
initiantur in vniuersum ducti & sexaginta: in iis Braeh-
manes Salléciani & Goani houeñi homines circiter quin-
quaginta.

Postremus fuit caput centum & sexaginta, Octobri
mense, post diem vndecim millibus virginum sacrum, idq;
summa cum significatione lætitiæ. potro omnibus hisce ec-
lebritatibus interfuerit Lusitani tres, qui in hac vrbe sibi
domicilium collocarunt, quotum vnum œconomum esse
Raciolensis ecclesiæ diximus antea. Atque ego sanè verbis
exequi nequeo, quam cupidus sint tres ii homines animarū
salutis: siquidem pro ea tam vehementer laborant, vt ab
Deo in terris videantur esse propoliti quasi quoddam ex-
emplar & incitamentum multis in hoc genere negligentibus:
cū enim ea de causa calumniis falsisque eriminibus
oppugnantur, interdum etiam tradantur in carcerem: ita
libenter hasce vexationes omnes & incommoda excipiunt,
vt præclare appareat, quanto desiderio teneantur patiendi
pro Domino. Hæc hyenie falsò accensati sunt, quòd ethnici-
cum quendā ad Christiana sacra vi compulissent, cūque
generalis auditor mendacis oneratus, eos pro potestate
coactere imperasset, vnus ex iis fuga sibi cōsulere cū pos-
set, prorsus neglexit: quin etiam suadenti Rectori nostro vt
caueret, respondit ille, se pro conuersione ethnicorum nō
modò non formidare custodiam, sed etiam optare Christi
Domini gratia flagris eadi publicè, seque inter ipsa verbe-
ra mirabilem fructū ex vero licitoris præconisse capturum,
cū eius supplicii causam de mote pronuntiaret atque is
eodem animi sensu subortis penè lacrynis, reputans quàm
paruo studio teneantur homines hominum seruandorum
affirmabar, si cognosceret in Maurorum suibus quam-
uis longissimè positum quempiam ethnicum ad Christia-
na sacra propèsum, neglectarum se non modò rei familiaris
iacturam, sed etiam omnia capitis pericula, vt aā eā ab

interitu reuocandum illucſque contēderet. præclarā sanē laudem; præſertim quòd multo plures hac tempeſtate reperiſſas, qui tam ſancta ſtudia retardare, quàm qui adiuuare conentur. Et quoniam de horum hominum virtute iam antea ſcripſimus, illud vnum adiungam; octauo quòque die conſeſſionis & Eucharistiæ ſacramentis in æde noſtra & ſe muniant ipſi, & alios multos ad id ipſum incitant. nullus præterea baptiſmus eſt, aut Chriſtianorum celebritas, quin inter ſit: nec modò neophytis gratulantur, ſed etiam in diſſicultatibus benignè ſubueniunt. optimam hanc eorum mentem tueatur Dominus.

Qui à noſtris hoc anno ad menſem vſque Nouembrem baptizati ſunt, eorum eſt ſumma (baptiſmſ omnibus computatis) trium millium, & nouem ſupra ducentos, præter eos quiſque in priuatis ædibus ægrotantes, quiſque in cuſtodiis publicis ac triremibus, alibiſque eodem æternæ ſalutis imperiti myſterio, in codice relati non ſunt. exiguus numerus ſi ſuperiores annos reſpicias, ſin bellicos tumultus & incommoda reſpicias, quibus impeditur Euangelium, nequaquam exiguus: vberioris verò meſſis hac tempeſtate ſedata, ſpes eſt: præſertim acriter incumbente in eam ipſam rem pro virili parte Protege, qui neophytos officioſè cõplecti ac tueri, & ad ethnicorum conuerſionem hortari non deſinit: quin etiam ter quaterſe complures ipſe veſtiuit. aureorum mille & quingentorum impenſa: cuius pium hoc ſtudium curamque amplificandæ Chriſtianæ religionis Dominus augeat.

Hæc mihi in præſentia, venerãde Pater, in mentem veniebant, quæ de progreſſu Euangelii ad te ſcriberem. Reliquum eſt, vt precibus & ſacrificiis tuis gratiam nobis vireſque implotes a Domino, quo non ſolum partas retinere animas, ſed alias etiam deinceps lucrari poſſimus. Goa, menſe Nouembri, 1569.

EX LITTERIS MARTINI SYLVAE AD
*Conſaluum Aluarem, datis 6. Calend. Decembris, 1569, è
 Caſtro Onoris.*

NOs, vt ſcis, ex iſto portu diſceſſimus ad 18. Cal. Decēbris. eo die ad Goanas inſulas noctu peruenimus: ibi diem panē totum morati nauigia præſtolantes,
 quæ

quæ Goæ remanserant; simulatque affuere nonnulla, statim solutis anchoris vespere tenuimus Amediuâ. Amediuæ dies quinque posuimus: deinde sacro Missæ peractō, cui Prorex cum vniuerso exercitu interfuit, valida Classe nauium 160 ad Onorem delati, castrum offendimus admirabili opere artificioque perfectum. Erât in eo præsidio Lasquarini circiter septingenti artis sclopetariæ peritissimi: in nostrorum signa conspicati, sese ad defensionem toto pectore comparant; insequenti luce in descensione prælium haud leuè commissum est, ita tamen vt nostri superiores extiterint. Primus è nauî sese in littus eiecit Prorex, tum ceteri subsequuti: atque eodem impetu Lusitani audaciùs ad mœnia vsque prouecti sunt, sed egregiè repulsi, duobus è suorum numero desideratis, iſtis verò circiter 40, quorū aliquot è vulneribus postea mortui sunt: quod incommodum acceptum non esset, si quorum oportuit consiliis monitisque paruissent. id ne rursus accideret, Proregis iussu ductis ritè munitionibus castrum oppugnari trifariam ceptum est sic, vt præfectus à certamine versus ad preces, re desperata ad Proregem accesserit, vitam sibi ac militibus implorans. Factâ deditione, armis & impedimentis relictis, in decussim compositis manibus, cum singulis vestimentis omnes dimissi. Oppugnationem triduo sustinuerant; tercio die, qui fuit festus Sanctæ Catharinæ, cessere. Nos castrum intrauimus: & in gratiarum actionem custos Franciscanus sacrificauit, ego Proregis iussu concionatus sum, Reficiuntur hoc tempore quæ per oppugnationem dituta sunt. statuitque Prorex manum militum hic in præsidio relinquere. Regat illum pro sua clementia Dominus, Tu verò curabis vt piorum suffragationibus adiuuetur: id enim ille vehementer exoptat, mihi que mandauit, vt id suo nomine abs te per litteras peterem.

Fugerat me de euentis meis quibusdam te facere certiozem. Bis pænè defunctus sum: semel vt primùm exscensio facta est, dū aliquot militibus animos conor addere, & Crucifixi Domiui signum ostento, namque in eos emissâ repente artificiosi ignis olla, huc illuc magno impetu volitans: cum à periculo sese cuncti protiperent: inter eam trepidationem impulso prolapsoque mihi obrigit soli, ita tamē, vt ollæ cauda vestē dūtaxat discerpserit, corpus illęsum Domino miserante reliquerit. Iterū ac tertio periculū adij,

ex tormentariis globis, ita prætetrolantibus, ut mihi verticē capitis propè abraderent. Quod ad reliqua attinet: Ego & Sebastianus Confalvus & corpore valemus, & munera Societatis obimus adhuc Dei beneficio sanè feliciter, versamur autem ferme in valetudinatione cum ægrotis. Nobis ad voluntatem suā omnino exequendam Deus robor gratiamque sufficiat. Atque ob id ipsum ru nos Pater precibus tuis & sacrificiis adjuvare ne desine. Onore, 6. Calend. Decembris, Anno Domini, 1569.

EX LITTERIS HIERONYMI RUVIZII, AD
Propositum generalem datu Cocinæ, 28. Kal.
Februarii, 1570.

QUONIAM ex iis litteris, quas ex Europa in remotas regiones hæc pro vestra humanitate perferendas curatis, magnam animi voluptatem latitiamque percipimus: ad rationem officii nostri pertinet sum arbitrarus, ut vicissim istuc, quæ hoc anno in Cocinensi Collegio sunt gesta, perferberem.

Habentur in hoc Collegio publicæ scholæ Grammatices duæ, ad quas veniunt discipuli ferme ducenti & sexaginta bene morati, idemque tum in studiis tum in sacramentorum usu valde proficiunt. Doctrinæ Christianæ præcepta (quæquam in ultri admodum tenera ætate sunt) cuncti perdicere: complures verò etiam catechismum in dialogo nullum istuc: eundemque ipsi non sine fructu disseminant.

Confessio & communio in æde nostra ita frequens est, celebrioribus festis, præsertim verò Mariæ Virginis, Corpus Domini sumant ferè trecenti vel quadringenti. Idem accidit etiam cū indulgentiæ promulgantur, quarum neophyti perquæ acre desiderium præ se ferunt: & sanè multum ea ratione proficiunt. Primo die dominico adventus, publicè propositum est Iubileum datum à summo Pontifice anno 1568 ad pacem & felicitatem Ecclesiæ Catholicæ exposcendam. Tanta fuit confitentium vis, ut sacerdotibus nostris octo à matutino tempore ad noctem usque nullum quiescēdi spatium daretur, itaque in hoc vno tēplo per eos dies iniere sacrū Eucharistiæ conviviū circiter mille maxima ex parte neophyti, præterea tantū fraudatæ pecuniæ restitutum, tot sublatæ discordiæ, ita multa piè facta sunt, ut
 hac

hac vna de causa præclare positum à summo Pontifice hoc
 lubilei beneficiū esse videatur: quid si cetera eiusmodi spe-
 des, quæ in reliquo Christiano orbe plurima per eandem
 occasionem gesta fuisse credenda sunt? Ad conciones tan-
 tus est populi concursus, ut suggestū ex æde in plateā inter-
 dū proferre, necesse sit: (ut interim eos tæccam qui cætera
 vrbis templa frequentant) idque non sine magno animorū
 motu lachrymisque, quod scriptum est, aliis.

Hic manit hoc anno Coceni Didacus Mneses rei mari-
 timæ pro Lusitanæ Rege præpositus. classis erat nauū tri-
 ginta, propugnatores mille numerabatur, ac nobis magnā
 cæres attulit voluptatē, quod in tanta hominū militariom
 turba non modò quies, verū etiā Christiana disciplina mi-
 rificè cōstitit: quippe horum militū, qui versantur in India,
 mos est Sacram Confessionē frequenter obire: & cū Ecce-
 lasticos & religiosos homines magnopere venerantur, tū
 verò incipiunt præclarū sibi & honorificū ducere, acceptas
 ab hominibus iniurias Deo donare liberaliter. Itaq; si quā-
 do rixæ inter eos vel seditiones existant, nullo negotio cō-
 primuntur. Hyeme exacta, priusquā classis abiret, à cōcio-
 natoribus nostris captum est agi cum classiaris de salute a-
 nimarum sic, ut ex vniuerso numero, octingenti in æde no-
 stra sese confessionis sacramento expiauerint, quin etiam
 multū publicis per urbem ac voluntariis panis admissa lue-
 re piacula. Quid plura? pusillam Quadragesimam paucis il-
 lis diebus habuimus, idque magna tum fidelium, tum infi-
 delium approbatione cernentiū; hosce milites, si quid per
 hyemē grauius deliquissent, sponte deinde ac libenter sup-
 plicia subeñtes. Nec solūm præfecti militesque, (ut diximus)
 sed etiam turba naualis & ipsi quoque remiges peccata ri-
 tē confessi sunt. Atque hac adhibita præparatione cuncti
 admodum læti in Domino conscendere: & ad huius oræ
 præsidium ex hoc portu profecti Deum habuere sanè pro-
 pitium, siquidem aliatum est, Maurorū naues ab iis captas
 amplius 40. eosdemque facta aliquoties exscensione, et hni-
 corum hostium caesis circiter quinque millibus, non lau-
 dem solūm sed opima etiam spolia retulisse.

Redempti sunt hac hieme aureis quingentis, nostrorum
 opera cotrogatis, Lusitani quinque, qui anno superiore, ca-
 su nescio quo, in manus Malauarium Maurorum incide-
 rant. ii cū ad Collegium hoc deinde venissent. Deo

Domi-

Domino gratias acturi, lætissimos nobis nuntios attulere, ceteros Christianos qui adhuc redimendi supererant, quãquam multis vexatos incommodis & cruciatibus, firmos nihilominus in Catholica fide persistere. Adolescentulum, qui nostra gymnasia frequẽtauerat, alligatum ad arborem pedibus manibusque, conati erant Mauri intentis in eum arcibus & sagittis ad Christum deserẽdum impellere: quibus ille inter ipsos terrores animo forti magnoque respõderat, se vitã potiùs priuatũ iri, quam fide: quocitca desperata re Mauri ab incæpto destiterunt, ita tamẽn vt cum deinceps qualibet quamuis leui de causa calcibus fustibusque inale multarent. Alium tenera admodũ ætate puerum pollicitationibus ac minis in fraudem induxerant, id vbi reliqui sensere captiui, consensu omnes adeunt puerum, seque ad eius pedes abjiciunt stẽtes, ac præsertim vir quidam ex eo numero nobilis: quorum suasu ac monitis puer ita permotus est, vt obortis repentẽ lacrymis, se vtrique deceptum fuisse responderit, sed moriturum potiùs quãm à religione Catholica recessurum: atque hanc pietatem suam comprobauit præclarẽ: nam vltro ipsemet se hostibus obtulit, apertẽ denunciãns sese Christianum esse: qua re indignati Mauri vinculum ad arboris truncum sagittis petere primũ, deinde etiam iugulare aggressi, denique desiere, illius obstupefacti constantia. Nec tamen eundem exitum alii Christiani sortiti sunt: quos eximia fortitudine perseverantes in Christi Domini cõfessione crudeliter interemptos esse cognouimus. O prædicandã Domini bonitatẽ, qui miseris hisce temporibus, in media barbaria, dereliquit sibi septem millia, quorum genua non sunt curuata ante Baal.

Venio ad huius anni messem. Octaua sancti Spiritus feria profecti è nostris aliquot ad Palurtenses neophytos, qui passuum hinc tribus circiter millibus oram maritimã incolunt: obuios illos in itinere habuimus, amantissimẽque accepti sumus hospitio cuiusdam ethnici ætate iam prouecta viri primarij: ibique de suscepta religione retinenda sermo ad neophytos habitus primũ, deinde prolatam regis Cocini diploma, & recitata litterã, quibus priuilegia continentur ab eodem Rege proposita iis qui sese ad Christum adjunxerint. quæ res multis noua, cunctis accidit iucũdissima, hospiti nostro præsertim: idẽmque antequam inde dis-

cessimus pollicitus est, se Christianū fore cum suis: & quāquam inimicus homo rem deinde impedire conatus est, speramus tamen illum promissā facturum. Post hæc variis locis sanè quam opportunè Catechismus est habitus: accedebat illud etiam, vt à Catechismo nostri sese adhibitis interpretibus in ethnicorum cætus infererent Euangelium prædicantes, adiuuantibus eos item in opere amicis atque discipulis, qui pro sua parte non desunt auditores ad verbū Dei conuocare, atque ad Christianæ fidei veritatem allicere. Itaque die qui fuit visitationi Mariæ Virginis sacer, primus huius anni baptismus ad hunc modum est peractus. Aliquot primū diebus nostri Catechismo vacarunt: deinde vbi dies adfuit baptismi, candidati omnes ad Christianum veterem conuenere, virum locupletem & honoratum, qui eū apud eos omnes parentis, tum verò apud nos socii atque adiutoris egregii locum obrinet. Gasparem Ægidium nomine: atque vbi maturum fuit, sub signis omnes agmine prodire cum tibiarum tubarūque concentu, ramos palmarum tenentes, indicium victoriæ eius, quam Dei beneficio de spiritualibus nequitiis deportauerant. Ad ædem sacrā appropinquantibus processit obuiam clerus vnà cum vrbis Præfecto & Episcopo, & magna ciuitatis parte, actus eiusmodi eximia pietate ac studio concelebrare solitæ. Episcopus è cādudatis pauperrimum quemque delegit, quos partim ritè susciperet, partim etiā manibus ipse suis ablueret. à Præfecto etiam nonnulli suscepti sunt, idemque se in cæteros valde humanum atq; honorificum præbuit. id ipsum à ceteris principibus factitatum. Baptizati autè sunt eo die (quæ Domini nostri clementia ac benignitas est) viginti supra ducentos.

Inde rursus nostri in opus exiere, cumque festo die Sanctorum omnium præfectus ad ædes nostras baptizandum perduceret magistrum fabrum naualium regis Lusitanix: per eam occasionem conuenere etiam ii, qui recentissimi nostrorum horratu ad Christum sese cōuerterant. Itaq; renati sacro baptismate sunt eo die octoginta nō sine solemnī cæremonia & cantibus.

Porrò nos ex ea re fructum animi præcipuum capimus, quòd alia nulla nisi æternæ salutis ratio hosce homines, vt Christum profiteantur, adducit. Itaq; nec vestes in Baptismo nouas, nec aliud omnino à nobis præter spiritalia expectant

Etant aut flagitant, nisi fortè granum aliquod benedictum è ceruice gestandum: nec verò deinde per inconstantiam a leuitarem a Christo desciscunt: quinimò magno sibi decori esse nomen Christianum existimant, & ceteros ad veritatem studiose conantur ab insipiarum opinionum perueritate traducere: quo in genere nonnulla perstringam.

Quidam ex hisce neophytis, licet à nonnullis veteribus Christianis non modò grauitè offensus esset, verùm etiam oppressus atque vexatus, non ramen idcirco destitit, quominus Christianam rem procuraret egregiè. Paucis igitur hisce diebus duos homines ad Deum verum à dæmonis cultu conuersos ingenti gaudio perduxit ad nos. Puer Haires (hoc enim nomine appellatur certus ordo militarium hominum), vr baptizatus est ipse, ethnicos adiuuare statim aggressus est: triduoque alium Nairem ad nos adduxit, itemque paulo pòst Indos alios duos trèsvè, tanta cum animi lætitia, vr eadem in nos redundaret.

Mauræ euidam erat filiolus, quam illa siue quòd ad Christiana sacra propensum cerneret, siue alla nescio quæ de causa, vt erat inmanis & fera mulier, captum defodiè viuum ad fauces vsque, ingenti superimposito lapide, vr leniori cruciarum paulatim extingueretur. Verùm per commodè factum est, vr hiatus existeret quidam, ex quo prætereuntes viatores puer posset aspicere. Accidit igitur vt illac iter haberent Christiani aliquot: quos ille conspicatus, quanquam adhuc Lusitanicæ lingue imperitus, è saxo vociferari, & duo illa verba, Christum exopro, satis aperrè pronuciare: accurrunt illi statim, & amoto lapide puerum extrahunt. arque vnus ex iis ad gubernatorem illum adducit, alius ad nos rectà properat flagitans, vt eò mittatur aliquis, puerum vellet fieri Christianum. Itaque nrarè in custodiam tradita: puer in ædes nostras acceprus, ac deinde Baptizatus est.

Regius præfectus, quem in Christiana re adiuuanda nostri valde studiosum experimur, vnà cum rectore nostro ad Cocini regem, alio quodam in oppido, commorantem, vr per eum liceret ibidem templum exstruere neophytis Palurrensibus inquitinus. Annuente rege, continuo præfectus ipse misit, qui materiã eadum adificandi causa

conueherent: quin etiam domum, quam ibi possidebat, eius rei gratia diruit. In reditu verò ad vicinam insulã rectorem perduxit, vt eum eius insulæ regulo de Christiana religione ageret, qui sanè regulus valde se facilem præbuit, dixitque sperare sibi Dei beneficio datũ iri, vt non nisi Christianus ex hac vita discederet. Vos eum quæso istic Domino supplices commendate.

Antequam classis ex hac statione discederet, decursus militares & varia simulacra præliorum exhibita, primũ à classariis, tum octauo pòst die a Lusitanis inquilinis, postremò etiã a neophytis Cocinensibus, a quibus diligenter est cautum, ne quis ethnicus (quod opulenti quidã ostentationis causa tentauerant) se in ipsorum agmen infereret. Ei decursioni honoris causa operam dedere tum Ciuitatis Præfectus, tam etiã classis dux, & ceteri principes, ita vt in eo ludiero & aciem struerent, & ordines ipsimet ducerent. Neophyti autem duorum circiter millium numerum implebant, vario relorum genere, magna tamen ex parte scloppis instructi, omnes verò egregio corporis ornatu, & quidẽ cõphures (vt sunt pecuniosi & gloriæ cupidi) ita sumptuoso, vt proximè ad Lusitanos accederent. Æstate ineunte instructis ære suo biremibus quinque, in expeditionẽ sine vlllo stipendio pro Lusitanis tege profecti sunt: iamque præclari de ipsorum virtute nuntii afferebantur. Cocini rex adhuc in sua exercitate persistit. is enim per hyemem in morbum incidisset: non incommoda occasio visa est vrbis Episcopo, itemque Reçtori nostro conueniendi hominis, cumque salutaribus monitis adiuuandi. Ad eum igitur ambo profecti, in ipso regiæ vestibulo superstitiones & nefatia facta permulta reperiunt, quibus barbari pro ipsius incolumitate operabantur: regiam verò ariolis brachmanibusque referã, quibus ille aded deditus est vt quamuis præclarè rum intelligeret, quamobrè illuc Episcopus rectorq; se cõtulissent, nihil tamè idcirco de sua obstinatione remisit. Itaque aliud nihil eo itineris labore ab Episcopo & reçtore perfectum est, nisi vt officium vterque præstaret, simul etiã vt cum dynastis quibusdam, qui ad regem socium ac patronum pro amicitia venerant, agerent de rebus diuinis, & ab iisdem impetrarent, vt impunè liceret in posterum in ipsorum ditione Euangelium promulgare.

Reguli duo huic oræ finitimi, iungendæ cum Lusitanis amici-

amici-

EPISTOLARVM INDEX.

A RIAE Sanctii.	76.
Balthasari Gagi.	93.
Cangoximanorum Regis.	88.
Consalvi Fernandi.	51.
Cosmi Turriani.	28.
Eduardi Syluii.	21.
Francisci Capralis.	179.
Francisci Henrici.	205.
Francisci Xauerii.	5.8.13.
Gasparis Vilela.	30.44.68.90.100.
Joan. Baptista Montani Ferrariensis.	112.114.
Joannis Fernandi.	19.45.122.
Laurentii Iaponii.	47.
Ludonici Almeida.	54.79.108.124.130.
Ludonici Fritii 02. 115. 149. 157. 161. 166. 183. 191. 195.	
Melchioris Nonnii.	41.
Organtini bixiensis.	170.
Pauli Iaponii.	18.
Petri Diazii.	203.
Regis Cangoximani.	88.89.
Societatis IESV de Consalvi Sylueria obitu.	62.
Taque Regis Firandi.	28.

IN EASDEM RERVM MEMO-

RABILIVM INDEX.



CENORVM classis
97.

Ædes elegantissi-
maz 139. 162.

Ægrotus pia pre-
ce sanatur 52.

Agni cœlestis eereas imagines, &
alia id genus quantopere ex-
perant Iaponii Christiani 116.

Ainan insula, & gentis mores 96.
& seq.

Aloysii Lusitanicæ classis præ-
fecti cædes 207.

Amagusæ acta per Franciscum
Capralem & socios 179.

Amangurii cõuersiones insignes
20. Vrbs vastatur 36.

Amida & Xaca Iaponiorum Dii
38. 149. & seq. 159. 163. 165. &
seq.

Andree Fernãdi Christiana for-
arirudo 173.

Ancillæ Iaponicæ Christianæ mar-
tyrium 53.

Anronius Caiadus Lusitanus 63.
eius officia in Cõsaluum Syl-
uerium 66. & seq.

Antonius Dionysius à Mahome-
ranis capitur 178.

Aqua salita faucis remediũ vbi
152.

Aquita vrbs ibidem.

Aque lustralis seu benedictæ mi-
racula 52. 118.

Ariz Sanctii acta 147. & seq.

Arx munitissima Hexandoni

proceris 82.

B.

B Althafaris Gagi res gesta
31. & seq. Eiusdem nauigatio & pericula 176. Ca-
pitur à Mahometanis, ibid.
Sclopus in eum intetus flam-
mam non concepit 176.

Baptismatis miracula 63.

Barptolemæi Regis laudes 104.

Conuersio ad Christũ 107. E-
pulum insigne 103. Victoria
de conjuratis 105. Baptismus

107. In militum catechismo
sedulitas, in bello insignia, i-
bid. In Cosmum Turrianum

reuerẽtia 130. & seq. Christia-
na humilitas 146. Victoriæ

Crucis beneficio partæ 130. &
sequens.

Bibliotheca versatilis 163. & seq.

Bonzii, seu Iaponiorum sacer-
dotes 152. Eorum calumniæ
& odia in Christi famulos 36.

44. & seq. ritus & leges 149. &
seq. Imposturæ 150. 152. Sagina
& vindemiæ 154. & seq. Cœ-
nobita 163. Conuersiones ad
Christum 21. 22. 50.

Boum specie dæmon à Iaponiis
colitur 37.

Braehmanarũ in Christi seruos
humanitas 174. 176.

Bũgi Rex Christianam rem eni-
xè adiuuat 40. 126. 146. 147.

Eiusdem ad Lusitanicæ Regem

mun-

cc 2

INDEX IN

- munerato. 7
- Bungenſium Neophytorum in fide conſtantia 45.
- Bungenſium Eccleſia omnium in Iapone maxima 55.
- Bungenſiū illuſtre pietatis exemplum 55. in Bungo reſ patrū geſtæ 23. 24 & ſeq.
- C.
- C**ACVBAV impoſtor apud Iaponios 92.
- Cæremoniæ Eccleſiaſticę quàm efficaciæ 78 118.
- Cangoximę acta per Almeidam 84. & ſeq.
- Cāgoximani Regis de patribus iudicium 88. & ſeq.
- Candidus & Cinereus colores funeſti 154.
- Canon Amidæ filius, & eorum effigies 159. & ſeq.
- Catechiſmi utilitates 8.
- Cegandonus Barptolemæi Regis pater 106. 125.
- Chia pulveris uſus in potu Iaponiorum 136.
- Chriſtiani facti in ditione Barptolemæi Regis 179. & ſeq.
- Chriſtianorum in patribus tuēdis ardor 53. & ſe. In pauperes benignitas 91. In ſigne pietatis exemplum 104. de Malabaribus victoria 176. Fuga miſerabilis ab exulta Vociura 125.
- Chriſtiani cuiuſdam precandi ratio 131.
- Chriſtianorum quinque millia facta Imori 124.
- Cochinoci acta per Balthaſarē Lupium 179.
- Coia frequens Botziorum nobiliſ locus 151. (151.)
- Combédaxis inſignis impoſtor Cōcionatoris Chriſtiani partes & cautiones 11. & ſeq.
- Conciones Bonziorum 156. 164. & ſequent.
- Confellarii partes & cautiones 10. & ſeq.
- Confelſionis & communionis quàm frequens uſus apud Iaponios Chriſtianos 5.
- Coniutatio in Barptolemæum Regem 105. & ſeq. in Cubum Meacenſem 167.
- Constantini Catechiſtę Iaponiū laudes 199.
- Conſuetudinis quotidianę præcepta 12. & ſeq.
- Conſalui Syluerię expeditio 62. & ſe. Nex propter Chriſtū 67.
- Corniculum quibus nā hominibus è capite extuberat 150.
- Cosmi Turriani acta 19. & ſe. 42 & ſeq. 77. & ſeq. 87. & ſeq. 103. & ſeq. 125. 128. 130.
- Crucis admirandę virtutes 6. 45. 52.
- Cubi Meacenſis ædes elegantiffimæ 162. Horri cultiſſimi, ibid. Cædes à coniuratis 167.
- D.
- D**AEMONVN impoſtura apud Iaponios 38. 50. & ſeq. Horribili figura pinguntur 160.
- Daiondonus cum Mioxindone in Cubum conſpirat 167.
- Damiani Iaponiū laudes 86.
- Darii Tacaiaamæ Fidani acta in 184.

EPISTOLAS INDICAS.

Didacus Andradius viua cum I- Funera Meacensium 152.
gnatio Azebedio interficitur Funus primum Christiano rita
petactum 26.

E.

Eduardi Syluii laudes 128.
& seq.

Epistolæ Meacensium neophy-
torum ad Bungenses 55.

Examen conscientia quam ac-
curatè exercendum 8.

Exorcismi virtus 25.

F.

Fadata vrbs, & res in ea ge-
stæ 30. 46. 56. 182. & seq.

Facarensium neophyrorum pie-
tas 46. & seq. duo sanati diui-
nitus 56.

Facarensis præfectus patrū im-
munitati cauet 87. vrbs incē-
ditur 182.

Facusangis Academia nobilis va-
statur à Nubunanga 201.

Firandi patrum acta & labores
34. & seq. Christianorum at-
tor 35. & seq.

Francisci Xauerii labores & pa-
tientia 6. & seq. 43. animi ma-
gnitudo ibid. Flagelli & libel-
li neophytis ab eo relicti ad-
miranda efficacitas 82. eius-
dem præceptiones de vinea
Domini excolenda 7. & seq. in
Iaponem appulsus & itineris
pericula 14. & seq. à Rege Xa-
xumano honorificè excipitur
16. & seq.

Frenoiama cœnobiorum euer-
sio 193.

Funaii res gestæ 29. & seq.

Fundi acta 181.

Fundanus Dynasta ibid.

G.

GAspar Vilela Cosmo Tur-
riano comes adiungi-
tur 30. & seq. eiusdē peregrina-
tio. Curamentis 33. Meacē-
sis 44. & seq. 47. & seq. 78. Sa-
caiana 69. Ecclesiæ ab eodē
instituta 122. apud Meacen-
sem Regem gratia 124.

Gorōdoni & aliorū cōiuratio in
Barptolemæum Regem 105.

Grana benedicta & alia id genus
quātopere à Christianis in Ia-
ponia expetātur 104. & se. 116.

H.

Hectotis optimi viri nex 199.
Hexandoni Dynastæ & v-
xoris eius pietas 83. 85.

Hiu insula, & ibi patrū acta 132.

Horti cultissimi & amœnissimi
163.

I.

Iacobi Sorie Calviniani pira-
tæ crudelitas 203. & seq.

Ianambuxi Bonziorū secta 150.
qua ratione cooptentur ibid.

Iaponiorum ingenia moresque
6. & seq. 17. 62. 135. 156. 165. &
seq. Errores 76. & seq. 92. In
fide constantia 35. 159. Varius
anni cultus 157. quæstiones
& curiositas 19. & seq.

Iaponios iuuandi inita à patri-
bus ratio 21. & seq.

Iaponem & Sinas Euāgelii cau-
sa petentes, quomodo affe-
ctos esse oporteat 171. 174.

Idolum Denichi 150.

INDEX IN

- I**exuanorum secta epicurea per-
similis 158. Christianæ reli-
gionis odium 138.
- I**gnatii Azebedii & sociorum fe-
lix exitus 203. & seq. 205.
- I**ndulgentias & alios Christia-
nos ritus imitari videntur Bō-
zii 169.
- I**nfantis trimi à baptismo ani-
mam agentis dictum admira-
bile 112.
- I**nhambanis rex vnà cum proce-
ribus à Consaluo Sylueria ba-
ptizatur 62.
- I**oannis Baptistæ Montani acta
112. & seq.
- I**oannis Fernandi agendi ratio
77. Labores 103. & seq. Lexi-
con Iaponicè & Lusitanicè
117.
- I**oannis Cadauillii Caluiniani
piratæ immanitas 209.
- I**oannis Naëtondoni Tambæ
reguli Christiani laudes 197.
- I**obelem ad felicem Concilii
Tridentini euentum 166.
- I**quendæ regno Euangelium in-
fertur 201.
- I**quenda Sangadonus Christia-
norum parens: & in eum cō-
iuratio patefacta 200.
- I**quicuqui acta per Ludouicum
Almeidam 58. & seq. Iræ per
eundem 59.
- L.
- L**arentius Iaponius Imori
quinque millia hominū
baptismo lustrat 23.
- L**udi & nefaria sacra Iaponiorū
72. & seq. 148.
- L**udouici Almeidæ peregrinatio-
nes & acta 54. & sequ. 81. Vo-
coxiura 108. & seq. Ximabare
& Cochimoci 109. Meaci 127.
& seq. 128 & seq.
- L**udouici Froii acta 102. & seq.
115 & seq. Peregrinatio Mea-
censis 130. & seq.
- M.
- M**agistratus in concionibus
nunquam apertè con-
stringendi 12. (si 174.
- M**alabares piratæ patribus inte-
Manomotapæ Regi beatissima
Virgo per quietem apparet 65
idem baptismo expiatur cum
trecentis proceribus, ibidem.
Consentit in Consalui necem
66. facti eum penitet 67.
- M**anuum impositio apud Iapo-
nios 170.
- M**aristhenis delubrum Iaponio-
rum 107.
- M**artyrium Fræcisce Lupii & so-
ciorum duorum 171. & sequ.
- M**olucensium neophytorum
174. Ancillæ Iaponiæ 53.
- M**eamum totius Iaponis caput
45. Ibidem acta Gasparis Vile-
læ 47. 48. & se. eadem vrbs va-
statur 91. à Rege recipitur, ibi-
dem. Eius in Patres humani-
tas 138. & seq.
- M**eaci superioris excidium 192.
- M**eacensium Christianorum pic-
tas 91. 162. & seq.
- M**edicus Sacarianus ad Societa-
tem adiungitur 145. Iustus
filio cedit omni patrimonio
ibidem.
- M**elchioris Nonnii nauigatio in
Iaponem 41. & seq. in Indiam
rena-

EPÍSTOLAS INDICAS.

renauigat 44.

Minguames Mosambican^o Manomotapæ regem in Consaluum incitat 66. Idem fuga sibi consulit 67.

Mioxindonus Cubum è medio tollit 168.

Mirozu impostor 151.

Miraacula 27. & se. 33. 36. & seq.

Molueis in insulis assiduâ patrû discrimina 171. & seq.

Molueensiu Neophytorû in fide cõstãtia & labores 172. & seq.

Monicæ virginis amor in celestẽ spõsum 134. & seq. 145. & se.

N.

NARA vrbs 136.

Naræ arcis ædes elegantissimæ 140.

Neophyrorum pietas 84. & seq. 123. 130. 131. & seq. 137. & seq.

Neophyri Ximabarani constantes in fide 148.

Neophyti Moluenses propter Christû interfecti 172. & seq.

Neugoriorum secta 92. & seq.

Nichioxines Varandoni & Euãgeliï hostis 187. & seq.

Nubunanga rogatu Varandoni patribus fauet 186. eiusdem ad Frenoiãnam res contra Bonzios gesta 192.

Nubunãga inferiori Meaco parcit propter Christianos 196.

Idem Iaponicarum sectarum hostis 201. & seq. Quosnam sibi adscribat titulos 202.

Oeconomii subleuãdis ægrotis & pauperibus 78.

Organtini Brixienfis acta Sange

200. & seq.

P.

Paradisus Iaponiorum 164. & seq.

Passionis Domini recordatione quantopere afficiantur Neophyti 6. 35. & seq.

Paulus Iaponius Xauerii comes Cangoximæ domesticos conuertit ad Christum 16.

Pauli alterius Iaponii præstantis viri obitus 39.

Pileolus triquetra figura 153.

Puerulus enixè baptismû petit; parentes & propinquos ad Christum adducit 51.

Pueri cuiusdam Sacaiiani laudes egregiæ 88. & seq.

R.

R Amiri & Alcaræ sociorum naufragium & mors 170.

Ratio agendi cum proximis 11. & seq.

Regina cœli Regi Manomotapæ per quietem assistit 65.

Reliquias amoris quasnam appellent Christiani 115.

Rex Amangurii interficitur 36.

Rex Cangoximæ, vide littera C.

Rex Firandi, vide littera F.

Rex Manomotapæ baptismo illustratur 65. In Consalui Sylueriæ necem consentit 66. & se. Facti cum pœnitet 67.

Rex Meaci, vide Meacum.

Rex Vocoxiuræ, vide littera V.

S.

S Acaium vrbs libera 90. & sequent.

Sancti nobilis viri pietas 133.

Scribẽ Mioxindoni officia in patres 169.

Scribæ Firandensis Regis itemque

INDEX IN EPIST. INDICAS.

- que vxoris eius laudes 79. & f. Typhonis ventri vis 171.
- Sebastianus Lupius ab heretico Tyrones in religione quomodo
seruatut 212. tractandi ac probandi 9.
- Sectæ Iaponiorū 49. & se. 50. & f. V.
- Sigillorum duo millia in tergo **V** Aleudinarium à patribus
Xacæ 160. institutum 33.
- Sinas & Iaponem petentes quo- **V** arādōni dynasta Catechume-
modo animatos esse oporteat ni mitum Christianæ rei stu-
171. 178. dium 184. & seq. in ptegio cir-
Societatis Iesu domicilia apud cum uentus occiditur 191.
- Iaponios 38.
- Socii variè vexantur 36. & f. Eo- **V** erulæ nonagenariæ mira con-
rū acta in Būgo 77 & f. Mea- uersio 119.
- co vrbe capta in exsiliū abeūt **V** incentiū pueruli sensus amoris
169. Eorū in ora Comonēsi in Christum 135.
- pericūla 172. & se. In eisdem **V** o seu Dairi 91.
- officiā Brachmanarum 174. **V** ocoxiuranus rex Euangelium
Stellio præses doctrinarū 160. e- efflagitat 85.
- ius templum, ibid. **T**. **V** xor in fidei desertorem mari-
tum egregiè consulit 182.
- T** Acaxumani præcādi studio **X**.
- mirè tenentur 57. & seq.
- T** aqueni scelera & exitialis exi- **X** Acæ signum colossæū 160.
- tus 194. Bibliotheca versatilis 163.
- T** aqua Nōbo Firandi Rex 28. **X** amixinodoni & Quequidoni
Tectorii nitidissimi species 140. iudicium conuersio 122. & seq.
- T** empla inanum Deorum ma- **X** ichiensis dynasta Christi de-
gnificētissima 140. 163. & seq. sertor 182.
- T** emplorū tria millia ostingen- **X** imabaræ plurimi facti Chri-
ta ab vno Rege ædificata 192. stiani 111. & seq.
- T** emplum inferorum regi dica- **X** inguem Rex Cainochuni Bō-
tum, quale 164. ziorum defensor 202.
- T** onus Amagusanus Caprali fa- **X** uicaidoni conuersio & acta
uet 179. baptismo lustratur 123.
180. & seq. **X** ixiensium neophytorum pie-
tas 59.
- T** onī filii adoptiui pietas 181. **Z**.
- T** onus Ximabatanus petit Euā- **Z** ACANA salamenti go-
gelium 181. & seq. ad Christū nus 158.
- aggregatur 148. ipsius pietas
ibidem.

Res.
5549-1

Indicis in epistolas Finis.